12
15 11
11 11

14.10.A.7

V e 4

EVSTRATII EPISCOPI NICOENI, IN ARISTOTELIS MORALIA NICHOMACHIA DOCTISSIMAE EXPLANATIONES.

Aſpaſii quoque & Michaelis Epheſii nonnullorumq; aliorum Græcorum, in eadem Moralia ſubtiliſſima expoſitiones.

A IOANNE BERNARDO FELICIANO LATINITATE DONATA.

CVM INDICE RERVM AC VERBORVM COPIOSISSIMO.



Pertinet ad Bibliothecam S. Fran. ...

BIBL. NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

VENETIIS,

Apud Hæredem Hieronymi Scoti. 1589.

ex bib. Cos. Card. Rasponi

IOANNIS BERNARDI FELICIANI, IN MORALIA ARISTOTELIS PRAEFATIO

De duplici hominis felicitate, dupliciq́; eius vita actiua, & contemplatiua, ad quas nos præcipue in hoc opere inſtruit Philoſophus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VNIVSCVIVSQVE *rei ſubſtantia conſideratur, quatenus ab efficiente cauſa producitur, ex eaque procedit: perfectio vero, quatenus ad cauſam res productu conuertitur, eamque imitatur: vnde cum à Deo ſummo opifice omnia quæ vniuerſum huius mundi viſibilis ornatum conſtituunt, in lucem fuiſſent producta: cæteris datum eſt, vt in ſua quidque natura perſiſtens, ſibique inſitum à principio ſtatum conſeruans tacito quodam naturæ ordine ad auctorem ſuum referretur, atque ita perfectionem conſequeretur ſuam, ſolus homo ita creatus eſt, vt & in perfectione ſua permanere, & ab ea exturbari pro arbitrio ſuo poſſet. Nam primũ ex materia quatuor ſimplicia corporũ producta ſuas ſedes, & qualitates non præter naturam ſuã immutata perpetuo retinent: & vbi in commiſtionem venerint, primum concretorum genus producunt: quod quamuis vita careat, vitarum tamen ſubiectum primum eſſe incipit. Commiſtum enim deinde ex elementis corpus ad animam vegetabilem ſuſcipiendam idoneum fit: vnde plantarum ac ſtirpium genus exiſtit, quæ ſuam naturalem perfectionem, niſi materiæ aliquo defectu impeditæ nunquam deſerunt. His ſuccedunt brutæ animantes, quæ præter vegetandi vitam & alendi, ſentiendi vim quoque adeptæ ſunt, hæ ſimili modo naturali tenore progredientes bonum à natura ſibi inditum deprauare non poſſunt. Quæ omnia ſanè dum id quod à ſummo opifice acceperunt, perpetuo conſeruant: ad eum conuerti quantum in ipſis eſt, eumq; imitari ac laudare quodam modo, dicenda ſunt, vt ſiquis quemadmodum Stoicis & Epicuro placebat, ſiue bene viuere, ſiue conuenienter naturæ viuere, ſiue bene eſſe affectum, felicitatem eſſe dicat: ad omnia hæc felicitas quoque peruentura ſit. At homo poſt omnia, ſiue vt rectius dicam, ante omnia: quippe cum cauſa eius omnia effecta fuerint: quaſi perfectio vniuerſi conſtitutus eſt: qui præter alias omnes vitas rationali anima præditus ſenſum intellectui connecteret, omniaque alia quæ ſub ſe ſunt, in ſe haberet: quo omnia ad primam illam cauſam conuerteret, ac re vera perficeret. Perfectus enim ipſe à principio creatus nullo habitu caruit: ſed ſapientia etiam ipſa præditus non cogitando ſolum, ſed intelligendo etiam vniuerſales res ipſas ſine vllo medio ſimplici intellectus appulſione percipiebat, vt non immerito fortaſſe Platonici ſpecies rerum ante ſenſibilia in anima ei inditas fuiſſe cenſuerint: quippe cum nondum ad intelligendum ſenſibus indigeret. Quia vero non ſicut reliqua, naturali incitatione ferebatur, ſed voluntaria electione motus ſuos dirigebat: effectum eſt, vt ab inferioribus illectus quæ ratione ſurſum debebat attrahere, vitam ſenſualem concupierit: legemq́ue acceptam tranſgreſſus de fructu ſcientiæ boni & mali, id eſt malum ſub ſpecie boni degustarit: atque ita craſſitudine mortalis corporis obnubilante in ſenſum delapſus quaſi è centro ad circumferentiam diffuſus, exterior ex interiore fuerit effectus, in potentiamq́ue ex actu inciderit. Poſtea enim habitibus omnibus exturbatus nihil in ſe habuit, niſi vt pro vitarum ſtudio, & exercitatione in eius naturam penè transformaretur, in quod incubuiſſet. Nam ſicut etiam in nono horum moralium libro inquit Ariſtoteles, ſinguli ea in re cum amicis verſari volunt, idq́ue exercere in quo eſſentia ſua conſiſtit: qui vegetationi, & nutritioni nullius alterius ſenſum habens totus vacat, is licet faciem hominis circumferat, planta potius eſſe & arbor, quàm homo eſt exiſtimandus. Qui ſenſibus item, ita deditus eſt, vt ex ipſis tantummodo vitam traducat, eum credendum eſt etiam ſi erectam hominis formam adhuc habeat, in brutum aliquod animal euaſiſſe. Quemadmodum ſi ex ratione & ſenſibus viuat, homo: ſi ex ratione ſola ſopitis ſenſibus, verus homo efficitur. Duplicem enim hominem in his moralium libris intelligit atque agnoſcit Ariſtoteles: alterum, qui ex anima conſtat & corpore, quem hominem tantum appellat, qui videlicet ſenſus, & irrationales facultates moderando ciuilis euadit, quem nos exteriorem nũcupamus: alterum, quem non hominem ſolummodo, ſed cum additione verum hominem, & diuinum quid vocat: quem interiorem dicimus & perfectum. Perfectio ſiquidem in mundi huius fabrica, eiuſmodi eſt, vt inferius ſemper cum ſuperiore connectatur, vt rerum productiones à prima cauſa connexa quadam ſerie progrediantur, omnia enim etiam bruta vt ipſe in ſeptimo inquit, diuinum quid in ſe inſitum habent, id eſt diuinam quandam illuſtrationem, quandamq́ue rationis & intellectus notam, quæ operationem ex virtute ſummam atque optimam iucunditatem eſſe ſentiunt: licet poſtea defectu naturæ voto fruſtrentur, in ſuaq́ue natura perſiſtant. Nam quæ in homine ſunt irrationales facultates, non ea ſunt natura, vt rõne penitus*

careant, vt ipſe in primo manifeſte declarat, ſed quamuis rationem ex ſe non habeant, rationales tamen in eo ſunt, quòd rationi ſubijci, eique poſſunt obtemperare. Atque ita fit, vt irrationales hæ facultates dum in brutis ſunt, perfectionem adipiſcantur ſuam, ſi in ſua natura perſiſtant, ad veſtigiamque illud rationis & illuſtrationis quod inſitum habent, peruenerint: dum vero ſunt in homine, tunc perficiantur, cum rationi obtemperarint. Nam ratio etiam ipſa non contenta eſſe debet ſi inferiora tantummodo rexerit, ſed aſcendere etiam ipſam ad intellectum neceſſe eſt, ſicut enim irrationales facultates in nobis ſi in ſua irrationalitate permaneant, imperfectæ ſunt, & tunc perficiuntur cum ſubditæ fiant rationi: ita ratio ſi in ſe maneat & non aſcendat, imperfecta eſt. Neque audiendi illi ſunt, qui vnumquodque in ſua natura conſeruandum cenſent: & quemadmodum ſi equum, aut bouem quis è natura ſua deijceret, equum, & bouem non perficeret, ſed corrumperet: ita ſi homo, vel corpus ſuum negligat & caſtiget, vel animam ſuam ad ſuperiora attollat, non ſeruare eum naturam hominis aſſerunt, ſed deprauare: id quod & primæ hominis fabricæ, & Ariſtoteli etiam ipſi manifeſte repugnat, natura enim vera hominis non hæc eſt, in quam eſt delapſus, ſed ea quam amiſit, in quam eſt reſtituendus: vt ſi corpus, cuius, vt in octauo ipſe affirmat, amicitia ad animam eſt, vt ſerui ad herum, inſtrumenti ad artificem, animæ contumaciter reſtiterit: coercendum ſit ac caſtigandum, contumeliaque afficiendum. Sicut Diuus Paulus, & alij multi ſancti viri feciſſe conſpiciuntur. Animam vero non in humanitate hac relinquendam eſſe, ſed ad diuinitatem attollendam, vt in intellectus naturam per habitum euadat, contra horum vanas ſuaſiones Ariſtoteles quoque ipſe in decimo his verbis manifeſtiſſime oſtendit. Neque vero, inquit, oportet quemadmodum nonnulli monent, vnumquemque cum ſit homo, humana, & cum ſit mortalis, mortalia cogitare: ſed quatenus licet, immortalem ſe reddere: omniaque efficere, vt ex præſtantiſſimo omnium quæ in ipſo ſunt, vitam traducat, id autem eſſe etiam vnuſquiſque videretur, ſiquidem præcipuum & melius eſt: quocirca abſurdum eſſet ſi non ſuam quiſque, ſed alicuius alterius vitam expeteret: & paulo ſuperius: non enim quatenus homo ita viuit, ſed quatenus diuinum quid in ipſo ineſt: quanto autem id præſtat compoſito, tanto quoque eius operatio ab operatione diſtat, quæ ex alia virtute exiſtit. Quod cum inquit, quid aliud facit, quàm veri hominis vitam eam eſſe declarat, non quæ humana eſt, id eſt compoſiti hominis & exterioris, qui aliquantulum moderatis ſenſibus vtitur: ſed eam quæ à mortalis animalis contagione nos ita nititur ſeparare, vt immortalibus ſimiles efficiamur, deique ſimilitudinem amiſſam adipiſcamur. Nam cum homo duplex ſit, exterior & interior, id eſt alter ex ratione & ſenſibus, alter ex ratione ſola conſtans: & in compoſito fieri poſſit, vt vel ratio, ſicut naturale ipſi eſt, in ſenſus principatum obtineat: vel ſenſus præter naturam rationem ſibi obſequentem habeant: fit, vt tres præcipue vitæ inter homines euadant, quæ in primo libro ab ipſo commemorantur: voluptaria, ciuilis, & contemplatiua, ſeu vt Diuus Paulus appellat, carnalis, animalis, & ſpiritualis. Sed quia voluptaria & carnalis Sardanapali, & pecudum non hominis propria eſt, & cum perturbationibus tota dedita ſit, ordinem parui huius mundi diſturbat ac peruertit: omittenda eſt: inter pecudesque qui ea vtuntur, potius quàm inter homines ſunt reijciendi. De duabus reliquis quæ homini conueniunt, ad perfectionemque eius ſpectant, nonnulla quæ non ab re futura eſſe exiſtimo, in præſentia diſſerenda nobis ſunt. Duplices hæ vitæ duplicem quoque hominis felicitatem conſtituunt, alteraque alterius præparatio, & quaſi fundamentum eſt. Nam cum homo primum diffuſus extra ſit, ſenſibusque & corpori immerſus, ciuili virtute & actiua indiget: quæ ne in beſtiam euadat penitus, ſenſusque totus efficiatur, moderationem ei inijciat, quodque rationis eſt, rationi, quod ſenſuum, ſenſibus tribuat: ita videlicet, vt brutis affectibus aliquantulum indulgeat, cummodo tamen & regula rationis: vt ea liberam habeat poteſtatem, dominatrixque ſit, affectibusque omnibus quaſi miniſtris imperet, eisque vtatur quomodocunque voluerit. Deinde vero vbi ita præparatus homo eſt, ad alteram ſuſcipiendam euadit idoneus, quæ cum veri hominis virtus ſit, quod rationis eſt rationi tribuens, quod ſenſuum & corporis eſt, in naturam animæ purificat, & à brutis affectibus penitus liberat: ita vt perturbationum omni ſorde expurgata ad contemplationem feſtinet, penetrataque materia, ac carnali hac nebula ad diuinam naturam aſcendat. Vnde etiam priorem illam virtutem humanam in primo appellat, eo quòd hæc diuina ſit: & illa homo diffuſus ad exteriora permaneat, hæc ad interiora ſe retrahat ac colligat. Neque tamen in vtriſque rationis idem munus eſſe cenſendum eſt, in actiua enim ratio deorſum, ad affectus moderandos, ac regendos, ſibique ſubijciendos ſpectat: in contemplatiua ſurſum attollitur. Cum enim rationalis anima, vt ipſe in ſexto inquit, duas habeat facultates, alteram qua ſcit & circa neceſſaria, atque ea verſatur, quæ ſemper eodem modo ſeſe habent: alteram, qua conſultat & ratiocinatur circa ea quæ contingunt, & aliter atque aliter euenire conſueuerunt: illa ſuperiore, quem contemplatiuum etiam intellectum vocat, in contemplatiua, altera in actiua vtitur, qui actiuus intellectus nuncupatur. Neque vero hic contemplatiuam vitam ſiu virtutem eam intelligendam velim, quæ cognitioni, & ſpeculationi cuilibet operam dat omiſſis moralibus actionibus, ac neglectis: ſed eam vt Euſtratius quoque in primo ſignificat, quæ bonas morales actiones ſubſequens, ſopitis ac penè ſublatis affectibus cognitiones omnes, ac ſpeculationes in eum finem dirigit, vt in Dei cognitionem & amorem veniamus, ibique acquieſcamus, adeoque operantem habet voluntatem vt nonnulli grauiſſimi illi quidem theologi beatitudinem non in intellectu, ſed in voluntate etiam primo eſſe contendant. & duo ſemper reſpicit, inferiora, vt nos ab illis mundos, ac puros conſeruet, magiſque ac magis abſtrahat: ſuperiora, vt nos illis ſimiles reddat, atque ita perficiat: quippe cum intellectus eorum ſit, quæ ſunt ad aliquid, perfectionemque tunc aſſequatur ſuam, cum attollitur, intelligibilibusque rebus applicatur. Nam cum actiua tanquam fundamentum ſit, contemplatiua vt tectum: abſurdum eſſet, ſi vel tectum ſine fundamento, vel fundamentum ſine tecto conſtitueremus: vel ita vtrunque locaremus, vt neque tectum fundamento, neque fundamentum tecto correſponderet, id quod illi profecto faciunt, qui vel nulla cura morum habita, vel deprauatam morum rationem ſequuti ſcientiæ alicui rerum & ſpeculationi incumbunt contemplatiuam vitam exercere ſe exiſtimantes, qui ſanè ridiculi ſunt, cum .n. principium nondum attigerint,

ad finem

ad finem ſe perueniſſe opinantur: a quo tamen longius abeſſe ſunt exiſtimandi, quàm rudes aliqui cerdones, qui moribus tamen aliquantulum ſtudeant, quòd illi quotidianis vitæ flagitiis ab ingreſſu ſemper, & primo gradu ſeſe arceant, hi cum fundamentum iacere nitantur, in graduque iam ſint, aptiores proculdubio ad contemplationem ſunt, quam quiuis alioqui vel celeberrimus Philoſophus moribus deſtitutus. Licet enim contemplationis cognitio natura actionem præcedat, ſicut tecti conſideratio fundamentum: quantum ad nos tamen ſpectat, actio ipſa & operatio moralis principium omnium eſt, quin ipſam quoque actionis cognitionem antecedit. Nam ſi vt in primo libro oſtendit, neque pueri, neque qui ſicut pueri perturbati affectionibus ſunt, & principia non habent, vt intemperantes, idonei ad moralem diſciplinam percipiendam non ſunt, niſi prius in morali aliqua actione aſſueuerunt, quo aſſentiri rationibus valeant: niſi prius operentur homines, doceri nullo modo poſſunt: quippe cum rationes omnes quæ ad finem tendunt, ſiue peruerſo partim non percipiantur, partim falſæ eſſe videantur. Sicut enim in decimo docet, oratio & doctrina non in omnibus vim habet, ſed oportet vt præcultus auditoris animus ſit ad recte, & gaudendum & odio proſequendum, non ſecus ac terra quæ ſemen ſit nutritura: ſi enim præculta ſit, fructum fert: ſin minus, & ſpinas producit, & frumenti ſemen iniectum corrumpit, ac perdit, ſic animus noſter niſi prius curatus fuerit, falſaque opinione expurgatus, veritatem vel nullo pacto admittet, vel ſi modo id aliquando contingat, fruſtra admittet, prauus enim non rationi, ſed violentiæ & neceſſitati cedere conſueuit. Quocirca quia prauus, & puer neq; ſcire niſi operaretur prius, neque operari niſi ſciret quid ſibi faciendum eſſet, poterat, niſi cogeretur: & qui cogere volebat quaſi inuidus, & malignus odio ab omnibus habebatur: inuentæ ſunt leges, vt ipſe item in fine decimi inquit, quæ licet hominibus in vnam ciuitatem collectis bene agendi neceſſitatem imponerent, odioſæ tamen ac moleſtæ minime eſſent futuræ: quo ſub bonis inſtitutionibus aſſueti homines idonei ad morales diſciplinas frugalitatemque diſcendam efficerentur, qua præculti & præparati recte omnia ad contemplationem tendentia intelligere valerent. Temperantia ſiquidem ſeu frugalitas, quam σωφροσύνην vocant, vt in ſexto ait, ea præcipue eſt, quæ prudentiam & eam opinionem in animis noſtris conſeruat, quæ ad agendas res ſpectat, id eſt finales rerum agendarum cauſas, vt honeſtum & bonum vnumquodque nobis eſſe videatur, qui enim dolore, vel voluptate perturbatus eſt, nihil huiuſmodi recte percipit. Adde quòd ea quoque peruerſe in contemplatione intelligit, quæ huiuſmodi morum inſtitutioni reſpondent: vt eſt, de creatione mundi, de immortalitate animæ, de prouidentia Dei, de reſurrectione, atque aliis huiuſmodi, quæ morali vitæ recte inſtitutæ ita annexa ſunt, vt quanto quis moribus magis eſt deprauatus, ſenſibusque inuolutus, tanto minus ea probabilia exiſtimet. Vt enim pueri cum eſſe mathematici poſſint, naturales aut ſapientes non poſſint, vt in eodem hoc ſexto inquit: inde etiam cauſa ſumi valeat, non tam quòd experientia careant, quæ in huiuſmodi diſciplinis opus eſt, quàm quòd ex perturbationibus vitam traducere conſueuerint, perturbatio autem vt ipſe etiam in eodem hoc libro aſſerit, non de circulo, aut triangulo atque huiuſmodi mathematicis, ſed alias in nobis opiniones corrumpat. Pro certo enim habendum illud eſt, duas has vitas actiuam, & contemplatiuam ita inter ſeſe correſpondere, ſeſeque ita mutuo conſequi, vt ſi altera ſit praua, prauam quoque eſſe alteram: ſi altera ſit bona, alteram quoque eſſe bonam neceſſe ſit. Nam ſiquis hominem eſſe natum exiſtimet, vt cum iumentis ſaginetur, venerique indulgeat, is quid de immortalitate ſua cogitare vnquam poterit? Quid de mundi creatione in mentem eius cadere, & intelligentiam poſſe credendum eſt, qui ſine vlla conſideratione virtutis quaſi perpetuo quodam torrente delatus ita viuit, vt quo quis modo vitam traduxerit, non laborandum eſſe cenſeat? Qui vero rapienda ſibi eſſe aliena, & adulterium, aliaque flagitia committenda in vita exiſtimat: rationes de Dei prouidentia nullo modo admittet. At qui animo neque vnquam à vitiis reſurrexit, neque eſſe reſurgendum ad contemplatiuam opinatur, reſurrectionem corporis capere quo pacto queat, non video. Actiuæ ſiquidem vitæ perfectio contemplatiuæ perfectionem nobis manifeſtat: Vt regula morum puritatisque atque integritatis vitæ ſiquis vti ad dignoſcendam ſpeculationis veritatem in vnaquaque Philoſophorum ſecta voluerit, minus erraturus ſit, quàm ſi ea neglecta ad rationis examen deueniat. Nihil enim aliud omnes Philoſophorum ſcholæ mihi videntur ſtuduiſſe, quàm vt hominem ad perfectionem vtriuſque huius vitæ inſtitutionibus reducerent. Sed quamuis illi multum diuque per tot ſecula, totque nationes laborarint: nihil vnquam tamen efficere potuerunt, præter enim quàm quòd in via plerique aberrabant: adeo difficilia dogmata & laborioſa inueniebant, vt & ea percipere ingenii non mediocris eſſet, & aſſequi laboris non exigui: nam vix vnus atque alter reperiebatur, qui toto æuo laborans eam perfectionem licet humanam atque imperfectam conſequi poſſet, miraculumque eſſe videbatur, ſi in toto orbe vnus per ſingulas ætates claruiſſet, qui Philoſophi vitam traduceret. Poſteaquam vero Chriſti Dei noſtri benignitas nos illuſtrauit, ſapientiaque ſua ad exteriora diffuſos quaſi erraticas pecudes ad interiora reduxit, effectum eſt, vt omnes euaſerimus dociles Deo, omneſque tam pueri, quàm ſenes, tam fœminæ, quàm viri, tam ſerui, quàm liberi fieri perfecti Philoſophi breui valeamus, duobus enim charitatis præceptis, & fide inſtructus quilibet tam ad actiuam, quàm ad contemplatiuam bonitate, & veritate paratiſſimus euadit, vt gloriandum nemini amplius ſit, id quod ſapientes nonnullos feciſſe memoriæ proditum eſt, quòd vir natus ſit, & non mulier, quòd Græcus & non Barbarus, quòd Athenienſis, & non ex alia Græciæ ciuitate: cum neque viri, neque mulieres, neque Græci, neque Barbari, neque Athenienſes, neque alterius cuiuſpiam vllum diſcrimen ſit ad felicitatem hanc religionis noſtræ quæ ſola vera eſt, capeſſendam: ſed omnes in Chriſto vnum ſimus, ad philoſophiam eius omnes, modo velimus, admittimur. Cum enim tribus præcipue rebus erudiri homines conſueuerint, timore, ſpe, & virtutum exercitatione: in hac communi omnium ciuitate quæ eſt Eccleſia, tribus quoque his diſpenſationis nominibus Deus in ſacris eloquiis nobis ſeſe manifeſtauit: nam & vltionum Deus dicitur, vt terrore nos pœnæ coerceat: & ſalutis Deus, vt ſpe gloriæ nos erigat: & Deus virtutum quoque appellatur, vt per exercitationem virtutum quaſi in nobis habere Deū exiſtimantes ad perfectionem noſtram feſtinemus, quæ vera philoſophia eſt. Sed n. quia video apud nonnullos ex

noſtris philoſophiæ nomen adeo male audire, vt non ſolum vtilitatem aliquam ad vitam hominum peruenire ex ea non opinentur: ſed nocere etiam, & religioni noſtræ, id eſt veritati repugnare eam exiſtiment, venia ab his mihi impetranda eſt, paceque ipſorum dicendum: primum me hic philoſophiam appellare non eam quæ falſa præcipiat, quæque fallacibus tantum captionibus diſcipulos exerceat ſuos, vt tanto magis in ea profeciſſe videatur, quanto magis quis & promptius ad veritatem impugnandam fuerit inſtructus: ab hac ſiquidem cauendum Diuus Paulus etiam monet, ne per philoſophiam ſeducamur: ſed eam, quæ rectè & in cognitione rerum verum & falſum indagat: & in actionibus vitæ bonum & malum inquirit & docet, hæc enim quantum rerum creatarum, & naturæ perſcrutatione illuſtrare animum noſtrum poſſit, ſi morum moderatio non negligatur Diuus Paulus idem teſtatur, cum inquit: qui cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis: & paulopoſt, repleti omni iniquitate malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, inuidia, homicidio &c. quaſi declaret manifeſte non modo non repugnare diuinæ illuminationi philoſophiam: verum efficere etiam poſſe, vt in Dei cognitionem veniamus, ſi rectè eam & ſyncere fuerimus perſequuti, id eſt non tam verbis & diſputatione quam actionibus, & vita eam tractauerimus. Neque enim referre multum exiſtimarim, modo ſciat quiſpiam, certiſſimiſque rationibus perſuaſam habeat veritatem, ſi explicare alijs rationes non potuerit: quippe cum id infacundiæ non ignorantiæ attribuendum ſit. Hi enim rationes intelligunt ſibi tantum, cum re non verbis bene, & operentur & contemplantur, qui vero in rationibus ſunt exercitati, plerunque cum traductionem vitæ negligant, in earum oſtentatione euaneſcunt, cumque alijs nitantur ſuadere, ſeipſos imperſuaſos ſemper relinquunt; tantoque maiore digni reprehenſione ſunt, quòd negligentia & vitio proprio rei præclariſſimæ, id eſt philoſophiæ infamiam apud omnes conciliant. Nam vt in præſentia reliqua Philoſophorum qui ſubinde iuuare genus humanum ope hac diuina pro viribus conati ſunt, documenta prætermittam: hæc doctrina Ariſtotelica, quàm integra, quàm abſoluta, quàm exquiſita, quàm ſyncera, quàm ſancta ſit, dubitare neminem exiſtimo, qui modo in ea non temere, & indiligenter fuerit exercitatus. Si enim moralis huius operis perfectionem conſideremus: omittamuſque candidiſſimum verborum ornatum, acutiſſimam argumentorum collectionem, grauiſſimam ſententiarum declarationem quibus omnibus cum alibi conſueuit, tum hic potiſſimum vtitur Ariſtoteles: velimuſque integritati tantum actiuæ, & contemplatiuæ vitæ quas hic inſtituit, animum aduertere: nihil inueniemus, quod expurgandarum animæ ſordium diligentia æque ad Chriſtianum apicem deducere homines poſſit: non vt eum quidem conſequantur, tantum tamen ab eo abſint, quantum in eo nondum conſtituti ſint, nihilque quod animum noſtrum humana videlicet ratione ita attollat, hominemque exterius conſtitutum ita moderetur, vt ad ſuſcipiendam ſupremi intellectus Deique illuſtrationem, niſi ipſe repudiet, aptiſſimus reddatur. Cum enim duplicem hominem, ſicut diximus, intelligas: alterum, qui ex anima & corpore conſtat, qui exterior homo eſt: alterum, intellectum ſolum: vocat autem intellectum, rationalem vitam, qua homo interior euadit, quem verè & primo & maximè hominem eſſe ſtatuit: duplicem quoque felicitatem eius inuenit, vnam intellectualem & perfectam quam contemplatiuam nominat, de qua in decimo libro qui finis huius operis eſt, vtpote ſummam omnium virtutum circumſcriptura, tractaturus eſt: alteram actiuam, quæ cum externis rebus exiſtit, quam in primo libro quænam ſit, inquirit: atque eam operationem ex virtute in vita perfecta eſſe definit, quæ quidem operatio qui & corpore indiget & externis, id eſt vegetatione ſenſuum, ſanitate, robore, pulchritudine, nobilitate, diuitijs, amicis & cæteris fortunæ bonis: vnde acquiratur conſiderat, & licet præclariſſimum Dei donum non eſſet, ſed à fortuna etiam exhiberetur, diſciplina tamen & diligentia acquiri ab omnibus poſſe, ea quòd in virtute præcipue conſiſtit, virtuſque ſtabiliſſima felicitatis cauſa eſt; vt donec permanſerit id quod dominium obtinet, id eſt operatio virtutis, nunquam effici vllis calamitatibus miſer quiſpiam poſſit: licet beatus dicendus non ſit. Tum quia virtutes morales in irrationali parte exiſtunt, de animæ diuiſione nonnulla agit, virtuteſque alias intellectiuas quæ in ratione prędita parte ſunt, alias morales quæ in irrationali exiſtunt, eſſe inquit, irrationalemque partem in ratione carentem, & rationis aliquatenus capacem diuidit.

Quia vero felicitas hæc licet & corporis bonis, & fortunæ etiam indigeat, in virtute tamen potiſſimum conſiſtit: in ſecundo de virtutibus moralibus prius tractare incipit, eaſque à more & aſſuetudine dici aſſerit, eo quòd non natura nobis inſunt, ſed exercitatione comparantur, verſarique eas circa voluptatem, & dolorem præcipue: eſſeque habitus definit, quibus homo & bonus ipſe efficitur, & bene opus ſuum reddit, duplicemque eſſe mediocritatem quantum ad rem, & quantum ad nos attinet, virtuteſque in mediocritate quantum ad nos conſiſtere. eaſque omnes cum extremis ſuis deſcriptione facta enumerat. Poſtea docet quo modo ad mediocritatem hanc reduci valeamus, à voluptateque pręcipue cauendum eſſe monet: mediocritatemque quantum ad nos videlicet ſpectat, inter duo vitiorum extrema eſſe demonſtrat.

Deinde quia virtus, & vitium electionem requirebat, quæ in noſtra eſt poteſtate, quid ſpontaneum eſſet exiſtimandum, quid item inuitum in tertio prius conſiderans, vt uirtutem & uitium in noſtra ſita eſſe poteſtate oſtendat, ad uirtutum tractationem poſtmodum deſcendit: de fortitudineque & temperantia agit, earumque extremis: deffinitionibus, & diuiſionibus, proprietatibuſque & uirtutum & uitiorum diligenter aſſignatis. Tum in quarto de reliquis pleriſque, id eſt liberalitate, magnificentia, magnanimitate, de moderato honoris ſtudio, de comitate, de urbanitate, reliquiſque quę in ſocietate hominum exercere neceſſe eſt, pertractat. In quinto abſolutam de iuſtitia diſputationem perſequitur; & alteram uniuerſalem, alteram particularem eſſe oſtendit, uniuerſalemque omnes uirtutes in ſe complecti, particularem alteram diſtributiuam, alteram commutatiuam, & emendatiuam eſſe, quarum altera arithmetica, altera geometrica proportione conſtet, ubi de iure & iniuria, de iure naturali, legitimo, ciuili, herili, de æquo & bono diligenter diſſerit. Poſtea quia virtutes hæ actiuæ quæ in parte appetitiua, & ſenſuali exiſtunt, recta prudentiæ ratione quæ intellectiua virtus eſt, moderamen accipiunt: perque eas ad intellectiuas aſcenſus præparatur: ſextus virtutibus intellectiuis totus dicatur, & ſicut in primo irrationalem

animæ

animæ partem diuiſit quia de moralibus virtutibus erat acturus, quæ in ea exiſtebant: ſic hic rationem diſtinguit, intellectumque, id eſt animam rationalem in duas facultates diuidit, conſultatiuam, & ſcientificam, ſeu in opinatiuam, & cogitatiuam: cumque alteram, id eſt conſultatiuam in intellectum actiuum diſtribuat, & effectiuum: actiui prudentiam eſſe, effectiui artem declarat: quas inter ſe in eo multum diſtare docet, quòd qui in arte ſponte peccat, melior ſit, quàm qui inuitus, in prudentia econtrario, qui inuitus peccat, quàm qui ſponte, peior multo exiſtimetur: ſcientificam partem contemplatiuum ſeu ſpeculatiuum intellectum appellat, ſed cum is vel principia tantum percipiat, vel ea quæ ex principijs exiſtunt tantum, vel vtraque: cum principiorum eſt capax, intellectus: cum concluſarum rerum ex principijs, ſcientia: cum vtrorumque, ſapientia nuncupatur, ita vt ſapientiam eſſe nihil aliud quam ſcientiam & intellectum ſimul aſſerat, prudentiam vero eſſe eam quæ cum moralis virtus ſcopum idoneum propoſuerit, ea quæ ad ſcopum ipſum tendunt, recta perducit. Cuius partes omnes examinando diligenter quid bona conſultatio, quid ſolertia, quid ſententia & reliqua huiuſmodi ſint, pertractat. Poſthæc autem, vt nihil quod ad rem facere videretur, inexcuſſum relinqueret: quia nonnulla eſſe inueniebantur, quæ vel ſupra virtutem moralem, vel infra eandem eſſe viderentur: in ſeptimo ea perſequutus eſt: nam cum quis ſupra omnes iuſtos iuſtitia, ſupra omnes fortes fortitudine, ſupra omnes temperantes temperantia, & cæteris huiuſmodi excellit: hunc non virtute abſoluta, ſed heroica & diuina virtute præditum eſſe affirmat, quemadmodum contra ſiquis immanis adeo ſit, vt vitijs omnibus omnes ſuperet, non vitio, ſed feritate & immanitate inſtructum eſſe ait. Cum vero quis temperanter agit cum pugna tamen, & appetitus reſiſtentia, eum non proprie virtutem habere, ſed eſſe continentem oſtendit: quippe cum vera virtus nullam in ſe repugnantiam irrationalium facultatum patiatur; ſicuti eum prauum & vitioſum proprie non dicit, ſed incontinentem, qui cum ſciat quid agendum ſibi ſit in vniuerſali, in particularibus ipſi ignoratione ex affectuum perturbatione oborta intemperanter tamen agit: vnde beſtias quia vniuerſalium exiſtimationem nullam habent, minime eſſe incontinentes, hic autem quoniam non ex eo, quòd perſuaſus ſit, voluptates ſectatur, pœnitentia etiam ducitur: atque iccirco intemperante qui perſuaſus eſt, longe melior eſt. neque incontinentia cum principium corruptum non habeat, vitium eſſe exiſtimatur. Quia vero continens & incontinens voluptate maxime, & dolore moueri conſueuit, virtuteſque omnes morales vt in ſecundo oſtendit, circa duos hos affectus videntur exiſtere: voluptaſque & dolor duo quaſi conſultores, vt aiebat Plato, vitæ hominis ſunt: atque iccirco ab adoleſcentia ita inſtitutos eſſe oportet homines, vt his gaudeant & doleant quibus gaudere, & dolere debent: voluptaſque præterea ſpectare ad felicitatem actiuam, & humanam videtur: de voluptate nonnulla agit, quot eius ſint genera, prauas alias, alias honeſtas, alias neutras eſſe declarans.

Vbi vero de virtutibus moralibus, & ijs quæ ſubſequuntur, id eſt intellectiuis, tum de ijs quæ vel ſupra vel infra morales eſſe videbantur, ſatis explicauit: & quia ad felicitatem hominis qui ex anima, & corpore conſtabat, primum animæ, deinde corporis, tum fortunæ bona requirebantur, quæ externa appellantur, atque inter externa amicitia maximum erat, ita vt aut virtus quædam eſſe, aut cum virtute exiſtere vt ipſe inquit, videretur: nonnullique iuſtitiæ eam diſtributiuæ partem exiſtimarent: de amicitia in octauo & nono exactiſſime pertractat. In octauo quæ ſit amicitia: treſque eius eſſe ſpecies vtilem, iucundam, honeſtam oſtendit: vt in honeſtate inter ſimiles, in vtilitate & iucunditate inter diſſimiles exiſtat: honeſtaque amicitia ſola propè amicitia dicatur. atque amicitia perfecta non poſſe fieri, vt quiſpiam amicus multis ſit, quemadmodum neque vt amore multorum ſimul aliquis capiatur, quippe cum id natura ſpectare ad vnum ſoleat. Sed cum hæc inter æquales perſonas ſint, de alia agit quæ inter inæquales reperitur: quomodoque ea ſeruanda ſit docet: tum de ciuili, de domeſtica, de naturali quæ inter conſanguineos eſt: de ſodalitia alijſque huiuſmodi diligentiſſime omnia indagat, poſtea de querelis quæ contingere in amicitijs ſolent: plurimaſque in vtili amicitia, nullas in honeſta contingere ait. In nono poſtea reliqua de amicitia perſequitur, quæ videlicet in dubium venire poterant, querelæ amicitiarum quo pacto tollendæ ſint: quando diſſoluenda amicitia: quando conſeruanda. vtrum amicitia ſit beneuolentia, vtrum concordia, cur qui beneficia contulerunt magis ament: quia ſcilicet opera ſua amant, & honeſte factum quod in affecto eſt: & quia laborioſius eſt dare quàm accipere, vtrum ſui amor ſit laudabilis: eſſe quidem in probo viro qui vere ſe amat, & non corpus, & ſenſum: atque ita vt menſura amoris erga alios etiam ſit: vnde quia ſceleſti manifeſte ſe non amant, eos neque aliorum amicos eſſe poſſe: quærere tamen conſuetudines aliorum, quoniam conſcientia ſcelerum moleſtantur, vt ſeipſos fugiant. At felicem amicis indigere tantum probis & honeſtis non vtilibus & iucundis: primum, vt operationes eorum videns quia ſuas inſpicere non ita poteſt, perinde oblectetur ac ſuis: ſecundo, vt iucunde ſemper viuat aſſidua operatione tum ſua tum amici: tertio, vt amici operatione inſpecta magis excitetur. Poſtea vtrum amici plurimi faciendi ſint, quærit, docetque in vtili amicitia & voluptuoſa id non poſſe, in honeſta ſatis eſſe ſi vel paucos, id eſt duos aut tres habuerimus, qui enim multorum ſunt amici, eos nemini eſſe amicos niſi ciuiliter poſſe, tum in aduerſa ne an in proſpera fortuna opus magis amicis ſit, conſiderat: in aduerſaque neceſſariam eſſe, in proſpera honeſtam magis amicorum præſentiam eſſe declarat. Sequebatur de contemplatiua virtute agere: ſed quia ea ſummam in ſe voluptatem habet, de voluptate prius in principio decimi nonnulla conſiderat, veterumque de ea opiniones perſequitur, voluptateſque eſſe diuerſas tum pro ratione operationum ſtatuit, vt ſenſuum aliæ, aliæ intellectus ſint: & quæ ſunt ſenſuum quoque inter ſe eſſe diuerſas, ita vt altera alteram corrumpat, tum pro ratione bonitatis, aut improbitatis, quæ enim malam operationem ſequitur, eſt mala, quæ bonam, bona: quæ item à mala cupiditate prouenit, praua, quæ à bona, bona cenſenda eſt, tum pro ratione purioris inſtrumenti, aut impurioris: nam quæ ex viſu fit, eſt purior, quam quæ ex odoratu, quæ ex odoratu, quàm quæ ex guſtu & tactu, quæ intemperantium eſt. tum pro ratione ſubiectorum, alia ſiquidem hominis, alia canis voluptas eſt. cumque in homine diuerſæ ſint huiuſmodi voluptates, ea propria eius eſt quæ, & intellectu, & affectu bene inſtituti hominis eſt. Poſteaquam hæc abſoluit, ad tractationem de felicitate veri hominis & interioris deſcendit, cui præſidet ſapientia

eamque eſſe operationem ex virtute quæ præſtantiſſima in homine eſt, quæ eſt contemplatiui intellectus, eamque eſſe actiua longe præſtantiorem octo cauſis oſtendit, quia eius partis hominis eſt, qui proprie eſt homo, & circa ſua obiecta quæ ſunt intelligibilia retrahitur, actiua vero circa exteriora diffunditur, quia eſt aſſidua, quia iucundior multo eſt, magisque ſynceras, & minus interruptas habet voluptates, quia ex ſe ſufficit, paucisque admodum extrinſecus indiget, quia eſt tanquam finis, & ex ſeſe diligitur, actiua vero propter contemplatiuam appetitur, quia in ocio, & quiete conſiſtit, actiua in turbatione & negotio, bellum vero ob pacem, & negotium ob ocium fit, quia eſt ſublimior & diuina, actiua vero humana, quia eſt ex intellectu qui eſt ſolius hominis, actiua vero etiam brutorum adiunctas facultates habet. Poſtremo de actiua nonnulla reſumit, vt eam & ex comparatione longe inferiorem eſſe oſtendat, & ad ciuilis doctrinæ tradendæ tranſitum idoneum faciat, cum enim qui imbutus prius non eſt bona vitæ inſtitutione, aptus ad diſciplinam moralem intelligendam eſſe non poſſit, vt in ſuperioribus libris & in primo præſertim ſæpius docuit, atque iccirco aſſuetudine prius aliqua indigeat, aſſuetudinemque hanc non niſi leges valeant afferre, quæ pœnis propoſitis à vitijs deterreant, præmijs ad virtutem ciues incitent atque inducant, quo pacto idoneus aliquis ad condendas leges efficiatur, declaraturum ſe in ſequentibus rerum publicarum libris pollicetur. Atque hæc totius huius doctrinæ ſumma eſt. Quia vero nonnullos eſſe ſcio, qui non tam doctrinam quam ſuaſionem in huiuſmodi negocio requirendam cenſent: monitiones eius quaſdam, & incitationes caſtigationesque ſubiungam: quas, ſicut pium magiſtrum decebat, inter docendum opportune locis ſuis inſeruit.

Primum enim vt ad ſtudium, & induſtriam auditorem incitet, qualis huius diſciplinæ eſſe idoneus auditor debeat, monet: nihil intereſſe inquiens iuuenis ne aliquis ætate ſit an moribus, huiuſmodi enim hominibus inutilem eſſe hanc cognitionem non ſecus atque incontinentibus, quippe cum huius diſciplinæ finis non cognitio, ſed actio ſit. Ad aliasque artes conſequendas non ſolere electionem aut ſtabilitatem requiri, ſed ipſam ſolam cognitionem ſufficere: ad virtutes vero cognitionem parum vel nihil valere, reliqua id eſt electionem & agendi perſeuerantiam multum ac totum conferre, nõ agendo enim non modo non effici quempiam bonum, ſed ne in eo quidem ſtatu eſſe, vt effici poſſit. Cognoſcere item iuſta, & iniuſta nullam ſapientiam eſſe exiſtimare homines quia à legibus ea præſcribuntur: cum tamen quæ leges ſtatuunt, minus iuſta ſint, quam medicamenta ſalubria, difficiliora enim cognitu iuſta quam ſalubria ſunt, ſalubria vero non ex libris cognoſci, ſed experientia & habitu ab artifice qui artem exerceat, ſic iuſta, ab eo qui operetur: atque hæc inquit, quo ſubinde videlicet inculcet, non eſſe negligendum, neque cognitioni tantum acquieſcendum: quippe cum cognitio in huiuſmodi moralibus ex actione ipſa eueniat, neque legis periti magis iuſta ſciant, quam qui, licet nunquam viderint leges, iuſtitiæ habitum ſibi agendo contraxerunt, non enim ſatis eſſe ſi virtutem cognouerimus, id quod ſubinde repetit, ſed vt eam habeamus eaque vtamur, eſſe enitendum: nam ſi verba ad reddendos homines probos ſufficerent, multas ſanè & magnas mercedes acciperent, quippe cum qui diſcit hæc tantum, ſimilis ægrotanti ſit, qui libenter quidem medicum audiat & percipiat, nihil tamen agat. Orationemque non in omnibus vim habere, ſed opus eſſe, vt præcultus ſit auditoris animus, non ſecus ac terra quæ nutritura ſemen ſit. Satisque eſſe ſi quamuis omnia adſint, omniaque faciamus quæ debemus, quibus probi effici videmur: euadere virtutis participes poſſimus. Contento. n. eſſe nos non debere quòd apti ad operandum ſimus, ſed operandum omnino eſſe, ſicut enim in olympijs certaminibus non pulcherrimos & robuſtiſſimos, ſed qui decertant & vincunt, coronari: ſic in vita non qui ſunt idonei, ſed qui operantur, felicitatem conſequi: felicitatem enim licet diuinitus detur, eſſe tamen adeo communem, vt diſciplina & diligentia acquiri ab omnibus poſſit, quo alacritatem omnibus exhibeat, ad bonum conſequendum, niſi ignaui ad modum eſſe ac deſides voluerimus. Poſtea vt non tam ad operandi diligentiam homines incitet, ſed à voluptuoſa vita etiam auocet ac deterreat, ſeruiles prorſus ac pecudes appellat eos qui voluptariam vitam ſectantur, & principes Sardanapalos, quo ſugillatione hac atque infamia notati erubeſcant, atque ad temperantem vitam redeant. Reſolutisque membris corporis ſimiles eſſe incõtinentes. Ac voluptates quidem turpes non eſſe niſi corruptis hominibus dicendas voluptates, quibus videlicet voluptates videntur, ſicut non eſſe dulcia neque amara ea quæ videntur ægrotis, corporisque voluptates quia ſæpe in ipſas incidunt homines, cuilibetque facile occurrunt, nominis huius hæreditatem fuiſſe adeptas, atque iccirco intemperantiam merito eſſe vituperabilem, quia nobis ineſt non quatenus homines, ſed quatenus animalia ſumus, vt ferinum ſit talibus oblectari. Neque venereorum tantũmodo voluptates hoc modo carpit, quo ab eis vnumquemque qui hominem ſe agnoſcit, deterreat: ſed leuiores etiam, quæ tamen eum à ſerijs homines auocant, tum nimia relaxatione ad libidines reddunt propenſiores, luſiones enim voluptuoſas damnat, in quibus propterea poſitam eſſe felicitatem homines opinantur, quia tyrannos & in poteſtate conſtitutos eis vti vident. Neque enim, inquit, ſi iſti principes & tyranni, quia ſyncera & liberalis uoluptatis guſtum non habent, ad corporis voluptates confugiunt, propterea eas magis expetendas eſſe exiſtimandum eſt. nam & pueri quæ apud ſe in precio ſunt, præſtantiſſima eſſe opinantur. Quo loco cum inquit, quam vilipendit & grauiter caſtigat horum vitam, quam beatam ipſi arbitrantur? philoſophiam enim habere in ſe mirabiles & puritate, & ſtabilitate voluptates: iocum & luſum vt negociari poſtea poſſimus, admittit ſolere, non vt diſſoluamur. Sed fortaſſe, inquit, eiuſmodi aliquis eſt, vt diligentiam non adhibeat? at vt eiuſmodi ſint homines, & intemperantes efficiantur, ipſi in cauſa ſunt, dum remiſſe & diſſolute viuunt, & in continua vitiorum operatione verſantur, habitum enim ſponte acquirunt, à quo poſtea liberari non poſſunt, cum volunt: nam neque qui ægrotant, ſanos effici cum volunt, poſſe: licet aut intemperanter agendo, vel medicis non obtemperando ſponte in morbum inciderint: nam ſi iucunda & moleſta violenta eſſe quiſpiam opinatur, omnia ſibi violenta eſſe exiſtimabit, ſed ridiculum eſſe in externa potius cauſam referre, quam in noſmetipſos, quòd huiuſcemodi rebus facile moueamur: & honeſta nobis, turpia iucundis aſcribere. Quocirca quia vitia & virtutes in noſtra poteſtate ſunt, vt ad mediocritatem reducamur, monet, quæ in re ſpectandum eſſe inquit ad quæ nos ſimus procliuiores, atque in contrarium, eorum more qui ligna diſtorta dirigunt, nos ipſos abſtrahendum, quo peruenire ad medium virtutis valeamus: voluptatemque præcipue vitandam, quippe quæ corrumpere iudicium ſoleat, & ſicut Troianorum proceres Helenam, licet pulchra eſſe videretur, dimiſerunt.

ita

ira à nobis voluptatem ob pulchritudinem ne nos corrumpat, eſſe repudiandam. Quid cum ebrium duplici pœna dignum eſſe ait, eo quòd & ſe priuarit ſponte ratione, & contumelioſa præſe agat: Vel qui ſe occiderit, ignominia quadam affici dum indignus ciuium ſepultura iudicatur, nonne hominem à læſione ſibi tam animæ quam corporis inferenda deterret? Quàm ad tolerantiam confirmat, cum molles carpit qui pallium per terram trahunt ne ſcilicet ſe ipſum tollant, laborent, qui cum ægrotantes mitentur miſeros ſe eſſe non exiſtimant, cum miſeris ſimiles ſint. Quàm ab amore vano abducit, cum amatores deridet: qui ſicut amant, ita ſe eſſe amandos cenſent: nam ſi simili modo eſſent amabiles, fortaſſe cenſere ita deberent: Quàm in amicitia ſynceritatem ſeruandam monet, cum amicos qui ſimulant ſe eſſe veros & non ſunt, magis eſſe accuſandos ait, quam qui monetam adulterant, eo quod circa rem preciſiorem peccant. Cum vero orationes de ijs quæ in affectibus & actionibus conſiſtunt, minorem quam opera ipſa habere probabilitatem inquit, cumque diſcrepant ab ijs quæ ſenſu percipiuntur, contemptas veritatem quoque ipſam perimere, vt vere orationes non ſolum ad cognoſcendum, ſed ad vitam quoque ipſam inſtituendam vtiliſſimæ ſint: quid aliud facit, quam conſulit, vt tam veritatem in oratione, quam probitatem in moribus ſemper conſeruemus? Morum autem inſtitutioni quanta adhiberi diligentia debeat, oſtendit, cum monet vt quamuis leges bene inſtituta ſint, debere vnumquemque tamen priuatam & liberorum, & amicorum ſuorum curam habere: magis enim videri ſingula abſolui ſi priuata cura adhibeatur.

Vt vero ſtimulos etiam aliquos ad contemplationem hominibus adhibeat, ſui amatorem eſſe cum inquit qui ſe propriè amat, id eſt præcipuam ſui partem: ſicut enim ciuitas maxime id videtur eſſe, quod in ipſa præſtantiſſimum eſt, ita & homo: quaſi incitans omnes ad honeſta ſectanda, partemque ſuam intellectualem præcipue excolendam, quod efficacius perſequitur quaſi votum ſuum manifeſtans, cum inquit, ſi omnes ad honeſta conſequenda certarent: & publice omnibus, & priuatim ſingulis maxima bona euenirent, ſiquidem virtus tale quid eſt, vt quo perfectius fuerit exculta, eo maiores vtilitates ſemper afferat, neque enim debere nos cum ſimus mortales mortalia cogitare, ſed extolli, & immortales quatenus fieri poteſt, reddi. abſurdum que eſſe ſi non ſuam quiſque, ſed alienam vitam expetat: quaſi in erubeſcentiam inducens, ſi intellectualem & rationalem vitam negligamus, quippe cum non homines, ſed alterius naturæ animalia futuri ſimus. Nam cum eum qui ex intellectu operatur, eumque excolit atque optime afficit, Deo eſſe cariſſimum videri ait: Conſentaneum enim eſſe Deum re illa quæ optima eſt, ipſique eſt cognata, & intellectu delectari, eoſque qui eam maxime amant & honorant remunerari, pie ad modum & prouidentia Dei, & immortalitatis noſtræ ſignificatione ad amplectendam contemplationis puritatem inuitat.

Sed de his hactenus. Satis enim eſſe hæc ad perfectionem moralis huius inſtitutionis declarandam vnicuique poſſunt. Cum igitur hæc Ariſtotelis actiua adeo ſyncera ſit, vt à noſtra Chriſtiana nihil planè diſſentire videatur: niſi quatenus illa paulo perfectius ac ſublimius adhuc hominem prouehit, ita vt non ſolum vitia omnia, vt ipſa hæc facit, eradicet: verum etiam exiguas omnes radicum fibras, vnde timeri pullulatio aliqua poſſit, diligenter perſcrutandas euellendasque cenſeat. Cumque actiua, vt diximus, fundamentum contemplatiuæ ſit, eique correſpondeat: ſimili modo contemplatiuam quoque & rationalem, quam Philoſophus hic tradit, non differre à Chriſtianorum ſpeculatione, niſi in eadem hac perfectione credendum eſt, ſi morali huic fabricæ conſentaneam eſſe eam debere exiſtimamus. Nam quæ de æternitate mundi, de Anima, nonnullisque alijs huiuſmodi diſputat, magis ad morem ipſius, quo vti in rebus omnibus pertractandis conſueuit, quàm ad impietatem aliquam referenda ſunt. A natura enim non ſolet recedere Ariſtoteles, vt etiam quæ ſupra naturam ſunt, ſicut etiam nonnulli philoſophiæ eius Græci interpretes aſſerunt, eo modo conſideret, quo naturam reſpiciunt, quatenusque in natura conſtituta ſunt: contrario modo quam Plato conſueuerit, qui naturalia quoque paulum à natura ſubleuando indagat, vt propterea quoque in multis diſſentire inter ſe hi Philoſophi videantur, cum tamen in via & modo conſiderandarum rerum plerunque magis, quàm in rebus ipſis diſcrepent. Si enim de anima mortales aliquas rationes affert, vt quibuſdam videtur, eæ veriſſimæ, ac certiſſimæ ſunt exiſtimandæ, ſi de Anima ea intelliguntur, quæ materiam reſpicit, corpusque mortale informat, ac perficit. Si item de æternitate motus nonnulla dicit, quibus mundum eſſe genitum demonſtret, contra religionem noſtram ea eſſe minime ſunt exiſtimanda, verum enim eſſe id conſtat, ſi ad naturalem hunc ordinem quem ipſe ſpectat, conſideremus, non enim ex hac alterationum ſerie, ac viciſſitudine à principio creatum eſſe mundum aſſerimus, ſed ex creatione eius alterationum ſeriem poſtea ſucceſſiſſe, vt ſi docendi viam, qua humana hæc ſenſuique expoſita ad clariorem demonſtrationem reſpicit hic Philoſophus, animaduertamus, facile intellecturi ſimus eius rationalem tractationem etiam ſi verbis aliquando videatur, ſententia tamen à morali quæ ſanctiſſima eſt, nuſquam diſcrepare: ſi modo ſibi eum conſtare exiſtimemus, gradumque vitæ actiuæ, vt veriſimile eſt, ita ſuppoſuiſſe, vt ad contemplatiuam ad amuſſim reſpondeat. Moralis enim hæc & actiua non tam agendi, & operandi, quàm diſcendi etiam principium eſt, ſicut ijdem Græci auctores mouent: qui in diſciplina Ariſtotelica ac philoſophica, qua animus noſter ad bonum agendum, & verum intelligendum inſtruitur, principium à morali inſtitutione ſumi oportere eam ob cauſam affirmant, quia inſtrumenta, cuiuſmodi ſunt dialecticæ rationes, ea ſunt natura, vt bene & male vti eis quiſpiam poſſit, niſi animum prius bona morum inſtitutione recte præparatum habuerit. Quia tamen hæc Ariſtoteles dialecticis demonſtrationibus quatenus rei materia patitur, ſatis exquiſite pertractat: ideo oportere, vt qui diſcipulus eius eſſe vult, ſimplici primum aliqua morum inſtructione imbutus, deinde logica eius diſciplina percepta, qua intelligere argumentandi rationes valeat, ad hoc opus audiendum ſeſe ante omnia conferat: vt ſtabili hoc fundamento iacto ſuperextruere cætera quæ ad contemplationem ſpectant, firmiter poſſit. Qui enim hoc vel non ſubijcit, vel ineptum ac labans ſubijcit, cum non habeat, vbi inſiſtat, euaneſcit in cogitationibus, vt inquit Diuus Paulus, contemplationisque totam ædificationem ruinoſam efficit. Quapropter cum pleri que hodie hac via minime ingrediantur, neque fundamentis his iactis ædificent, quippe cum opus hoc quod exordium & viuendi & diſcendi eſſe iam oſtendimus, neque in gymnaſijs publicis locum vllum præcipuum habeat, neque priuatim à quoquam niſi diſputandi tantum aliquando cauſa non agendi conſideretur, mirandum nihil eſſe exiſtimo, ſi nonnulli inueniantur, qui cum peripateticos ſe eſſe iactent, vel Philoſo-

phum

phum hunc ipſum, vel noſtra condemnent. nam cum in euol nendis eius libris non id ſtudeant, vt conſentanea ratio actioni euadat, conſtansque vtraque doctrina ſeruetur: in multa abſurda neceſſario incidunt, vt & impia nonnulla eius dogmata cogantur fateri, & philoſophiam etiam ipſam adeo à Religione noſtra diſcrepare aſſerant, vt qui ea fuerit imbutus, ſi eam ſequi velit, eſſe bonus Chriſtianus non poſſit. quaſi fieri vllo modo queat, vt nos vel rerum verarum cognitio à veritate, vel creaturarum ſcientia à creatore alienet. Cum præterea neque Ariſtotelica virtutis & felicitatis verum ſenſum perceperint, ſi quem viderint aut audiuerint ex noſtris pium, ac ſanctum virum, qui vel voluptatibus adeo ſe abdicarit, vt delectare ſenſus omni ex parte refugiat: vel poſthabitis omnibus & corporis, & fortunæ bonis in ſolitudinem aliquam ſeceſſerit, ibique à commercio hominum ſeparatam vitam traduxerit ſola virtute contentus: vel honorem ab hominibus, & gloriam contempſerit: vel iocoſam loquutionem prorſus è conſuetudine ſua reiecerit: vel mori potius aliquando propoſuerit, quàm quippiam de perfectione ſua relaxare voluerit: non quaſi perfectiorem admirantur, ſed modo ruſticum, modo ſtupidum, modo ineptum, modo humilem & abiectum, modo agreſtem eſſe dicunt. Hominem enim ſociabile eſſe animal iactant, vt conſortio hominum ſe priuare non ſolum ab vtilitate publica, verum etiam ab omni prorſus humanitate alienum ſit. Felicitatemque bona etiam reliqua non ea tantum quæ animæ ſunt, requirere, neque virtute ſola eſſe contentam: vt priuet ſe felicitate, qui vel corpus negligit, vel fortunas: ſimilisque eſſe artifici cenſeatur, qui vt melius operetur, inſtrumenta abijciat. Virtutem item in mediocritate conſiſtere aſſerunt: vnde non eum eſſe virtute præditum qui voluptates corporis, vel honorem, vel iocum è vita ſibi penitus circunciderit, ſed qui hæc omnia moderari ſciat. Vitam vero ita facile negligere cum felicitas vitam etiam perfectam, & longam requirat, eſſe eius qui felicitatem etiam ipſam contemnat. Atque hæc dum dicunt, felices ſe eſſe opinantur, dum & ſemper quod perfectius ſe eſſe vident, damnant: & huiuſmodi rationibus & ſibi, & pleriſque alijs nunquam perfectiorem & puriorem vitam eſſe inquirendam, ſed genio & curandæ cuti iucunde ſemper indulgendum eſſe perſuadent. Cum tamen, ſi ſtudio cognoſcendæ veritatis, & non affectibus ſuis patrocinandi hæc dicerent, Ariſtotelem ipſum habeant, qui felicitatem hanc quam dicunt, non eſſe veram hominis manifeſte declarat, ſed humanam & ciuilem, quæ homini tantum exteriori conueniat, non interiorem & verum hominem perficiat: ad quam noſtri illi feſtinandum cenſent. ſicut enim prior hæc humana felicitas & actiua plurimis: ita illa pauciſſimis indiget: ſolaque virtute eſt contenta, niſi quatenus corporis neceſſitas poſtulat. Quæ enim Alexander in libello de felicitate contra Stoicos diſputat, cum ſola virtute non eſſe contentam aſſerens: de felicitate tantum hac humana, & imperfecta dicuntur, vt Euſtratius quoque in decimo oſtendit: in illa autem quæ veri hominis eſt, nullam vim habent. Nam ut ipſe Ariſtoteles in decimo inquit, contemplanti nulla huiuſmodi rerum ad operationem quidem indigentia eſt, quia ferè contemplationi eſſe impedimento conſueuerunt, quatenus tamen homo eſt, cum pluribusque vitam degit, ex virtute agere proponit, talibus igitur ad humane ſe gerendum indigebit. Vbi etiam illud animaduertendum, aſſerere Ariſtotelem hominem verum, & contemplatiuum non eſſe ſociabilem, neque cum pluribus vitam traducere, ut vana etiam iſtorum hæc ex parte iactatio euadat. Nam cum nonnulla ob neceſſitatem indita in natura hominis ſint, ſi ſublata ea neceſſitas fuerit, ſummæ uirtutis eſſe cenſendum eſt, ſi omne ſtudium, omnisque labor poſtea adhibeatur, vt ea quoque penitus auferantur, vbi enim incidit in potentiam homo, extrinſecusque exceſſit, auxilio aliorum ſtatim indiguit, vtque & ipſe aleretur aſſidue, & genus ſuum in poſterum propagaret, opus habuit voluptate quæ ſubinde ipſum inſtigaret: Vnde cum ſe recolligit, & ab exteriore hac diffuſione retrahit, nullius auxilio, nullaque propagatione indigere incipit, nullaque item alitione, niſi quatenus ad ſuſtentandum corpus ſufficiat: ad quam adeo paucis contentus eſt, vt ea quia vitæ exteriori neceſſaria tantum ſunt, vana etiam eſſe exiſtimet, vanitati enim, id eſt huiuſmodi neceſſarijs inquit Diuus Paulus ſubiectam eſſe creaturam propter eum qui eam ſubiecit in ſpe: quaſi ſi vel hac corporis vita ad virtutum exercitationem opus non eſſet, vel aliquando non ſperaremus fore, vt hac etiam ſublata ſola contemplatiua in nobis perpetuo confirmaretur, nulla prorſus corporis cura habenda nobis eſſet, vt non immerito quatenus fieri poteſt, qui perfectionem hanc affectant, ab his ſe abſtrahant: laudatique ſummopere nonnulli fuerint, quòd adeo ab his mundanis ſeſe ſubduxerint, vt per multos annos hominem vllum, cuius conſortium eſſe alijs iucundiſſimum ſolet, non viderint. quippe cum qui ob virtutem eò prouecti ſunt, vt humana ſocietate non indigeant, Deo vniti iam eſſe intelligantur. Adde quòd ſi contemplatiuam felicitatem quoque omittere in præſentia vellimus, iſtis nihilominus reſpondere ex Ariſtotelis ſententia poſſemus: ſi ea quæ in noſtris damnant, tum ad Heroicam virtutem referremus, quæ vt in ſeptimo docet, omnia excellentius, ac ſublimius quam moralis exequitur: tum ad moralem ipſam: nam cum ſemper donec viuimus vti prudentia opus ſit, vt propterea prudentiæ non poſſit eſſe obliuio, vt ipſe in ſexto inquit, quippe cum eius ſubiecta ſemper nobis ſint obuia, neque vllus locus, vllum tempus, vlla actio, vllus affectus reperiatur, in quibus non requiratur prudentia, quæ virtutum moralium recta ratio eſt: extra vero tempus, aut locum, aut actionem, aut affectum eſſe nemo poſſit, dum viuit: fit, vt morali, id eſt actiua virtute ſemper aliquatenus vti vnuſquiſque etiam contemplatiuus debeat. Quapropter quia felicitas in uirtutis operatione conſiſtit, operatio uero alicuius in qualibet occaſione ſemper exiſtit: ex uirtute aliqua ſemper operari unuſquiſque poteſt dum uiuit, neque abijcere operandi inſtrumenta cenſendus eſt, qui ea abijcit quæ ad operandum ſibi ſunt impedimento, quippe cum & diuitiæ & ſanitas, & reliqua externa ancipitis naturæ ſint, ut ſicut prodeſſe ita obeſſe aliquibus ad uirtutem exequendam ualeant: ut ea reijcere à ſe quiſque debeat, quæ ſibi eſſe impedimento ſentit, quemadmodum neque faber, ſi malleum reijceret, qui cuſionem ſemper ei ſoleret deprauare, uituperatione eſſet dignus, neque priuare ſe inſtrumentis magis quàm aptare diceretur. Præterea in primo felicitatem hanc eſſe eiuſmodi inquit, ut à quocunque poſſit comparari, quaſi ſi adſit uirtus, cum Dei præclariſſimum donum ſit felicitas, cætera facile ſubſequantur, ſi non adſit, nulla eiuſmodi externa proſperitas contingere queat, quæ felicem hominem, uel potius non infelicem efficiat. Quærite primum Regnum Dei, & cætera adijcientur vobis, inquit veritas. Sed ſunt qui ſe ridiculo quodam modo decipiunt:

cipiunt: nam cum felicitatem in operatione ex virtute conſiſtere iaceant, operationem vero hanc corporis bonis & externis indigere tanquam inſtrumentis: prius inſtrumentis conquirendis ſibi vacandum cenſent, quaſi vbi voluerint, virtutem paſtea comparare ſibi facile poſſint: atque ita dum poſthabita virtute, vel corpori curanda vacant, intemperantia & audacia: dum pecuniis colligendis ſtudent, auaritia & iniuſtitia eos præoccupat, vt ſiquis eſſet qui dum inſtrumenta ad extruendam domum hinc inde conquireret, lateres & ligna, cæteraque quibus domus extruitur, nulla cura habita diſſipanda, ac perdenda curaret: ſimilis his omnino eſſe videretur. Temperantia vero dum viuimus in continua acquiſitione conſiſtit: vt retrahere nos ad contrarium ſæpe numero neceſſe ſit, dum in via ſumus: in via autem tantiſper ſumus, quandiu vixerimus: fugereque vel mediocrem voluptatem non quia mala ſit, ſed quia fallax, latenterque ſeſe inſinuet, adde quòd vt ipſe in tertio inquit, merito eſſe vituperabilis propterea debet, quia nobis ineſt, non quatenus homines, ſed quatenus ſumus animalia: vt talibus oblectari, & acquieſcere ferinum ſit. Cum enim in appetitu cibi, & potus, & amoris moderando temperantia conſiſtat, & amor exuperationi ſimile ſit, vt niſi vnum amare vehementer non valeamus: Deum vero amare ſupra omnia debeamus: fit, vt coniugio etiam ſeſe homo abdicare debeat, ſi amoris affectu erga Deum vti præcipue vult. ſed inſurgent hoc loco video aliqui ex iis qui homines ſe eſſe volunt, neque diuinas increpationes illas timent: ſicut homines moriemini: &, vade retro ſathana quia ſapis quæ ſunt hominum, non quæ ſunt Dei: inſurgent inquam, & dicent, amicitiam erga naturam diſſimilem, & in nimia excellentia nullam eſſe poſſe, atque iccirco erga Deum cum homine non poſſe eſſe amicitiam, vt ipſe inquit in octauo, qui tamen ſi intelligerent, de quo amicitiæ genere loquatur, nihil haberent, opinor, quod dicerent, de ea enim amicitia agit, in qua homo adhuc homo, & humilis permanet, non attollitur & Deus efficitur: nam cum altera illa perfectiore vita, & contemplatiua ita transformemur, vt ſimiles Deo euadamus: Deuſque nos vt cognatos effectos amet, vt in decimo ait: non video cur non amare Deum etiam vehementiſſimo amore debeamus, vbi enim maior tranſmutatio, maior adhæſio: vbi maior adhæſio, maior quoque amor ſit, neceſſe eſt. maior autem tranſmutatio ſpeciei & naturæ eſt, qua in Deum immutamur, Deoque ſimiles efficimur, licet per participationem id fiat: quàm indiuidui, qua cum hominibus vnimur. Cumque præterea cibi, & potus voluptas medicinæ cauſa nobis data ſit, ne famis & ſitis morbo interimamur, adeoque doloſe ſurrepat, vt ſub ſpecie neceſſitatis in laſciuiam deſpumet: & peccata cum ſint lapſus, in præcipitium imprudentes ſæpenumero inducant: vt ſiquis irretitus aliquo vel leuiſſima eſt, periculum ſit, ne mole eius in grauiſſimum detrahatur: perinde ac ſiquis è ſumma rupe veſtigiis delabatur, niſi ſtatim ſeſe contineat, id quod in viciis & peccatis pœnitentia præſtat: in profundiſſimam vallem præceps feratur, neceſſe eſt: danda opera eſt, vt omnibus expurgemur, & quæ ex ſe etiam conceduntur, aliquando caueamus, voluptateſque alioqui non malas, ne malæ nobis in occaſione efficiantur, ſeueriſſime euitemus: præſertim cum ipſe, & in ſecundo voluptatem etiam ſi ſit pulchra & decora, eſſe dimittendam non ſecus atque Helenam, ne mali alicuius n[illegible] occaſionem præbeat: & in ſeptimo fraudes nectere eam, & inſidiis contra nos vti: non ſecus ac Venus ceſtro ſuo, quo vel prudentes decipit ipſos, vt qui vel leuiſſimas voluptates hac de cauſa fugit, non ſtupidus, ſed temperantiſſimus eſſe cenſeatur. Qui in illi qui ciborum condimenta varia & ſuauitates inquirunt, vt diuturniore & ampliore eſus, & potus medicina ſibi opus ſit, non ſecus præter naturam facere ſunt exiſtimandi, quàm ſiquis daret operam, vt in eo ſtatu ſemper ſe conſeruaret, vt veratrum, aut aliquod aliud huiuſmodi medicamentum ſumere cogeretur, medicina enim moderate, & quando opus eſt, ſumpta prodeſt: immoderate & non ſuo tempore, deprauat ac perdit. Qui vero honorem contemnit & gloriam: ſi hac eadem cautione facit, vt ſibi ad ſuperbiam occaſionem præcidat: prudens potius eſt exiſtimandus, quàm vituperandus, ſi propterea facit, quia res humanas parui æſtimat: magnanimus potius quàm vilis, prædicandus eſt, magnanimus ſiquidem, vt in quarto inquit, cum ornamento omnium virtutum præditus ſit, honore qui à Deo exhibetur, eſt contentus, viliaque omnia & abiecta hæc humana eſſe opinatur. De ioco ſanè plura minime dicenda mihi eſſe arbitror, cum ſuperuacaneum quoddam eſſe videatur, quippe cum ipſe quoque Ariſtoteles in decimo eum admodum vili loco habeat, & non niſi vt remedium admittendum: & quia, vt in ſeptimo inquit, ſemper laborat animal, ſiue audiat, ſiue videat, relaxationis tantum cauſa adhibendum cenſeat: ita vt ſi relaxationem quiſpiam vllam non requirat, eum penitus tollere longe melius ſit. Conſortio vero hominum ſe priuare, tantum abeſt ut alienum, uel ab humanitate uel ab utilitate ſit, ſicut iſti dictitant, ut qui id facit, & multo magis amicus omnibus ſit, & prodeſſe etiam multo magis poſſit: nam ſi amor probi uiri erga ſe ipſum regula eſt erga alium amicitiæ, ut in nono manifeſtiſſime declarat: qui ſeſe uere amat, etiam in ſolitudine proborum omnium eſt amicus, eiſque non ſecus, ac ſibi bona uult atque optat, ſi enim eſſet ciuis unius ciuitatis, pauciores amaret: & quod ex eo conſequitur, benefacere paucioribus poſſet, cum etiam ipſe Ariſtoteles dicat, eum qui bonus ciuis ſit: bonum uirum interdum eſſe non poſſe: quippe cum multæ ciuitates contraria inter ſe habeant inſtituta, vt neceſſe quaſi omnino ſit, ſiquis pluribus, & omnibus eſſe debeat amicus ſit ſolitarius, id eſt ſit communis ciuitatis, id eſt Chriſtianæ ciuis, quippe cum niſi eis quos amat quiſpiam, benefaciat: benefaciat autem non niſi cum occaſio contingat, at qui plures amat, plures proculdubio cum occaſio ſe offert, beneficio afficiat: nam conſuetudinem habere poſſe probum virum vnius videlicet, aut alterius, in nono declarat, cum & pauci admodum reperiantur boni viri, & ipſe eis non indigeat, niſi vt oblectetur, operarique iucundius videndo poſſit: quaſi id imbecillitati etiam potius naturæ, quàm perfectioni aſcribat. Nam cum felicitatem vitam perfectam requirere aiunt, vt negligenda ita temere vita non ſit: Ariſtotelem ipſum audiant, qui moralem felicem in nono aſſerit breui tempore lætari vehementer magis electurum eſſe, quàm longo leuiter, & viuere honeſte vno anno, quàm multis quomodolibet, vt vita perfecta non tam longa, quàm abſoluta & integra intelligendum eſſe declaret.

Atque hæc in præſentia mihi dicenda exiſtimaui,

non

non quòd moralem noſtrorum vitam, & actiuam eſſe hac peripatetica exquiſitiorem, perfectioremque non putem: ſed vt Ariſtotelicam hanc, & actiuam felicitatem longe ſanctiorem, ac puriorem, quàm prima fronte præ ſe ferre philoſophia videatur, ſi perpendere diligentius rem voluerit, inuenire vnumquenque poſſe demonſtrem, hocque Ariſtotelis opus eſſe eiuſmodi, vt ſi non exacte perficere, præparare tamen, & deducere ad perfectionem hominem mirifice valeat.

INDEX CAPITVM IN LIBRIS MORALIVM ARISTOTELIS,

PRIMI LIBRI CAPITA.

DE vniuerſali boni appetitu, ac finium diuerſitate.Cap.1. pag.1.
Quod vnus agibilium finis, qui ciuilis ſit facultatis Cap.2. 5
De modo procedendi, & auditore morali.Cap.3. 7
De ſummo bono, & recta auditoris educatione.Cap.4. 11
Quod fęlicitas non ſit voluptas, honor, virtus, aut diuitiæ. Cap 5. 13
Quod non ſit idea.Cap.6. 15
De felicitatis ſubiecto, ſubſtantia, & præceptis in vnaquaque ſcientia obſeruandis.Cap.7. 23
De dictorum antiquorum cum vera felicitate conſenſu, ac de triplici bono ad felicitatem neceſſario.Cap 8. 30
De modo aſſequendæ felicitatis Cap.9. 34
Quis in hac vita dicendus ſit fęlix, & quid felix. Cap.10 36
Quod poſterorum fortunæ ad defunctos pertineant. Cap.11 pag. 38
Quod felicitas bonum ſit honorabile potius, quam laudabile. Cap.12 39
De duplici animæ parte, ac virtutis diuiſione.Cap.13 40

SECVNDI LIBRI CAPITA

DE productione virtutis intellectiuæ, & moralis. Cap.1. pag. 47
Quod virtus ab exceſſu, & defectu corrumpatur ad mediocres inclinans operationes Cap.2 49
Virtutem moralem eſſe circa voluptatem ac dolores. Cap.3 pag. 49
Quæ inter iuſta agere, & iuſte agere differentia ſit. Cap.4 52
De affectu, facultate, habitu, & habitum eſſe genus virtutis. Cap.5 53
De duplici mediocritate, & virtutis ſubſtantia.Cap.6 53
Mediocritatum inter duo extrema diſpoſitio.Cap.7 56
De virtutum ac vitiorum mutua oppoſitione Cap.8 60
De præceptis quæ ad ipſum medium ducunt. Cap 9 61

TERTII LIBRI CAPITA

DE ſpontaneo, & inuito.Cap.1 63
De electione.Cap.2 68
De conſultatione.Cap.3 70
De voluntate, & eo quod eſt voluntate appetibile.Cap.4 73
De iis quæ in noſtra ſunt poteſtate.Cap.5 73
De fortitudine ac forti.Cap.6 77
De terribilium diuerſitate, & fortitudinis extremis.Cap.7 78
De quinque modis fortitudinis non veræ.Cap.8 80
De proprietatibus fortitudinis. Cap 9. 83
De temperantia.Cap.10 84
Diuerſas cupiditatum ſpecies eſſe.Cap.11 86
De temperantiæ extremis.Cap.12 87

QVARTI LIBRI CAPITA

DE liberalitate, & eius extremis.Cap.1 89
De Magnificentia, & eius extremis.Cap.2 94
De magnanimitate, & eius extremis.Cap.3 98
De moderato honoris ſtudio, & eius extremis.Cap.4 103
De manſuetudine, eiuſque extremis.Cap.5 104
De comitate, & eius extremis.Cap.6 106
De veracitate, & eius extremis Cap.7 107
De facetudine, & eius extremis.Cap.8 108
De verecundia.Cap.9. 109

QVINTI LIBRI CAPITA.

DE iuſtitia, & iniuſtitia, & modis iniuſti.Cap.1 111
Quid iuſtitia particularis, & quotuplex.Cap.2. 114
De iure diſtributiuo.Cap.3 119
De iure commutatiuo, & emendatiuo.Cap.4. 122
De retaliatione, numo, & indigentia.Cap.5 125
De iniuria, & iure, ciuili, herili, & familiari.Cap.6 130
De iure naturali, & legitimo.Cap.7. 132
De triplici nocumento quod aliis irrogatur.Cap.8 133
De eo quod eſt pati iniuriam.Cap.9 136
De æquitate, æquo & bono.Cap.10 140
De eo quod eſt facere iniuriam.Cap.11 142

SEXTI LIBRI CAPITA

DE recta ratione, duplici virtute, & partibus animæ. Cap. 1.pag. 146
De principiis agendi.Cap.2 153
Habituum intellectualium enumeratio, quod ſcientiæ obiectũ & quæ proprietates.Cap.3 156
De arte.Cap.4 160
De prudentia.Cap.5 162
De intellectu.Cap.6 166
De ſapientia.Cap.7 167
De partibus prudentiæ.Cap.8 174
De bona conſultatione.Cap.9 179
De perſpicacia.Cap.10 184
De ſententia.Cap.11 186
De vtilitate & ſapientiæ, & prudentiæ.Cap.12 190
De naturali virtute, & de virtutum, & prudentiæ connexione. Cap.13 194

SEPTIMI LIBRI CAPITA

DE heroica virtute, continentia, & earum oppoſitis. Cap. 1.pag. 199
De continente, & incontinente.Cap.2 201
Quoniam pacto incontinentes agant.Cap.3 203
Circa quæ continens, & incontinens verſetur. Cap.4 207
Circa iucunda præter naturam non eſſe incontinentiam, eiuſque duas eſſe ſpecies.Cap.5 209
De incontinentia iræ, voluptatum differentiis, & vitio humano.Cap.6 210
De continente, incontinente, tolerante, & molli.Cap.7 212
Quæ incontinentis, & intemperantis differentia ſit. Cap.8. pag. 214
De continentis, & pertinacis conuenientia, & differentia. Cap. 9.pag. 216
Prudentiam, & incontinentiam ſimul in eodem non eſſe. Cap.10 217
De voluptate.Cap.11 218
Improbatio rationum de voluptate.Cap.12 219
De voluptatum ſpeciebus.Cap.13 222
De corporis voluptatibus.Cap.14 223

OCTAVI LIBRI CAPITA

DE amicitia.Cap.1 pag.227
De amabili.Cap.2 228
De ſpeciebus amicitiæ.Cap.3 229
Honeſtam amicitiam proprie dici amicitiam, alias vero ex accidenti.

cidenti.Cap.4. 231
Qui dicendi amici,& qui ad amicitiam apti.Cap.5 233
In qua amicitia plures poſſint eſſe amici.Cap.6 234
De amicitię ſupereminentia.Cap.7 235
Amicitiam magis conſiſtere in eo vt amet quiſpiam, quam vt ametur.Cap.8. 237
De ciuili amicitia.Cap 9 237
De ſpeciebus ciuilitatis.Cap.10 238
De amicitia regia,paterna,familiari,& fraterna.Cap.11 238
De amicitia ſodalitia,& filiali.Cap.12 239
De duplici iure,& de compenſanda amicitia.Cap.13 240
De querelis in amicitia per ſupereminentiam, & de abdicatione.Cap.14 241

NONI LIBRI CAPITA

QVAE conſeruent amicitiam.Cap.1 243
Singulis pro dignitate beneficia eſſe rependenda. Cap.2 pag. 247
Quando ſeruanda amicitia.Cap.3 248
Quæ opera amicitiæ,& quòd non ſint prauorum.Cap.4 250
De beneuolentia.Cap.5 253
De concordia.Cap.6 255
De beneficentia.Cap.7 256
De amore ſui.Cap.8 259
De amicis felicis,& quibus indigeat.Cap.9 262
De numero amicorum, multi ne an pauci habendi ſint. Cap.10.pag. 267
Vtra in fortuna habendi ſint amici.Cap.11 268
De præcipuo munere amicorum,& bonorum malorumque amicitia.Cap.12 270

DECIMI LIBRI CAPITA.

DE voluptate.Cap.1 272
Opinio Eudoxi de voluptate.Cap.2 274
Dicentium voluptatem non eſſe bonum confutatio, etſi non omnis expetibilis ſit.Cap.3 276
Quidnam ſit voluptas,& quo modo operationem perficiat. Cap.4 281
Voluptates inter ſe ſpecie differre.Cap.5 286
De felicitate.Cap.6 290
De felicitate contemplatiua.Cap.7 292
De felicitate actiua,& præcipuo munere operationis. Cap 8 pag. 298
Peroratio operis.Cap.9 302

F I N I S.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN ARISTOT. ETHICORVM, LIBROS.

A

ABERRARE à ſcopo, facile, fol. 94. columna 1. C.
Accommodatum naturæ 298.c.1.A
Accuſatione indignus 8.col.2.A
Acerbi 105.col.1.A
Acerbi ſibi & amicis moleſtiſſimi Ibidē.
Acerbi triſtes Ibidem B
Achilles 65.col.1.E
Achilles clarus, non felix 76.c.2.D
Achilles magnanimus 98.col.1.B
Achilles Patrocli amicus 250.c.2.A
Actio 3.c.1.B
Actio bona quibus conſtet 155.c.1.A
Actio ex cupiditate ſpontanea 68.c.1.A & B
Actio in quibus 159.c.1.E
Actionis & affectionis diſcrimen 160.c.2.B
Actionis finis 155.c.1.D
Duplex 181.c.1.C
Actionis præcipuum 67.c.1.E
Actionem quid ſequatur 50.c.1.D
Actiones ex virtute 91.c.1.C
Actiones fine carentes & nomen perdere 4.c.1.C
Actiones ignoratæ, quæ inuitæ 67.c.2.A
Actiones circa particularia 56.c.2.B
Actiones miſtę, fol. 64.c.2.B quandoque laude, quandoque vituperio dignæ 65.c.1.C
Actionum domini ſumus 77.c.1.E
Actionum duplex finis 155.c.2.B
Actionum, & habituum diſcrimen 77.c.2.E
Act. principia in nobis 77 c.1.E
Act. principia quam inter ſe habeant rationem 154.c.2.A
Actiuæ partes 1.c.1.B
Actiuus vir 189.c.1.E
Actuoſiores 173.c.2.A
Acturus aliquid rectè in ciuitate quis ſit. 189.c.1.A
Actus habitibus conformes 107.c.2.B
Actuum diuiſio 5.c.1.C
Ad aliquid 17.c.1.B
Admonitio 46.c.1.B
Aduerſa 38.c.1.E
Aduerſatur naturæ 9.c.1.A
Adulator 59.c.2.D & 106.c.2.E, &
Adulatores famularij 102.c.1.C
Adulatores humiles homines 108.c.1.C
Adulterium, quid 56.c.1.A
Aedificatio à re ædificata non ſeparatur 282.c.1.B
Aequale 119.c.2.A
Aequalitas 119.c.2.D
Aequalitatem eſſe amicitiam 233.c.2.B
Aequum 119.c.1.D
Aequum & bonum, cum iure partim idem partim diuerſum, 140.c.2.C
Aequum & bonum honeſtum ibidem.
Aequum, & bonum, ius quoddam 141.c.2.B
Aequum vbi 119.c.1.E
Aequi & boni tractatio 140.c.2.B
Aequi & boni vocabulum diuerſimode accipi 140.c.2.B
Aequi & boni natura, 141.c.1.C
Aequa bonis communia 187.c.2.C
Aequus & bonus vir 141.c.2.D
Aequus & bonus vir de quibus iudicet 187.c.1.A
Aequi bonique viri proprietas 136.c.2.E
Aequitas 141.c.2.E
Aequitatis munus 186.c.2.B
Aequiuoca 12.c.1.A
Aequiuoca à fortuna 12.c.1.B
Aequiuoca ab vno ad vnum 12.c.1.C
Aequiuoca iuxta formam dici 112.c.1.E
Aequiuocatio ex proportione 12.c.1.C
Aeſchylus miſteria reuelans 66.c.2.D
Aetate carens 289.c.2.C
Aetate grandis Ibidem.
Aeterna generatione & corrup. carere 258.c.2.A
Aeterna neceſſaria 70.c.2.B
Aeternæ res quæ ſint Ibdem.
Affectus 273.c.2.C
Affectus apud ſtoicos 51.c.1.D
Affectus bene quis ſit 283.c.1.C
Affectus vera diffinitio 51.c.1.D
Andronici 51.c.1.B Boetij 51.c.1.B
Affectus quid Ariſt. 247.c.2.B
Affectus partes 53.c.1.B
Affectus naturæ inuiti 63 c.1.D
Affectus naturales 136.c.1.D
Affectus quomodo ſpontanei 63.c.1.D
Affectus virtutis 50.c.2.D
Affectus vitioſi 50.c.2.D
Affectuum fontes 51.c.2.B
Affectuum prima diuiſio 50.c.1.A
Affectus aliquos ſiue actiones non admittere mediocritatem, quare praui 55.c.2.D
Affici quotuplicitcr dicatur 284.c.1.B
Affirmatio & negatio vbi 153.c.2.A
Agamemnon paſtor populorum ab Homero dictus 138.c.2.B
Agatho tragicus poeta 156.c.2.A
Agenda quæ 5.c.2.A & 8.c.2.A
Agendæ res 187.c.2.E
Agendarum rerum principia 165.c.1.C
Agendorum diſputatio 49.c.1.C
Agendorum finis 5.c.1.E
Agens ignorans inuitus 67.c.1.D
Agentis finis 155.c.1.C
Agentem quæ ignorare contingat 66.c.1.E
Agentes ſæpè quod agant ignorare 66.c.2.D
Agere bonum 205.c.1.B
Agere cum electione 134.c.2.B ſine electione eodem.
Agere ex recta ratione 49.c.1.B
Agere rectè, difficile 54.c.2.C
Aiacis fortitudo 81.c.1.C
ἀλαζόνες apud græcos 59.c.2.A
Alcmęon 65.c.1.B
Alexander afrodiſeus 294.c.2.E
Alex. Priami filius 194.c.1.E
Alpha inſtrumentum 29.c.1.D
Altrix anima 279.c.1.B
Altricis animæ operatio ibidem A Amabilia tria 229.c.1.C
Amans 205.c.2.A Amare ob pulchritudinem 249.c.2.B
Amare ſe mutuo ob vtilitatem 230.c.1.A
Amare, virtus amicorum 237.c.2.A
Ambitioſum vituperari, laudari 103.c.2.A
Amicitia 227.c.1.A
Amicitia adulationis mediocritas ibidem B
Amicitia an inter omnes poſſit exiſtere 228.c.2.A
Amicitia ciuilis 237.c.2.C
Amicitia duplex 51.c.2.B
Amicitia in tres ſpecies diuiſa 232.c.2.C
Amicitia inter quos 227.c.2.D
Amicitia iuuenum 230.c.1.B
Amicitia non ſtatim diſſoluenda 248.c.2.B
Amicitia quando ſeruanda 248.c.2.E

Ami-

Amicitia quid 231.c.2.B
Amicitiæ diffinitio 239.c.2.E
Amicitiæ aliſſum 39.c.1.D
Amicitiæ,& comitatis differentia 206.c.1.D
Amicitię menſura probus vir 251.c.1.B
Amicitię opera 250.c.1.E
Amicitię ſpecies 129.c.2.E
Amicitiæ ſpecies ex ſupereminentia 235.c.2.B
Ad amicitiam apti qui 233.c.1.A
Amicitiam in eo magis conſiſtere vt amet quàm vt ametur. E. 237.c.2.A
Amicitia multis modis dici 163.c.1.B
Amicitiam pro amore capi 228.c.1.B
Amicitiam,quæ conſeruent 243.c.2.A
De Amicitia compenſanda 240.c.2.B
Amicitia excedere 227.c.1.C
Amicitia omnes opus habere Ibidem.D
In qua Amicitia plures amici eſſe poſſint 234.c.2.B
In amicitia querelæ 241.c.1.C
De amicitia regia paterna familiari, & fraterna 238.c.2.D
De amicitia ſodalitia,& filiali 239.c.2.C
Amicus qui 59.c.2.D & 155.c.1.B
Amici ab adulatore differentiæ 280.c.1.B
Amicum qualem capimus 206.c.1.D
Amici qui proprie 229.c.2.D & 236.D
Amicorum conciliatio 267.c.2.A
Amicorum omnia communia 260.c.1.D
Amici an felix indigeat 262.c.2.C
Amicis honorem ex libere 26.c.2.C
Amicis quis opus habeat 274.c.1.B
Amicos quales eligemus,& quot 267.c.2.C & 268.c.1.B
Amor ſui 259.c.1.E
Amoris venerei principium 254.c.2.A
Anaxarchus 65.c.1.D
Angulus rectus 29.c.2.D
Anima quid 192.c.2.B
Anima moderatrix 246.c.2.E
Anima hominis 27.c.2.B
Anima ſenſiua 283.c.2.E
Animæ actiones 146.c.2.D
Animæ appellatio,apud Græcos 33.c.1.B
Animæ bona 292.c.2.B
Animæ cum Deo vnio 2.c.1.D
Animæ cur ambiguitas,& ignorantia accidat 154.c.2.D
Animæ diuerſæ vires 145.c.2.A
Animæ facultates multæ 151.c.2.B
Animæ hominis partes 27.c.2.B.& 13.c.1.B
Animæ Inſtrumentum 23.c.2.B
Animæ ortor quibus paretur 145.c.1.B
Animæ ocium ſomnus 44.c.1.B
Animæ partes 43.c.2.C
Animæ irrationalis partes 84.c.1.B
Animæ partium in homine connexio 190.c.2.B
Animæ ſenſitiuæ operatio 27.c.2.C
Animal ſemper laborare 225.c.1.B
Animalia 285.c.2.B
Animalium irrationalium induſtria 261.c.2.D
Animalium vitæ 265.c.1.A
Animę deſiderium 18.c.2.B
Animę elegantia vnde cognoſcatur 109.c.1.D
Animi virtutes 8.c.1.A
Animo ægra in eſſe 53.c.1.B
Animis mederi quam corporibus facilius. 10.c.2.D
Apis prudentia 171.c.2.B
ἀποφθέγματα 190.c.1.A
Appetibilis vis 51.c.1.A
Appetitio inſatiabilis 88.c.1.E
Appetitio quid 253.c.1.E
Appetitiuæ facultates 146.c.1.A
Appetitricis facultates 151.c.2.A
Appetitus miniſter 153.c.2.B
Appetitus duplex in bonis agendis 154.c.2.E
Appetitus vanus 5.c.1.E
Architector quis dicatur 218.c.2.B
Ariſtotelis amicus 16.c.1.A
Ariſtotelis carmina 14.c.2.D
Ariſtoteles Platonem carpit 11.c.2.C
Ariſtotelis in 10.lib.moralium ſcopus 2.c.1.B
Ariſtotelis mod eſtia,ſimul,& ſtudium veritatis 16.c.1.A
Ariſtotelis moralia cur ita inſcripta 2.c.1.B
Ariſt.mor. 2.c.1.B.& 3.c.1.B
Ariſt.opera 43.c.1.B
Ariſt.ſtudium 11.c.1.B
Arithmetica proportio 117.c.1.A Diſiuncta 118.c.2.B
Arrogans 107.c.1
Arrogans vituperandus 107.c.1.B
Arrogantium ſpecies 107.c.2.D
Arrogantium proprietas 108.c.1.B
Arrogantia 59.c.1.D
Arrogantiæ mediocritas ſeu veracitas 107.c.1.A
Arrogantiæ partes 108.c.1.B
Ars & fortuna circa eadem 161.c.2.D
In quo differant 162.c.1.A
Ars ſuo ambularia 4.c.1.D
Ars mala ibidem
Ars militaris 4.c.2.C
Ars,non actionis,ſed effectionis 161.c.2.D
Ars non eſt virtus 165.c.2.B
Ars nulla inutilis 4.c.1.D
Ars præſtantiſſima 6.c.1.C
Ars quid 3.c.1.A
Ars vana 4.c.1.D
Artis finis 3.c.1.A
Artis materia 7.c.1.C
Artis ſpecies 7.c.2.A
Artis ſubiectum 161.c.2.D
Artis ſubiecti diuiſio 164.c.2.C
Artis eſſe virtutes 165.c.2.B
Artis vtilitates 3.c.1.B
Artis & ſcientiæ obliuione contingere 166.c.1.B
Artem fruſtrari 157.c.2.C
Artem neminem ignorare 3.c.1.A
Artem ſcientiam comprehendere 3.c.2.B
Artes elegantes 7.c.1.D
Artes & ſcientiæ cur diuerſæ 175.c.2.C
Artes fine fruſtrari 4.c.1.B
Artes hominis eſſe 16.c.1.D
Artes naturam imitari 3.c.1.B
Artes opifices 7.c.1.B
Artes Philoſophiæ pars 3.c.1.B
Artes,potentiæ 4.c.2.D
Artes principantes 4.c.2.B
Artes quæ in honore 6.c.2.A
Artium diuerſarum diuerſæ relationes 7.c.1.B
Artium & finium perfectio 5.c.1.A
Artium finis duplex 3.c.2.C
Artium fines differre 3.c.2.B
Artium incrementa 28.c.2.C
Artium opera 5.c.2.A
Artificialia extrinſecum habere principium 161.c.2.B
Artificialium,& naturam diſcrimen ibidem C
Artifex,artifices 6.c.1.B
Artificis opus 96.c.1.A
Artificum diuerſitas 7.c.2.A
Aſſuetudo 47.c.1.D Aſſuetudo bona 13.c.1.A
Aſſuetudine carere periculo 87.c.1.B
Athenienſes magnanim 101.c.2.B
Attica phraſis 74.c.2.C
Auaritia 89.c.2.C
Authoramenta 168.c.2.B
Audax 58.c.1 B.& 79.c.2.C
Audacis proprietas 80.c.1.A
Auditor accommodatus 10.c.1.C
Auditor qui 9.c.1.B
Auditor ciuilis 12.c.2.B
Auditor ſenex,ineptus 10.c.1.D
Auditus 289.c.1.C
ἀντονομάσια

B

Beatus 38.c.1.A
Beatus nemo inuitus 74.c.1.B
Beatus vnde dictus 39.c.1.A
Beatum efficere perdurationē in operationē virtutis 8.c.1.E
Beati 38.c.2.B
Beatitudo purgatoria 23.c.2.D
Beatitudine in eſſe omnia bona 35.c.1.D

Beatitudinum, alia hominum, alia intellectualis naturæ, fol.38. col.1.C.
Beatitudinum differentiæ 23.c.2.D
Bellaria 187.c.2.E
Bellum cur geratur 295.c.2.B
Bene ſperantes, fortium ſimiles 82.c.2.B
Beneficium optimum quod 227.c.1.D
Beneficium quomodo æſtimandum 246.c.1.E
Beneficum affici quid 258.c.2.B
Beneficia ſingulis pro dignitate rependenda 247.c.1.A
Beneuolentia 129.c.2.B.& 253.c.1.B
Beneuolentiæ definitio 129.c.2.C
Beneuolus 129.c.1.C
Beneuoli 255.c.1.A
Beſtiæ 195.c.1.E
Biantis de iuſtitia dictum 214.c.1.B
Bileatra affectos ſemper eſurire 225.c.1.D
Bonum commune 2.c.2.D
Bonum diffinitum 276.c.2.D
Bonum eſt finiti 54.c.2.C
Bonum ex participatione 1 21.c.2.D
Bonum homini impoſſibile 22.c.2.D
Bonum humanum 28.c.1.B
Bonum inquantitate 17.c.2.A
Bonum in quibus 26.c.2.E
Bonum non idem omnibus 170.c.1.E
Bonum nullum commune 17.c.1.E
Bonum omnium quid 23.c.1.E
Bonum operantis 26.c.1.D
Bonum poſſibile homini 22.c.1.A
Bonum publicum, diuinum 6.c.2.C
Bonum quid proprie 229.c.1.E
Bonum quot modis dicatur 17.c.1.B
Bonum ſempiternum 19.c.2.D
Bonum ſummum 5.c.1.B
boni aſſequutio 2.c.2.B
Boni augmentum 25.c.2.D
Boni deſcriptio & laus 2.c.2.B.& 3.c.1.A
Boni diuiſio 23.c.1.C
Boni partes 31.c.1.B
Boni ſpecies non vna 21.c.2.A
Boni ſummi diuinatio 14.c.1.B
Boni vniuerſalis cognitio inutilis 23.c.1.A
Bona 173.c.1.C
Bona diuerſa ſub vna nuncupatione 19.c.1.C
Bona dupliciter accepta 20.c.2.D
Bona externa 33.c.2.A
Bona maxima 31.c.1.B
Bona quæ apud homines conſiderantur quot. 192.c.1.A
Bona ſimpliciter 113.c.1.A
Bona vulgo 8.c.1.A
Bonorum cauſa 40.c.2.D
Bonorum diuiſio 39.c.2.B
Bonorum per ſe diffinitio 20.c.2.B
Bonorum ſeiunctio 20.c.2.D
Bonus 38.c.2.B.& D.
Bonus abſolute 13.c.1.A
Bonus ex voluptate actionis 32.c.2.E
Bonus ſolus honorandus 100.c.2.A
Bonus vir cur ametur 230.c.1.B
Boni & mali, non natura, ſed elect. 53.c.1.E
Boni honorandi 99.c.2.D
Bonos & malos eſſe, in nobis ſitum 74.c.1.B
Braſida lacedemonius 132.c.1.B
Breuæuum 20.c.1.A

C

Calliditas quid 193.c.2.C
Calliditatis à prudentia differentia 193.c.2.C
Callidum eſſe incontinentem 217.c.1.C
Captioſa ratio 202.c.2.E
Caſtigatum 88.c.2.B
κατηγορίας. 17.c.1.A
Cauillator aptus 109.c.1.C
Cauillatores 203.c.2.E
Cautum 109.c.1.D
Cauſa diuerſa in diuerſis 29.c.2.C
Cauſæ impedientes à boni exequutione. 1.c.1.E
ἤθη. 248.c.1.E
Celtæ. 79.c.2.B
Cenſi potentia 238.c.1.D
Chamelæon animal 37.c.1.D
Charo, dux 81.c.2.C
χρὴματα. 229.c.1.C
Circulus 177.c.1.E
Citharœdus fallitur promiſſis 244.c.2.C
Ciuilis adminiſtrationis exempla 2.c.1.A
Ciuilis artis finis 6.c.2.B
Ciuilis artis præſtantia ibidem.
Ciuilis auditor 9.c.2.C
Ciuilis facultas 1.c.2.B
Ciuili facultati ſubdita 2.c.2.B
Ciuilis finis 13.c.2.E
Ciuilis finis & agendorum bonum idem 11.c.1.B
Ciuilis materia 7.c.2.D
Ciuilis operatio 293.c.1.B
Ciuilis ſcientia 198.c.1.C
Ciuilis vir. 174.c.1.C
Ciuilis ſtudium 42.c.1.C
Ciuiles viri apud veteres 15.c.1.D
De ciuilitatis ſpeciebus 238.c.1.D
Ciuiliter amare 239.c.2.D
Ciuis idoneus 7.c.1.B
Ciuis virtus 196.c.2.C
Ciuitas 1.c.2.B
Ciuitas cenſu adminiſtratur 262.c.1.B
Ciuitas quibus conſiſtat 166.c.1.D
Ciuitatis partes 1.c.2.D
Ciuitatem qui adminiſtrant 174.c.2.A
Ciuitatum conſeruatio & labefactatio 1.c.1.C
Clementiæ proprium 187.c.1.B
Cogitatio. 84.c.2.A
Cogitationis progreſſus 151.c.1.D
Cogitatiuæ diuiſio 155.c.1.C
Cogitatiuæ opus 154.c.1.B
Cognita ſequens 22.c.2.C
Cognitio Dei neceſſaria 149.c.2.C
Cognitio diuerſa 12.c.1.D
Cognitio ex particularibus comparata 189.c.1.B
Cognitio finis, vtilis 5.c.2.B
Cognitio non vna omnium 18.c.2.C
Cognitio quid 9.c.1.C
Cognitionis modus, diuerſus diuerſis 18.c.2.C
Cognitio certa, & incerta 152.c.2.B
Cognoſcendi prima facultas 151.c.1.C
Cognoſcendi ſeries 151.c.1.C
Cognoſcendi ſuprema facultas 151.c.1.C
Cohortatio 46.c.1.C
Color albus, niger 30.c.2.C
Comem per ſe voluptatem afferre 106.c.2.C
Comitas 106.c.2.B
Comitas benefica virtus 106.c.1.B
Comitatis materia 106.c.2.C
Comitatē diſcrimē facere & rōnem habere ſingulorum ibidem B.
Commercij diuiſio 122.c.2.C
Comœdias animi mores oſtendere 109.c.1.B
Comparabilia 127.c.2.B
Concordia 255.c.1.C.& c.2.B
Concordia quid ſimile amicitiæ 228.c.1.D
Concordiam circa res agendas, verſari 255.c.2.A
concupiſcibilis vis 146.c.2.B
conſidere quorum ſit 80.c.1.A
conflator 7.c.2.B
confuſio in rebus 18.c.1.B
congeneres 248.c.2.B
congreſſio moderata 108.c.2.C
coniectare 173.c.1.B
coniectatio bona 180.c.1.C
coniectura 14.c.1.C
conſuetudinis mutuæ vis 234.c.1.B
conſenſio 186.c.2.B
conſultabile primum 70.c.2.A
conſultabilia 71.c.1.B
conſultabilis & eligibilis diſcrimen 72.col.2.B
conſultandum tarde 180.c.1.C
conſultare 180.c.1.A
conſultare & quærere 179.c.2.C

Conſultata citò agenda 180.c.1.C
Conſultatio 172.c.2.D
Conſultatio bona 180.c.1.C & 181.c.2.C & 182.c.2.E
Conſultatio bona duplex 183.c.1.B
Conſultationis bonæ & particularis diffinitio 183.c.2.B
Conſultationis bonæ finis 181.c.2.E
Conſultationem bonam non eſſe ſolertiam 180.c.1.E
Conſultatio, cogitatione inferior 181.c.1.D
Conſultatio de ijs quæ ad finem 71.c.1.C
Conſultatio de inſtrumentis non fine 72.c.1.D
Conſultatio de quibus 70.c.2.D & 173.c.2.A
Conſultatio & ratiocinatio idem 150.c.1.A
Conſultatio mala 180.c.2.D
Conſultatio quælibet, inquiſitio 72.c.1.B
Conſultationi contingere errorem 178.c.1.E
Conſultationem à fine proficiſci 71.c.2.C
Conſultationem nō eſſe coniectationem 180.c.1. C nequa ſcientiam eadem c.1.D
Conſultatione artes carere 71.c.1.A
Conſultatione magis artes indigere quam ſcientias. folio 71.columna 1.D
Conſultatione quæ careant 70.c.2.A
Conſultator bonus 173.c.1.A & 183.c.2.B
Contemplari 221.c.1.D
Contemplatio 15.c.2.A & 198.c.1.A & 283.c.2.B
Contemplatio voluptate doloris quam cuius ſit. 218.c.2.A
Contemplatiua felicitas 293.c.2.B
Contemplatiuæ finis 114.c.1.C
Contemplatiuæ partes 1.c.1 A
Contemplatiui & actiui diuerſa ratiocinatio 188.c.2.A
Contingens 44.c.2.C
Item 201.c.1.B
Continens & tolerans aridem 203 c.2.C
Continentis & pertinacis conuenientia 116.c.1.A
Continentia 199.c.1.C
Continentiam non eſſe virtutem 110.c.1.C
Contingens raro 8.c.1.A
Contingentia cur lateant 158.c.2.C
Contingentia poſt neceſſaria 158.c.2.C
Contradictio vbi 4.c.1.C
Contrarietas ex nobis 61.c.2.B & reipſa 61.c.2.C
Contrariorum diffinitio 61.c.2.E
Conuictus 266.c.2.B
Conuictus cum bonis 264.c.1.E
Concilium 109.c.1.E
Cor ſons 254.c.1.D
Coronæ digni 32.c.1.C
Coronea vrbe 81.c.2.C
Corporis bona 192.c.1.A
Corporis bona habitudo ex denſitate, mala ex raritate fol. 112. col. 1. C
Corporis virtutes 8.c.1.A
Corporis voluptates 222.c.1.A
Corruptio malum 159 c.1. B
Crater Martis 254.c.2.D
Cupiditas 44.c.2.E & 51.c.2.A & 225.c.2.D
Cupiditas ab operatione diuerſa 228.c.2.D
Cupiditas cum dolore 86.c.2.E
Cupiditas & ira nobis cum brutis communis 68.c.1.A
Cupiditas multorum capitum, belua 253.c.2.A
Cupiditas materialis 86.c.1.A
Cupiditas quid 253.c.2.B
quorum ſit
Cupiditatis diuiſio apud Epicurum 86.c.1.B
Cupiditatis ſpecies 86.c.1.A
Cupiditates communes 86.c.1.A
Propriæ 86.c.1.C
Cupiditatum naturalium peccatum 86.c.1.D
Clopes 305.c.1.c
κύριον 365.c.1.B

D

Daemon quid apud veteres 2.c.2.A
Damnum 323.c.2.A
Damnum facere 125.c.2.A
Darius rex à multis in Græcis adamatus 353.c.2.D
Dationes & acceptiones in bono ſe conſequi 92.c.1.A
Decretum 174.c.1.D
Defatigati aliquando operamur propter nouitatem 285.c.1.D
Definitio quid 11.c.1.C
Definitio à deſcriptione differt 3.c.2.A
Definitio in natura 19.c.2.C
Definitio naturalis imperfecte 177.c.2.C
Definitio rei 42.c.1. B
Definitiones naturales 177.c.2.C
Definitionis, principia 30.c.2 A
Definitum 265.c.2.A
Deformis 33.c.2.E
Defunctorum manes 96.c.2.C
δεινότητα, 193.c.1.E & 195.c.1.A
Delatio 282.c.1.A
Deliacum epigramma 33.c.1.C
Demeritas 47.c.2.A
Demonſtratio 16.c.1.E & 29.c.2.D
Demonſtratio concluſionis 19.c.2.E
Demonſtratio doctrina 47.c.2.B
Demonſtratio quorum ſit 163.c.1.B
Demonſtratio & oſtenſio quid differant 8.c.2.B
Demonſtratio ſubtilis 8.c.2.C
Demonſtratiuum ius 30.c.2.B
Depictio 29.c.1.A
Deſperabundus 80.c.1.A
Deus an voluptate afficiatur 226.c.1.A
Deus cur prudens appellatus 164.c.1.B
Deus opifex 16.c.1.A
Deus participatione 156.c.2.D
Deus per ſe 156.c.2.D
Deus quid 5.c.1.C
Deus re vna priuatur 156.c.2.D
Deus voluptas ſententia Eudoxi 41.c.1.E
Dei proprium 91.c.2.B
Dexteritas ſeu vrbanitas 108.c.2.D
διαγωγὰς 291.c.2.B
Diarium 20.c.1.A
Dictor 7.c.2.A
Differentia 7.c.2.D
Dignitas 99.c.2.D & 120.c.1.C
Diomedes Tydei filius 194.c.1.B
Dioniſij magni citatio 2.c.1.D
diſcendi via 3.c.1.C
diſciplina 7.c.2.E
Vnde exordiatur 12.c.1.A
diſputationes differre, quæ à principijs, vel ad principia fol. 11. col. 2. E
diſſerendi ars 6.c.1.A
diſſimilares 16.c.1.B
diſſimilatio 59.c.1.D
diſſimulator, diſſimulatores 107.c.1.C & 108.c.1.D
diſtinguenda quæ 273.c.2.A
diſtributorem iniuria afficere 136.c.2.E
diuerſa ſpecie quæ 289.c.2.D
diuerſatio 17.c.2. C
diuinæ res 172.c.1.B
diuiſibilia 43.c.2.A
diuites ſine virtute non merito honorari 100.c.2.B
diuitiæ 7.c.2.E
diuitiæ abſolute bona 229.c.1.B
diuitiæ vtenſiles 89.c.2.B
diuitiæ vtiles 15.c.2.B
diuitiarum vſus quo in re conſiſtat 229.c.1.c
diuitijs bene & male vti poſſumus 90.c.1.E
docendi modi 11.c.2.E
doctrina expectanda 7.c.1.c
doctrina ex præcognitis 159.c.1.E
dolor vituperatur 65.c.1.A
dolor fugiendus 87.c.2.A
dolor indigentia 278.c.2.D
dolor malum 222.c.1.c
dolor naturæ corruptor 87.c.2.A
dolor vacantia 279.c.1.E
dona Dei aliter & aliter diſtribui 34.c.2.B

E

Ebrius 205.c.1.E
Ebrium ex ignoratione non agere ſed ſponte 66.c.1.D

Ebrij bene ſperantes,ſed non fortes 82.c.2.C
Ebrioſorum las à Pittaco,vno à ſeptem 74.c.2.E
Echetus 200.c.1.D
Electio 3.c.2.E & 68.c.1.& C 253.c.2.C
Electio appetitus ſeu intellectus 155.c.1.C
Electio eorum quæ ad finem 69.c.1.C
Electio hominis propria 68.c.2.A
Electio non ſine intellectu neque habitus 255.c.1.A
Electio proba. 153.c.2.C
Electio proxima voluntati 69.c.1.B
Electio prudentis & callidi diuerſa 217.c.2.C
Electio quorum 69.c.1.C
Electio vbi 8.c.1.E
Electionis appetitus 154.c.2.E
Electionis & cupiditatis diſcrimen 68.c.2.A
Electionis & opinionis diſcrimen 69.c.1.E
Electionis,& ſpontanei diſcrimen 68.c.1.C
Electionis munus 193.c.2.D
Electionis principium 154.c.1.E
Electionem quid aduerſetur 68.c.2.C
Electioni vnde laus contingat 69.c.2.C
Electiones vitoperandæ 108.c.1.A
Elegantes 98.c.2.B & 108.c.1.E
Eligibile 156.c.1.D
τὰ ἔνδοξα 200.c.2.D
Ens multifariam dici 228.c.2.D
Epicarmi ſententia de beneficentia 256.c.2.B
Epicurus 15.c.1.E
Errare quorum 28.c.1.A
ἐπιεικής 268.c.1.E
Error legis,non naturæ 7.c.2.C
Error vbi 7.c.2.E
Erubeſcère praui hominis 110.c.1.A
Eruditio recta 50.c.1.D
Eruditionis & ſcientiæ diuerſitas 9.c.2.C
Eruditus 8.c.2.C & 9.c.2.B
Eruditus vniuerſalis 9.c.2.A
Eſſentia propria fruſtrari 5.c.1.D
eſſentiæ 249.c.1.C
ἠθικαὶ virtutes vnde dictæ 195.c.1.C
ἔθος, 196.c.1.B
Eudoxij & Theophraſti ſententia deſuper eminentia amicitiarum 236.c.2.D
Eudoxi de voluptate ſententia 274.c.1.A
ἐνέργεια 191.c.1.B
Euitatio 78.c.1.C
Euripidis locus 255.c.2.B
εὐτυχία,quæ 223.c.1.C
Exacte dictum,quando 7.c.1.D
Excellens honorabile 200.c.2.A
Excellentiæ omniæ inuidioſæ 107.c.2.C
Exercitatoria 191.c.1.E
Exercitus 38.c.2.D
Exercitus ciuilis 81.c.2.A
Exiſtentia bonum 159.c.1.B
Exiſtimationem quid deſtruat 164.c.1.C
Experientia 47.c.1.D
Experientiam quid afferat 276.c.2.E
Experiens quid non agit 189.c.1.B
Expetitio de quo bono 3.c.2.E
Externa bona 292.c.1.B
Extrema neque ſecta,neque laude digna. 59.c.1.C

F

Facere,multifariam dici 138.c.2.B
Facetes 108.c.2.D
Facetudo 59.c.2.C
Facienda quæ 297.c.1.C
Facile quod multorum 61.c.2.C
Factorum ignoratione quædam alia inuita,alia non ſpontanea, fol.96.c.1.B
Facultas communis 4.c.2.B
Facultas quid 6.c.1.A
Facultates quot ad idem referantur 187.c.1.E
Facultates rationales, & brutales cur indicæ homini. folio 252. col.1.C
Familiæ præſes 1.c.2.A
Familiaris adminiſtrationis exempla 2.c.1.A
Familiaris facultas 1.c.2.E
Fati neceſſitas 70.c.2.C
Felix 266.c.2.C
Felix ſemel nunquam miſer 38.c.2.B
Felix quis non 290.c.2.C
Felix quis,non beatus 38.c.2.B
Felix ſemper quadratus 37.c.2.B
Felicis operatio 32.c.2.B
Felicis vita 264.c.1.B
Felicem ex contemplatione exiſtere 222.c.2.C
Felices à miſeris non diſtare dimidia vitæ parte 43.c.2.E
Felicitas 2.c.1.C & c.2.A & 12.c.2.A.& 16.c.1.A
Felicitas apud platonem. 21.c.2.B
Felicitas beata 41.c.1.D
Felicitas Deus 12.c.2.B
Felicitas diuerſa apud eundem 21.c.1.B
Felicitas & felicem eſſe quid 11.c.2.B
Felicitas ex quib.ſtatuenda 290.c.2.B
Felicitas non facultas 40.c.2.B
Felicitas perfectum bonum 24.c.2.B
Felicitas quare expetenda 234.c.2.D
Felicitas quarum finis 290.c.2.A
Felicitas vnde veniat 34.c.2.B
Felicitatis cauſa 35.c.1.C
Felicitas vulgo 21.c.1.D
Felicitatis diuerſa operatio 21.c.2.E
Felicitatis integra deſcriptio 28.c.2.B
Felicitatis nomen ignorant quidam 12.c.1.C
Felicitatis partes 25.c.2.B
Felicitatis prouerbium 32.c.1.B
Felicitatis via 25.c.2.D
Felicitatis vis 24.c.2.B
Felicitatem definire 23.c.2.A
Felicitatem inſtrumentis indigere 33.c.2.C
Feritas vitio minus malum 211.c.1.D
Fictor 7.c.2.B
Fiducia 52.c.1.E
Figuræ vbi 177.c.1.D
Figurata adumbratio 8.c.2.B
Finis actio 9.c.2.E
Finis 20 vnius 5.c.1.C
Finis appetitio non ſpontanea 76.c.1.E
Finis apud veteres ſapientes 2.c.1.C
Finis animæ 26.c.2.A
Finis eiuſdem diuerſe acceſſio 7.c.1.A
Finis expetendus 12.c.1.C
Finis hominis 144.c.2.D
Finis hominis præſtantior homine 144.c.2.C
Finis idem et diuerſus 6.c.2.C
Finis idem & initium 42.c.1.A
Finis optimus 24.c.1.C
Finem affectantis progreſſus 2.c.1.D
Fines artium 26.c.2.A
Fines boni 78.c.1.C
Fines omnes ad vnum referri 4.c.1.B
Fines per ſe expetendi 4.c.2.B
Finium differentiæ 3.c.2.C
Firmitas vbi ſita 37.c.2.B
Feneratores taxantur 246.c.2.D
Fœtus 43.c.2.D
Forma corporis quib. vicietur 145.c.1.B
Formæ 26.c.2.D
Forma & ſpecies 25.c.2.E
Formæ materia carentes 177.c.1.E
Formæ materiales 277.c.2.E
Formæ ſubſtantiales 277.c.1.E
Formoſus 33.c.2.D
Formicæ prudentiæ 171.c.1.B
Fortis 77.c.1.E circa quæ verſetur 78.c.1.D
Fortis proprietas 80.c.1.A 83.c.1.E
Fortis timor 79.c.1.C
Fortis vir qui 78.c.2.A
Fortior ex habitu 82.c.2.E
Fortes in experter 83.c.2.A
Fortis iracundi 81.c.2.C
Fortes maximè prodeſſe 92.c.1.B
Fortes ob honeſtatem 80.c.2.C
Fortes ob verecundiam 80.c.2.C
Fortuna 22.c.1.A vnde.159.c.2.B

Fortulrs mortuis, 40.c.1.C
Fortitudo, 7.c.1.E & 8.c.1.A
Fortitudo ciuilis 80.c.1.D
Fortitudo res moleſta. 83.c.2.C
Fortitudo rei experientia 81.c.1.B
Fortitudo ſcientia 81.c.1.B
Fortitudo vera ex ira 82.c.1.E
Fortitudo vbi conſpiciatur 83.c.1.B
Fortitudinis exceſſus, & defectus 58.c.1.A
Fortitudinis finis iucundus. 83.c.2.A
Fortitudinem merito laudari 83.c.1.B
Fortitudinis partes 80.c.1.D
Fortitudinis proprietates 93.c.1.E
Fortitudinem & reliquas virtutes quomodo ac quatenus 192. col 2.C
Fortuna 8.c.2.A
Fortuna quæ ſunt 70.c.1.D
Fortunæ variæ 35.c.2.D
Fortuna volubilis 37.c.1.A
Fortunæ proſperitas 223.c.1.B
Fortunam poſterorum ad felicitatem ſpectare 39.c.1.D
Fortunam pulcherrimi & optimi cauſam 35.c.1.A
Fortunas eſſe inſtrumenta. 38.c.2.C
Fortunas ſequi 37.c.1.D
Fortunati bene abſque virtute contemptores, & contumelioſi. 100.c.2.C
Fortunatos bene, magnanimos imitari ibidem
Fuga, & perſequatio vbi 153.c.2.A
Fugienda 52.c.1.A
Fugiendarum rerum ſpecies 199.c.1.B
Furens 205.c.1.E

G

Galenus 29.c.1.B
Generatio & motio non de omnibus. 282.c.1.B
Generatio ex quibus terminis 144.c.2.A
Geniorum numen 96.c.2.C
Genus poſſibile 8.c.1.E
Genos quid 7.c.2.B
Geometria 29.c.1.E
Geometræ modus & mos in cauſis inueſtigandis 72.c.1.A
Geometria proportio disiuncta 118.c.1.C
Glauco erepta mens à Ioue 138.c.1.A
Grammatica 29.c.1.C
Grammaticus 264.c.2.C
Gratia 51.c.2.C
Gratia cui 90.c.1.B
Gratiarum proprium 116 c.1.B
Gratiarum templum 126.c.1.D
Guſtatus 85.c.2.A

H

Habere ſcientiam 205.c.1.C
Habitus 53.c.1.B
Habitus amicitiæ ſimilis, laudabilis 106.c.1.C
Habitus coloris 41.c.2.C
Habitus & operationis differentia 32.c.1.B
Habitus generatio 75.c.1.C
Habitus ex accidenti fruſtrari 157.c.2.B
Habitus ex ſimilibus fieri operationibus 48.c.2.C
Habitus ferini 300.c.1.B
Habitus non eodem modo eos perficiunt qui habitib. præditi ſunt. 284.c.2 A
Habitus operationis cauſæ 185.c.2.C
Habitus operationib. definiri 93.c.2.E
Habitus perfectus 283.c.2.B
Habitus praui 51.c.2.D
Habitus, quorum 32.c.1 A
Habitus vnde 187.c.1.D
Habitus vnde cognoſcatur 112.c.1.C
Habituum cauſa in nobis 76.c.2.A
Habituum coactores eſſe nos 77.c.1.E
Habituum facultas 77.c.1.B
Habituum intellectualium ordo tractatus 156 c.2.B
Helenæ 194.c.1.B
Heraclitus 204.c.1.E & 289.c.2 B
Hermæus locus 81.c.2.B
Heroica, & diuina virtus 199.c.1.D
Heroes 36.c.1.B
Heſiodi locus de voluptate 223.c.1.B
Heſiodi locus emendatus 245.c.1.D
Heſiodi ſententia 12.c 2.E
Homeri locus 211.c.2.A & 227.c.2 B
Homo 297 c.1.B
Homo ab hominibus procul 27 c 1.B
Homo actionum principium 72.c.1.B
Homo beatur quando 14.c.1 C
Homo brutis deterior 151.c.2.D
Homo creatus perfectus 160.c.1.B
Homo cuius gratia 2.c.1 C
Homo electionis principium 155.c.1.D
Homo felix 14 c.2.B
Homo inter vitæ primordia 9.c.2.B
Homo natura non ocioſus 26 c.1.C
Homo non ſibi perfectus 28.c.1.D
Homo perfectus 5.c.2 A
Homo purgatorius 25.c.1.C
Homo quale animal 265.c.1.B ciuile 25.c.1.C. & iugale.240.c.1. E gregale.4.c.1.B
Homo ſentit cum brutis 27.c.1.C
Homo ſui tyrannus 213.c.1.B
Homo viuit cum plantis 27 c.1.A
Hominis bonum 6.c.2.B
Hominis ingenium 14.c.1 C
Hominis opinio vbi fallatur 11.c.2.B
Hominis opus 27.c.2.B
Hominis progreſſus 45.c.1.D
Hominis ſolius, quæ 3.c.2.C
Hominis virtus 28.c.1.B
Hominem quid deceat 3.c.1.B
Homine diuiniora quædam 171.c.1.B
Homines quæ optare quomodo deceat 213.c.1.B
Homines quare cohabitent 240.c.1.B
Honeſta & iuſta 7.c.2.B
Honeſta & turpia nobis ad ſcribenda 66.c.1.A
Honeſtarum actionum memoriæ 279.c.2.C
Honeſtas res probus vir omnibus ante ponit 261.c.2.A
Honor dijs tribuendus 99.c.1.D
Honor expetendus 21.c.1.B
Honor externorum bonorum maximum 99 c 1.D
Honor quorum 14.c.1.B
Honoris cupidus non ſemper ambitioſus vocandus 103. colum.2 D
Honoris opinio repellitur 14.c.1.A
Honoris ſtudioſus ſecundum virtutem 104.c.1.D
Honorem ob aliud ſectamur 14.c.1.D
Honore dignus 99.c.2.A
Honores in Rep. qui conſequantur 242.c.1.B
Hortatio à vitio ad virtutem 74.c.2.C
Hoſpes 267.c.1.B

I

Iactabundi 79.c.2.D
Ideam ſtatuere 21.c.1.D
Idearum opinio 16.c.2.D
Idonei ad agendum exemplum 13.c 2.B
Ignauus 80.c.1.A & 140.c.1.B
Ignauia doloris expers 87.c.2.B
Ignorans 136.c.1.B
Ignorans inuitus agit 66.c.1.A
Ignorantem non iniuſtè agere 138.c.1.D
Ignorantes per negligentiam puniri 75.c.1.A
Ignorantium peccata 136.c.1.B
Ignoratio prauitatis cauſa 66.c.1.B
Ignoratione agere bifariam 66.c.1.D
Illegitimus 112.c 2.C
Illegitimus iniuſtus 113.c.2.C
Illiberalem nemini prodeſſe 93.c.1.B
Illiberalitas. 93.c.1.A
Illiberalitas incurabilis 94.c.1.A
Illiberalitas liberalitati cur contraria 94.c.2.B
Illiberalitas multiformis 94.c.1.A
Illiberalitas quorum ſit 94.c.1.C
Illiberalitas natura hominib. inſita 94 c 1.A
Illiberalitas vbi ſita 94.c.1.A
Illiberalitas peccatum prodigalitate maius 94.c.2.A
Illuſtres, voluptuoſi 13.c.2.C
Imaginationis operatio 151.c.2.A
Imbecillitas quæpiam illiberales reddit 94.c.1.A

Impenſæ honorabiles. 96.c.2.B
Imperator. 38.c.2.D
Imperium tyrannicum partes apud perſas. 238.c.2.A
Importuni. 108.c.2.C
Improbitas ſpontanea. 74.c.1.B
Impudens. 59.c.2.E.& 77.c.2.B
In ambitioſum vituperari,'& laudari. 103.c.1.A
Incerta quo pacto tractanda. 8.c.1.C
Incontinens. 10.c.1.E & 44.c.2.B.& 201.c.1.B
Incontinentium cupiditas. 44.c.2.D
Incontinentia. 199.c.1.C
Incontinentia cui ſimilis. 214.c.2.B
Incontinentia ſanabilior quæ. 218.c.1.C
Increpatio. 46.c.1.C
Indefinitum. 265.c.2.A
Indigentis. 50.c.2.D
Indigentia ſocietatis cauſa. 118.c.1.A
Indigentia vbi. 117.c.2.A
Indigentiæ opus. 127.c.2.B
Indignatio. 60.c.1.B
Indolens ſeu inſanis . 79 c.2.B
Inductio. 159.c.1.E
Ineptus. 97.c.2.B
Inepti operarij. 95.c.1.D
Inepiſicatia à cantoribus deducta. 97.c.2.C
Iners 15.c.1.B
Inertia. 162.c.1.A
Ineruditus. 8.c.2.D
Infecti. 105.c.2.C
Inflatus. 102.c.2.E
Inflati iactatores. 103 c.1.D
Inflati ornantur. 103.c.1.D
Inflati ſtolidi,& ſe ignorantes. 103.c.1.D
Infortunium. 135.c.1.B.
Ingenuus,& elegans ipſe ſibi lex. 109.c.2.D
Ingrati vitium. 101.c.1.D
Ingreſſio. 182.c.1.A
Iniquitas. 113.c.1.C
Iniquum. 122.c.1.D
Iniquum,& illegitimum differre. 116.c.1.D
Initium , indiſcendi ratione. 52.c.1.E
Iniucundi mutuo qui. 270.c.1.E
Iniuria. 112.c.2.C
Iniuria abſque proportione. 112.c.1.B.& c.2.A
Iniuria in particularib. 142.c.2.D
Iniuria particularis. 115.c.1.B
Iniuriam qui ſponte faciat. 142.c.1.A
Iniuria afficiens. 137.c.2.E
Iniuria afficere. 137.c.1.D
Iniuria afficere in hominum poteſtate. 139 c.1.D
Iniuria afficere peius quam affici. 142.c.2.B
Iniuria afficere,vituperabile. 143.c.1.A
Iniuria affici. 137.c.2.C
Iniuria affici,& afficere malum. 142.c.2.B
Iniuria affici ſine vitio,& iniuſtitia. 145.c.1.A
Iniurioſus,& iniuſtus. 135.c.2.E
Iniurium. 112.c.1.D
Iniuſte agere. 140.c.1.C
Iniuſtè agens non iniuſtus. 130.c.2.A
Iniuſtè quis agat. 129.c.1.A
Iniuſte factum. 135.c.1.C
Iniuſtè iudicare. 138.c.2.D
Iniuſtitia. 111.c.2.B.& 130.c.1.A
Iniuſtitia integra vitioſitas. 114.c.1.B
Iniuſtitia nulla erga ſe. 131.c.2.C
Iniuſtitia ſibi ad ſeipſum. 143.c.1.B
Iniuſtitia vniuerſalis. 114.c.2.B
Iniuſtus. 112.c.2.C.& 135.c.2.B
Iniuſtus circa quæ. 112.c.2.E
Iniuſtus Iniquus. 119.c.1.C
Iniuſtus ſponte. 75.c.1.E
Inſcius. 105.c.2.B
Intellectio. 283.c.2.E
Intellectiua animæ pars eſſentia. 198.c.2.A
Intellectiua virtus. 47.c.1.B
Intellectiuarum partium opus. 156.c.2.B.
Intellectualis vita. 296.c.2.B
Intellectualium habituum numeratio. 156.c.2.E
Intellectualiter viuere. 297 c.2.A
Intellectus. 18.c.1.B.& 189.c.1.D
Intellectus actiuus. 189.c.2.D
Intellectus circa quæ. 183.c.2.B
Intellectus conditiones,& natura 166.c.1.A
Intellectus contemplatiuus. 189.c.2.D
Intellectus & ſenſus Communis. 189.c.1.C
Intellectus miniſter. 153.c.2.D
Intellectus operatio. 151.c.1.E.& 167.c.2.B
Intellectus operatio imperfecta. 167.c.2.A
Intellectu vbi opus. 189.c.2.D
Intelligere. 160.c.1.B
Intelligibilia corruptibilium exemplaria. 159.c.2.D
Intemperans. 86.c.2.D.& 87.c.1.B
Intemperans quæ appetat. 86.c.1.B
Intemperans ſui læſor. 137.c.1.D
Intemperantes ea accidenti. 84.c.2.C
Intemperantia in gula,& pudendis. 86.c.1.A
Intemperantia maxima in tactu. 85.c.1.A
Intemperantia ſpontaneo ſimilis. 87.c.2.D
Intemper.vituperabilis quia ferina. 85.c.1.D
Intemperantiæ habitus. 88.c.1.B
Intemperantia nomen. 88.c.1.D
Intentio. 153.c.2.B
Intrepidus. 58.c.1.B
Inuidus . 60.c.1.B
Inuite agens dolet. 305.c.1.A
Inuitum. 63.c.2.B.& 134.c.2.C
Inuitum duplex. 134.c.1.A
Inuitus. 88.c.1.B
Inuitus aliquid agens. 134.c.1.A
Inuoluntaria. 136.c.1.C
Inuoluntaria non omnia peccata. 66.c.2.C
Iocoſus. 109.c.1.C
Iocus quid. 109.c.1.B
Iocus & requies in vita neceſſaria. 109.c.2.C
Ionici calcei . 108.c.2.A
Ioui non omnia immolari ſolita . 248.c.1.C
Iouem quare Homerus vocet patrem. 238.c.2.A
Ira. 50.c.2.D.& 151.c.2.A
Ira aperta iniuſtitia. 135.c.2.B
Ira facta non ex electione. 135.c.2.B
Ira fortis viri. 82 c.1.B
Ira generoſi viri. 50.c.2.E
Ira præcipitatrix 81.c.2.D
Iræ incontinentiam quam cupiditatum minus malum eſſe. 210. col.2.E
Ira imperfecta diffinitio. 177.c.2.C
– Perfecta eadem. D.
Iræ uacuitas vituperanda. 105.c.1.A
Iracundi. 105.c.1.D
Iracundi,& acerbi contrarij. 105.c.2.B
Iracundia leonina furia. 109.c.1.B
Iracundia quid. 353.c.2.E
Iraſcens. 203.c.2.A
Irrationalis. 45.c.1.C
Irrationalis partes. 43.c.2.B
Iuſtitiæ commutatiuæ partes. 118.c.2.D
Iuſtitiæ nomen multiplex. 112.c.1.B
Iuſtitiam , & iniuſtitiam particularem eſſe. 114. col. 2. C
Iuuenes cur verecundi. 109.c.1.D
Iucundum. 32.c.1.D
Iucundum duplex. 59.c.1.C
Iucunda diuerſa. 32.c.2.B.
Iucunda,& honeſta propria in vno quoque habitu. 63.col. 2.B
Iucunda ex natura. 32.c.2.D
Iucunda quæ ex cupiditate. 67.c.2.B
Iucundiora minus iucunda abigunt. 281.c.2.A
Iucundiſſimum quid. 257.c.2.B
Iudex. 123.c.2.A
Iudex bonus. 9.c.2.B
Iudex ἀλλαχοῦ's bipartitor. 124.c.1.B
Iudex mediator 123.c.2.A
Iudicis opus. 123.c.2.A
Iudicantes rectè. 9.c.2.D
Iudicium generale in arte. 9.c.1.B
Iudicium in ambiguis. 65.c.1.B
Iudicium in ſenſu,& particularibus. 106.c.1.A

Iudicij idoneos, quoſ ſortiatur nomina 187.c.2.C
Iugulantem ſe obiram, ciuitati non ſibi iniuriam facere, 141. col. 1.A
Ius 113.c.2.c.&119.c.2. B.& 120.c.1.C
Ius ciuile 130.c.2.D
Ius ciuile inter familiam,& patrem familias non inueniri, 131. col. 2.D
Ius ciuile,vbi læſio, 131.c.2.E
Ius commercij. 122.c.2.C
Ius duplex. 240.c.2.E
Ius emendatiuum. 123.c.2.A
Ius familiare. 131.c.2.D
Ius herile. 131.c.2.C
Ius iure melius. 141.c.1.C
Ius iuxte Pythagoricos. 125.c.2.C
Ius legitimum. 132.c.1.C
Ius legitimum,ciuile. 132.c.1.D
Ius naturale. 132.c.1.C
Ius naturæ cur mutabilis. 132.c.2.E
Ius nullum inter Deos. 140.c.2.D
Ius paternum. 131.c.2.C
Ius proportione conſtare 120.c.1.C
Ius retaliatum. 126.c.1.D
Ius ſeruare uitioſis difficile. 139.c.1.B
Ius ſimilitudinis. 130.c.2.D
Ius vbi. 131.c.1.B
Iuris ciuilis partitio. 131.c.2.D
Iuris multa genera. 228.c.1.D
Iuris naturalis diuiſio. 7.c.1.A
Iura de quibus. 140.c.2.B
Iura differre. 237.c.2.D
Iura inter quos. 140.c.1.C
Iura legitima. 142.c.1.A
Iura menſuris ſimilia 133.c.1.A
Iuſſa detrectare. 1.c.1.B
Iuſta. 113.c.1.D
Iuſta cognoſcere ſapientis eſſe. 139.c.2.B
Iuſta & iniuſta cognoſcere difficile. 139.c.2.C
Iuſta ex accidenti. 140.c.1.A
Iuſta per ſe. 140.c.1.A
Iuſtæ res. 52.c.2.C
Iuſtificatio. 133.c.2.B
Iuſtitia. 111.c.1.C
Iuſtitia alienum bonum. 114.c.1.B
Iuſticia diſtributiua 130.c.1.A
Iuſtitia diſtributiua quædam æqualitas. 127.c.1.D
Iuſtitia integra virtus. 114.c.2.E
Iuſtitia generalis. 114.c.2.E
Iuſtitia mediocritas. 129.c.2.B
Iuſtitia particularis,cur vniuoca. 115.c.2.B
Iuſtitia virtus perfecta. 113.c.2.G
Iuſtitia virtutum præſtantiſſima. 113.c.2.C
Iuſtitiæ comparatio. 113.c.2.E
Iuſtitiæ diuiſio. 111.c.2.B
Iuſtitiæ,& virtutis diſcrimen. 113.c.2.E
Iuſtitia generalis materia. 115.c.2.B
Iuſtitiæ particularis materia ibidem.
Iuſtitia particularis ſpecies. 117.c.2.D
Iuſtitiæ vis. 115.c.2.B
Iuſtitiam,non vno mododici. 60.c.1.E
Iuſtè iudicare. 138.c.2.D
Iuſtè vel iniuſtè factum ſpontaneo definitur. 133.c.2.C
Iuſtus. 111.c.2.E.& 135.c.2.E
Iuſtus diſtributor. 130.c.1.A
Iuſtus non ſponte. 75.c.1.B
Iuſtus vir. 52.c.2.C
Iuſtas merces. 131.c.2.B
Iuuenis,à pueritia aſſuetus. 10.c.1.A
Iuuenis verecundus laude dignus non ſenex. 109.c.2.D
Iuuenem cenſeri. 10.c.1.B
Iuuenem non rectè iudicare. 9.c.2.D
Iuuenes inſtruendi. 9.c.2.C
Iuuenes mathematicis apti. 176.c.1.B
Iuuenes non prudentes, cur 176.c.1.B
Iuuenes amatorio affectu duci. 231.c.1.B
Iuuentutis prona affectib.libidinum. 225.c.2.C

L

LAcedæmoniorum veſtitus. 108.c.1.B
Lædere. 137.c.1.D
Lædere ſponte. 137.c.1.D
Læſio. 122.c.2.D
Læſio iniuſta. 135.c.1.C
Læſionis partes. 135.c.1.B
Lamentari & plorare quorum ſit. 270.c.2.B
Lamia. 209.c.2.A
Laudabile. 40.c.2.D
Laus,cui. 90.c.2.B
Laus & vituperium in qua parte affectus. 53.c.1.D
Laus & vituperium in ſpontaneis. 63.c.1.A
Laus non Deorum. 41.c.1.B
Laus non eſt optimorum. ibidem.c.
Laus virtutis. 41.c.2.B
Laudi & vitio quædam dari. 103.c.2.B
Legitima. 113.c.1.D
Legitimus iuſtus. 113.c.1.C
Lenitudo. 105.c.1.A
Leno. 119.c.2.B
Lenocinium, Ibidem.
Leſbia norma. 141.c.1.D
Leſbia normia,cur plumbea. 141.c.2.D
Lex de ſæpè contingentibus ibidem.c.
Lex inter æquales. 231.c.2.D
Lex leſbia norma. 141.c.1.D
Lex neceſſaria. 141.c.1.D
Lex non de omnibus. 141.c.1.C
Lex non iubens vetat. 142.c.1.A
Lex quid iubeat. 116.c.2. D
Lex recta. 113.c.1.E
Lex vbi. 131.c.1.B
Legis finis. 113.c.1.D
Legis ignaros puniri. 74.c.2.B
Legis præſcripta. 113.c.1.D
Legem in vniuerſum imperare. 141.c.1.B
Leges cognoſcere facile. 139.c.2.C
Legumlatorum finis. 113.c.1.D
Legumlatoris voluntas. 43.c.2.A
Legibus quare obediunt homines. 304.c.2.B
Liberalis. 89.c.2.B
Liberalis erogandi ſtudioſus. 92.c.1.C
Liberalis non magnificus. 95.c.2.B
Liberalis non petax. 91.c.2.A
Liberalis perfacilis. 92.c.1.D
Liberalis raro diues. 92.c.1.C
Liberalis ſua non negligit. 91.c.2.A
Liberalis vnde extimandus ibidem.D
Liberalis vox. 95.c.2.B
Liberalis officium in quibus ſit ſitum. 91.c.2.A
Liberalis viri proprietas. 90.c.2.A
Liberalis proprietates. 91.c.2.B
Liberalem ad ſe non reſpicere. 91.c.2.A
Liberalem in dando excedere ibidem.
Liberales. 90.c.1.C
Liberales iniorijs expoſiti 92.c.2.D
Liberales magis. 92.c.1.B
Liberalis præ cæteris amari. 91.c.1.A
Liberales vtiles. 91.c.1.B
Liberalitas in quibus rebus conſpiciatur. 89.c.1.A
Liberalitatis exceſſus,& defectus. 58.c.1.B
Liberalitatis habitus. 91.c.2.D
Liberalitatem in habitu,non inopibus cerni. 91.c.2.D
Liberi pars ſui. 231.c.2.D
Liberos neminem lædere ibidem.
Linea. 30.c.2.A
Litigioſus. 59.c.2.D
Longius & magis continuum tempus. 293.c.2.C
Lucrum. 223.c.2.A
Lucrum ad iniuſtitiam referri. 115.c.2.B
Lucrum facere. 125.c.2.A
Luna. 47.c.1.C
Lycurgus. 42.c.1.C

M

MAgiſtratus electione creandus 255.c.2.A
Magnanimus. 98.c.1.B.& 99.c.2.C.
Magnanimus contemptor & verax. 102.c.1.B
Magnanimus honeſtorum ſectator magis quam vtilium ibidem c.2.A
Magnanimus iniuriarum immemor. 102.c.1.C
Magnanimus in periculis. 100.c.2.B

Ma-

Magnanimus ex ſe ſufficiens. fol.102.col.2.A.
Magnanimus, nec querulus, nec precabundus ibidem.
magnanimum non ad mirator. 102.c.1.C
magnanimus bonus ridiculus. 99.c.2.D.
magnanimus non hominiloquus. 102. 1.E.
Magnanimus non laudator. 102.c.1.
Magnanimus non maledicus, ibidem.
Magnanimus non ſatis honorandus. 100.c.1.B.
Magnanimus optimus. 99.c.2.C.
Magnanimi eſt quod in virtute magnum eſt, ibidem.
Magnanimi exiſtimatio. 99.c.2.A.
Magnanimi inceſſus tardus vox grauis, locutio ſtabilis. 102.c.2.C
Magnanimi proprium. 102.c.1.C
Magnanimo nihil magnum. ibidem.
Magnanimum diſsimulare qua ratione. 102.c 1.B
Magnanimum diſsimulatione vti apud quos. ibidem.
Magnanimum liberius loqui. Ibidem.
Magnanimum moderate vti fortuna. 100.c.1.D.
Magnanimum non ſimulare. 102.c.1.C
Magnanimum præclaram mortem vitæ præponere. ibid.c.1.A
Magnanimum pudere beneficijs affici. 100.c.2.E.
Magnanimum theologum. 102.c.2.A
Magnanimum veritatem curare. ibi.c.1.B.
Magnanimi contemptores. 100.c.1.D.
Magnanimorum memoria. 101.c.1.C.
Magnanimos iure contemnere. 100.c.2.C.
Magnanimitas circa quæ. 98.c.1.A.
Magnanimitas ornamentum virtutum. 100.c.1.A.
Magnanimitatis exceſſus, & defectus 58.c.2.A.
Magnanimitatis materia. 100.c.1.B.
Magnanimitatis mediocritas. 99.c.1.E.
Magnanimitatis obiectum. 99.c.1.D.
Magnanimitati quid contrarium. 103.c.1.D.
Magnificus in quos ſumptuoſus. 97.c.1.A
Magnificus omnis liberalis. 95.c.1.C.
Magnificus ſcienti ſimilis. 95.c.2.E.
Magnifici opus. 96.c.1.E.
Magnifici ſumptus. 96.c.1.D.
Magnifica opera. 96.c.2.E.
Magnificentia. 94.c.1.E.& 95.col.2.c
Magnificentia in quo ſita. 95.col.2.D.
Magnificentiæ proprium. 95 c.1.B.
Magnificentiam liberalitatem excellere. 94.c.2.E.
Magnitudo ad aliquid. ibidem.
Male affectis iucunda, abſolutem iucundæ non eſſe. 179.c.2.C.
Maleuolus. 60.c.1.B.
Malum contrarietatem habet. 105.c.1.D.
Malum eſt infiniti. 54.c.2.C.
Malum ſeipſum perdere. 105.c.1.C
Mali ſpecies variæ. 105.c.2.D.
Mali, ignoratione mali. 66.c.1.E.
Mali ſponte afficimur. 66.c.1.A.
Manſuetudo. 46.c.2. C. & 104.c.2.A.
Manſuetudinis exceſſus, & defectus. 58.c.2.D.
Manſuetus. 105.c.1.A.
Mariti ius in vxorem. 131.c.2.D.
Marmorarius. 7.col.2.B.
Materia. 58.c.2.E.
Materia ſubiecta. 7 c.2.B.
Materia diſtinctio. Ibidem.
Mathematica vnde dicta. 177.c.1.D.
Mathematicæ cognitio. 177.c.1.B
Mathematicus. 8.c.2.E.
Matres, cur liberos magis diligant quam patres. 139.c.2 E.
Medicina. 192.c.2.D.
Medicus. 264.c.2.C.
Medicum eſſe, difficile. 139.c.2.D.
Mediocritas. 54.c.2.A.
Mediocritas in morali actione. 55.col.1.D.
Mediocritas laudabilis. 59.c.1.C.
Mediocritas nulla in intellectu. 54.c.2.A.
Mediocritas quid. 54.c.2.E.
Mediocritas veritatis cauſa. 55.c.1.C.
Mediocritas terminus. 147.c.1.D.
Mediocritatem circa iram carere proprio medio. 104.c.2.B.
Mediocritatem quod bene eſt conſeruare, exceſſum & defectum corrumpere. 54.c.1.D.
Mediocritates tres. 59.c.2.C.
Mediocritates tres in humana conſuetudine neceſſariæ. 106.c.1.E
Medium inuenire, difficile. 61.c.2.C
Medium virtutis non ex commiſtione extremorum conſtare. 55. col.2.D.
Medium virtutis. 146.c.1.B
Medium virtutis vbi. 103.c.2.D
Medij partitio. 54.c.1.B
Megarenſes oſtentatores. 97.c.2.B
Megarenſium importunitas. 97.c.2.D
Melior pars. 292.c.1.B
Mendacium multiplex. 107.c.1.C
Mendacium prauum, & vituperio dignum. 107.c.1.E
Mendacio quando vtendum. 59.c.1. E
Mendax. 108 c.1.C
Mendax verbis, & rebus. 107.c.1. D
Menſura. 7.c.1. D
Mens. 17.c.2.A.& 24.col.2.D.& 289.c.1. A
Mens actiua. 146.c.2. E
Mens in anima. 321.c.1. D
Mens præcipue homo. 256.c.2. D
Mens proprie homo. 261.c 1. B
Mentis flos. 2.c.1. D
Mentiens vituperandus. 107.c.1.E
Mentientium ſpecies. 108.c.1. D
Meropæ ignoratio. 67.c.1. B
Midas rex. 15.c.1.B
Milites optimi. 83.c.2.E
Milonis crotoniatæ robur & mors. 54.c.1. E
Minous. 42.c.1.C
Moderatio interquæ. 146.c.2. E
Modeſtus. 77.c.2.B.& 138.c.1.B. & 268.c.1. E
Modeſti iniuria afficientes. 138. c.1.B
Mollis. 313. col.1.A
Momentum quid. 5.c.2.C
Monumenta à veteribus litteris tradita. 189.c.1.B
Moralis animorum medicina. 10.col.2.O
Moralis cur ciuilis appellata. 7.c.1.A
Moralis finis. 113.c.2. A
Moralis natura bonis, quid proſit. 10.c.2.A
Moralis natura malis, non inutilis. 10.c.2. B
Moralis quibus inutilis. 10.c.1.D
Moralis quibus vtilis. 10.c.1. E
moralis virtus. 47.c.1.B.& 153.c.2 C
moralis virtus, & prudentia ſint ne æqualis ſtatuendæ 196.c.1.C
moralis cur dicta. 2.col.1.C
moralium diſputationes duplices. 56.c.2. E
moralium probationes. 55.c.2.D
moralium rationes. 7.c.1. E
moralium rerum finis. 189 c.2.E
moratus. 46.c.2. C
μωρὸν 190.c.2. A.
moroſi et litigioſi. 106.c.1. C
mors in bello, & illuſtri periculo pulchra 78.c.1.B
mors maxime terribilis. 78.c.1. D
morum virtus. 272.c.2. D
moſes. 42.c.2. C
motus 281.col.2. B
motio non in omni tempore perfecta. 282.c.1.C.
motionum differentiæ, & diuerſitatis. 281.col 2.E.
motus principium, & finis differt. 282.col.1.D.
multitudo. 177.col.1.C.
munera. 97. c.1.A.
muſicus. 264.c.2.B.& 285.c.2.B
muſicus duplex. 285.c.2.E.
muſici finis. 3.c.2.D.
mutatio omnium ſuauiſsima. 226.col.1.B.
mutatio rerum vbi cernatur. 36.c.1.A

N

NAtura. 16.col.1.E
Natura diuina. 41 c.1.B
Natura materialis forma. 177.c.2.C
Natura prior certibus. 26.c.2.A
Natura prius in diuinis. 178.c.1.B.
Natura quod modis. 47.c.2.E.
Naturam curare, vt ſit quando. 10.c.1.A
Naturæ rerum diuerſæ. 18.col.1.A.
Naturale. 132.c.2.C.
Naturalis aptitudo. 195.c.1.B
Naturalia 7.col.2.D.
Neceſſarium 70.c.2.C.
Neceſſaria. 149.c.1.B.

Neceſſaria æterna. fol. 158.col.2.A
Neceſſaria ex conditione. 158.c.2.D
Negotioſa operatio cuius. 196.col.1.E
Neminem natura gigni. 244.c.2.D
Nimium. 302.c.1.D
Niobis erga liberos ſuos amor. 208.c.2.B
Nobiles ſine virtute non merito honorari. 300.c.2.E
Nomen quid. 11.c.1.C
Nominis & diffinitionis differentia. ibidem.
Nomiſmatis appellatio 227.c.2.C
Nos ſentire eſt intelligere. 266.c.1.E
Notionalia 16.c.1.C
Noua cognoſcere omnes ſtudent. 285.c.1.D
Noua quæ ſint nobis. 285.c.1.E
Nugaces. 84.c.1.E
Numerus diuinus. 16.c.1.B
Numerus vbi. 177.c.1.C
Numus adæquator. 129.c.2.C
Numus dignitatis menſura. 127.c.2.C
Numi inuenti cauſa. 128.c.2.B
Nunc indiuiſibilis particula temporis. 281.c.1.E

O

Obſequioſi. 268.c.1.D
Obſequioſus. 59.c.2.D
Obſequioſus. 268.c.1.D
Obſequioſi. 106.c.1.C.106.c.2.B
Occaſio. 17.c.2.B
Occaſio bonum. 17.c.2.C
Occidentalis natio, iracunda. 81.c.2.E
Oculus animæ. 195.c.2.B
Oeconomica. 91.c.2.C
Oeconomicæ ſubiecta. 1.c.2.A
Olfactus. 289.c.1.C
Olympia. 32.c.1.D
Olympicus victor. 111.c.1.A
Operantium diſcrimen. 156.c.1.C
Operari perfecte quis poſſit. 283.c.2.A.c.1.E
Operatio boni viri. 263.c.2.B
Operatio fruſtra. 9.c.2.E
Operatio in quibus. 210.c.1.C
Operationum differentia. 283.c.2.A
Operanti quid. 163.c.2.D
Operationis finis qui. 79.c.2.A
Operationum non eſſe generationem. 281.c.2.B.
Operationes bonæ, & expetendæ. 283.c.2.B
Operationes variæ. 285.c.2.B
Opinatiuæ partis ſpecies. 295.c.2.D
Opinio. 181.c.1.D.
Opinio. 201.c.2.D 204.c.1.C
Opinio ad agendum idonei. 13.c.2.E
Opinio circa quæ. 166.c.1.A
Opinio communis. 11.col.1.D
Opinio cum ratione. 11.c.2.B.
Opinio de quibus. 204.c.1.E
Opinio quid. 70.c.1.B
Opinionis veritas. 180.c.2.D
Opinioni vnde laus. 69.c.2.D
Opinionem ex ſe mentiri. 157.c.2.B
Opiniones. 190.c.1.A
Optimus. 13.c.1.A
Optimus 99.c.2.C
Optimus. 114.c.1.
Optimum. 24.c.1.D
Opus diuinum. 6.c.2.D
Opus & operationes genere differre. 4.c.1.E
Opera animalia. 41.c.1.C
Opera in duplici differentia. 3.c.2.D
Opera quid. 3.c.2.D
Oratio quid. 7.c.1.C
Oratio imperfecta quæ. 191.c.2.B
Orationes fruſtra. 9.c.2.E
Orationes veræ. 273.c.2.E
Orator. 121.c.2.E
Orator quis. 257.c.1.C
Oratoria ars. 6.c.1.B
Ordo in omnibus. 18.c.1.E

P

Parentibus quid debeamus. 247.c.2.B
Parmenides, & Plato, de ideis. 19.c.1.E
Partes alicuius rei imperfectę, totum vero perfectum 281.c.2.D
Partes ſimilares 16.c.1.B
Partibilia & non tota 282.c.2.A
Particularis opinio. 206.c.1.C
Particulares res exturbare. 87.c.1.B
Particularia. 289.c.1.B 204.c.2.D
Particularia ſpontanea. 87.c.1.E
Particularium cognitio ex experientia. 38.c.2.A
Particularium iudicium in ſenſu. 62.c.2.D
Paruificentia 95.c.2.C
Paruificus 97.c.2.B
Patientia laudabilis. 38.c.2.A
Patricola. 208.c.2.D
Pauidus. 59.c.2.B 110.c.2.A
Pauper nequaquam magnificus. 96.c.2.D
Paupertas non timenda 78.c.1.B
Peccantes multifariam. 86.c.2.B
Peccatum 239.c.1.B
Peccatum in rei natura 141.c.1.B
Peccata inuoluntaria veniam mereri. 66.c.2.B
Peccata quando committimus 179.c.1.D
Peccatur multis modis 54.c.2.C
Pecuniæ vſus 90.c.1.A
Pecuniæ 89.c.1.A
Pecuniarum appellatio 117.c.1.E
Perfectionis opus 152.c.1.D
Perfectum ibidem. E
Perfecta vita. 294.c.1.C
Pericles 163.c.2.E 193.c.2.B
Pericles imperator. 120.c.1.D
Pericles prudens 163.c.2.E
Periclis opus magnificum 96.c.1.A
Periti. 173.c.1.A
Perſe 17.c.1.B
Perſpicacia. 186.c.2.A
Perſpicaciæ munus ibidem.B.& D.
Perſpicaciæ nomen 185.c.2.A
Perſpicacitatem à prudentia diuerſam 185.c.1.A
Perſpicacitatem cum prudentia communem habere ſubiectum ibidem A.
Perſpicacitatem non eſſe ſcientiam 184.c.1.C
Pertinacis & continentis conuenientia 216.c.1.A
Perturbatus affectibus, incontinens. 10.c.1.B
Peſſimus 114.c.1.E
Pius & ſanctus 175.c.2.C
Phalaris. 209.c.2.A
φαῦλοι. 190.c.1.A
Phidia 167.c.2.D
φιλικά 260.c.1.D
Philippus hoſtis Athenienſium 189.c.1.A
φιλότιμος 208.c.2.D.
Philoſophia 294.c.1.D
Philoſophia prima 169.c.1.B
Philoſophiæ dignitas, & bonitas 15.c.1.C
Philoſophiæ moralis poteſtas. 1.c.1.B
Philoſophiæ partes 1.c.1.A
Philoſophiæ primæ ſtudium 170.c.1.B
Philoſophiæ veræ maximè proprium 2.c.2.C
Philoſophus 16.c.2.B
Philoſophus cur lætetur et doleat 1.c.2.B
Philoxenus Erixius gulæ deditus 85.c.2.A
Phocilidis ſapienter dictum 1.c.1.E
Phœniſſæ fabula Euripidis 255.c.2.B
Platonicum decretum 50.c.1.C
Platonis de bono ſententia 17.c.2.E
Platonis de prudentia locus 196.c.2.A
Platonis dubitatio. 12.c.2.C
Platonis formæ 15.c.2.B
Platonis ſententia de voluptate 275.c.1.D
Pluris vſurpano iniuſtitiæ ſpecies. 115.col.1.B
Polemarchus ab Antiſthene liberatus. 247.c.1.A
Polycletus 92.c.2.A 167.c.2.D
Portio communis boni 5.c.1.C
Portiones ſeu particulæ. 190.c.2.A
Poſſeſsio 90.c.2.A.96.c.1.E
Poſſeſsio pars ſui. 131.c.2.D
Poſſeſsio vana theſauri. 32.c.1.A
Poſsibilis diuiſio. 8.c.1.B
Poſſibilia fieri 72.c.1.B

Poſt

Poſt genita fol.16.col.1.C
Poſt multa ibidem.
Poſtulatum 169.c.1.A
Potentia 4.c.2.D
Potentia 53.c.1.B.
Potentatuum vſus inbene merendo conſiſtere 227.c.2.B
Præcepta fruſtrari 6.c.1.B.
Præpoſiti honorandi 100.c.1.E
Præſentia amici 269.c.1.B c.2.B
Prauitas 210.c.1.E
Prauitatis cauſa in nobis 75.c.1.B
Prauus qui 252.c.2.E
Prauus quid agendum ignorat 66.c.1.E
Prauorum amicitia 270.c.2.E
Prauorum vita 265.c.2.D
Priamus infelix 36.c.1.B
Prima cauſa vnde exordita ſit 278.c.1.E
Princeps bonus 1.c.2.B
Principium idem, & finis omnium 15.c.2.D
Principium in actionibus quid 215.c.1.C
Principium inuentionis 189.c.1.E
Principij definitio 30.c.1.E
Principia 149.c.1.C 156.c.2.D
Principia ſcientifica quorum ſint ibidem.A
Principia a particularibus ſumpta 189.c.1.D
Principia argumentationis 159.c.2.E
Principia præſtantiſſima 169.c.2.D
Principiorum demonſtratio 29.c.2.C
Principiorum diuerſi cognoſcendi modi 30 c.1.B
Principiorum eſt intellectus 167.c.1.B
Principiorum non eſſe ſcientiam artem aut prudentiam neque ſapientiam 166.c.1.A
Probabilitas 22.c.2.D
Probatio ex oppoſitis 112.c.1.C
Probum eſſe, difficile 61.c.2.C
De probo viro, & modio ſimile. 251.c.1.C
Proborum amicitia 270.c.2.E
Proborum virorum actiones quales 264.col.1.A
Prodigalitas 93.c.1.B
Prodigalitas illiberalitate commixta 93.c.2.C
Prodigalitas, quorum ſit 89.c.2.A
Prodigus. 89.c.2.B
Prodigus illiberali melior 93.c.1.D
Prodigus ſtolidus ibidem.
Prodigus omnino non prauus ibidem.
Prodigi illiberales 93.c.2.C
Prodigi improbiſſimi. 89.c.2.A
Prodigi intemperantes 93.c.2.D
Prodigi voluptuoſi ibidem.
Prodigorum genera. ibidem.E
Prodigorum inconſulta facta ibidem C.
Prooemium 7.c.1.C
Pronuntiationes 190.c.1.A
Prophetia lædiſſimus. 153.c.1.A
propoſitiones particulares eſſe principia. 188.c.2.D
propoſitio. 130.c.1.E
proprius dolor quis 288.c.2.C
propria 287.c.1.A
proſpera 38.c.1.B
proſperitas 270.c.1.B
protagoras quid, à ſuis diſcipulus exegerit 245.c.1.C
prudens 162.c.2.C
prudens bonus 194.c.1.D
prudens callidus 193.c.2.A
prudens ciuilis 175.c.2.E 174.c.1.E
prudens de quibus conſultet 162.c.2.A
prudens familiaris 174.c.2.D
prudens in ſe 175.c.2.C
prudentis conſilium 162.c.2.D
prudentis opus. 172.c.2.A
prudentem fruſtrari 157.c.2.E
prudentes 163.c.2.E
prudentes beſtiæ 170.c.2.B
prudentes ciuiles negotioſi 174.c.2.E
prudentes familiares 164.c.1.A
prudentium diuerſitas 174.c.2.E
prudentia 21.c.1.A 47.c.2.A.163.c.2.A.165.c.1.C.192.c.2.C.193 c.1.C.197.c.2.C.
prudentia ad quam animæ partem pertineat 166.c.1.A
prudentia architectonica 174.c.1.A
prudentia circa quæ 172.c.1.C
prudentia circa ſingula 173.c.1.E
prudentia circa quæ verſetur 190.c.1.D
prudentia ciuilis 174.c.1.B
prudentia diuerſa, diuerſis 170.c.2.C
prudentia habitui intellectus oppoſita 178.c.2.C
prudentia neque ſcientia, neque ars 163.c.1.B
prudentia proprie 174.c.2.C
prudentia eſt virtus. 165.c.2.B & C
prudentiæ ciuilis partes 174.c.1.D
prudentiæ diffinitio vnde inueſtiganda 162.c.2.A
prudentiæ, & artis ſcientiaq; diuerſus finis, 163.c.2.B
prudentiæ habitum ſine virtute non acquiri 194.c.1.A
prudentiæ munus 186.c.2.D
prudentiæ nomen 172.c.1.E
prudentiæ non eſt virtus 165.c.2.B
prudentiæ obliuionem non eſſe 166.c.1.D
prudentiæ quid cum ſcientia, & arte commune 163.c.2.A
prudentiam non eſſe ſapientiam 170.c.1.C
prudentiam non eſſe ſcientiam 178.c.2.B
pudorem à probo abeſſe 109 c.2.B
puer cur mathematicis aptus 176.c.1.E
pueros ex cupiditate viuere 88.c.1.E
puer fœlix eſſe non poteſt neque brutum 35.c.2.C
puer neque ſapiens, neque naturalis 176.c.1.E
pueris naturales inſunt habitus 195.c.2.B
pueri & animalia ſponte agere 67.c.1.B
pugnarum, & criminationum origo 68.c.1.C
pugnaces 81.c.2.A
pulchra non omnia ex æquo quæ videmus 283.c.1.A
pulchritudo 6.c.2.D
pulchritudo in magno corpore 98.c.2.B
punctus 30.c.2.A
puſillanimus. 99.c.1.B
puſillanimus ab honeſtis, & externis bonis abſtinere. 103.c.1.A
puſillanimus non ſtolidus 103.col.1.A
puſillanimum non peccare 102.c.2.B
puſillanimus, piger & detractor 103.c.1.C
puſillanimum ſe ignorare. 102.c.2.E
puſillanimum ſe indignum bonis exiſtimare cum dignus ſit. ibidē.
pytagorei. 47.c.2.A
pytagorici 205.c.2.A
pytagoræ ordines 20.c.1.C
pythagorei ordines 54.c.2.C

Q

Quæſtio ardua 15.c.2.B
Quæſtio, quid ſit 5.c.2.B
Quaſi priuatim apud peripateticus 265.c.2.C
Quies operatio 285.c.2.A
Quid eſt, quot modis dicatur. 17.c.1.E

R

Ratio. 19.c.2.D 46.c.2.A
Ratio animæ oculus. 165.c.1.D
Ratio hominis artium genitrix 26.c.2.A
Ratio recta 55.c.1.A 146.c.1.C 196.c.2.C
Ratio vniuerſalis vana in rebus agendis 65.c.2.C
Rationis pars quidam ratiocinandi 150.c.1.A
Rationis uis 265.c.2.E 197.c.2.B
Rationem dominam 131.c.1.E
Rationes inefficaces 16.c.1.E
Rationum diuinarum diuiſio ibidem.D
Ratiocinandis uis 197.c.2.D
Ratiocinatio actiua 155.c.2.D
Ratiocinatio effectiua ibidem.
Ratiocinatio vbi valeat 8.c.1.B
Ratiocinatio 159.c.2.A
Ratiocinatio ne an inductio dignior. 159.c.2.D
Ratiocinationis actiuæ finis 155.c.2.B
Ratiocinationis effectiuæ finis ibidem.
Rationalis animi partes 148.c.2.C
Rationales animæ partes inter ſe ſpecie diuerſæ 149.c.1.A
Rationalis animæ, vtriuſque partis habitus 150.c.2.D
Rationalis natura 152.c.2.B
Rationalis partes duæ 46.c.1.C
Recta facere rarum laudabile paucorum & difficile eſt 61.c.2.C
Rectitudo bona 181.c.2.E
Rectitudo non omnis bona 181.c.2.D
Rectitudinis nomen ambiguum ibidem.

Regula quatenus procedendum ſit in rerum explicatione, fol. 8. col.2.D
Relaxatio requies eſt 214.c.2.B
Requies in vita 103 c.2.C
Res agendæ quales ſint 294.c.2.A
Res dupliciter præſcribit 11.c.1.C
Res diuiſio 166.c.2.C
Rerum diuiſio 70.c.2.B.& 149.c.1.A
Reſolutionis extremum generatione primum 71.c.1.B
Reſpublica optima 41.c.1.B
Reſpublica 48.c.2.A
Retaliatio. 125.c.2.C 238 c.1.D
Retaliationis figura 126.c.2.C
Retaliator non iniurioſus 142.c.1.B
Rex menti & rationi comparatur apte 72.c.2.D
Rex qui 238.c.1.D
Ridiculum redundare 108.c.2.D
Robur 8.c.1.B
Romani iracundi 81.c.2.E
Ruſtici & duri 108.c.2.D 109.c.2. B
Ruſticitas 59.c.2.C

S

SAcrificia poſt fructuum collectiones 238.c.1.A
Sanctum 16.c.2.C
Sancti & iuſti differentia ibidem.
Sanitas 23.c.2.A 192.c.1.C
Sanitas & medicus qualiter,& quomodo cauſæ ſint vt ſani ſimus 284.c.1.B
Sapere 21.c.1.B
Sapiens lætatur & dolet 92.c.2.E
Sapiens non natura 189.c.2.A
Sapiens theologus 177.c.1.A
Sapientis proprium 168.c.2.C
Sapientem non conſultare 172.c.2.D
Sapientes circa quæ occupati 172.c.1.C
Sapientes non prudentes 172.c.1 B
Satyri amor erga patrem 227.c.1.C
Sapientia 16.c.2 B 46.c.2.D
Sapientia 169.c.2.C 171.c.2.E 191.c.2.D 197.c.2. E
Sapientia circa quæ agat 190.c 1.D
Sapientia extra artem 168.c.1.B
Sapientia inquibus verſetur 171.c.1 B
Sapientia quibus tribuatur 167.c.2.D
Sapientia quomodo comparatur 189 c.2.B
Sapientia ſcientia capitata 169.c.2.C
Sapientia Scientiarum exactiſſima 168.c.2 C
Sapientia ſimpliciter 168.c.1.D
Sapientiæ nomine quid ſignificetur 167.c.2.D
Sapientiæ ſtudioſus 21.c.2.A
Sapientiæ ſubiectum 178.c.1.B
Sapientiam non conferre ad fęlicitatem 191.c.1.A
Sapientiam omnibus artibus conuenire 168.c.1.B
Sardanopali ſeruies 25.c.2.B
Sardanapalus 13.c.2.D
Scibile 158.c.2.A
Scibile demonſtrabile 166.c.2.B
Scibilis nota 159.c.1.B
Scientia 160.c.1.A
Scientiam à facultate differre 5.c.2.E
Scientia an bonum expetat 3.c.1.D
Scientia cum ratione 166.c 2.B
Scientia ex principijs demonſtratiua 159.c.2.A
Scientia, in quo 8.c.2.E
Scientia præditum non errare 201.c.2.C
Scientia principia compræhendens 159.c.2.A
Scientia vna 18.c.1.B
Scientia vna omnium 18.c.2.D
Scientiam vnam omnibus præeſſe 4.c.2.D
Scientiæ diffinitio 158.c.2.A
Scientiæ eſſe principia 166.c.2.A
Scientia neque error,neque rectitudo 180.c.2.C
Scientia nota 259.c.2. B
Scientiæ obiectum 166.c.2.A
Scientia quid 5.c.2.B
Scientiæ vocabulo, & artes dici 11.c.1.B
Scientiæ multæ 18.c.1.C
Scientiæ Platonica partitio 168.c.1 E
Scientiarum & facultatum modus idem 181.c.2.C
Scientiarum principia triplicia 168.c.2.E
Sciua 205.c.2.B
Sculptor 7.c.2.B
Scurræ mores 109.c.2.A
Scurræ 108.c.1.C
Scurras elegantes facetos dici 108.c.2.D
Scurrilitas 59.c.2.C
ſempiternum 20.c.1.A
Senectus illiberales reddit 94 c.1.A
Senectus fęlicitatis pars 36.c.2.D
Senes honorandi 248.c.2.C
Seniores ſeo prudentes 190.c.1.B
Senſibile & ſenſus. 284. c.2.A & c.2.E
ſenſibile quomodo ſenſum perficiat. ibidem.c.2.D
ſenſitiua & vegetalis cum rationali coniuncta 152.c.2.D
ſenſualis 44.c.2.B
ſenſus 62.c.2.D 182.c.2.C
ſenſus circa quæ operetur 189.c.1. C
ſenſus & intellectus commune ibidem.
ſenſus nullius actionis principium 153.c.1.B
ſenſus operatione quis 283.c.1.B
ſenſus perfectus ibidem C
ſenſus quid 188.c.2.B
ſenſu cognita demonſtrationis materia 159.c.2.B
ſententia 186.c.1.C
ſententia recta 186.c.2.E
ſententię munus. 186.c.2.B
ſententiæ & prudentiæ, idem ſubiectum 186.c.1.D
ſententię nomen 186.c.1.C
ſententiæ nomen multiplex 186.c.2.B
ſapiens quomodo oculis medeatur 261.c.2.C
ſeria & ſtudioſa 292.c.1.A
ſeruile 102.c.1 C
ſimonidis lyrici poetæ auaritia 93.c.1.D
ſocietas inter quos 127.c.1.D
ſocietas quo conſtet 129.c.1.A
ſocietatis ciuilis membra 238.c.1.C
Socrates 201.c.2. A
Socrates diſſimulator 59.c.2.B
ſocrates Platonis 25.c.2.A
ſocratis Dæmonium 2.c.2. A
Socratis integritas 64.c.1.D
Socratis ſententia de ſeipſo 59.c.2.B
Sol amplior terra 251.c.2.B
Solers. 180.c.2.D
Solertia 180.c.1.B
Solitarij vita 264 c.2.A
Solon 42.c.1.C
Solonis ſententia quis quando fęlix 36.c.1.C
Somnus 44.c.2.D
Sophoclis locus 202.c.2.A
Sophoclis philoctetes 216.c.2.D
Species 16.c.2.B
Speculatio prior eſt actione 12.c.1.B
Speuſippus 20.c.1.B
Speuſippi ſententia de indolentia confutatur 222.c.1.E
Sponſalia 248.c.2.B
Spontaneæ factorum diuiſio 114.c.2.B
Spontaneum 133.c 2.B & 67.c.2.B
Spontaneum electionis genus 68 c.1.D
Spontanei cōſiderationem ad legulatricem pertinere eiuſq; præcipuam eſſe partem 63.c.1. D
Spontanei partes 67.c.2.C
Spontaneorum tantum eſt adhortatio 74.c.2.B
Stabile 293.c.2.B
Stellarum mutiones biſfariam neceſſariæ 71.c.2.C
Stolidus ſeruilis 105.c.1.B
Studioſus addiſcendi quis 285.c.2.E
ſtudioſi honeſtæ vitæ 5.c.2B
ſtudium cognoſcendi finis 5.c.1. D
ſtudium veritatis 26.c.2.A
ſubſtantia in eodem ordine 18.c.2. A
ſubſtantia indiuerſo ordine ibidem.
ſubſtantia prima 19.c.1.B
ſubſtantia ſecunda ibidem.
ſubſtantiæ ne ſit magis, & minus ibidem A.
ſubſtantię platonica partitio 168.c.1.B
ſubſtantia prima & ſecunda 19.c.1.A
ſufficiens 25.c.2.C
ſufficiens ciuile 25.c.1.E

Sumptus facienti accommodati fol.96.col.2.C
ſumptus & operis in magnitudine differentia 97.c.1.D
ſumptus magnificentiſſimus ibidem C.
ſumptus quos deceant 96.c.2.B
ſuppoſitum 186.c.1.B
Suſarion Megarenſis 97.c.2.D
Syllogiſmus primæ figuræ 9.c.1.D
Συμμαρα 289.c.2.B

T

TActus maxime communis. 81.c.2.A 289.c.1.C
Telluris inutile pondus 13.c.1.E. Temperans.86.c.2.D
Temperantis proprium 87.c.2.B Temperantis regula ibidem.D
Temperanti quæ iucunda . ibidem. C
Temperantes aut intemperantes qua cupiditate ducant 84.c.1.B
Temperantia 46.c.2.C
Temperantia circa quæ 84.c.2.C 85.c.1.B
Temperantia prudentię ſeruatrix 164.c.1.B
Temperantię & rationis, idem ſcopus. 88.c.2.D
Temperantię exceſſus & defectus 58.c.1.D
Temperantiam æſtimationem ſeruare 164.c.1.B
Temporariæ vmbræ, fol.159.c.1.D. Tempus inuentor 28.c.2.C
Terribilia, fol.77.c.2.D. Terribilium diuerſitas.78.c.2.B
Terribilium partes, fol.77.c.2.E. ibidem 200.c.1.C
Theorectus 214.c.1.C
Theologus ſapiens. 169 c.2.A
Tibiæ genu vicinius 260.c.1.D
Timantis eſt latere 101.c.2.B
Timidandaces 79 c.2.C
Timidi, fol.79.c.1.D. Timor.51.c.1.B
Timor in affectu 53.c.1.D
Tolerans & continens idem ne ſit 203.c.2.C
Tolerare 213.c.2.B
Totum ante partes, fol.16.c.1.B. Totum ex partibus ibidem.
Totum in partibus ibidem Triglypha 181.c.2.B
Turpia quædam laudem quædam vituperium merent 64.c.2.D
Turpis quæſtus illiberalibus communis 94.c.2.A
Turpis ſenex 109.c.2.B
Turpe lucrum ſectantes illiberales omnes 94.c.2.B
Tyrannis regni tranſgreſſio, fol.238.c.1.D. Tyrannus.136.c.2.C
Tyrannus ſubditos an amet 239.c.1.B
Tyranni quibus indigeant hominibus 291.c.1.D

V

VAnæ gloriæ cupidus. Vanus mendacio gaudet.
Vegetalis vis 43.c.1.B
Vegetalis operatio 44.c.1.A
Venia digna facta 136.c.1 A
Venia indigna facta ibidem.
Venia & miſericordia iniuſtis 63.c.1.A
Veneri ſeruientes ſeruili ingenio, fol.86.c.1.D. Verax 107.c.1.C
Verax laude dignus ibidem E.& c.2.C
Verax probus . ibidem.A
Veraci, arrogans magis, opponitur 108.c.1.B
Verecundia 109.c.1.D.110.c.2.C
Verecundia ex quibus oriatur 110.c.1.A
Verecundia ex ſuppoſitione bona ibidem.B
Verecundia laudabilis 59.c.2.E
Verecundia, mediocritas, non virtus eſt ibidem.
Verecundia ſimilis virtuti affectio 80.c.2.C
Verecundiæ & pudoris differentia 110.c.2.C
Verecundiæ iudicium 109.c.1.D
Verecundiam iuuenili ætati conuenire ibidem.
Veridici habitus 157.c.2.A
Veritas 16.c.1.C. Veritas actiua.153.c.1.C
Veritas orationis 31.c.1.A
Veritas ſeu veracitas 59.c.1.D
Veritas ſimplex & aperta 107.c.1.C
Veritas vbi, fol.157.c.2.B. Veritatis oratio.265.c.2.C
Veritatis ſtudioſus 107.c.2.A
Veritatum diſcrimen 157.c.2.B
Verſutè delicati contemnendi 108.c.1.B
Verum honeſtum & laudabile 107.c.1.B
Verum philoſophiæ affine 59.c.1.B
Via ad vitam anguſta 280.c.2.B
Vindictam ſumere humanum 105.c.2.D
Violentum 63.c.2.C.66.c.1 A
Violentum vniuocum 64.c.1.B
Vir bonus, fol.7.c.1.B. Vir ciuilis ibidem.
Vir probus homini ſitienti ſimilis 262.c.1.B
Vir probus, vtilis ac iucundus qui 235.c.1.B
Viri boni & mali diſcrimen in agendo 51.c.1.A
Viri optimi & diuini 41.c.1.C
Viros, illuſtres in paucis errare 31.c.2.D
Viriles, fol.269.c.1.E. Virgatio.181.c.2.A
Virtus, fol.14.c.2.A. Virtus quid.54 c.2.E
Virtus & vitium 51.c.2.D
Virtus & vitium in nobis 73.c.2.D
Virtutes & vitium ſpontaneum 76.c.2 B
Virtus circa honores innominata 104.c.1.B
Virtus ciuilis, fol.42.c.1.E. Virtus duplex.192.c.2.C
Virtus humanæ animæ 42.c.2.A
Virtus in modo, fol 55.c.1.E. Virtus moralis.192.c.1.E
Virtus non ſine prudentia 194.c.2.B
Virtus non ſummum bonum 14.c.2.C
Virtus perfecta triplex 113.c.1.D
Virtus purgatoria 41.c.1.B
Virtus quid faciat 193.c.1.B
Virtus quomodo eſt extremitas 55.c.1.B
Virtus vbi. 52.c.1.C 54.c.2.C
Virtutis actiones per ſe iucundę 33.c.1.A
Virtutis actiuæ finis 146.c.1.A
Virtutis cognitio cur habenda 35 c.1.B
Virtutis & artis in agendo diſcrimen 52 c.2.A
Virtutis & vitij nullus vſus 90.c.1.C
Virtutis exemplum 14 c 1.A
Virtutis finis 150.c.2.D
Virtutis genera 77.c.1.B
Virtutis genua ibidem.
Virtutis gratia facta ſpontanea 64.c.1.D
Virtutis materia 52.c.1.A.50.c.1.c
Virtutis merces 91.c.1.E
Virtutis moralis & vitij ſignum 48.c.1.B
Virtutis operatio 89.c.1.B
Virtutis operatio iucunda 85.c.2.D
Virtutis opus 53.c.2.B
Virtutis opus cum voluptate 91.c.1.c
Virtutis partes 46.c.2.A
Virtutis præmium honor 99.c.2.D
Virtutis proprium 90.c.2.B
Virtutis ſcopus, fol.104.c.1.D. Virtutis vtilitas 48.c.1.A
Virtuti quid cognitio conferat 51.c.2.B
Virtutem quæ afficiant 116 c.2.D
Virtute abſoluta nullus dignus honor. 100.c.1.B
Virtute ornatus de morte magis dolet 83.c.2.c
Virtute ornatus dignus qui viuat ibidem.
Virtutes ad oppoſita vitia cumparatas vitiorum nomina ſuſcipere, fol.60.col.1.E.
Virtutes amplecti quibus difficile 139.c.1.E
Virtutes cardinales 111.c.1.A
Virtutes duæ circa honoris appetitionem 103.c.2.A
Virtutes duæ circa pecunias 95.c.1.D
Virtutes generales 151.c.2.B
Virtutes in habitu 53.c.1.B
Virtutes natura non conſtare 47.c.1.D
Virtutes eſſe artes 52.c.2.D
Virtutes non eſſe ſcientias 53.c.1.A
Virtutes non omnes circa affectus verſari 104.c.2.B
Virtutes quibus aſſequamur vijs. 61.c.2.c
Virtutum comparatio 8.c.1.A
Virtutum & facultatum diſcrimen 48.c.1.D
Virtutum finis 2.c.1.c
Virtutum genera 42.c.1.D
Virtutum inter ſe cognatio
Virtutum ſtudioſi vnde conſtituantur 143.c.2.c
Virtutibus commune 96.c.1.B
Vis ſenſus ſpiritu 285.c.1.B
Viſio. 281.c.1.E
Viſus ſiue viſio 289.c.1.B
Vita ciuilis 25.c.1.B
Vita contemplatiua 13.c.2 A 25.c.1.A
Vita felix 291.c.2.E
Vita intellectualis 283.c.1.c
Vita quæſtuoſa 15.c.1.B
Vita perfecta 35.c.2.B
Vita quid 285.c.1.A
Vita quorum expetenda 266.c 2.A
Vita ſeruilis 13.c.2.B
Vita ſuprema 13.c.1.A
Vitæ tres 35.c.1.A

Vita

Vita triplex 13.c.1.B
Vitam traducere ex effectibus 251.c.2.B
Vita tertia 14.c.2.E
Vitæ quid, ibidem.
Vitrum dependentia 55.c.1.A
Vitarum differentia 23.c.2.C
Vitium. 8.c.2.C
Vitium agendarum rerum principium corrumpere 165.c.1.C
Vitium animæ 41.c.2.C
Vitia animi ſpontanea 75.c.2.B
Vitium homini natura ineſſe 143.c.2.D
Vitium ſimpliciter 143.c.1.B
Vitium vbi ſitum 54.c.2.C
Vitij exceſſus & defectus biſſariam 56.c.1.D
Vitia corporis ſpontanea 75.c.2.E
Vitia naturalia corporis non reprehendi, ſed quorum in nobis eſt cauſa. ibidem
Vitiorum & virtutum mutua oppoſitio 60.c.2.E
Vitiorum oppoſitio maior inter ſe quàm cum virtute 61.c.1.C
Viuere & operari ex virtute 196.c.2.A
Viuere quæ dicuntur 235.c.2. A
Vltionem iram ſedare 105.c.2.A
Vlyſſes 193.c.2.B
Vlyſſes laudatur 64.c.2.E
Vmbram ad verum referri 159.c.1.D
Vniuerſale duplex 205.c.1.A
Vniuerſale 15.c.2.B
Vniuerſale animal 16.c.1.D
Vniuerſale in genere 179.c.1.B
Vniuerſalia 15.c.2.E
Vniuerſalia confuſa 40.c.1.A
Vniuerſalium demonſtrationes vnde 189.c.1.C
Vniuerſum 16.c.1.B
Vniuerſi partes ibidem.
Vniuoca 115.c.2.B
Vnum omnino bonum 3.c.2.A
Vnum multis poſterius 17.c.1.A
Vocis acutę cauſæ 102.c.1.C
Voluntas etiam eorum quę fieri non poſſunt 69.c.1.B
Voluntas quid. 253.c.2.E
Voluntas finis eſt 69.c.1.C
Voluntatis & electionis diſcrimen 69.c.1.B
Voluntatis finis 73.c.1.E
Voluntatis finis diuerſa ſententia 73.c.1.C
Voluntatis libertas in aſſequenda virtute quibus negetur. f.139. col.1.E.
Voluptas 50.c.2.B.52.c.1.B
Voluptas à cupiditate quid differat 288.c.2.D
Voluptas affectio difficillima 52.c.1.D
Voluptas an propter vitam, vel vita propter voluptatem appetatur. 286.c.1.B
Voluptas bonum ſummum 13.c.1.E
Voluptas diuina 223.c.2.A
Voluptas eligenda 87.c.2.A
Voluptas & ſenſibile quomodo ſenſum perficiant 284.c.1.D
Voluptas ex ijs quæ integra & perfecta 282.c.1.C
Voluptas ex operationibus quę ſecundum naturam 221.c.1.B
Voluptas ex viſu aliaquę ex auditu 287.c.2.B
Voluptas habitus operationis ſecundum naturam 220.c.2.B
Voluptas Helenæ comparata 62.c.1.C
Voluptas in omni ſenſu qui actu ſine impedimento operatur. 282 col.2.E.
Voluptas magis in quiete quam in motu 226.c.1.A
Voluptas non alium præter præſentem admittit operationem, 287.c.2.C.
Voluptas non ex malis 276.c.2.B
Voluptas non in tempore fit 282.c.2.B
Voluptas non mens nec ſenſus. 288.c.2.E
Voluptas non ratio, nec generatio 282.c.1.E
Voluptas non omnis omni operationi propria 287.c.1.C
Voluptas non ſine naturali operatione 282.c.2.B
Voluptas nulla bona 218.c.1.D.219.c.1.C
Voluptas nullius artis opus 221.c.2.C
Voluptas operationum finis 286.c.1.A
Voluptas perfecta & iucundiſſima 283.c.1.D
Voluptas quæ bona quæ mala 11.c.1.A
Voluptas quid & qualis 281.c.1.B
Voluptas quomodo operationes perficiat 288.c.1.A
Voluptas quomodo reddat operationem perfectam 284.c.1.B
Voluptas ſemper in operatione 284.c.2.C 285.c.2. A
Voluptas ſimul cum operatione 283.c.1.E
Voluptas fit ne ex his quæ habent certum ſubiectum 281.c.1. D
Voluptas varia, 282.c.2.D
Voluptas vera, ac bona 273.c.2.B
Voluptas vitanda 62.c.1.C
Voluptatis corporis partes 84.c.2.D
Voluptatis cum operatione differentia 289.c.1.A
Voluptatis exceſſus 214.c.1.C
Voluptatis diuiſio 84.c.2.A
Voluptatis initio 52.c.1.B
Voluptatis partitio 50.c.2.C
Voluptatis perfecta ſpecies in quolibet tempore 282.c.1.C
Voluptatem animę & corporis differre 225.c.2.D
Voluptatem omnes appetunt 285.c.2.A
Voluptate aſſidua quare non afficiamur 284.c.2.E.285.c.1.C
Voluptate non prior operatio 284.c.2.B
Voluptate per ſecta qui afficiantur 284.c.2.D
Voluptates ęgrotantium 210.c.1.B
Voluptates alienæ 288.c.1.E.289.c.2.A
Voluptates animæ 84.c.2. A
Voluptates bonæ & non bonæ 221.c.2.E
Voluptates corporis 88.c.2.A
Voluptates corporis ex accidenti bonas eſſe 225.c.2. A
Voluptates differre 280.c.1. B
Voluptates diuerſę 289.c.2.D
Voluptates diuerſæ cur. 287.c.1.E
Voluptates ex dolore 220.c.1.B
Voluptates ferinæ 85.c.1.E
Voluptates honeſtæ à turpibus differunt 288.c.1.A
Voluptates miſtæ 277.c.1.C
Voluptates non ſecundum naturam 288.c.1.E
Voluptates numero etiam differunt. 287.c.1.B
Voluptates prauæ 220.c.1.A
Voluptates propriæ 288.c.1.D
Voluptates propriæ pręſtantiores 288.c.1.B
Voluptates quales eligendæ. 286.c.1.B
Voluptates ſecundum naturam 288.c.1.E
Voluptates ſpecie diuerſę 286.c.2.C
Voluptatum corporis differentiæ 212.c.1.B
Voluptatum differentia 287.c.1.A
De voluptatum ſpeciebus 222.c.1.C
Vrbani cur ſectentur honorem 14.c.1.D
Vrbani vel dexteri 108.c.2.D
Vrbanitas quid proſit 108.c.1.B
Vrſi medicina contra febrim 261.c.2.C
Vrſi prudentia 271.c.1.A
Vſus 90.c.1.B
Vſus quorum 132.c.1.A
Vtenſile 89.c.2.E.90.c.2.A
Vtile 15.c.1.C 17.c.2.B
Vtile quid 229.c.2.B
Vtile bonum 17.c.2.B
Vtilitatis cauſa amici 267.c.1.D
Vulgatum verbum 8.c.1.C
Vulgus 303.c.1.E.304.c.1. D

X

Xenophantis cachinnus 214.c.1.B
Xerxes rex perſarum matrem comedit 209.c.2. C

Z

Zeno 65.c.1.D
Zopyrus perſa laudatur 64.c.1.B

F I N I S.

Errata ſic corrigito.

Pagina.5.col.2.linea.35.propoſitiones, propenſiones. 168.columna. 1.lin.vltim.ſubſtantia, nam ſubſtantia. ibidem col. 2. lin.7.ſub, dele. 247.col.2.lin.66.ceruæ, certæ. 277.col.1.linea.58. amaulet, ambulet. 290.col.1.linea.63.conturbenijs, contubernijs. 291.col.2.linea.59.requiri, requiei. 296.columna ſecunda.lin.55. quum, quin.

ARISTOTELIS STAGIRITAE
MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER PRIMVS,
CVM EVSTRATII NICAENI EPISCOPI EXPLANATIONE,

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

A PHiloſophia in duas diuidiť partes, in
cōtēplationē,& actionē: ī qb.vtriſq;
Ariſtot. verſatus de vtriſq; volumina
edidit:q̄ & arte & ſciā, ꝓut vnicuiq;
ſubiectæ materiæ cōuenit, legētium
inſtituere aīos poſſunt. cōtēplatio ve
ro ꝑ ſubdiuiſionē in tria diſtributa
phyſiologiā,theologiam,& mathe-
máticā,hoc eſt naturalē,diuinā, & diſciplinarē,partes ſibi
ſubſtituit.de quarum nulla p̄ſens nr̄a hæc diſſertatio erit.
nā de vno tm̄ agemus ex iis,quæ ſub actionem referunť.
B cum n.actio ēt ipſa tria membra habeat, politicam, ethi-
cam,& œconomicā,id eſt ciuilem,moralē,& familiarem:
de morali pertractare cōſtituimus, propoſuimusq; nobis
libros Ariſtotelis ad Nicomachū ſcriptos,in quib. expla-
nandis nōnulla de ea dicere volumus,præſertim cum ma-
ximæ exiſtimationis quidā ad hoc uos incitarit mādaritq;
que,vt in primum Nicomachiorum moralium Ariſtote-
lis explanationem aliquā cōſcriberemus, cui ſanè ob mul
ta in nos beneficia negare quippiam nō poſſumus. quippe
cum tā benigne erga nos affectī hoīs poſtulationes irritas
facere,& ſiquid iubeat,quod præſtari poſſit,iuſſa detrecta
re:& ingrati & à philoſophia prorſus alieni eſſe videatur.
C nam ſi benemeritis de nobis aliquid recuſauerimus:quan
do aut gratis aliquib.vtilitatē afferemus,aut ignotis prode
rimus?cū diuinum mandatū à nobis exigat,vt ad eos etiā
qui nos læſerint, ſubleuādos ac iuuandos prōptos nos ex-
hibeamus.vt hoc mō benigne facta ad auctoris imitatio-
nē per ſe efficiantur:id quod vere ēt philoſophiæ maximē
proprium eſt.Primū igitur dicēdum eſt, quid inter ſe dif
ferant tria actionis genera:deinde, quid vnumquodq; ex
ipſis ſit:tertio, q̄ ex vnoquoq; ad hoīes vtilitas ꝑuenīat,
vt & ipſorū cognitionē percipiamus, & ad ea exercenda
D prōptiores ſiamus. Moralis itaq;,familiaris,& ciuilis diffe
rentia eſt,primo quātū ad ſubiectas materias ſpectat, mo
ralis quidē,vnum hoīem meliorē reddere, vt moralis artis
p̄cepta ſequutus,prob. efficiatur,ac prudenter viuēdo pro
priā rōnem in dominio iracūdiæ ac cupiditatis cōtineat,
quæ moderamine iniecto earum incitationes cohibeat,
nec permittat temere ferri. quo fiat vt in tali habitu de-
mū aliquis conſtituatur,vt quicquid fecerit, ſiquis petat,
rationem reddere paratus ſit,qua ſibi id faciendū merito
fuiſſe confirmet,ſi nullus rationem requiſiuerit, ſecum ip
ſe ſingula ſua facta iudicando ac diligenter examinando
E caſtiget,ne in aliquo à recto officio abeat,quin omnia be
ne exequať,vt ſingulis quæ agit id Phocylidis ſubijciat,
Quid bene factū a me eſt? quid non factū? aut quid omiſſū?
Siq; iudicio recte inuenerit,ſe in actionib. bonum am-
plecti,eius exequutione lætetur,econtrario doleat, ſi ali-
quando excidiſſe ab eo ſe cognouerit.id quod tum ex ſu-
biectarū rerum inſtabilitate, tū ex appetitionū turbulen-
tia ac violentia,tū ex rōnis fortaſſe imbecillitate, quæ op-
pugnationib.cedit,ac ſuccūbit,aliq; aliqua de cauſa eue-
nit,quippe cum actio oīs in ijs verſeť,quæ fieri alio modo
poſſunt,neq. fines certos habeat,q ex poſitis principijs ne
A ceſſario conſequantur.Hæc de morali.Oeconomicæ vero
hoc eſt familiari familia,quiq; in ea ſunt familiares,ſubij-
ciuntur,eaq. oīa quæ ad eorum conſtitutionem, cohabi-
tationemq. faciunt. vt pro rata quiſq. portione ea conſe-
quať q̄ dēt,nulluſq; ꝓ rōne vel morū,vel ſtatus, vel habi-
tus,vel functiōis,vel naturalis aptitudinis,vel beneuolētiæ
erga dn̄m atq. habitudinis,parte ſua fraudeť, multa. n. ēt ī
hac inter cohabitātes dr̄ia eſt,q̄ppe cū in materia cōſiſtat,
in qua diuerſitas dominať.nō.n. tā ſui quam aliorū oīum
qui ſibi ſubditi ſunt,curā hr̄e familiæ p̄ſes dēt.quocirca ꝓ
uentus ēt expedire ad eū ꝑtinet,vt nulla re neceſſaria indi
gētes familiares cohabitationē valeant conſeruare. Ciuili
B aūt ſubiecta res ciuitas eſt,quiq. in ea cohabitāt ciues. ex
multis.n.familijs ciuitas cōſtat, atq. iccirco quēadmodū
oportet familiæ p̄ſectū primū ſeipſum morib. ꝓbū redde
re curare,vt reliq familiares tā aīo quàm corpore bene af-
ficiantur,ita ad ciuilē qui ciuitati p̄ſit,vr pertinere, vt ſm
leges ac rōnē viuens in ꝓpriis adminiſtrationib.ac iuſte ſe
gerat,atq. in primis talē ſe p̄ſtet,q varijs inſtructus atq. or
natus virtutib.poſſit ciues ēt ſuę ꝓbitatis participes redde
re,non tā ſui,quā ciuiū & ciuitatis,vel ciuitatū, ſi plurib.
p̄fuerit,cura habita,quippe cū vnuſquiſq. princeps ſubdi-
torū æq.ac ſui curā hr̄e debeat,non tamē ita, vt vel princi
C pi ipſi, vel inter ſe æquales abſolute oēs efficiantur, ſed
vt pro vniuſcuiuſq. portione inter oēs æqualitas cōſerue-
tur.Id.n.cōtinere ciuitates ſolet,cū ſuū cuiq. ius,ſuaq. por
tio exhibeť.defraudatiōes vero ſicut pricipes iuſtos oñdūt,
& ſubditos ad honeſta capeſſēda ſegniores efficiūt,& ciui
tates labefactāt,ac ꝑdūt;Cuiuſmodi ē qđ inqt Euripides,
Nam ciuitates multa agunt quam peſſime:
Cum iuſtus & ad rem gerendam ſtrenuus
In nullo honore habetur,ac ſi ſit malus.
Ciuitatis vero ſeu ciuilitatis quatuor oīno partes sūt, legiſ
D latrix,iudicialis,exercitatrix,& medicina.nā qa hō, qui ci
uis eſt,ex aīo cōſtat & corpore,artes inueniri neceſſe fuit,
q̄ bonā ac naturalē cōſtitutionē vel p̄ſentē conſeruare, vel
amiſſā reuocare vtriſq; his hoīs partib.poſſent.Legiſlatrix
igiť aīos natura bene cōſtitutos recte inſtitutis legib. ī bo
no eo ſtatu cōſeruat,vt mō ac regula ī oīb.vtētes,bene in-
ter ſe ac iuſte in ciuitate verſeñr q ſi qō vel ex ignauia, uel
ex petulātia q̄ppiā errauerīt,iudicialis cōfeſtim ſuꝑuenit,
q̄ pęnas ab eis exigat,& errores caſtiget. Sn̄ mō in corpo-
rib., q̄ naturalr ſe hñt,& in ſanitate cōſtituta ſunt, exerci
tatrix cōgrua vnicuiq;& moderata exercitatiōe & victu in
E naturali ea bona affectiōe cōſeruat,q̄ ob materiæ inſtabi-
litatē p̄ter naturā exciderūt, medicina naturæ ſuccurrēs
ad priſtinā ſanitatē, quatenus fieri p̄t,reuocat ac reducit.
At uero moralis ſpēs eſt actiuæ philoſophiæ, q̄ circa mo-
rū hoīs cōpoſitionē verſať.Familiaris actiuæ philoſophiæ
ſpēs eſt,q̄ de familiæ cohabitātiūq. ī ea cōſtōne cōſiderat.
Ciuilis actiuæ philoſophiæ ſpēs eſt,quæ de ciuitate,degen
tiūq. in ea æqua ac concordi adminiſtratione pertractat.
Ex qb.definitionib.quid vnaquæq. ex his utilitatis hoīb.
afferat,perſpicuum eſt,cū illa ſingulis:altera cōiter plurib.
in eadem domo cohabitantibus, tertia communis adhuc

ciuitati,aut ciuitatibus,quin etiam genti toti,aut gentib. A fortaſſe,ſi plures ſub vnius principis īperio ſint, boni executionem procuret. Quorum exempla tum ex noſtrorū, tum ex externorum librorum lectione inueniri permulta poſſunt,cum multi & apud Grecos, & apud alias etiā nationes boni viri extiterint,qui aut per ſeſe ſinguli,aut cum alijs,aut in familijs,aut in ciuitatib. & gentibus recte vitā traduxerint.atq; vt ſingulos omniū quos cōmemorare ſuperuacaneum exiſtimo(infinitæ.n.propemodū virorū vitæ qui Deo grati optime ac ſanctiſſime vixerūt,ad imitationem memoriæ proditæ inueniuntur)Abrahā, Iſaac,& Iacob,adde ēt Iob,qui bene & ſe & ſuos rexere,familiaris optimęq; adminiſtrationis exēplo eſſe poſſunt:Ciuilis,Moyſes primus omniū;poſt eū Ieſus Naue, & multi alij apud Hebræos,& ſi ita placet,Solonēt apud Grecos extitere.Ac B de his hactenus.Quoniam vero nobis in præſentia de Nicomachijs moralibus oratio eſt,atq; horum primo libro, cuius præcipue explanatio mihi fuit impoſita, quis ſit in hoc Ariſtotelis ſcopus ac finis iam dicamus.In decem his libris de moralibus virtutibus omnibus communiter docere,atq; artem quandā tradere propoſuit: vt poſſemus regulis ab eo traditis tam facta quam verba metientes,bene ac ſine vllo,quatenus fieri poteſt, errore vitam traducere. Vnde etiam moralia his libris inſcripſit,eo quod ad compoſitionem moderationemque morum maxime faciunt, ſeu quia eam artem tradunt,qua quis & actiones & loquutiones bene honeſteq; exercendo bonus euadere morib. valeat.Nicomachia autem appellātur,eo quod ad Nicomachū quendā ſcribuntur,ſiue is Ariſtotelis ipſius filius,ſiue quiſ C piam alius fuerit,qui eodem nomine vocaretur. quemadmodū alterū ēt huiuſcemodi opus eodem quo hoc, argumento ſub Eudemi nomine editū Eudemia moralia nuncupauit.Moralia vero.i. ἠθικὰ à more & conſuetudine dicuntur, quod ἔθος græce dicitur, ε in η mutato:ea de cauſa quia oportet vnumquēq; in laude dignis actionib. de more aſſueſcendo honeſti ac iuſti habitum quendam acquirere, atque ita demum in virum bonum ac laudabilem euadere. Atque hic communis in omnib.his decem moralium libris finis eſt.In primo vero de fine agit, ad quē virtutum perfectio ſpectat,quæ felicitas apud veteres ſapientes nominatur;qui idem hominis vitę finis eſt, ideſt cuius cauſa in præſenti hoc mūdo homo producitur. Hæc quidem à principio μετριοπάθεια, ideſt moderatio affectuū eſt: D quæ irrationalium qui in nobis inſunt affectuum ferociam ac temeritatem reprimit,ac duci rationi obedientes reddit:poſtremo in affectuum ſublationem deuenit: quæ ἀπάθεια ideſt impaſſibilitas dicitur,à noſtris beatitudo nūcupatur. Qui enim finem affectat, debet is euſque progredi,quoad irrationales facultates ita penitus ſopiantur, ac torpeant,ut ſola ratio in eo nulla bruta perturbatione interrupta ſuo ſi officio ſuo poſſit. quod cum fit,hoīs anima ex continua neque unquam intermiſſa rationis operatione in mentem intellectumq; aſcendens primo intellectualis,hoc eſt intellectus per participationem: deinde ēt diuina efficitur,Deo unita per eam quæ in ipſo intellectu inſita eſt,unitatem: quæ a magno Dionyſio flos mētis appellatur. Quærit igitur Ariſtoteles primum, ſitne aliquis rerum quæ in actionem ueniunt,finis, ad quem boni uiri E actio omnis dirigatur:deinde quid is ſit, ac deinceps reliqua.Sed dubitare quis poſſet,cur de fine prius quā de virtutib.agat:nam cū virtutes ad finem ſint, ad quē actiones quæ ex virtutib.fiunt,diriguntur; prius de his dicēdum videbatur,deinde de fine poſtea ſubiungendam tractationē quia tamen natura ita cōparatū eſt,vt virtutes labore acquirant,prius oportuit de fine quomodocūq; agere, quid quę eſſet illud bonū quod ex labore prouenturū erat, oſtēdere,quo propriam appetētes perfectionē alacriores ad eū tolerandū efficeremur, adde ēt vt ſcopum haberemus, in quē reſpicientes,atq; actiones quaſi ſagittas quaſdam mittentes, magis,vt ipſe etiam inquit, bonum honeſtumque aſſequeremur. Tametſi leuius hic de fine nonnulla tangit, poſtea in decimo planius atque exactius totam hanc de felicitate ſententiam explicaturus.Felicitas vero, quæ εὐδαιμονία à Græcis dicitur, à latinis,ſi verbū ex verbo exprimamus, bonigenia appellari poſſet:inde nomen habuit, quod in perfectione conſtituti hominis dæmon ſeu genius bene affectus ſit: dæmonem enim veteres intellectualem animæ noſtrę partem vocare conſueuerant,quemadmodum Plutarchus Cheroneus aſſeuerat in libello,quem de dæmonio Socratis inſcribit,vbi inquit,Socratis dęmonium nihil aliud,quam ſapientis hominis mentem pręſerre,quæ pura cum ſit,atq; exacto, ac propè certo in diſcernendis reb.iudicio prędita,poterat ex qualibet vel parua occaſione ēt futura pręnoſcere. Ac de his quidem ſatis dictū ſit. Nunc ad Ariſtotelis verba exponenda veniamus, atque in his quoque ſicut in cęteris omnibus eius, qui omnis boni auctor eſt,implorato auxilio exordiamur.

De vniuerſali boni ac finium diuerſitate. Cap. I.

Omnis ars, omniſque diſcendi via, actio item, atq; electio bonum quoddam expetere videtur. quapropter bene id eſſe bonum ipſum aſſeruerunt, quod omnia expetunt.

More ſuo Ariſtoteles in hac quoque tractat oñe ab vniuerſalibus incipit.id quod in multorum aliorum librorū principio obſeruaſſe eum manifeſtum eſt. In demonſtratiua.n.Omnis,inquit, doctrina,omniſque diſciplina intellectiua ex præcedente cognitione efficitur. Et in naturali diſputatione,Quoniam in omnibus artibus quarum, vel principia,vel cauſæ,vel elementa ſunt, ex horū perceptione fit vt & cognitio,& ſcientia exiſtat. Item in ſupranaturalib. quæ μετὰ φυσικὰ,i. poſt naturalia appellat, Omnes homines natura ſcire affectant.Propterea igitur quia hic propoſitum ipſi eſt de hominis fine inueſtigare, ſitne aliquod naturæ hominis proprium bonum, cuius cauſa homo in lucem productus extiterit, & per quod ad commune omnium bonum referatur,quidq; id ſit,ſpeciatim omnem habitum,actionemque humanam,i.artem,& diſcendi viam,& actionem,& electionem exponit. vt ſi cognitū fuerit,vnamquanque harum finem quendam habere,quē appetat;ac propter quem conſtiterit,pateat etiam hominis abſolute & in vniuerſum proprium quendam finem eſſe,& cuius cauſa natus inter alia quæ ſunt, connumeratur,& ad quem,vt propriam aſſequatur perfectionē, debeat omnes ſuas operationes dirigere.Commune.n.bonū eſt quod omnia expetunt,ac propter quod tam humiliora quam ſublimiora omnia exiſtunt, atq. hoc Deus eſt ex quo,& propter quem,& in quem omnia. Quæ tamen proxime ad ipſum accedunt,propter ipſum abſolute extiſtere,eiuſque præſentia abſque vllo medio fruuntur, quæ longius ab ipſo abſunt, proprium quoddam ſingula ac proximum bonum habent, per quod medium ad ipſum hoc commune poſſunt referri, vt nos qui homines ſumus deceat, quidnam & quale humanum bonum ſit, inueſtigare,ad quod omnes vitæ noſtræ rationes intendamus,ac per quod,vbi id inuenire,atque aſſequi valuerimus, ad cōmune illud omnium ac primum bonum reducamur.nam cum ad imaginem & ſimilitudinem Dei formati ſimus, neceſſe eſt,vt omni quæ præter naturam contracta eſt,ſorde expurgata,omnique quæ ex materia prouenit, temeritate diligenter excuſſa,contagione item mortalis corporis reiecta conuenientem nobis bene viuendi conſtitutionem conciliemus,atq. ita demum nos ipſos ad exemplaris imitationem conformemus atq. expoliamus: ſi modo cauſatum cauſæ coniungere voluerimus. quippe cum ita etiam Seruator noſter & Dominus dicat,nullus, inquiēs, ad patrē accedit,niſi per me.quaſi fieri oīno non poſſit,vt pr̄is affinitatē,cōiunctionēq; vllam acquiramus,niſi prius ratione quæ in nobis eſt,& bonis actionibus,& errore omni vacantibus ſpeculationibus exornata,imaginis imitatio

nem

nem ita excoluerimus, vt id quod eſſe dicitur vere expri-
mat, atq; ita nullis mutatiõib. obnoxię imagini patris aſſi
milati, ſimilitudinẽ quoq; ipſius pr̃is adipiſcamur, digni-
& primæ rationis, & per eã patris etiam contẽplatione ef-
fecti. (OMNIS ars, omniſq; diſcendi via.) Quidnã ſit ars,
nemo oĩno eſt, qui particeps rõnis ſit, qui ignoret, ex pręce
ptionib. videlicet exercitatis eã eſſe collectionẽ, ad finem
quendã in vita vtilem tendentẽ, vt ipſa etiam definitio ar-
tẽ finem quendã bonum hr̃e oſtendat, qui ad humanæ vi-
tæ vſum, vtilitatemq; ſpectet: humilem illũ quidem, quip-
pe qui vitæ quæ ex ſenſib. traducit̃, emolumẽta procuret,
ipſi tamen arti proprium atq; accõmodatum bonũ, quod
ad illud primum bonũ quatenus fieri põt, ipſum etiã nos
referat. vt in hoc non parum humanæ naturæ cõferre ad
propriam perfectionem conſequendã exiſtimari debeat.
non. n. hominem decet nihil exercentẽ inutilem ſibi per-
manere, brutiſq; in hoc effici ſimilem, ſed tam ſibi quam
alijs partium exercitationem vtilia comparare. Pars pręte
rea philoſophiæ artes ſunt, quippe quæ naturam imitãtes
materijs vtuntur, quas formis aptent, ac perficiant, vt quã
tum ad hoc attinet, neq; à philoſopho ſint repudiandæ. ac
cedit q̃ cum homo multis affectib. ac mutationib. obno-
xio corpore vinctus teneatur, multis extrinſecus ſubſidijs
indiget, ne ab eo ob neceſſariarum rerum inopiam impe-
diatur, quo minus & viuere abſolute, & bene viuere ſine
interpellatione queat. Vnde ſi maiorũ ſpeculationum ſtu-
dio occupatus non poſsit ad minora & vtiliora, quæq; ad
corporis curam faciunt, deſcendere, miniſterio earum ar
tium iuuabitur, quæ humanis corporib. vtilia præſtant, &
ipſe contra in maioribus perfectioribuſque reb. artifices
iuuabit. Atque hoc dico naturalem ſolummõ ſtatum con
ſiderans, qui bene adminiſtratis ciuitatibus, ſociabilibuſ-
que, vt ita dicam, ac ciuilib. hominibus maxime cõuenit.
nam ſiquis in montibus ac ſolitudinibus electa diuinio-
re vita degere cõſtituerit, ſeque, & ſua omnia in diuinam
prouidentiam reijciat: is ſanè vel nihil, vel parum admo-
dum artium adminicula deſiderabit. ſed hæc, dum de ar-
te loquimur, per digreſsionem dicta ſufficiant. Diſcendi
aũt via quã μέθοδον appellat habitus eſt, qui cum ratione
progreditur. vnuſquiſque. n. in rationis examine quaſi viã
quandam ſequens, quæ ad diuerſorium hoc eſt ad quæſiti
inuentionem deducat, ita progreditur, bonumque, id eſt
veritatis comprehenſionem ſibi finem proponit, à qua aĩa
ſingularum rerum inuentionib. exornata propriã ſpecula
tionis perfectionẽ recipit. Verum qua de cauſa cum dixe-
rit artem, & diſcendi viam bonũ expetere, de ſcientia mẽ-
tionem nullam fecit? an quia ipſa bonum non expetit? at
qui quanto arte exactior ſcientia eſt, tãto magis quam ea
bonum & expetere, & conſequi videretur. fortaſſe igitur
de ſcientia tacuit, eo q̃ ſatis manifeſtũ eſſe poſsit, ſi quæ
inferior in veri comprehenſione eſt, bonum expetit, & cõ
ſequitur, multo magis ſuperiorem atque exactiorem illud
idẽ facturam. deinde ex eo q̃ diſcendi uiam dixit, perſpi-
cuum eſt, ſcientiam ẽt fuiſſe ſignificatam: methodi. n. ac
viæ quæ ad certã, nulliſque rationib. refutabilem veritatis
comprehenſionem ducũt, ſcientiæ effectrices prorſus sũt.
ſed ſi placet, tertiam etiã cauſam ſubiungemus. Duo ſunt
quæ hominem ad primum bonum reducunt, affectuũ per
turbationumque uacatio, & ueritas, quarũ altera in actio-
ne, altera in ſpeculatione conſiſtit. Quoniam igitur nunc
de bono quod eſt in actione agitur, & ſcientia in ſpecula-
tione & contẽplatione uerſatur, nullam hic ſcientiæ fecit
mentionem: artes. n. & diſcendi viæ tam actiuæ quam ſpe-
culatiuæ inueniuntur: ſcientiæ ſpeculatiuæ omnes ſunt.
Actio eſt ex electione hominis operatio. electio autem eſt
duorum quæ propoſita fuerint, hominis iudiciũ, quo alte
rum alteri ex incitatione, appetituq; anteponit. dixit ve-
ro, videtur, eo q̃ verbi huius ſignificatum, & de vero, & de
eo quod apparet, cõe eſt. nã expetitio. i. ἔφεσις, de bono qui
dem eſt, nõ ſemper tamen ad id quod re vera bonum eſt,
tendit, ſed quandoq; errat, vt boni abſolute vel abſq; erro

A re, vel cum errore aliquo expetitio ſit. Omnib. igitur ita vi
detur, vt oĩs expetitio ad bonũ dirigatur. quoddã, adiũxit,
propterea q̃ vnũ ſolummodo abſolute & ſimpliciter, ſineq;
vlla participatione bonũ eſt, reliqua oĩa eatenus bona, qua
tenus ex participatione eius ſunt, quę in cõpoſitione cõſi-
derantur, atq; iccirco nõ abſolute oĩb. bona ſunt, ſed cui
dã bona. artes itaq; & diſcẽdi viæ, & actiones, & electiones
proprium ſingulæ quoddã bonum, quod proximum ipſis
eſt, expetunt: ac per id poſtea ad cõe aſcẽdunt. Poſteaquã
vero oẽm hominis artẽ & operationẽ bonum expetere di
xit, boni deſcriptionẽ à veteribus traditam laudat, id eſſe
bonũ ipſũ aſſerentium, quod oĩa expetunt, ea quaſi ex in-
ductione quadã prius cõfirmata. Hanc aũt non eſſe defini
tionem, ſed deſcriptionẽ perſpicuum ex eo eſt, q̃ ex poſte
B riorib. conſtat. poſteriora. n. cõi expetibili omnia ea ſunt,
quæ expetunt, cũ & ex eo, dependeant, & cauſa q̃ ſint, ab
eo promanet. Sed niſi ſuperuacaneũ videtur, de ordine ẽt
nonnulla dicamus. Cur artem. & dicendi viã, actioni & ele
ctioni, cur item artem diſcendi viæ, electioni actionẽ an-
tepoſuit? an fortaſſe quia ars & diſcẽdi via rationem & ſpe
culationem afferunt, & homines vtpote rationales, atq; in
ratione maxime finem ſuũ habentes, in omnibus actioni-
bus & electionibus duce vti ratione ac ſpeculatione dẽnt.
ſiquidem hoc ſolo mõ fieri poteſt, vt in actione & electio
ne perfectio ſequatur, ſi ratio præceſſerit, eiſque cognitio
nis boni & honeſti lumen accenderit. artem vero diſcen-
di viæ, & actionem electioni more ſuo Ariſtoteles præpo
ſuit, naturam imitatus, quæ ab imperfectiorib. in rerum
C generatione plerunque orſa, ita ad perfectiora progredi
conſueuit, perfectior enim arte diſcendi via & commu-
nior eſt, principalior itẽ & antiquior actione electio: prius
enim eligimus alterum alteri in rebus agendis præferen-
tes: deinde ad actionem deſcendimus.

Finium vero quædam videtur eſſe differentia. alij enim operationes, alij præter has opera quædam ſunt.

Conuenienter ad propoſitum ſcopum ſtatim a princi-
pio ſumpſit ea quę in ſolo hoĩe bonũ expetũt. ars. n. & ſciẽ
tia, & actio, & electio ſolius hoĩs ſunt. quoniã de humano
fine & bono p̃ſens cõſideratio eſt, apte ẽt nunc finiũ diffe-
rentiã tradit: cum inquit, artiũ, viarumq; diſcendi duplex
finiũ vr̃ eſſe dr̃ia, vt alij ex ipſis operationes, alij opera ſint.
D opera hic appellat effectus, qui ceſſantib. ẽt operationib.
manent adhuc, atq; extãt. verbi cauſa, ſit muſicus aliquis,
qui ex muſica arte operetur. i. vel canat, vel muſico aliquo
inſtr̃o vtatur, is vbi ceſſauerit nullum opus relinquet, at ſi
faber aliquis operetur, deinde ab operatiõe deſiſtat, opus
aliquod ipſius profecto reſtabit, ſella videlicet, vel menſa,
vel tale quippiã, quod p̃ter operationẽ ſubſiſtet. muſici. n.
finis eſt aut modulate canere, aut inſtr̃o ſm̃ leges à muſi-
ca arte traditas harmonice vti: quę operationes tantũmodo
ſunt. fabri vero illi quos dixi effectus, & reliqua quæcun-
qua fabricare ars fabrilis põt. atq; hoc ab Ariſt. ea de cauſa
dr̃, ne, cum humanæ naturę finis operatio ſit, vt ipſe ẽt po
ſtea ſubſequendo declarabit, ſuſpicari aliquis poſsit artes
eas & diſcendi vias quarũ finis eſt opus, illis q̃ ſolã operõ-
E nẽ habent, ob id eſſe digniores, q̃ effectum quendã relin-
quunt, q̃ poſteaquam ẽt ab operatione ceſſauerit aliquis,
remaneat, atq; hinc felicitas vtpote operatio ſola, quæ ceſ-
ſante eo qui operatur, non ſubſiſtit, aliquo alio fine imper
fectior eſſe videatur. hoc igitur dicit, vt ſiue opus, ſiue ope
ratio finis ſit: nullam eſſe differentiam doceat.

At quorum præter actiones fines aliqui ſunt, in his operationibus cenſentur præſtantiora.

Et ſi nulla differentia eſt, vt deinceps oſtendet, ſiue
opus, ſiue operatio finis: in quibus tamen artibus,
inquit, opera fines ſunt ab operationibus diuerſa: in his
opera ſunt operationibus præſtantiora. quippe cum
in his operationes propter opera efficiantur, & ipſæ

ſi cuius cauſa fiant, opera autem ſint id cuius cauſa fiant. ſemperque id cuius cauſa aliquid fit, melius eſt ac præſtantius, quam id quod eius cauſa eſt. dixit autem, quorum, & in his, in maſculino genere ad artifices vel operãtes abſolute referens orationes.

Cum autem multæ & actiones & ſcientiæ & artes ſint, multi etiam fines euadant, neceſſe eſt. medicinæ quidem, ſanitas; nauium extructricis, nauis; militaris, victoria; domeſticę ac familiaris, diuitiæ ipſæ.

Oſtendere hic vult ciuilem ſupra omnes artes eſſe conſtitutam, eamque eſſe omnium quæ ad humanam ſocietatem faciunt, ſtudiorum dominam, quæ ſicut architectura mechanicarum.ſ.ac fabrilium regina, præſit omnibus, omnibusq; præcipiat, eiuſque finem omnium aliorum qui alijs artibus ſunt, perfectiſſimum eſſe, atque vltimum, cuius videlicet cauſa continenter ac proxime etiã ipſe homo, ea ratione qua eſt homo, qui animal eſt ſociabile natura ac gregale, extiterit. atq; hoc ita declarat. multas ſpeciatim artes ſumit, eaſque in vnam reducit, in cuius finem tanquam omnium perfectiſſimũ aliarum fines referantur: deinde vnã illã vnà cum multis alijs ſimilibus in vnam aliam prēſtantiorem refert, quę etiam ipſa finem finibus aliarum quę ſubiacent, perfectiorem habeat, atque ita deinceps procedẽdo, multaſque identidem ſub vnam multoſque earum fines ſub vnum huius collocando, poſtremo omnes ſub vnam architectonicam, omniumq; dominatricem ciuilem conſtituit; quã omnib. præſidere, omnibuſq; imperare oſtendit. vt ipſius etiam finis finium, quos alię artes habent, ſit perfectiſſimus, maximeq ue eligendus, ſitq; hominis finis, vt diximus. quem ſi inuenerimus, quid nam ſit fœlicitas iam habeamus (CVM autem multæ & actiones &c.) Ea quæ huculque poſuit Ariſtoteles tanquam ex ſe fidem facientia pronũciata, nulla probatione confirmanda eſſe cenſuit. nam primum illud ſatis perſpicuum eſt, nullam neq; artem, neque diſcendi viam, neque actionem, neque electionem, ſi nullum bonum tanquã finem appetiuerint, ſed vanitatem in ſe habuerint, ne illud quidem abſolute quo appellantur nomine amplius eſſe habituras. nam quemadmodum & mortuus homo, & vir eunuchus nullo modo dici abſolute poſſent neq; hic vir, neque ille homo, propterea ꝙ ſi orationes pro nominibus ſumantur contradictionẽ ſequi in appellationibus quæ ſimplici atque abſoluta ratione fiunt, manifeſtę videmus. hõ.n. animal eſt rationale ac mortale, animal, quod viuit. quod aũt viuit, mortuo qui vita omnino caret, oppoſitum proculdubio eſt. Itẽ vir homo eſt, qui vim in altero procreandi inſitam habet, qua re eunuchum penitus priuatum eſſe conſtat. Eodem modo neq; ars eſſe vlla quæ inutilis ſit, poteſt, ſed vel vana ars, quia nullũ, vel mala ars, quia malum finem habeat, & erit & appellabitur. cuiuſmodi ſunt funambularia & furatrina, quarum alteri nullus finis eſt, alteri malus. i. nocumentum, atq; alienorum priuatio. Idem de diſcendi via, actione, & electione dicendum eſt. vt ad primum hoc propoſitũ nullo probationis adminiculo indiguerit; immo eo vtpote manifeſto ac ſatis ex ſe probabili boni aſſignatam rationem confirmare nõ dubitarit, cum inquit. propterea rectè veteres bonum ipſũ id eſſe ſtatuerunt, quod omnia expeterent. Tale etiam eſt ſecundum, & tertium enunciatum. quis enim eſt, qui neſciat, alias eſſe artes quę operationes, alias quæ opera quędam ab operationibus diuerſa pro finibus habeant? opuſque & operationem genere inter ſe differre, non cognoſcat? quis item eſt, cui euidenter patere non poſſit, in quibus artibus ab actionibus diuerſa opera fines ſunt, in ijs opera eſſe operationibus potiora, quippe cum actiones, id eſt operationes operum cauſa fieri omnino videat? Hęc autem omnia in principio dixit ad cõmunis humanæ naturę finis inuentionem reſpiciens. eo ꝙ omnes vniuſcuiuſque & artis, & diſcendi viæ, & actionis, & electionis finis ad vnum communem referantur, ob eumque ſint,

A qui ſi deſit, reliqua ſint communi fine fruſtrata vana omnia futura.

Quæcunque verò huiuſmodi ſunt, ſub unam aliquam facultatem & potentiã reducuntur, quemadmodum ſub equeſtrem frenorum effectrix, aliæq; omnes quæ equeſtraria inſtrumenta cõficiunt: atq; hæc, omniſq; demum actio bellica ſub militarē: atq; eodem modo ſub alias aliæ. atque in ijs omnib. fines earum quæ architectonicæ habentur, magis quam reliqui omnes aliarum quæ ſubiacent, expetendi ſunt: nam illos quoque horum cauſa ſectamur.

Hæc pręparatio eſt ad communem hominis finẽ quatenus homo eſt, inueniendum. omnes.n. ante dictorũ, vel operationum fines licet hominis ſint etiã ipſi, non tamen B abſolute & ſimpliciter fines, ſed quidam fines ſunt. quippe cum & artes, & diſcẽdi viæ, & actiones & electiones hominis propriæ habeantur; ſortiteq; ſingulæ finem quendã ſint, cuius cauſa vel exiſtant, vel fiant, qui tamen finis ſit proprius ſingulis, necdũ cõis ob quem hõ extiterit; ſed ille tantũ eiuſmodi cenſeatur, ſub quem oĩa reducuntur, quiq; eius facultatis eſt finis, cui oẽs hæ aliæ ſubditę famulantur. qui quidem & hominis ea ratione qua eſt homo, finis eſt. Hęc vero ita ſe habere, eſſeq; vnam quandã facultatem ſub quam omnes aliæ reducuntur, cuiuſq; finis reliquorum omniũ perfectiſſimus, & vltimus, atq; ob id maxime & expetendus ſit, perſpicuum inde eſt, ꝙ multæ & artes & facultates eiuſmodi inueniuntur, quæ ſub vnã artem vel facultatem referãtur, eãq; architectonicã habeãt, C hoc eſt præſidem ac dominatricẽ, omnibusq; imperantẽ ac præſcribẽtẽ qualia vnaquæq; opera ſua efficere debeat, vt ei maxime vtilia euadant. Ita enim ſe habet equeſtris ars ad frenorum effectricem, ceteraſq; omnes quæ equitãtibus inſtrumenta fabrefaciunt, omnia ad equeſtris vtilitem ſpectantia, ſed multæ etiam quæ alijs ſub ſe poſitis architectonicæ ſunt, ſub alias quæ principales magis ſunt reducuntur, quæ & ipſis imperent, & fines habeant perfectiores Quemadmodum ſub militarem equeſtris, ac reliqui omnes bellici habitus vel actus, ſicut eſt ſagittandi, iaculandi, ſcuti geſtandi peritia, ac cętera huiuſmodi, quibus omnibus militaris architectonica ac princeps eſt, quę quomodo vel equitandum, vel ſagittandum, vel iaculandum ſit, qua item ratione acies inſtruenda, aut hoſtes inuadendi, & reliqua id genus, ſingulis præcipit. atq; ita aliæ D ſub alias referuntur. neq; tamen in infinitũ progredi hæc reductio poteſt, ſed vnam quandam omnino ſtatuere neceſſe eſt, quæ & ipſa alijs omnib. præſit, & finẽ habeat omnium aliorum perfectiſſimum, maximeq; expetendũ. Potentiam vero hic artem vocat ob materiam in qua artes verſantur, materia enim potentia appellatur vtpote impotentia conſiderata tam quæ abſolute ac ſimpliciter, quam quæ ſecundum quãdam rationem fertur. ex qua artes quoque potentiæ dicuntur, quippe quæ non neceſſitatem, ſed ambiguitatem quandam in ſe habent, qua & conſequi finem ſuum, & fruſtrari eo interdum poſſint. materiam autem abſolute ac ſimpliciter eam dicimus, quæ eſt communis omnibus, ſecundum quandam rationem, eam tãtum E quæ vniuſcuiuſque propria eſt.

Neque tamen intereſt quicquam, ſiue operationes ipſę fines actionum ſint, ſiue præ ipſas aliud quidpiam. ſicut in antedictis ſcientijs.

Cũ diuerſos eſſe genere fines artiũ dixerit vt alij operationes, alij præter ipſas opera quędã ſint, atq; in quib. opa ſunt fines, in ijs ipſa opera opationib. eſſe expetibiliora, ne & aliquis perfectiores ac præſtantiores eas eẽ opinaretur, quę opera fines haberent, quam quæ operationes, fineſq; earum alijs magis expetendos iudicaret, atq; inde fieret, vt verbi gřia, ſutoriæ artis opus felicitate quæ in operatione ſolũmo cõſiſtit, eſſet perfectius atq; expetẽdũ magis, ſutoriaq; ipſa q̃ finẽ hẽt calceũ quod opus eſt, pſtãtior quã illa

cuius

cuius finis eſſet felicitas quæ operatio ſolummodo eſt, vt dicimus, videretur, iccirco hæc ſubiungit, quæ eã vim habent ac ſi ita diceret, neq; tamen differentiã aliquam quãtum ad artium vel finium perfectionem ſpectar, in eo eſſe exiſtimemus, q in alijs actionũ fines operationes, in alijs opera eſſe videamus. io ea enim ſolũmodo arte cuius finis eſt opus, operationibus preſtantius eſſe opus putandum eſt, quippe cũ ob id operatio omnis efficiatur. in alijs minime. fieri enim poteſt, vt artes quorum fines ſunt operationes, lõge præſtantiores perfectioreſq; alijs multis ſint, quæ preter operationes opera etiam habeant. id quod in frenorum effectrice, reliquiſq; omnib. quæ equeſtria inſtrumenta fabricant, ipſaque equeſtri, cõſpicere facile poſſumus. nam huius finis eſt bene equitare, quam operationem eſſe manifeſtum eſt: illarũ vero, opera. alia enim frenũ, alia ephippia, alia calcar, alia aliud huiuſcemodi quippiam efficit, quorum ſingula opera eſſe præter operationes videmus. ipſam tamen equeſtrẽ omnib. his preſtantiorem, finemque eius alijs aliarum magis expetendũ eſſe nemo dubitat, quib. architectonica ac prĩceps ipſa præſidet.

Quòd vnus agibilium finis, qui ciuilis ſit facultatis. Cap. II.

SI igitur agendarum rerum finis aliquis eſt, quem propter ipſum, & propter quem alia volumus, neque omnia ob aliud eligimus. (infinitus. n. ita fieret progreſſus, vanuſque & inanis appetitus noſter eſſet) perſpicuum eſt, cũ ſummum bonum, atque optimum futurum.

Omnem hominis eligendum habitum, omnemq; actũ bonum appetere: eſſeque ex ijs imperfectiores alios, alios perfectiores, vt hi præſint, illi ſubiecti famulentur, perfectiorum item fines alijs præſtantiores magiſq; eligendos eſſe, ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt ſatis conſtat. Hic vero quæritur vnuſne aliquis finis ſit, ſub quẽ alij oẽs referãtur, vt eſſe hominis finis quatenus homo eſt, poſſit. nam communis omnium quæ ſunt ea rõne qua ſunt, finis eſt commune bonum, qui eſt Deus, ſed oportet, vt ſingula ẽt bonũ quoddã habeant ſuæ ſpeciatim eſſentiæ maxime peculiare ac proprium, quod proxime ac primo appetant; per quodq; vbi id cõſequuta fuerint, maxime vniuerſali ac cõmuni bono pro rata cuiuſque portione concilietur. Quẽadmodum enim per propriam eſſentiam, quæ ſpecies eſt, in commune bonum vnumquodq; aſcendit, è qua ſi excidat ab eſſentia quoq; abſolute excidit, in nihilumq; abit, ita per proprium bonum in commune bonum deuenit, ſi que proprio fruſtretur, cõmuni etiam fruſtretur neceſſe eſt. Quærit igitur hic ſitne aliquis agendorum bonorum finis eiuſmodi, qui cæterorum omnium perfectiſſimus atque vltimus habeatur, quique & per ſe in actionib. & propter ſe expetendus ſit. hocque inducendo ad id quod fieri non poteſt, oſtendit, in hunc modũ. ſi nullus eſt agendarum rerum finis, qui propter ſe quantum ad agẽdum ſpectat, & non ob aliud expeti debeat, in infinitum appetitus noſter progredietur. at ſi in infinitu progredietur appetitus, nunquam perfectiſſimũ quippiã aſſequetur. ſi aũt hoc fiet, vanus erit atque inanis appetitus. ſi igitur nullus agendarum rerum finis propter ſe expetibilis inuenitur, vanum eſſe & inanem hominis appetitũ neceſſe eſt, id quod eſt abſurdum. quod enim vane appetit, nullum bonum aſſequitur. quod vero nullum bonum aſſequitur, omni bono fruſtratur: omni itaque bono fruſtratur quod appetit eſt igitur agendarum rerum finis aliquis, qui propter ſe, & non ob aliud quantum ad agendum attinet, expetendus eſt. verborum vero diſpoſitio per tranſgreſſionem facta obſcuram reddidit orationem: quæ dilucidius immutari hoc modo poteſt. Si igitur agendarum rerum finis aliquis eſt, quem propter ipſum, & propter quem alia volumus, neq; omnia ob aliud eligimus: perſpicuum eſt eũ ſummum bonum atque optimum futurum. Agenda au-

Atem ſunt ea quæ nobis agentibus comparantur, ideſt bona quædam quæ per artes, & methodos, aliaſque id genus acquirimus, quę cum inchoata quædã & imperfecta ſint, vtpote ad hominis perfectionem minime attingentia, finem quendam vnum habere neceſſe eſt, ad quem cũ peruenerit homo, perfectus afficiatur, quique ipſum hominis quatenus eſt homo, bonum, agendorumq; bonorum quæ agendo vt homo recte facit, optimũ ſit: ad quem reliqua omnia relata bona ob ipſum cẽſeantur. ſic enim oratio clarior euadet. nã quæ interpoſita ſunt, ad aſſumptionis confirmationem faciunt, quæ ita ſubintelligenda eſt, ſed eſt agendarum rerum finis, quem propter ipſum volumus, neque omnia ob aliud eligimus, id quod de ea quæ vocatur felicitas, dici manifeſtum eſt.

B *Nonne igitur magnum ad vitam cognitio ipſius momentum affert? nam ſi quemadmodum ſagittarii, ſcopum habeamus, magis bonum & honeſtum aſſequi poſſemus.*

Hæc ad boni huius inquiſitionem incitare quodammõ videntur. cum enim eſſe id ſuperius oſtenderit, nunc ad illud quid ſit, inueſtigãdũ inducit. Quãdo igitur tale quiddã eſt, inquit, qui communis omnium bene ex actione factorum eſt finis, cognitio eius ad vitam noſtram magnopere conferret. Nam ſi tale quippiam nõ inuenitur, vanũ omnino eſt de eo, quippe cum nihil ſit, inquirere. ſi etiam inuenitur, neq; nobis eius cognitio quicquã cõducit, ſimili modo ſuperuacanea eius rei, cuius cognitio nullam nobis vtilitatem afferat, inueſtigatio eſt. At ſi & eſt, cognitio eius magnum nobis momentum ad recte agẽdum affert, C in eo vero labor impendendus, maximeque ſtudẽdum, vt quid ſit cognoſcere valeamus. momentum enim hic vtilitatem & auxilium appellat. eſt autem a lancium tranſlatione ſumptum, quibus in ponderibus librandis vti cõſueuimus: nam ſicut in illis ea quæ in alteram partem propendent, leuioribus præferuntur, vtpote conferẽtia ijs qui momenta ac propenſiones inueſtigant, ita in omnibus, quæ vt illa ſunt, momentum afferre ad illa dicuntur, ad quæ cõducunt. Quam rem ita eſſe, magnumque ad vitam momẽtum finis cognitionem exhibere, ſagittariorum ſimilitudine confirmat, nam ſi quemadmodum ſagittarii, inquit, ſcopum habeamus, magis bonum & honeſtũ aſſequi poſſemus. ſicut enim ſagittarii, qui temere iaciunt, ad nihilque reſpiciunt, quò colliment, nunquam in ſagittandi pe- D ritia boni euadent, ſic qui bene & honeſte viuere ſtudent, niſi finem aliquem habeant, ad quem ſtudium ſuum intendant, boni in agendi habitibus effici nullo modo poterunt. ſi vero vtriſq; ſcopus aliquis ac finis proponatur, vt ad eum operationes ſuas ac ſtudia dirigant, efficietur, vt facilius vtrique bonum ſuum conſequantur.

Quod ſi ita eſt experiendum quidnam is ſit, figura comprehendere, cuiuſq; ſcientiæ, vel facultatis cenſeatur.

Quod ſi ita, inquit, huius finis cognitio neceſſaria eſt, periculum faciendum an aliquo modo poſſimus ad eos qui nulla eius intelligentia imbuti ſunt, quid nam is ſit tradere, cuiuſque ſcientiæ vel facultatis cenſeatur, craſſio- E re quadam ac veluti figurata vſi comprehenſione. nam cũ ſit, eiuſque cognitio magnopere ad vitam conferat, vt ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt, patet, quomodo cognitionem eius aliquam percipere poterimus, niſi prius ſubſtantiam intelligamus? quam quæſtio quid ſit, manifeſtare conſueuit. id eſt ea quæ quæ ſit rei eſſentia, explicat oratio. Cumque finis hic ſit agendorum bonorum perfectiſſimus, ſcientiam aliquam vel facultatem cuius is finis ſit, ſtatuere neceſſe eſt, ſcientia vero à facultate vel potentia in eo differt, quod illa cognitio eſt, quæ ex neceſſarijs ac ſe propoſitis, primiſque ac proximis, cauſiſque concluſionis conſtat, vel etiam concluſionibus ipſis quæ ex huiuſcemodi ſumptionibus fuerint collectæ, ita vt ex antecedentibus minime poſſit aliud atque aliud conclu-

di, ſed ſemper vnum atque idem ſcientifice ſequatur. facultas autem vel potentia ex iis quæ plerunque eueniunt, efficitur: neque vnam ſemper, ſed alteram etiam interdum contradictionis partem concludit, potentia propterea appellata quia anceps eſt, poteſtque in vtranque partem euadere. Nam quemadmodum contrariorũ ſuſceptrix materia potentias eas artes dicimus é quibus non neceſſario altera contradictionis pars, ſed quandoq; altera quoque euenire conſueuit. cuiuſmodi ſunt diſſerẽdi ars, atque oratoria, quæ vtræque in propoſita quæſtione vtraque contradictionis membra pertractant, neque neceſſitatem vllam habent, vt in altero probando tantúmodo verſentur: ſed in altero etiam oppoſito conantur perſuadere. eiuſdem generis quoque ſunt coniectatrices vt gubernatoria ac medicina: in quib. interdum qui operantur bene omnia exequentes periclitantibus ſalutem exhibent: interdum fit, vt præcepta ipſa fine ſuo fruſtrentur. Adde quod huiuſcemodi artium artifices contrariorum periti cũ ſint, poſſunt in vtram libuerit partem ipſis vti: vt non tam ſalutis, quam perniciei ſubiectarum ſibi rerum auctores efficiantur.

Videretur autem eſſe eius quæ maxime principalis, maximeque architectonica eſt. cuiuſmodi ciuilis apparet.

Nam ſi hic finis omnium qui in actione ſunt, finium perfectiſſimus eſt atque vltimus, omniaque agenda bona excedit: ars etiam cuius is finis eſt, reliquarum omnium præſtantiſſima ſit atque architectonica neceſſe eſt, quippe quæ reliquis omnibus imperet, finemque habeat cæterorum omnium maxime expetendum. cuiuſmodi ciuilis, non dixit eſt, ſed apparet, quod ex operationibus ipſius continuo probat, ita ſubiungens.

Quippe circa ſit quas quaſdã eſſe in ciuitatib. ſciãs oporteat; tum quales quemque diſcere, & quouſque, conſtituat.

Si enim hæc quæ eſſe in ciuitatibus ſcientiæ, & quæ nõ eſſe, qualeſque à quibus diſcidebant, ſtatuit, modumque etiam ipſis præſcribit, qui fieri poteſt, vt omnium non ſit architectonica, ac dominatrix? nam aliæ architectonicæ licet ſubiectis ſibi artibus & vtantur & imperent, non tamen debeant ne illæ eſſe necne, inquirunt, neque aut quouſque eas in operibus progredi, aut qualem vniuſcuiuſq; eſſe artificem deceat, vt arti conueniens cõgruuſque ſit, curam vllam habẽt. id quod ciuilem facere manifeſtum eſt: dum vel prouidet ne vanæ aliquæ artes in ciuitatibus, quæ nihil ſerij poſſunt honeſtique perficere, exerceantur, quæ ciuium animos in luſionibus quibuſdam, inutilibusque opificiis occupantes bonos mores corrumpant, qualis ſunambularia, & ſaltatoria, multæque aliæ ſunt: vel dat operam ne malæ artes exiſtant, ne malefici aliqui in ciuium nocumentum aliqua machinentur, ne noctu vel perfoſſis parietibus, vel diſiectis tectis in alienas domos ingrediantur templa diripiant, ignẽ domibus atque hominib. exitialem ſubiiciant, aliaque huiuſcemodi faciant, quæ in aliorum perniciem tendunt. accedit etiam quod ſiquæ artes vtiles hominibus ſunt, ne eas quidem ſine examine omittit, ſed moderatur quam maxime, ne ſupra quam ex vſu ſit, progreſſæ in ſuperuacua aliqua, atque inutilia delabantur, ludicra quędam quæ nihil in ſe boni ac ſerij habeant, exercentes. perinde ac fabrilis, cum vel ceruos ligneos ſalientes, vel currentes muſcas, vel reptantes ſerpentes, vel tale quippiam fabrefacit, quod animos hominum luſionibus oblectans à ſtudio rerum agendarũ auocare conſueuit.

Videamuſque vel maxime honorabiles facultates, qualis eſt militaris, familiaris, & oratoria, ſub ea eſſe collocatas.

Ciuilem hic oſtendit ſcientiarum ac facultatum quæ in ciuitatibus ſunt, eſſe præſtantiſſimam: duobuſque modis id declarat. primum quantum ad rationem ipſam attinet,

A quam ad ipſam habent facultates, quæ maxime in honore ſunt, militaris, oratoria, ac familiaris, quæ ſubiectæ ipſi ſunt, eiuſque imperio adminiſtrantur. ad ciuilẽ enim pertinet, & imperatori pſcribere quomodo vti exercitu debeat, & oratori, quomodo & quouſq; in deliberationibus, aut iudiciis, aut demonſtrationibus, vtẽdum oratione ſit, & familiari, quomodo honeſte ac iuſte domum, ſecumq; habitantes regat ac conſeruet. Deinde quantum ad rationem ſpectat, quam ciuilis ad ipſas habet, idem demõſtrat, cum inquit.

Cum enim cæteris actiuis ſcientiis hæc vtatur, quid itẽ agendum, a quibuſque abſtinendum præſcribat, ac ſanciat, eius finis aliarũ omnium fines complectetur, efficieturque, vt is bonum ipſum humanum ſit.

B Nam ſi & maxime honorabiles facultates huic ſubiiciũtur, eiuſq; imperio ac moderamine adminiſtrãtur, & ſciẽtiæ actiuæ iccirco ſunt, vt vſui eius inſeruiãt ipſaq; eſt quæ leges de honeſtis ac iuſtis in ciuitatibus inſtituit: atque ita ante omnes alias hominũ ſocietates & res publicas in officio continet: nullaq; inuenitur alia quæ antecedat, ſed ipſa præeminet, ac præeſt, aliæ ſunt inferiores ac ſubditæ, quominus fines etiam aliarum fini huius ſubditi ſint, ad eumque referantur, fieri nullo modo poteſt, qui ſanè finis bonum ipſum humanum erit.

Nam ſi etiam & uni homini & ciuitati bonum idem ſit bonum tamen ciuitatis & acquirere & conſeruare, maius quid ac diuinius videtur.

C Quomodo & eadem & diuerſa ſit ad ſeipſam comparata felicitas, hic manifeſtat. quippe quæ & ciuilis cuiuſdam ideſt moralis finis ſit, & eius ciuilis, quæ ſimplici abſolutaque ratione conſideratur. vtraque enim eundem finem habet quod eſt, vt in præſentia ita dicamus, virtutum opus perfectum, quod tamẽ in altera maius ac diuinius, in altera minus atque humanius habetur. atque hoc confirmat his, quæ ita ſubiungit.

Ac contentus quidem eſſe etiam vnuſquiſque poteſt, ſi vni ſoli, pulchrius tamen ac diuinius, ſi genti ac ciuitatibus bonum efficiatur.

Si in vno bonũ perficiatur, ſatis illud quidem dignũ eſſe poteſt vt acquieſcamus, cõtentiq; ſimus, vtpote cũ pul-
D chrum honeſtumq; ſit: ſiue id in ſe quiſpiam, ſiue in altero efficiat. pulchrius tamen ac diuinius, ſi ad gentem vel ciuitates boni exequutio pertineat, pulchrius, eo quod in plures explicatur pulchritudo, maiorq; inde ornatus exiſtit, perinde ac ſiquis lucidiorem eſſe lucem dicat, quæ latius diffunditur, quam quæ anguſtius ſpatiũ penetrat, diuinius vero, quia cum benefacere diuinum opus ſit, quanto plura ea ſunt, quæ beneficiis alliciuntur, bonaque ac meliora redduntur, tanto maior beneficentia, atque inde diuinius opus exiſtimandum eſt.

Hæc igitur ſunt, quæ diſcendi hæc via quæ ciuilis quædã eſt, appetit.

Cum tria ſint oĩa quę in præſenti hoc libro propoſita
E ſunt, primũ exordium hucuſq; pertinet, in quo illa omnia fuere declarata: principio eſſe quendam agendorum bonorũ finem, qui omnium perfectiſſimus atque vltimus ſit, & ad quẽ oẽs alij referantur: deinde eũ, cũ nobis ad vitã bene beateq; traducẽdã magnopere cõducat, eſſe inueſtigãdũ: tũ eſſe cũ omniũ optimæ ſciẽtiæ aut facultatis, quæ ciuilis eſt, atq; ob id bonũ hoĩs, quatenus eſt homo, pprium cẽſeri debere, poſtremo ſiqs bonũ hoc in vno tãtũ aſſequnt' ſit, pręclarũ illud qdẽ, multo tñ præclari' futurũ ſi boni diſtributione ĩ plures diffuſa, in gẽte aliqua, aut ciuitatib' idẽ efficiat. nũc igit ad alterũ exordiũ trãſitũ facit ĩ quo auditorẽ monet, quales ſit de rebus his rationes expectaturus, prius tamẽ quod in primo poſuerat, quaſi cõfirmãs, (Hæc igit ſunt, inquit, quæ præſens hęc diſcendi via quæ ciuilis quædã eſt appetit.) hęc quæ nã de vno enim tantũmodo fine, quod eſt huma

num

num bonum, loquutus eſt. cur igitur nō dixit hoc, ſed hæc appetit, perinde ac ſi de multis intelligatur? an propterea fortaſſe quia cum hic de quo egit, finis perfectiſſimus atque vltimus ſit, multiq; alij ſub eo contineantur, ad eumque reducantur: neceſſe eſt ſingulos in ſuo quemque ſtatu atque ordine ſibi continētia omnia adeptos per ſubiectos in ſupremum deniq; peruenire; atque ob id plurali numero vſus eſt? vel ſi hoc etiam dicendū eſt, ea afferri cauſa poteſt, cur quaſi de multis dixerit, ꝙ vnum & eūdem finem alio mō in morali aſſequimur, quæ ciuilis quędam eſt, in vniuſque perfectione conſideratur; alio in ciuili abſolute quæ communius diffunditur. Quæritur ēt quomodo moralis ciuilis quędam appellata ſit, quod inde patet, ꝙ ciuilis abſolute ea eſt, quę in gente aliqua aut ciuitatib. bonū exequitur: ciuilis vero quædam, ideſt non ſimpliciter atq; abſolute, quæ in vno tantum homine illud idē efficit: bonus enim vir ciuis etiam ipſe quidam videtur, qui prudentium præceptis obtemperans virtutem exercet: ciuilis autem vir ille eſt, qui honeſta & iuſta ex ſe cognoſcit, & docet in ciuitatibus, perfectionemq; multorum aſſequitur. at ciuem idoneum, quatenus ciuis eſt, eum appellamus, qui per ſe boni viri officium exercet, & cum alijs qui in eadem ciuitate degunt, bonum communicare conſueuit.

De modo procedendi, & audito remorali.
Cap. I I I.

Satis vero hac de re dictum exiſtimetur: ſi perinde explicatum fuerit, ac ſubiecta materia poſtulat.

Hinc ſecundum procemium exorditur: vbi docet certā hic ac perpetuam quæ ex neceſſariis conſtet, doctrinā minime expectandā: ſed ſatis exactam futurā, ſi explicata fuerit, ideſt explanatione ac declaratione illuſtrata, perinde ac ſubiecta materia poſtulat. materia vero in vnaquaque arte ac methodo ſubiecta res appellari ſolet, in qua verſatur. Cum igitur morali ac ciuili ſubiecta ſint vitę negocia, quæq; in iis fiunt actiones & operationes, quę oīa vt plurimum euenire conſueuerunt, neq; ſemper eundem modū ſeruant, ſed interdum in contrarium delabuntur atq; excidūt, orationem quoq; quæ de huiuſmodi ſubiectis pertractat, ſimilem eſſe neceſſe eſt: vt minime debeant in huiuſcemodi materia neceſſariæ demonſtrationes requiri. nam cum oratio quaſi menſura ſit rerum de quib. agit, mēſuramq; oporteat ad id quod metitur eſſe accōmodatam: fieri nullo modo poteſt, vt quod ſemper in eadem ſtabilitate perſeuerat, illi accommodetur quod inſtabile eſt, ac plerunq; & nō ſemper exiſtit. ſuperabitur enim proculdubio ab eo quod ſemper eſt, id quod aliquādo, quo minus perpetuo ſit, interrumpi conſueuit. ſi igitur perinde ac ſubiecta materia, hoc eſt honeſta ac iuſta poſtulant, quę inter homines ſunt, explicatio, ideſt manifeſtatio ac declaratio facta fuerit: ſatis exacte dictum exiſtimetur. neq; tamē quiſpiam debet moralē ac ciuilem methodos icciirco reijciendas putare: quia talem de ipſis Ariſtoteles doctrinam polliceatur. nam eadem de cauſa oporteret etiam elegantiſſimas quaſq; ac præſtantiſſimas artes repudiare: cuiuſmodi eſt grammatica, rhetorica, medicina, ac dialectica, ac cæteræ demum omnes quæ in materialibus reb. verſantur: immo naturam quoque ipſam cuius in materia, materialibuſq; rebus negociū eſt: propterea ꝙ non ſtabili ſemper tempore progrediuntur, ſed quandoque errant, ac fine ſuo fruſtrantur.

Nam exacta tractatio nō ſimili modo in vnoquoque genere exquirenda eſt, quemadmodum neq; in artium opificijs.

Hęc confirmant in moralibus & ciuilibus exactas ac neceſſarias rationes requiri minime debere. eo ꝙ neq; omnis artium oratio exacta eſt: neque ſimili modo ab vnoquoque artifice exigitur, vt in ſua arte exquiſitum atque abſolutum opus præſtet. id quod ex opificibus artibus, earumque opificiis comprobat, opifices autem artes, id eſt A *δημιουργικαὶ* illæ dicūtur, quæ operis alicuius effectrices ſūt opera vero ipſa effecta opificia appellantur. cum enim in tria genera diuidantur artes, in ſpeculatiuas, actiuas, effectiuas, ex effectiuis hoc probat, ideſt exactam perfectionē non eſſe in omnibus ſimiliter requirendam; propterea ꝙ patere euidentius id poteſt in his, quarum ſubiecta & opera quænam & qualia ſint, ſenſu percipiuntur. Ecce enim, vna artis ſpecies eſt formæ hominis quatenus eſt homo, imitatrix; quæ pro ſubiectorum differentia in varias poſtea ſpecies diſtribuitur. primum in pictoriam & ſtatuariam: ſtatuaria in fictoriam, ſculptoriam, fabrilem, & marmorariam, & ſiqua alia huiuſcemodi eſt. inter quarum artifices pictor eſt, a quo plurimum omnium quantum ad imitationis expreſſionē attinet, exigatur, quippe qui ob- B temperantem maxime ac tractabilem materiam ſubiectam habeat. fictor vero qui cera ac luto alijſque huiuſcemodi vtitur, debet minus quidem quam pictor, reliquis tamen omnibus amplius præſtare, at qui metallorum cōflatione vel cuſione aliquid fabreſacit, ſolet ab eo minus exactum quam à ſuperioribus, paulo tamen quam ab alijs abſolutius ac perfectius opus requiri. ſimili modo faber & ſculptor reliquis omnibus cedentes, marmorarium ex poliitione operis ſuperabunt. ipſe vero mormorarius cum ſubiectum nactus ſit maxime omnium intractabile ac cōtumax, minime omniū elaborata opera & præſtat, & præſtare debet. ſatis igitur vnicuiq; eſt, ſi perinde effecerit ac ſubiecta materia poſtulat. Genus autem hic Ariſtoteles quemadmodum multis alijs in locis ſubiectum appellat; C eo ꝙ vtraq; hæc ſimilitudinem quandam ac proportionē inter ſeſe habent. Nam & genus quia differentiarū acceſſu in ſpeciem abit ac formatur, materiæ admodū ſimile eſt; & materia quia per ſe confuſa minimeque diſtincta cum ſit, formis quaſi differentijs quibuſdam diſtinguitur, rationem quandam generis obtinet. adde ꝙ quemadmodum genus poteſtate nihil aliud eſt quam ſpecies ipſæ, & è poteſtate in actum progreditur, ita materia poteſtate cū ſit omnia ea quæ ex ipſa efficiuntur, ex priuatione in formationem procedit.

Honeſta autem & iuſta de quibus ciuilis conſiderat, tantam differentiam, tantumque errorem in ſe habent, vt lege, non natura eſſe videantur.

Cum oſtenderit Ariſtoteles qualis futura ſibi oratio ſit in commentarijs his moralibus, ſatiſq; eſſe dixerit, ſi pro D ſubiecta materia explicatio fiat; deinde ad vniuerſale deueniens docuerit omnes diſputationes perfectam admittere ac certam explicationem, ſicut neque opificia: ad præſentē rem nunc deſcendit, & inquit, honeſta ac iuſta quæ inter homines ſunt de quibus ciuilis conſiderat, multam habere in opinione videlicet apud ipſos homines differentiam, multumque errorem, atque adeo vt ſola inſtitutione & opinione conſtare, nihil autem eſſe natura videātur. icciirco; quia ea quæ natura ſunt, apud omnes eadem reperiantur: honeſta vero ac iuſta non ita; ſed de ijs alia alijs & opinio, & inſtitutio habeatur. poſſumuſq; vniuerſale particulari coniungere, atque inde rationem colligere in hunc E modum. Honeſta ac iuſta quæ apud homines habentur, ſunt diuerſa inter ſe, atque errantia: ſed de errantibus ac diuerſis certam tradere diſciplinam non licet, efficitur igitur, vt de humanis honeſtis, ac iuſtis certam tradere diſciplinam non liceat.

In bonis etiam talem quēdam errorē ineſſe propterea patet, quod multis damna ex ipſis eueniunt, nonnulli. n. ob diuitias, alij ob fortitudinem periere.

Primi huius Nicomachiorum moraliū libri ſcopus eſt, vt diximus, de humano bono agere; icciirco Ariſtoteles cū hic quaſi viuus ſit diſſertatione propoſuerit, communioribuſque aſſumptis omnia & honeſta, & iuſta complexus ſit, de quibus ciuilis pertractat, deuenit rurſus ad ipſum humanū bonū de quo quęſtio eſt: atq; ait, quēadmo-

dum in honeſtis ac iuſtis abſolute in quibus ciuilis verſatur, diuerſitas quædã atq; error apud homines reperitur: ita quoque in bonis quę apud eoſdem ſunt, idem reperiri. cur propterea φ, inquit, euenit, vt multi ex ijs quæ bona exiſtimant, damno afficiantur. diuitiæ enim, fortitudo, & ſanitas, multaq; id genus alia, quæ bona hominib. vidẽtur, necis occaſionem nonnullis attulere: quippe cum nõ pauci extiterint, qui vel ob diuitias, vel ob fortitudinẽ fuerũt interfecti: multi item ſua ipſorũ ſimilitate ad prauas res abutentes interierint: fortitudinẽ vero hic fortaſſe non animi virtutẽ appellat, quæ in æquabili iracundiæ motu atque appetitione conſideratur, ſed corporis, quã vim ac robur vocãt, fortitudini animi correſpondentẽ. Nã ſicut in animo quatuor generales virtutes ſunt, prudẽtia, fortitudo, tẽperãtia, iuſtitia: ita in corpore quatuor illæ inueniuntur, ſenſuum vegetatio atq; integritas, robur, pulchritudo, & ſanitas: quæ illis animi proportione reſpondent. prudentiæ, ſenſuum vegetatio, quaſi in aĩalis corpore quædã ſita cognitio: robur fortitudini, quod corpus validũ laboriſq; patiẽs reddit: tẽperantiæ, pulchritudo quæ æquabilitatem quãdã & in magnitudine, & in congrua partium corporis inter ſe compoſitione affert: iuſtitiæ vero ſanitas, vtpote quę in humorũ temperatura naturalem æqualitatem cõſeruet. ſi igitur hac ſignificatione fortitudinẽ ſumas, apte erit hic cum diuitijs cõiecta: cum ẽt ipſa bonum inſtrumẽterium ſit, quod pro vſus ratione poſſit quantum in bonis eſt, vel prodeſſe vel nocere: niſi videlicet extrinſecus aliqua per inuaſionẽ occaſio offeratur. Quod ſi fortitudinẽ propriam quæ animi eſt, ſumptam hic eſſe affirmes, dicere poteris vnum vni Ariſtotelem, hoc eſt bono cuidam externo ac corporis, alterũ internum atq; animi recte oppoſuiſſe: vt oſtendat in ijs quoque quæ proprie bona apud nos ſunt, ineſſe quãdã ambiguitatẽ: propterea φ efficitur quãdoque, vt ex eis etiam quibuſdã nocumenta contingant. cum vel ob inuidiã inſidijs appetuntur, vel prælio periclitantur, atq; id aperte interdũ, interdum inopinato euenire cõſueuit. vt vulgatum illud verbum comprobetur, quo dici ſolet, ignauorũ eſſe propriam ſecuritatem, eorumque matres fletu ac luctu omnino carere.

Contenti igitur erimus, ſi nos cum de talibus & ex talibus diſſeramus, pingui quadam minerua, atque adumbrata figuratione verum oſtendamus: cumque de ijs quæ plerunque eueniunt, atque ex ijs ratiocinemur, ſimilia etiam concluſerimus.

Quoniam, inquit, tanta eſt in honeſtis reb. atq; etiam bonis quæ apud homines ſunt, ambiguitas, vt nulla de illis certa opinio, nullusq; conſenſus inter eos ſit: ſi etiã nos cũ de huiuſmodi agamus, neq; exacta aliqua & ſubtili inueſtigatione, ſed rudiore quodam modo et craſſiore, neque perſpicue admodum, ſed ſub adumbrata quadam figuratione verũ oſtenderimus: acquieſcere ac contenti eſſe his debemus: ſimili modo quia ſubiectæ res neceſſariæ minime ſunt, neque huiuſmodi, vt eodem ſemper curſu ferantur, ſed plerunque euenit, demonſtrationes quoque ex ſimilibus propoſitionibus confici, atq; inde cõcluſiones nõ neceſſarias, ſed plerunque euenientes euadere neceſſe eſt, quippe quę nõ neceſſaria propoſita cõſequãtur. cũ.n. & ea quæ ſunt & quæ fiunt, nõ neceſſario oĩa vel ſint vel fiant, ſed quædã reperiantur, quæ quo minus perpetuo, vel ſint vel fiant, interrũpi conſueuerint, efficitur, vt illud rerũ genus introducatur, quod quia & eſſe &, fieri alio atq; alio modo poteſt, poſſibile appellant. idq; in tria diuiditur, in ea quę plerũq;, in ea quę raro, in ea quæ ex æquo eueniunt. In neceſſariorũ contemplatione ſciẽtia verſatur, quæ ẽt ipſa neceſſaria eſt, & ex neceſſarijs neceſſaria colligit ac concludit. in eo poſſibili quod plerunq; fit, artis negociũ eſt, quæ ex ſimilibus propoſitionibus, ſimilia, hoc eſt plerunque euenientia cõficit. circa id quod in ęquilibrio cõſiſtit, & nihilo magis põt eſſe quã non eſſe, ratiocinatio, atq; electio fieri ſolẽt, quæ cũ iudicatrices facultates ſint, vtraſq;

A contradictionis partes ęquo examine perpendũt & librãt, atq; ex ijs vtra viſa fuerit melior, eligunt, alteriq; anteponendã cenſent. Id vero quod raro cõtingit, nulla facultas cõſiderat, quod veteres quia de eo reddere rõnẽ nullã poterãt, fortunę & caſui aſcripſere. Quia igit res agendę ex illis ſunt quę nõ ſemper, ſed plerũq; eueniũt, vtpote impeditæ aliquando & interpellatę, qui de illis agit ſiue vt honeſtas vel turpes, ſiue vt iuſtas vel iniuſtas, ſiue vt bonas vel malas eas cõſideret, is ſanè cũ ex plerunq; euenientib. propoſitiones aſſumat, talia ẽt concludat neceſſe eſt. Quapropter ſiquis huiuſcemodi aliquid vel bonũ vel honeſtũ vel iuſtũ eſſe probauerit, licet aliquãdo ẽt mentiri deprehẽdatur, nõ eſt tamen ob id, mõ vera plerunq; oratio eius ſit, accuſatione dignus exiſtimãdus: nã neq; ex neceſſarijs, neq; neceſſaria colligit, ſed eiuſmodi, quę nonnũquã & interrũpi, & eſſe alio mõ poſſunt. Pingui aũt minerua, dixit, ad neceſſariarũ demonſtrationũ ſubtilitatẽ; adũbrata figuratione, ad perſpicuitatẽ & euidentiã reſpiciens: oſtendamus, vero ad demõſtrationẽ oppoſuit. demonſtratio.n. & oſtẽſio, ideſt ἀπόδειξις & ἔνδειξις in hoc differũt, φ illa perſpicuã & certã quæſitæ rei manifeſtationẽ nobis facit, hæc obſcurius quibuſdã quaſi figurationibus, atq; imitationibus, ſeu ſignificationib. res exprimere conatur. illud vero cũ inquit, de ijs quę plerunq; eueniunt, ad neceſſaria ſpectat, propterea φ neceſſariorũ ordo nunquã, illorũ aliquando interrũpi cõſueuit. ſubtilis aũt demõſtratio ea eſt, quę ad prima vſq; & medio carentia principia aſcẽdit, quę in ijs quæ plerũq; eueniunt, reperiri nullo mõ poſſunt, vt craſſiorib. orationib. oĩno acquieſcamus neceſſe ſit, imaginib. ac figuris ſignifi-

C cationibuſque duntaxat adducti. quæ.n. ex veriſimilibus, ſumptionibus, ijſq; quæ tã eſſe quã nõ eſſe poſſunt, conſtat ratiocinatio, nihil aliud eſſe quam demonſtrationis figura atq; imago videtur, cũ nõ ſolũ ex illis quæ per ſe ſunt, & primis ac medio carentib. cauſiſq; concluſionis nõ cõficitur, ſed ex illis quidem huiuſmodi aliis fuerit concluſa.

Eodẽ modo ẽt vnuſquiſq. debet cũ quæ de aliquo dicũtur, admittere. eſt enim eruditi catenus exactam in vnoquoque genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipſius natura põt. Nã & mathematicũ ſuaſionib. vtẽtẽ approbare; & ab oratore demõſtrationes exigere, ſimile vitiũ videtur.

Cũ dixerit qualis in propoſita re ſibi eẽ poſſit diſſertatio, auditorem ẽt monet, quõ erga ea quę ita dicta ſint, af-

D fectus eſſe debeat, & inquit eodẽ mõ ipſum quoq; oportere ea quæ dicuntur, admittere, id eſt ita vt dicũtur, vt intelligat neq; neceſſaria ipſa eſſe, neque ex neceſſarijs collecta, ſed plerunque euenitẽtia, atque ex eiſdẽ concluſa, eatenusq; exiſtimet recte ea ſe habere, neq; neceſſariũ quippiã in talibus requirat, regulam deinde quandã tradit, quouſque in qualibet re exacta ac certa exquirenda explicatio ſit, cũ inquit, eruditi eſſe viri, ideſt multarũ rerum peritia præditi, eatenus in vnoquoque ſubiecto exactam explicationem requirere, quatenus pati rei ipſius natura poteſt, genus enim hic ſubiectum vocat. ſi vero eruditus is eſt, qui rationes vnicuique ſubiecto accõmodatas exigit, ineruditus proculdubio ille qui contrariũ fecerit, erit putandus. vnde id poſtea ſubiungit (NAM & mathematicum

E ſuaſionib. vtentem approbare, & ab oratore demonſtratiões exigere, ſimile vitium videtur.) mathematicus enim omnis tale habet ſubiectum, vt ea quæ per ſe illi accidunt, ex neceſſarijs, ac primis, ex ijſq; quæ per ſe ſunt, medioque carent propoſitionibus, demõſtret. orator aũt vel ex probabilibus, vel ex ijs quę videntur probabilia, ſubiectarum ſibi rerum confirmationes facit, quæ auditoris aſſenſum non vehementer mouent, vnde etiã quia tantum ad ſuadendũ quomodocunque ſpectant, ſuaſorię ac probabiles, non autem neceſſariæ appellantur. ſi igitur aliquis ſit, qui mathematicum ſuaſiones afferentem approbet, neque ab eo demonſtrationum neceſſitatem requirat, oratori vero non acquieſcat, ſi ſuadere tantum voluerit ſed ſcientiæ effectrices demonſtrationes deſideret: is plane &

nè & rerum naturæ aduerſatur, & imperitiam ſuam mani-
feſtat:quippe qui ignoret quo in huiuſcemodi artibus iudi
cio vtendum:quidque ab vnoquoque in confirmandis ſuis
exigendum ſit. quorum vtrunq; vitium eſt à recto officio
aberrans. Nam ꝙ ille qui in aliquo ita eruditus eſt, vt iudi-
care rationes eius poſſit, ab artis vel ſcientię illius profeſſo-
re diuerſus ſit: omnibus patet. illi enim ſatis eſt ſi experimẽ
to quodã ſolummodo didicerit, geometricas, verbi gratia,
rationes ex talibus debere ſumptionibus conſtare, atq; ita
colligi, taleſq; concluſiones conficere: atq; ita poſſit iudica
re, an is qui vel geometriam vel geometricas rationes pro-
fiteatur: ex talibus atque ita ratiocinetur, taliaque conclu-
dat. artifici vero geometrice quoque operari neceſſe eſt:
easque demonſtrationes aſſerere, quas ſcientiæ ſubiectum
poſtulat. Idem de vnaquaq; arte & ſciẽtia exiſtimandũ eſt.

Verum vnuſquiſque ea recte iudicat quæ cognoſcit: atque eorum bonus iudex eſt. vnamquanq; igitur rem bene iudicat, qui in ea: abſolute vero omnia, qui in omnibus eruditus eſt.

Ex tribus procemijs quæ primo huic moraliũ libro præ-
poſita ſunt, hoc eſt tertium: vbi declarat qualem oporteat
eſſe auditorem eorum quæ hic dicẽtur, nam quia ſuperius
dixerat præſentem diſputationem conuenienter pro ratio-
ne ſubiectæ materiæ admittendam eſſe: nunc oſtendit eum
qui apte aliquid admiſſurus ſit, eruditum in eo eſſe debere
ſi enim non nouit, recte iudicare non poterit: ſi recte non
iudicabit, neque recte prorſus admittet. quatenus vero ſci-
re eum neceſſe ſit, qui idoneus eat ionum iudex eſſe velit: iã
diximus. vniuerſalem autem orationem facit cũ ait: vnuſ-
quiſque ea recte iudicat quæ cognoſcit, & eorum bonus iu
dex eſt; cognitio enim vniuſcuiuſque rei eſt, quaſi norma
quædam eius rectitudinis in mente cognoſcentis ſita. cui
rem cum applicat, ille qui diſcernere vult, facile inuenit, cõ
gruatne cum norma res, an eius examen tranſgrediatur: ſi-
que congruentem inuenit, vt bonam laudat: ſin minus, me-
rito, vt pote à regula diſcrepantem vituperat. qui igitur co
gnoſcit, quæ natura ſit rei quam iudicare vult, is eius co-
gnitionem adeptus eſt: qui vero cognitionem eſt adeptus,
regulam & normam habet: qui autem normam habet, ha-
bet id quo rem iudicaturus eſt, quod qui eſt conſequtus, iã
habet quo recte ferre iudicium poſſit, contrà vero, qui nõ
cognoſcit: vnde ille bonus iudex, hic prauus euadit. VNAM
quanque igitur rem bene iudicat, qui in ea; abſolute vero
omnia, qui in omnibus eruditus eſt. ꝫ integra ratio ita ha-
bebit. omnis qui aliquid recte iudicat, illud cognoſcit. om-
nis vero qui aliquid cognoſcit, eruditus in eo eſt. eruditus
igitur in eo eſt omnis, qui aliquid iudicat: eſtque ſyllogiſ-
mus in prima figura. ſed hic maior propoſitio, more ora-
torum fuit prętermiſſa. atq; hæc eſt horum verborum ſen-
tentia. Cum vero ita dixerit, vnuſquiſque ea bene iudicat,
quæ cognoſcit: & eorum bonus eſt iudex: videtur tam eos
qui cognoſcunt & iudicant, quàm ea quæ cognoſcuntur
& iudicantur, particulatim ac ſigillatim ſumpſiſſe: re vera
tamen vniuerſale eſt enunciatũ: vt ſiue dicamus vnuſquiſ-
que bene iudicat, ſiue, omnis bene iudicat, quæ cognoſcit;
eandem vim habeat: quippe cum omnis, non vniuerſale,
ſed vniuerſaliter ſignificet. nihil enim aliud eſt oĩs, quàm
ſingulorum collecta multitudo: nam & vnuſquiſq; ex om-
nibus, & oĩs idẽ in ſenſu, ac ſignificato planè eſt. Idẽ de ijs
quę cognoſcũtur, & iudicãtur, dici põt, ſiquidẽ quę, omnes
qui cognoſcũt & iudicãt, cognoſcũt & iudicãt: ea profecto
oĩa ſunt, quæ cognoſcuntur & iudicãtur. Iã vero bene iudi-
care vnumquenq; quæ cognoſcit, & eorum bonum eſſe iu-
dicem, ex mutua ſignificatione idem eſt: vtraque enim hoc
eſt bene iudicare, & bonũ eſſe iudicem, idẽ valent. illud au-
tem, vnamquanq; igitur rem bene iudicat, qui in ea eſt eru
ditus, ſyllogiſmi concluſio eſt, ex vna tantũ ſumptione col
lecta: quę quidem etiã ipſa quatenus apparet ex verbo, par-
ticularis videtur: & tamen vniuerſalis re vera eſt; cum om-
nia ſingularia hic ſignificet, & quaſi per inductionẽ & ſum-
matim colligat: atq; ita vniuerſale confirmet, quod etiã ſta

A tim ita ſubiungitur, abſolute vero oĩa, qui in omnibus eru-
ditus eſt. in hũc modũ Ariſt. rõnem hic diſpoſuit. Sed illud
tamen dubitandũ adhuc relinquitur. nã vnamquãq; rẽ be-
ne iudicare qui in ea eruditus ſit, verũ eſt, ac manifeſte pa-
tet: aliquẽ vero in omnib. eſſe eruditũ, vt recte oĩa queat iu
dicare, videtur fieri nullo modo poſſe. quomodo enim vnus
eſſe aliquis poteſt, qui omnia ſciat, & bonus omniũ iudex
ſit? neq; enim comparatũ eſt, vt vnus aliquis ex ſingulis om
nia ea ſua cognitione actu cõprehendat, quę abſolute ho-
mo quatenus eſt mentis ac ſciẽtię capax, cõſequi natura po
teſt. fortaſſe igitur, non quia fieri poſſit, hoc dixit: ſed quia
cum ſinguli omnes homines ſub vniuerſalem reducantur
hominẽ, ſimili mõ etiã qui ſigillatim eruditi ſunt ſub vni-
uerſalem vnum eruditũ referri neceſſe eſt, atq; iccirco qua-
B ſi ſtatuens eũ, ac fingens, ita inquit, vt ita intelligendum ſit,
quemadmodũ qui in vnaquaque re eruditus eſt illud recte
iudicat, in quo eſt eruditus, ſic ſiquis fingat aliquẽ eiuſmo-
di reperiri, qui in omnib. abſolute eruditus ſit, is bonus om
nium iudex efficietur. Quamuis cõſiderandũ, ne magis co-
gnoſcentem hic & eruditũ non illum appellet; qui, vniuſ-
cuiuſque artis & ſcientiæ profeſſor ſit, ſed qui multarũ rerũ
experientia calleat, poſſitq; inde omnia ſibi ad iudicandũ
propoſita peritiæ ſuæ applicando recte iudicare, quemad-
modũ in multis videre eſt, qui licet nunquã picturam exer
cuerint, de aliorũ pictis tabellis ferre apte iudiciũ poſſunt.
id quod in alijs quoq; artib. vſu venire manifeſtũ eſt. adde
ꝙ ipſe quoq; Ariſt. multis alijs in locis hoc ſignificato vſus
eſſe eruditionis, id eſt παιδείας vocabulo inuenitur, vt perſpi
C cuum ſit, aliam eſſe ſcientiæ cognitionẽ, & aliã eruditionis.
quæ quidem eruditio cum multarum rerum peritia ſit, ſa-
tis idoneum reddere aliquem poteſt ad ea iudicanda, quæ
ſcientiæ & artes efficiunt, ſiue ſpeculatiuæ, ſiue actiuæ, ſiue
effectiuæ illę fuerint.

Atque hinc fit, vt iuuenis auditor ciuilis idoneus eſſe non poſſit: quippe cum imperitus actionum vitæ ſit, ex quibus, & de quibus rationes conficiuntur.

In tertio hoc procemio cum propoſuerit docere, qualis
eorum quæ dicenda hic ſunt, auditor eſſe debeat: prius in
vniuerſum poſuit, qualẽ eſſe eum oporteat, qui vniuſcuiuſ-
que artis vel ſcientiæ effecta ſit iudicaturus, deinde his cõi-
ter dictis ad propoſitã rẽ venit, nõ poſſe inquiẽs iuuenẽ ido
neũ eſſe ciuilis auditorẽ, idq; duobus argumẽtis oſtẽdit, pri
D mum ex temporis breuitate, qua iuuenis adhuc in vita ver-
ſatus, eius actionũ peritus euadere minime potuit, ex qui-
bus & de quibus rationes conſtant, vt merito ea quæ non-
dum expertus eſt, recte nequeat iudicare. atq; hæc de iudi-
cio. Eſt autem ratiocinatio in prima figura hoc modo. iu-
uenis actionum vitæ imperitus eſt, omnis qui alicuius im-
peritus eſt, illud minime poteſt iudicare, cuius eſt impe-
ritus, non poteſt igitur iuuenis actiones vitæ, ſed neque ea
quæ ex ipſis vel de ipſis dicuntur, bene ne an male habeant
recte iudicare. ex ipſis vero dicuntur ea, quæ vt propoſitio-
nes ſumi ſolent, de ipſis, ea quæ vt quęſtiones, & concluſio-
nes. Secundo argumento iuueni oſtendit harum rationum
diſciplinam vanam atque inutilem futuram, cum inquit;

Adde quòd cum perturbationes ſequatur, fruſtra & inuti-
E *liter audiet. finis enim non cognitio, ſed actio eſt.*

Oratio. n. omnis, omniſq; actio & operatio ad finẽ quen
dam ſpectat, ſiq; eo fruſtretur, fruſtra facta eſſe dicitur. Ita
quoq; quę de virtutibus habentur orationes, cum non ad
contemplationẽ ſolã ſpectent, ſed ad agenda honeſta, am-
plectendumque bonum, ſi finem hunc non fuerint conſe
quutæ, fruſtra & dicuntur, & audiuntur, inutileſq; eſſe au
ditoribus videntur. Nã cũ homo inter vitę primordia ocio
ſam habeat rationem, ſenſus vero, irrationaleſq; appeti-
tus in eo præuerterint, inualeſcenteſq; proprias voluptates
affectent, facile fit, vt ab his vehementius ob generationẽ
incitatis oppreſſus, ac ſuperatus vitã multis in perturbatio
nib. traducat, prӕſertim cum natura ẽt in eo, quippe quæ
videa-

tunc recens ratiterit, nihil aliud magis, quàm vt ſit, curare A videatur. iccirco quadã temporis mora opus illi eſt, nec nõ diſciplina atque inſtitutione ad hunc ex affectibus perturbationibusque contractum ſtuporem diſcutiendum, velamenque ignorantiæ detrahendum; quo & cognoſcere meliora, & præponere ea peioribus poſsit, vitamque à ratione alienam auerſari, eamq; eligere quæ ex ratione rectoq; iudicio traducitur. id quod & difficile admodum eſt, & vi nõ mediocri indiget, eo q̃ ſluctus iam malis à pueritia eſt iuuenis, plurisque æſtimare dicit abſolute eſſe, quàm bene eſſe: immo nullum aliud bonum honeſtumq; cognoſcit, niſi corpus curare, vtq; id valeat, beneq; habeat, ſumma ope niti. atque hac de cauſa fit, vt non ſolum cõſilia & monitiones, ſed ſæpe etiam deriſiones, opprobria, contumeliæ, quãdoq; etiam verbera adhibenda ſint: vt ignauę huius vitę re- B miſsioni, virtutis induſtriã ac laborẽ anteponat. propterea igitur iuuenibus vanum atque inutile eſt huiuſcemodi diſſertationes audire, quia perturbationes ſequuntur: irrationaliq; aſſuetudini indulgentes, nunquã boni quicquã agere conſtituunt. at vero hęc ars non abſolute ſpeculatiua eſt, vt cognitione ſola eorum quæ dicuntur, auditores contenti eſſe debeant: ſed actiua: opusque eſt cognitioni actiones adiũgere: alioqui in caſſum oratio omnis & habet, & audit.

Intereſt autem nihil, iuuenis ne ætate, an moribus iuuenilis aliquis ſit. non enim defectus penes tempus eſt; ſed quia & viuit, & ſingula perſequitur ex perturbatione.

Poſtea quàm dixit iuuenẽ propoſitæ diſſertationis duabus de cauſis minime eſſe idoneum auditorem, partim ob C vitæ imperitiam, partim ob perturbationes: ſubiungit nũc neq; omnem ſenem, aut ætate prouectiorem ob tẽpus ſolummodo ad hęc percipienda eſſe aptum: ſed oportere etiã ipſum ab omni perturbationum dominio eſſe liberum: ſi modo accommodatus auditor eſt. quippe cum etiam iuuenis non tam ob ætatem ad hæc intelligenda ineptius dicatur: quàm propterea quòd à perturbationibus ſubiugari conſueuit: vt prauitate quaſi collumbari quodam iniecto grauatam ac depreſſam rationem habẽs pronus in terram ſemper, in eiusque fruitionem deſpiciat: ſuſpicere nunquã, aut attolli ſurſum permittatur: oculusque mentis eius craſſa perturbationum caligine quaſi nube quadã obiecta impediatur, quo minus tranſpicere, ac videre bonũ ipſum poſſit. Qua propter ſi ſenex aliquis ſit, qui perturbationibus af- D ficiatur: neque ipſe erit harum rationum idoneus auditor: eo q̃ etiam in ipſa ętatis ſenectute νεαρὸς. i. iuuenilis moribus hoc eſt, iuueni ſimilis eſt: & ex pertubatione viuit, & ſingula perſequitur, appetitionemq; habet irrationalem, & perturbatam. perſequi vero. i. διώκειν hic, pro inquirere poſitum eſt: qui enim vehementer aliquid appetit, & quærit, ad ſeque attrahere atque apprehendere ſtudet: perſequi id quod appetit, dicitur, tranſlatione ab ijs ſumpta qui fugiẽtes perſequuntur, & compræhendere volunt.

Talibus enim cognitio, perinde atque incontinentibus inutilis euadit.

Idem adhuc ſumpto inconoeniẽtium exemplo declarat Incontinens enim ille eſt, qui cum mala quadam conſuetudine trahitur, ad rationem quidem recurrit, eius que impe E riis conatui ſuum præter rationem incitatum appetitum reprimere: ſed continere tamen non poteſt. Quemadmodum igitur in illo, licet ratio malum eſſe nouerit appetitui temere atque irrationaliter incitato acquieſcere, velitque à flagitijs abſtinere; à perturbationibus tamen vincitur, praua conſuetudine ſubiugata, ſic vnuſquiſque qui ex perturbatione viuit, orationes de virtute & bono auribus quidẽ admittit, ſed nullam tamen ex ipſis, cum ab aſſuetis affectibus ad peiora detrahatur, percipere vtilitatem poteſt.

Illis eſſe autem perquam vtilis poteſt: qui ſecundum rationem & appetitiones & actiones ſuas moderantur.

A contrario hoc ſequitur ex his quæ modo dicta ſunt, ſicut enim qui ex perturbatione & præter rationem viuunt,

A nequeunt vllum ex huiuſcemodi diſſertationibus cõſequi emolumentum, ſic qui ſecũdum rationem & appetitiones & actiones ſuas moderantur, ijs prodeſſe horum cognitio ſummopere poſſet. ſed dubitaret aliquis, diceretq;, velle de his vllam omnino diſciplinã tradere, tum vanũ tum ſuperuacaneum videri. nam ſi praui nulli ſubſidio eſſe ad correctionem poſſunt, probi vero antequàm etiã ea audiant, ſm rationem appetitiones & actiones ſuas moderãtur, qui fieri poteſt, vt horum diſciplina & illis vana, quippe qui vtilitatem nullam percipiunt, & his, qui prius etiam quàm quicquam diſcant, boni ſunt, nulloque extrinſecus auxilio indigent, ſuperuacanea non eſſe videatur? Cui dubitationi ita fortaſſe occurrendum eſt, q̃ boni antequàm quicquam didicerint, ex conſuetudine ſola bene agunt, neq; artis regulã B aliquam habent, ad quam vitam actionesque ſuas dirigere valeant; poſtea quàm vero facultatis huius præcepta audiuerũt, artifici quadam ratione ac modo honeſtas actiones perſequuntur, atq; ita fit, vt in bono adipiſcẽdo magis confirmentur; à ratione iam edocti ac perſuaſi quãdo honeſtum aliquid, quãdo item nõ honeſtũ exiſtimari debeat. Accedit, q̃ multi etiam inueniuntur, qui licet ſtatim à principio naturæ quadam benignitate à malis abhorreãt, bonaque appetant, ignorãt tamen quomodo poſsint & ea inter ſe diſcernere, & bona complecti. quib. ſanè ad honeſtorum electionẽ diſciplina, & arte opus eſſe manifeſtũ eſt. Verum neq; improbis inutilis omnino harum pręceptionum traditio euadet. nam vt nullum maximum illico adiumentum ex his conſequuturi ſint: illud certe conſequentur, q̃ C vbi cognouerint, in quam miſeriã deuoluti fuerint, quamque longe ab eo quod melius eſt, receſſerint, habebunt profecto, niſi penitus ſint ſtolidi, à bonoque abhorreant, ſtimulos quoſdam appetitionis, quibus ad corrigendam anteactam vitam incitentur, atque ita paulatim proficiendo aliquando fortaſſe ad ſummum etiam illud bonum prorſus tranſibunt. Animorum præterea medicinam facultatẽ moralem ac ciuilem eſſe conſtat. quemadmodum ergo corporum medicina ſanitatem in bene valentibus conſeruat, in ægrotantibus reſtituit, ita quoq; ciuilis & moralis facultas hanc eandem duplicem vim in animis noſtris habeat, neceſſe eſt. abſurdũ enim videretur, ſi ex propria medicina corpora & naturæ bene an male habuerint, iuuari poſſeãt, animi, qui rationem habent, eaq; vtuntur, in vtroque ſtatu pe D tere inde præſidia non poſſent, ſiue in naturali conſtitutione firmari, ſiue ab ea quæ præter naturã eſt, reuocari ac corrigi eos oporteat, atque animis quantum ad ſubſtantiã ipſorũ ſpectat, facilius ſanè eſt, quam corporibus & naturis vt & in bono perſeuerent ac conſeruentur, & à malo recedant & corrigãtur, quippe cum & ratione præditi & menti affines ſint, à quibus vtriſque adiuuari queant ad bonum conſequendum. Tametſi fortaſſe Ariſtoteles non cõductu ras eſſe ijs, qui perturbationibus afficiuntur, huiuſcemodi diſputationes non ita abſolute dixit, ſed in eo tantum, q̃ iudicare de ipſis recte ne an male haberẽtur nõ poſſent, vtpote honeſtis orationibus atque actionibus nõ aſſueti. vt ſimili modo etiam plurimum conferre eas intelligẽdum ſit illis, qui ſm rationem appetitus ſuos atq; actiones exercẽt.

E *Ac de auditore quidem, & quomodo admitti huiuſcemodi rationes debeant, quidq; proponamus: haſtenus exorſum ſit.*

Omnia quæ ſupra dicta ſunt, à poſterioribus ad priora aſcendendo breui reſumptione cõcludit. In his vero huius operis exordijs ſtatim à principio quęſtionem illam excutiendam propoſuit, eſſet ne omnium agendorum bonorũ aliquid ſummum, ad quod reliqua omnia referrentur. tum quæ eſſet ea facultas quæ finẽ hunc haberet. idque inueniri ſatis veriſimili, quatenus ſubiecta materia patiebat, probatione oſtẽdit, ciuilemq; eſſe eam facultatẽ docuit, cui finis talis aſcriberetur, quippe quæ principalis, & architectonica maxime ſit ſcientiarum ac facultatum omnium, quæ in actione verſantur; præſitque omnibus, atque imperet. vt finis eius aliarum etiam omniũ fines contineat,

Nunc

Nunc ad ſecundam quæſtionem deſcendit, quid nã ſit hoc inueſtigans quod ſummum hominis bonum ſinemq; proximum ac proprii humanæ naturæ eſſe dicimus: repetitq; diſputationẽ quemadmodũ etiã ipſe inquit, cũ ita ſubiũgit

De ſummo bono, & recta auditoris educatione. Cap. IIII.

NVnc iam dicamus reperita oratione, quoniam omnis cognitio, omnisque electio bonum quoddam appetit: quid nam illud ſit, quod ciuilẽ appetere dicimus: quidq; illud quod omnium agendorum bonorum ſummum eſt.

Quod in primo exordio demõſtranit, ciuilẽ videlicet cęteris omnibus ſcientijs & facultatibus antecellere, eiusq; finem agendorũ bonorum ſummũ eſſe: id nunc tanquã conceſſum aſſumit, quæritq; quid nã illud ſit quod ciuilis appetit, & quaſi id planius interpretans ſubiũgit, quidq; illud quod oĩum agendorum bonorum ſummũ eſt. finẽ. n. dicere quẽ appetit ciuilis, & omniũ agendorum bonorum ſummum: idem ferè eſt; nam ſi ipſa eſt omnium actiuarũ ſcientiarum, rationumq; diſcendi præſtantiſsima: finis etiã eius omnium aliorum præſtantiſsimus, atq; vltimus proculdubio cenſeri debet. Scientiæ vero hic cõi vocabulo ẽt artes appellatæ ſunt, quippe quę ita ẽt ipſæ quodã mõ dici ſolẽãt

De nomine ſanè inter omnes ferè conſtat. nam & plerique & elegantes felicitatem id appellant: & felicem eſſe idem quod bene viuere, beneque agere eſſe opinantur.

Dupliciter quid ſit vnaquęq; res pręſcribi conſueuit, vel nomine, vel definitione, vnde etiã vtraque hæc mutuo inter ſe definiunt: vt nomẽ nihil aliud ſit quã definitio cõtracta, definitio quã nomen explicatũ eſſe cenſeatur. idem. n. ſignificat homo, quod animal rationale, mortale, mẽtis & ſciẽtiæ capax, non tamen eodẽ modo. ſiquidẽ homo nomẽ cõtractum eſt, remq; minime diſtinctã ſignificat, quæ nominãt definitio aũt ſpeciem quæ ex genere & differentijs conſtat, particulatim explicat, eiusque ſubſtantiã planè & diſtinctè manifeſtat. In conſtituẽdo igitur ex nomine quid ſit felicitas, cõſentire ferè oẽs inquit, ferè, adiũxit: propterea ꝙ nõnulli ẽt inueniãtur, qui vel nomẽ ignorẽt, vt ne in eã quidẽ notionẽ vnquã venerint, an aliquid ſit in rerũ naturã, quod felicitas appelletur. Vtuntur, inquit, hoc nomine & pleriq; & elegantes. plerosque vocat more græco quoſlibet è vulgo homines, ac ſuſaneos, quos illi τοὺς πολλοὺς dicunt. elegãtes vero. i. χαρίεντας, eos, qui elegantia quadã ac lepore, vel ex eruditione, vel ex bonarum actionũ conſuetudine exculti ſunt qui profecto pauciores ſemper ineruditis, virtuteq; carentibus inueniri ſolẽt. Communis pręterea illa quoq; opinio omnib. eſt: qua idẽ eſſe bene viuere & agere exiſtimãt, quod felicem eſſe, quæ etiã ipſa confuſa eſt, minimeq; diſtincta.

De felicitate vero, quæ nam ſit, diſſentiunt. neq; ſimili modo & vulgus & ſapientes eam definiunt. nõnulli. n. aliquid ex ijs, quæ euidentia, manifeſtaque ſunt, vt voluptatem, vt diuitias, vt honorem: alij aliud eam eſſe dicunt, ſæpe etiam fit, vt idem de ea diuerſa opinetur, cum enim ægrotat, ſanitatem, cũ pauper eſt, diuitias ſummum bonum putat. qui autem ignorantiæ conſcij ſibypſis ſunt, eos admirantur qui magnum quid ac ſupra vires ſuas referunt.

Cum dixerit oẽs in idẽ felicitatis nomen conuenire, tam plerosque quã elegãtes, antequã quid ſit, perſcrutetur, quæ nã ea ſit, aggreditur inueſtigare. nã quæ ſit felicitas, & quid ſit inquirere diuerſum eſt. illud. n. ſubiectũ, hoc ſubſtãtię rationẽ declarat. De hoc igitur. i. de felicitate quęnã ſit, diſſentire inquit & pleroſq; à ſapientibus, & ſeparatim vtroſq; à ſe mutuo, alios è vulgo ab alijs, ac ſapientes inter ſe: quandoque vero etiam fieri, vt ſecum ipſi in hoc nonnulli diſsideant: pro rerum euenientium & occaſionum varietate appetitus, ſuos immutantes. Plerique igitur aliquid ex ijs quæ euidentia manifeſtaque ſunt. i. ſenſu percipi poſſunt, eſſe felicitatem putant, vt voluptatem, vt diuitias, vt honorem, vnde alij voluptuoſi, alij auari, alij ambitioſi, & glorioſi reddũtur, dum vnuſquiſq; id ſectatur, quod bonum exiſtimat. atque alij aliud quippiam huiuſcemodi eam eſſe dicunt. Sæpe etiam incidit, vt vnus atque idem de ea diuerſa opinetur cum enim ægrotat aliquis, beatos eſſe eos qui valẽt, ſanitatemque optimam omnium iudicat: cum paupertate affligitur, atque opprimitur, diuitias omnibus eſſe anteponendas cenſet. atque ita quidem plerique. i. vulgus facere conſueuit at qui ſapientiæ ſtudioſus eſt, ſibi conſcius quam in ea deficiat, alios admiratur, qui ſupra quam ipſe poſsit, & cognoſcunt, & diſſerunt.

Nonnulli vero præter multa hæc bona aliud quoddam per ſe bonum eſſe exiſtimarũt: quod eſſet in cauſa, vt omnia etiam hæc bona ſint.

B Hoc de Platone videtur intelligi, qui cum Deum illud ipſum eſſe ſtatueret, quod per ſe bonum eſſet, eum poſtea dicebat bonitatis omnis eſſe auctorem: omneque aliud quod vel eſſet vel diceretur bonum ex eius participatione vel eſſe vel dici, ipſum vero nullius participatione, ſed primum ac ſummum omnium per ſeſe ipſum bonum & eſſe & dici aſſerebat. At enim ſermo nunc eſt nõ de ſimplici ac communi bono, quod & eſt ſupra omnia, & omnibus ſeſe diſtribuit, & ab omnibus abſtractum in omnibus tamen pręeminenter conſideratur: ſed de humano, naturæque hominis proprio, vt longe diuerſum hoc ſit ab eo de quo Plato dicebat: vt etiam ipſe Ariſtoteles inquit, ſiquidem aliud eſt commune omnibus bonum: aliud quod naturę alicui priuatim C accommodatur. Quare ſuperuacaneum videtur cũ de alio agatur, in alia orationem deflectere: in idque excutiendum aberrare, de quo dicere ne omnino quidem propoſitũ fuit Sed Ariſtoteles vt Platonicæ ſententiæ carpendæ occaſionem nanciſceretur, quæ de primo bono ille dixerat, in medium hic produxit.

Sed omnes velle opiniones exquirere ſuperuacaneum forſaſſe eſt: ſatisque erit, ſi eas ſolummodo inueſtigemus, quæ extant maxime ac ſupereminẽt: vel videntur rationem aliquam in ſe habere.

Quoniam ſuperius multam eſſe diſſenſionem, multũque errorem dixit inter homines de boni opinione: vt non ſolũ multi & ſapientes inter ſe, ſed nonnulli etiam ſecum ipſi diſſiderent: dum moleſtia aliquã oppreſsi mutationem in cõ-D trarium ac ſubleuationem iucundiſsimam omnium atque optimam putant: propterea ſubiũgit, vniuerſas velle de bono opiniones indagare, vanum ac ſuperuacaneum videri, cum pleręq; ipſarum manifeſte quam longiſsime abeſſe à veritate conſpiciantur. ac ſatis ſuperque futurum, ſi vel τὰς ἐπιπολαζούσας (hoc enim verbo hic vtitur) tantum inueſtigarit. i. eas quæ celebres ſunt, & ad veritatem quidem maxime accedunt, ſuperque eam extant atque eminent, non tamen eam penitus attingunt: vel quæ videntur rationem aliquã in ſe habere: qua hominis opinatio falli, exturbariq; de veritate poſsit. nam quæ procul à veritate abeſt opinio, nunquam vllum ad credendum alliceret, qui ſtudio veritatis recte ac prudenter inquirit. Id quod in ſenſibus quoque vſu venire perſpicuum eſt. facile enim fieri poteſt vt qui palumbem viderit, fallatur, columbamque eſſe exiſtimet: anatem vero nullo modo opinabitur.

Neque tamen illud nos lateat, differre inter ſe diſputationes quæ vel à principijs fiunt, vel ad principia.

Cum quatuor ſint ex Ariſt. ſententia cauſæ & initia, effectiuũ, finale, ſpeciale, ac materiale: de finali hic quæſtio. eſt de quo iam dixit, in nomine omnes ferè cõſentire: quod nã vero id ſit, magnam inter omnes eſſe altercationẽ. Ac quia de initio hic loquitur, atq; id quod nã ſit cũ maximã habeat dubitationẽ inueſtigat, idque eſt manifeſtaturus à cauſatis ad cauſas & ab initiatis ad initia progrediendo: idcirco ita inquit: monetq; auditores, ne mirentur, ſi ex poſterioribus priora cõfirmauerit. diuerſos. n. docendi modos eſſe, vt mõ ab ini-

ab initijs ad initiata: modo econtrario ad initia ipſa ab initiatis procedendũ ſit: illud naturali rerũ ordine, hoc docendi diſpoſitione exigẽte, quippe cũ non eadẽ ſint & nobis & naturæ notiora: debeatq; ab ijs quæ nobis notiora ſunt, oĩs noſtra diſciplina exordiri: quo facilius percipere ea quę dicuntur, valeamus. Sed quæreret fortaſſe quiſpiã quo modo idẽ poſsit ad idẽ habita rõne eſſe, & initiũ & finis. nã actionũ oĩum quæ ex virtute proficiſcuntur, finis eſt felicitas; eadẽ rurſus & initiũ & cauſa oĩum eſt, quod ſi ita ſit, quatuor initia nõ erũt. Cui dubitationi ita occurrimus; dicimusq;, idẽ habita ad idẽ rõne & initiũ & finẽ minime eſſe; ſed finẽ qui ſpeculantibus initiũ effectiuũ eſt; agẽtibus ea quę ad finem tendunt, propterq; ipſum finẽ ſunt, eundẽ ipſum finale initiũ fieri, quemadmodũ in ędificandi arte videre licet. primum.n. in ea de tegumẽto ſpeculati quod ab aeris læſionibus arceat nos ac defendat, deinde quæ ad ipſum ſpectãt conſideramus: atq; ita per media cogitatione trãſeundo ad vltimã tandẽ foſsionẽ deuenimus. à qua poſtea initio facto eodẽ modo per media aſcendendo ſubinde quæ in ſpeculatione priora ordine fuerant, poſteriora in actione facimus: peruenimuſque poſtremo ad illum ipſum finem, quem initio propoſueramus. Quia igitur prior actione ſpeculatio eſt (nihil.n. ageremus, niſi prius fuiſſemus ſpeculati) actioniſq; eſt effectrix ac genitrix: ideo finalis cauſa initiũ proprie eſt; itẽ finitiua ac perfectiua, vtpote ea perficiẽs quæ ad ipſam tendunt: quę niſi eo referantur, fruſtra omnino ſint. Ideo quoque initialis ac perfectiua, finiſq; & initium appellatur: quippe quæ finiat perficiatque ſingula, eademq; initium ſingulis præbeat. Quia item finis appetibilis eſſe illis ſolet, quæ ad ipſum tẽdunt, cum ſit in cauſa, vt omnia ea & ſint & fiant: ſicq; in appetitu anticipans eſt id, quod omnia ad ſe attrahit, quæ per appetitionem eius efficiuntur: propterea & initiũ & cauſa eſſe non immerito cenſetur. Multa alia dici poſſent: ſed ob cauſarũ ſtudioſos, ne ve plura quã oporteat, dicere reprehenſoribus videamur, hæc ſufficiant.

Recte enim etiam Plato de hoc dubitabat: quærebatque vtrum ne ab initijs an ad initia via eſſet: perinde atq; in ſtadio, à munerarijs ne ad metam, an econtrario.

Platonis teſtimonio comprobat poſſe & à principijs ad ſequẽtia diſputationẽ proficiſci, & econtrario ad principia: diuerſaſque eſſe ratione ſolummodo has vias: licet ſubiecta per quæ vtræq; fiunt, eadẽ ſint: nõ ſecus atq; in ſcalis aſcenſus, & deſcenſus: vel vt ipſe inquit, quemadmodum in curriculo à munerarijs ad metã, vel econtrario. munerarij enim quippe qui munus illud exhibent. i. certamen conſtituunt ac proponunt, principij rationẽ ac locum obtinent. meta vero non vt principium, ſed vt finis atq; extremum conſideratur. atq; ita fit, vt licet via, quæ intra vtrunq; hos terminos clauditur, eadẽ ſit: diuerſa tñ currẽtiũ agitatio ab altero ad alterũ cõſpicatur. Idẽ in diſputatione cõtingit: dũ vel à principijs vel ad principia orõnis motio, ac proceſſus efficitur.

Nam à notis eſt incipiendum. ea autem duobus modis ſunt: alia enim ſunt nobis, alia abſolute ac ſimpliciter nota. fortaſſe igitur ab ijs nobis eſt incipiendum, quæ nobis nota ſunt.

De his licet iam dictũ ſit, adhuc tñ nonnulla dicemus: ne quippiã quod explicatione dignum ſit, prætermiſſum videatur. In docendi ac diſcendi ratione illud obſeruari ſolet, vt quæ clara ſunt obſcuris anteponãtur: à quibus quaſi manu ducti ad ipſa etiã obſcuriora intelligenda deueniamus, clara vero hæc & manifeſta duplici modo habentur: aut enim abſolute & ſimpliciter. i. proprie perſpicuitatẽ in ſe habent naturali. ſ. rerũ ordine ſeruato: vt cauſę ad cauſata: cuiuſmodi ſunt ſciẽtiarũ termini atq; initia ad ea quæ ſubſequũtur aut quantũ ad noſtrã ſolũmodo cognitionẽ attinet, dilucidiora ſunt, quemadmodũ in quibuſdã ſcientijs cauſata manifeſtiora nobis quã cauſæ ipſæ apparẽt: id quod in luna, varijſq; eius illuſtrationibus euenit. cũ.n. globus ipſius tunc taliũ illuſtrationũ ipſius in cauſa ſit; lumina tamẽ ipſa manifeſtiora nobis apparent, vtpote admodum euidentia atque eiuſmodi, quę primo ſtatim ſenſuũ occurſu percipiũtur. At-
A que iccirco fit, vt ex effectiuis coniecturali rõcinatione collecta cauſam nobis demoſtremus, cauſata cauſis anteponẽtes: propterea quia quantũ ad nos ſpectat, ſunt manifeſtiora. Quoniam igitur principium finale felicitas eſt: honeſtæ vero ex virtute actiones ad ipſam tanquam finem tendunt quæ licet natura poſteriores ſint, vtpote ab ipſa felicitate cauſatæ, atq; effectę. nobis tamen ſunt manifeſtiores ac notiores; ab illis nobis incipiendum eſt, atq; ita per eas ad cauſam aſcendendum. Idem hoc poteſt de virtutibus etiam in vniuerſum intelligi. nam cum virtutes habitus ſint, principia ſunt & cauſæ actionum quę ſecundum ipſas fiunt, cũque ex actionibus, vtpote nobis notioribus, quæ nã & qualis vnaquæque virtus ſit, cognoſcimus, cauſas proculdubio ex cauſatis percipimus, & ab initiatis ad initia proceſſus fit.

B *Quocirca bene moribus inſtitutus eſſe debet, qui de honeſtis & iuſtis, ac omni denique ciuili re eſt conuenienter auditurus. principium enim eſt, quòd ſit: atque id ſi ſatis conſtiterit: nihil amplius erit opus indagare, cur ſit.*

Quoniam diſputationẽ de virtute & felicitate ex bonis actionibus probaturus eſt, actiones vero cauſatę ſunt & poſteriores, hæcque eſt demonſtratio nõ cur ſit, ſed ꝙ ſit (ex prioribus enim cur ſit, probari conſueuit, quod aũt ex poſterioribus confirmatur, ꝙ ſit, non cur ſit, oſtenditur, ſiquidem cur ſit, cauſæ aſsignatio eſt, quæ eſt prior) propterea inquit, bene inſtitutum moribus eſſe oportere eum, qui de honeſtis & iuſtis ac de omni demum ciuili re conueniẽter auditurus eſt, hoc eſt oportere exercitatum aſſuetumq; eſ-
C ſe in bonis actionibus, eum qui de bonis habitibus & operationibus diſſertationem eſt auditurus, vt ex ipſa conſuetudine & experientia poſsit ea quę dicuntur, percipere, eiſque aſſentiatur, neque velit ſtatim à principio repugnare, omnemq; huiuſcemodi de virtute felicitateq; orationem, eo ꝙ in contrarijs aſſueuerit, iniucunde moleſteque accipiens, neq; ijs quæ diſſeruntur, acquieſcere: neq; ea conuenienter, idest, ꝓut ciuilis diſputatio exigit, audire patiatur: adiunxit vero, de omni deniq; ciuili re, vel ob alia quæ finium habẽt rationem, de quibus etiam ipſis in libris de republica agitur, vel ob reliqua quæ à cęteris virtutibus denominantur, cuiuſmodi ſunt fortia, temperãtia, atq; id genus alia. cum vero dicit, principium.n. eſt, ꝙ ſit, perinde eſt, ac ſi dicat, à poſterioribus incipimus & cauſatis, & ꝙ ſit, oſtẽdimus. ſiq; id, hoc eſt, ꝙ ſit, ſatis conſtiterit apud auditorẽ
D bene moribus inſtitutum, facile fiet, vt ea quæ dicãtur percipiat, eiſq; aſſentiatur: neq; vllo modo opus erit cur ſit, inueſtigare. maioris.n. ac ſublimioris ſpeculationis eſt, quam præſens tractatio poſtulet, ex prioribus & cauſis de virtute ac felicitate verum demonſtrare. oporteret quippe animæ noſtræ ſubſtantiam tranſcẽdere, in mentemq; & Deum deuenire, quę ſola priora ipſa aĩa ſunt: atq; inde, quę nam aĩæ rõnalis virtus, quæq; eius beatitudo ſit, poſtea demõſtrare.

Et qui eiuſmodi eſt: vel iam habet: vel accipere principia facile poteſt.

Qui honeſtis, inquit, & iuſtis actionibus aſſueuit: vel habet iam principia de virtute & felicitate, vtpote ex actionibus in habitu iam honeſtorum conſtitutus, licet nondum
E artem aliquam didicerit: vel accipere facile põt, propterea ꝙ ſæpius à peioribus abſtinuerit, ad hæſeritq; melioribus: quantumque interſit inter bonas, prauaſq; actiones, expertus iam fuerit. Id quod facile videre licet in ijs qui aliquando voluptuoſe, aliquando continenter vitam traducunt, rationique obediũt. quo.n. pacto affectus animo ſit in cõtrarijs his viuendi modis, cognoſcere vnuſquiſq; optime põt.

Cui vero neutrũ horum adeſt, Heſiodũ audiat hæc dicentẽ:
Optimus ille, poteſt qui ex ſe cognoſcere cuncta.
Ille bonus, monitis qui aliorum obtemperat. at qui
Ex ſe nec nouit, nec quæ bene conſulit alter.
Percipit, ad mittitque animo: eſt ignauus, inerſque.

Cui vero, inquit, neutrũ horũ adeſt. i. qui neq; principia iã habet ex diutina aſſuetudine in bonis actionibus, vel ex benigni-

benignitate ẽt quadam naturæ, quæ bona ſibi conciliet, ne
que ad ea accipienda ex naturæ incitatione propenſioneq;
ad bonũ paratus eſt, ſed grauatione quadã ac corpore in me
lioribus habitibus eligẽdis oppreſſus iacet, ſiue quia breuio
ri tẽpore in bonis actionibus ſe exercuit, ſiue quia inſuetus
eſt huiuſcemodi rebus, minimeq; expertus, ſiue ex naturæ
tarditate. Heſiodi carmina illa audiat ex eo libro ſumpta,
qui opera & dies inſcribitur. vbi poeta optimũ illũ appellat
qui ex ſeſe oĩa quæ meliora ſunt, & intelligit, & eligit. atq;
hic eſt, qui principia iã habet. bonũ ẽt illũ, qui bene conſu-
lenti obtemperat. nã optimus eſt qui per exuperationẽ eſt
bonus. bonus vero abſolute, qui ſm illum particeps ẽt ipſe
bonitatis eſt, qui. ſ. principia nondũ quidẽ habet, ſed accipe
re tñ prudentibus obediẽdo facile põt. at qui neq; ex ſe quæ
ſunt vtilia cognoſcit, neq; ſi ex alio docẽte audiuerit, in ani
mum admittit: ille demum ignauus atq; iners homo eſt:
quippe qui in nulla vtili re tanquã homo nauare operã poſ
ſit, id eſt inutilis penitus. Aduertendũ autẽ hic θυμὸν pro ani
ma poſitum eſſe ab Heſiodo. nam cum hominis anima tres
quaſi partes habeat rõnem, animũ id eſt iracundiã, & cupi
ditatẽ: ſæpiſsime fit, vt poetæ Græci animi idest iracundiæ
vocabulo, quæ θυμὸς eorum lingua dicitur, totam animã ex
parte appellent, ex medio vtraq; extrema ẽt ſignificantes, ta
metſi θυμὸν quoq; ex etymologia vocare proprie animam ip
ſam poſſunt. nã cum θυμὸς à verbo θύω quod eſt incitor, ori-
ginẽ habeat, merito aĩa cenſeri eo nomine põt, ſeu quia ex
ſeſe incitatur, ac mouetur: ſeu quia corpori quod immobi-
le ex natura ſua eſt, transferriq; alio minime valet, motio
nis quæ per locum fit, cauſam exhibet.

Quod felicitas non ſit voluptas, honor, virtus, aut diuitiæ. Cap. V.

SEd eo nos redeamus, vnde digreſſi ſumus. Bonum enim & felicitatem non abſque ratione homines ex varijs viuẽdi modis videntur exiſtimare. pleriq; quidem atq; importuniſſimi voluptatem eſſe putant: vnde etiam fruitioni deditam vitam amant.

Cum de felicitate dicere incepiſſet, nonnulla quædã de
docendi modo, quo vſurus eſt, ſubiunxit, monuitq; non ab
ijs quæ ſimpliciter, ſed ab ijs quæ nobis tantũ notiora ſunt
ſibi futuram eſſe diſputationem, qualiſq; eius eſſe idoneus
auditor debeat, oſtẽdit. nunc propoſitã reſumit diſſertatio
nem, quamq; habeant opinionẽ homines pro varijs viuẽdi
modis, varijſq; inſtitutis, explicat. & inquit, bonum. n. ac fe
licitatem non abſq; rõne homines videntur ex varijs viuen
di modis exiſtimare, quod vero dixit, non abſque ratione,
non ita hic accipiendũ eſt, vt intelligamus rationẽ ſequutũ
vnumquenq; hoc vel illud felicitatẽ dicere. i. verũ ac rectum
eſſe quod vnuſquiſque hac de re aſſerit: ſed ꝙ nõ ſine rõne
& conuenientia ad ſuã quiſq; vitã aut hoc aut illud felicita
tem eſſe opinãtur (pleriq; & importuniſsimi voluptatẽ) me
rito inquit pleriq; ẽ vulgo & importuniſsimi. i. φορτικώτατοι,
quos oneroſiſsimos exprimere è verbo poſſemus. plures. n.
ſunt, quos ocioſa vita, laboriſq; vacua delectat: id quod ex
voluptate conſequitur: atq; icicirco oneroſi ac graues ſunt:
& vt inquit Homerus, Telluris inutile pondus: qui
cũ neq; in vita quicquã ipſi faciant, neq; aut ſibi aut alijs vl
la in re vtiles ſint. volunt abſque vllo labore corporis volu-
ptatibus frui. vnde, inquit ἀπολαυστικὸν. i. frutioni deditam vi-
tam amant. nã voluptatem ſummũ hominis bonum exiſti
mantes fruitionẽ eius amant. Deinde cũ deberet Ariſt. par-
titionis hic figurã ſeruare, hoc eſt ad μὲν. i. quidem δὲ. i. vero
ſubiungere: quibuſdam interpoſitis continuat orationem
clarioreſque vitas connumerat: ita inquiens.

Tres enim ſunt quę maximè excellunt vitæ, hæc quam modo dixi: tum ciuilis: ac contemplatiua tertia.

Quia pleriq;. i. vulgus, ad voluptatẽ maxime ſpectãt, eãq;
finẽ vitæ ſuę ſtatuũt: propterea omnib. his in vnũ coniũctis
quaſi vnã vitã fruitioni vacantẽ ac voluptuoſam attribuit.

A ex qua deinde ad ciuilẽ aſcendit, ex perturbationibus nimi
rum ſubdita. ad eã quæ affectus oẽs moderatos habet: quæ
indulget quidẽ ipſis aliquãtulũ, cũ regula tñ modoq; ac mẽ-
ſura rõnis. vt eam liberã habeat poteſtatẽ, dominatrixq; ſit
affectibuſq; oĩb. quaſi miniſtris imperet, eiſq; vtatur, quo-
cunque voluerit. Tertiã vero his adiungit ſupremã oĩum
ac præſtantiſsimã contẽplatiuã. Ea eſt, quæ ab affectibus va
cat, atq; omnẽ prorſus irrõnalium facultatũ operationẽ re
ſpuit. neq;. n. hic contẽplatiuæ noĩe naturalẽ intelligit, aut
mathematicã, aut theologicã, ſed eã, quæ perturbationũ oĩ
ſorde expurgata ad contẽplationẽ feſtinat: penetrataq; ma
teria ac carnali hac nebula, vel ẽt velamine, vt inquit ille, di
ſiecto, cũ Deo & diuinis per illã perturbationũ ſublationẽ
quã ἀπάθειαν vocant, tranquille verſatur. nã cũ hic de actioni
B bus actiuiſq; virtutibus dicere propoſuerit: nõ eſſet ad rẽ, ſi
omiſſa ea quæ inter omnes actiuas vitas perfectiſsima eſt. i.
purgatoria, cum illis coniungere eam voluiſſet, quæ ex diſci
plinarum ſpeculatione contemplatiua nominatur.

Pleriq; igitur ſeruiles prorſus videntur, cum pecudum vitam eligant. in aliqua vero exiſtimatione propterea ſunt, quia multi ex ijs qui in poteſtatibus ſunt conſtituti, diſſolutã perinde ac Sardanapalus vitam traducunt.

Valde vilipẽdit ac damnat eiuſmodi homines, qui corpo
ris voluptatẽ bonũ putant, eãq; quaſi ſummum bonum ſe-
ctantur: ſeruileſque eos appellat eo ꝙ irrationalibus per-
turbationibus ſubditi mãcipij in modũ ſeruiãt, rationẽque
cui à natura imperandi poteſtas tradita eſt, cæterarũ rõne
C carentiũ facultatũ ancillã reddiderint. cũ vero inquit, ſerui
les videntur, nõ ita poſuit, vt ſignificet videri eos & nõ eſſe:
ſed quia ſuũ hunc ad peiora delapſum, ſuãque hanc ſeruitu
tẽ euidenter præ ſe ferunt. quos ẽt pecudũ vitã elegiſſe icca
co dicit, ꝙ cũ rõne prediti natura ſint, poſſentq; vitã ex rõ-
nis imperio traducere: in numerum pecudũ ex electione ſe
conſtituerunt: nõ ſecus ac bruta aĩalia, ad ſolã quæ ſenſibus
percipitur, voluptatẽ ſpectãtes. Deinde quia videbat Ariſt.
cõplures huiuſcemodi voluptuoſos in vita illuſtres eſſe, ho-
noribusq; affici in ciuitatibus, id quod repugnare his quæ
modo dixerat, videbat: huiuſce rei cauſam ſubiungit: ſimul
eos qui in Imperio poteſtateq; cõſtituti ſunt, carpens ac re
pręhendens, & quaſi monens vt ab ſobrietatẽ & temperan
tiã redeant: ne ſi praui ipſi fuerint, in cauſa ẽt eſſe videantur
D ſubditorũ prauitatis. in aliqua. n. exiſtimatione propterea
ſunt, inquit, quia multi ex ijs qui in poteſtatibus ſunt cõſti-
tuti, diſſolutã perinde ac Sardanapalus, vitã traducũt. Nam
ſi illi qui in ciuitatibus aut gẽtibus imperia obtinent, nõ
eſſent ita perturbationibus obnoxij, neq; corporis volupta-
tes ſectarẽtur, ſed induſtriã in vita, virtutẽq; amplexi rõnẽ
in ſe denominantẽ haberẽt: nullo modo improbis ſubditis
aditũ ad ſe pateſacerent: ſed deteſtarentur eos, ac repudia-
rent: atq; ita efficeretur, vt mali ignominia ac contumelia
affecti nõ modo nõ ita creſcerent, verũ ẽt multo magis im-
minuerentur. ſin aũt principes cõtrà perditi quidã ac volu-
ptuoſi Sardanapaloq; ſimiles ſint: ſimiles quoq; ſibi ad ho-
nores admittent, eruntq; in cauſa vt prauitas augeatur. Sar-
danapalus vero hic rex fuit Perſarũ, effęminatus homo, at-
E que intẽperans, oĩsq; libidinis & impudicitiæ plenus; cuius
luxurioſa ac diſſoluta vita oẽs veterũ hiſtorię refertę ſunt.

Elegantes vero & ad agendum idonei honorem eſſe felicitatem exiſtimant: hic ciuilis vitæ ferè finis eſt.

Quemadmodũ prauus inelegans & iniucundus ex recta
iudicij ratione appellatur, quia ad bene agendũ ineptus eſt
ita ad agendũ idoneus, elegans & iucundus, atq; hęc eſt par
titionis redditio in hunc modũ, pleriq; quidem voluptatẽ:
elegantes vero & ad agẽdũ idonei honorẽ eſſe felicitatẽ exi
ſtimant. inquit igitur idoneos ad honeſta agenda corporis
voluptate cõtẽpta honorẽ maxime affectare, eũq; ſere eſſe
finẽ ſtudij, quod impendere honeſtis rebus ciuiles viri vidẽ
tur, ferè, addidit quia nonnulli ẽt inueniuntur, qui ob vir
tutem eiuſq; perfectionẽ omnib. alijs poſt poſitis nullos la
bores.

bores reculant.prioris generis hominum exemplũ eſſe Ho- A
mericus Achilles pôt, qui honeſte maluit & cũ gloria cito
mori, quãdiu obſcure & ignobiliter longã vitã traducere:
alterius Socrates: qui cum in virtute & ſapientia omnẽ ęta-
tem conſumpliſſet, à rõne tamen prorſus alieno iudicio ac
quienit, & furtiuæ ſalnti iniuſtam mortis condemnationẽ
anteponendã cenluit. omitto noſtros nunc in mediũ pro-
ferre ſanctos viros, qui vel à tyranis ignominioſe condem-
nati Deo gratã mortem temporariȩ huic vitæ præferre non
dubitarunt: vel in receſſu ac ſolitudine degentes perfectio-
nem ſuam ſoli Deo notam eſſe voluerunt: quippe cum ne-
que Ariſtoteles quicquam hic de noſtris intellexerit.

*Sed hic tamẽ remotior aliquãtulo eſſe ab eo ipſo quod quę-
rimus, bono videtur: magis enim in ijs qui honorem exhibent,*
quàm qui eo efficiuntur, conſiſtit. bonum vero ipſum eiuſmo- B
*di eſſe diuinamur: vt proprium quoddam ſit, quod auferri fa-
cile nequeat.*

Opinionem eorũ de humano bono refellit, qui honorẽ
eſſe illud aſſerunt: & inquit, hoc remotius ab eo eſſe quod
quærimus, id eſt ἐπιπολαιότερον, quaſi ſuſpenſum ab eo in ſu-
perficie exiſtere, neq; illi prorſus adhærere: idq; oſtendit ex
eo in quo eſt honor. bonũ. n. alicuius illud eſſe dicimus non
quod in alio eſt, ad aliumq; ſpectat: ſed quod propriũ eſt il
lius, cuius eſſe dicitur, in eoq; conſiſtit: vel ex eo ẽt tanquã
propria eius operatio prodit: at honor non in eo eſt cui ex-
hibetᷣ, ſed in eo qui honorat. qui. n. honorat, eſt ille qui ope-
ratur, atq; efficit honorẽ. nam quemadmodũ qui ingrediť
ingreſſum: & qui ſcribit, ſcriptionẽ facit: & non ille ad quẽ C
aliquis ingreditur, vel ſcribit: quãuis ad alios poſtea opera-
tionem ſuã dirigat: ita quoq; ille qui honorat, propriã ha-
bet operationem honorem, ſed eã tamen ad illũ quem ho-
norat, intendit. bonũ vero ipſum non eo modo eſſe debet:
ſed proprium quoddã, atq; adeo proprium, vt auferri faci-
le nequeat. non dixit vt auferri prorſus nequeat, quia natu-
ra ita cõparatum eſt, vt homo ex altero contrario mutari
in alterum poſsit. vnde etiã dictum illud eſt, neminẽ opor-
tere antequã vita defunctus ſit beatũ appellari. Diuinamus
vero inquit, non, dicimus, aut opinamur, ea de cauſa, ꝙ nõ-
dum de eo quicquã demonſtratum eſt, ſed quaſi coniectu-
ra quadam ita ſumitur, cuiuſmodi, ideſt coniecturalem eſ-
ſe vaticinandi & diuinandi artem patet.

Præterea ſectari honorem ob id videntur, vt ſeipſi bonos D
eſſe credant.

Aliud argumentum, quo honorẽ non eſſe id, quod quæ-
ritur, bonum oſtendit, elegantes. n. & ad agendũ idonei ho
norem ſectantes, id eſt quærentes, & apprehendere cupien
tes, nõ per ſe, ſed ob aliud illum ſectãtur. ob quodnã aliudꝰ
vt credant ſe bonos eſſe. at. n. finem & bonũ per ſe, & nõ ob
aliud ſectamur. & ratiocinatio in hunc modum colligitur.
omne quod vt finis, bonum eſt, per ſe & non ob aliud ſecta
mur. honorem nõ per ſe, ſed ob aliud ſectamur. non eſt igi-
tur honor bonũ, vt finis. qui ſyllogiſmus eſt in quarto mo-
do ſecundæ figuræ. quærunt aũt elegantes & vrbani probi-
tatis ſuæ fidem aliunde; propterea ꝙ hoc ẽt genus virtutis
eſt, quę modeſtia appellatur, cum aliquis nõ eſt ſuo iudicio
de ſeipſo contentus, ne nimio ſui ſtudio deceptus rectum E
aſſequi minime poſsit. ac rurſus hoc confirmãs, ideſt ſecta-
ri honorem huiuſcemodi homines ad probitatis ſuæ com-
probationem, ita ſubiungit.

*Quærunt enim à prudentibus, & ab ijs à quibus cognoſcun
tur, & ob virtutem honore affici.*

Non eſſe per ſe honorem, ſed ob aliud ſectandum, ſicut
dictum eſt, inde patere facile poteſt: ꝙ non abſolute hono-
rem ſectantur, neq; à quibuſlibet exhiberi eũ ſibi volũt, ſed
à prudẽtibus, & ijs qui ipſos quales moribus & vita ſint, pro
be cognoſcũt: neq; ob quamlibet rem, ſed ob virtutẽ eum
quærunt, atq; à prudentibus quidem honorari cupiunt: vt
recte iudicãtes illi vere dignos honore eos exiſtiment: ab ijs
vero qui eos cognoſcunt, ne ignoratione decepti errẽt: eoſ-

A que qui non ſunt boni, quaſi bonos honorẽt: ob virtutẽ a u-
tẽ, quia ex virtute vitã inſtitutã amãt: cuius rei cõfirmatio-
nẽ quærũt, vt certo ſciant an id quod amãt, adepti iam ſint.

*Perſpicuũ igitur eſt, horũ etiã ipſorũ ſentẽtia honore vir-
tutẽ eſſe potiorẽ. vnde fortaſſe ẽt aliquis magis eſſe eã ciuilis
vitæ finem exiſtimaret. ſed imperfectior tamẽ etiam ipſa eſt.*

Si ob virtutem, inquit, expetendus honor eſt, quomodo
virtus honore perfectior eſſe non debetꝰ præſtantius. n. ſem
per eſſe illud ſoles, cuius cauſa aliquid eſt quam quod cauſa
alterius exiſtit. ex quo fieret, vt aliquis ciuilis vitæ finẽ eſſe
virtutem magis, quã honorẽ opinaretur: ſiquidẽ, vt iam di-
ctum eſt, honor virtutis cauſa expetitur. Deinde oſtẽdit ne-
que eam vltimum bonum eſſe. nam, vt inquit, ipſa quoque
imperfectior eſt. bonum vero eſſe imperfectum non debet
B non eſt ergo virtus bonum illud quod quærimus. Atq; hoc
ita ſe habere, aliumq; præter virtutem finem eſſe, clarius de
inceps manifeſtat: cum ita inquit:

*Videtur enim fieri poſſe, vt qui virtutem habeat, vel dor-
miat, vel in vita nihil agat: malis præterea affligatur, ſitq;
maxime infortunatus: cuiuſmodi hominem ſanè felicem appel
larit nemo, niſi qui ſeruare poſitionem velit.*

Cum virtus habitus ſit, & eiuſmodi, vt in ſubiecto eſſe ali
quando ſiue vlla operatione & manifeſtatione poſsit: cum
ita eſt, merito eſſe imperfecta videretur: qualis in dormiẽti-
bus apparet. fieri etiã põt, vt virtute præditus aliquis nihil
in tota vita agat: qui bonis habitibus inſtructus quidẽ ſit,
depromere tamen eos nequeat: vel quia occaſio nulla offe-
C ratur, vel quia materia deſit, qua ad operationẽ expromen
dam maxime indiget: quemadmodũ ſi pecunijs careat ille,
qui magnificus ſit: cuius profecto virtus nõ niſi in magni-
tudine & multitudine ſumptuũ conſpici põt. adde ꝙ inci-
dere aliqñ poſſet, vt qui virtutẽ haberet, multis malis per to
tum vitȩ curriculum afflictaretur, eſſetq; maxime infortu-
natus: verbi cauſa, uel morbo, vel paupertate, vel hoſtilibus
inſidijs oppreſſus, vel aliqua alia calamitate, qua fieret, vt
operatio virtutis impediretur, haberet ille quidem virtutũ
habitus, operari tamen nullo modo valeret. nemo igiť hũc
ita affectum felicem diceret niſi videlicet ſeruare poſitionẽ
vellet, quam θέσιν dicunt: hoc eſt niſi abſurdam opinionem
ab aliquo acceptã, quæ præter aliorum omnium cõſenſum
nouam quandam ſententiam introducat, tueri velit, in ea-
D que perſiſtere, ſiquidẽ θέσις abſurda quædam opinio eſt ali-
cuius ex ijs qui in philoſophia clauerunt, quã ſibi proban-
dã, tuendamq; propoſuerũt. cuiuſmodi Heracliti illa erat,
cõtraria eſſe vnum aſſerentis: & Parmenidis, qui vnum oĩa
eſſe dicebat: item Zenonis, qui motionem omnẽ è rerũ na-
tura tollere nitebatur. Simili modo incredibile abſurdũq;
videretur, ſiquis eũ eſſe felicẽ ac beatũ affirmaret, qui vel ni-
hil in vita ageret, vel multis malis infortunijsq; afflictaret.

*Ac de his quidem hactenus: ſatis enim in circularibus de
ipſis dictum eſt.*

Ariſtotelem dicunt carmina quędam edidiſſe ad certum
numerum ſtudioſe conſcripta quibuſdã ſeruatis ordinibus
quorum vnuſquiſq; & ab eodem exordiretur, & in idẽ de-
E fineret: atq; ob id ἐγκύκλια, id eſt circularia ipſa appellaſſe. ea
ſanè in cognitionem noſtram nondum peruenere. ſunt ta-
men qui de ipſis memoriæ prodiderint. in illis igitur de fe
licitate ſatis dictum eſſe inquit: an beatus vocari homo poſ
ſit ex ſolis uirtutum habitibus, licet in uita nihil ſecundũ
ipſos agat: atque iccirco nunc paucis rem hanc pertranſit.

*Tertia vita eſt contemplatiua, de qua in ſequentibus con-
ſiderabimus.*

Dum ſuperius uitas quę maxime excellunt, connumeraſ
ſet, treſq; eas eſſe dixiſſet, uoluptuoſam, ciuilem, & cõtẽpla
tinã, ideſt perturbationibus deditã, in perturbationib. mo-
deratã, atq; à perturbationibus prorſus liberã: propriã dua
bus de bono opinionẽ aſsignauit. uitas aũt appellat modos
quibus homo cũ corpore ſuper terrã degere conſueuit cũ-
que

que ordo poſtularet vt iá de contẽplatiua ageret, diceretq́; quid ea ſimili modo bonũ exiſtimaret, resq; longiorẽ orõnem exigere videretur: in præſentia totũ id prætermittit, in ſequentesq́; diſſertationes explicandum differt, vbi opportunior huiuſce rei locus futurus eſt. hic ſolummodo illud dicit: tertia vita eſt contẽplatiua, de qua in ſequẽtibus conſiderabimus. in decimo.n. qui vltimus præſentis huius moraliũ operis liber eſt, de ipſa hac re copioſe diſputabit. Tertiam vero contemplatiuam vocat ex ordine quo in connumerandis ipſis vſus eſt, ab inferioribus & ſubditis ad ſuperiora ac præeminentia aſcendendo.

Pecuniaria vero violenta quadam eſt: & diuitiæ neque ipſæ proculdubio ſunt id quod quæritur, bonum: ſunt enim vtiles, alteriusque cauſa comparantur.

Tres ſolummodo commemorauerat vitas, quæ maxime excellerent, voluptuoſam, ciuilem, & contemplatiuá, nullámque de quæſtuoſa mentionem fecerat: quia tamen eſſe multos videbat qui diuitias ſummã eſſe beatitudinẽ exiſtimarẽt omniaq́; ſibi eſſe facienda cenſerent, vt pecunias adipiſcerẽtur: & eos quidam non ſolũ ignobiles é vulgo homines, ſed claros interdũ & reges ipſos, cuiuſmodi erat Phrygum rex Midas, qui ob nimiá auri auiditatem χρυσομανὴς, ideſt auriſurens cognominatus eſt: iccirco de hac quoq; vita pauca quædã hic ſubiungit: pecuniariamq́; appellat, ideſt χρηματιστὴν quia pecunijs acquirendis ſtudiũ omne impendit: & violentam etiá, quia ad ea quæ cupit, conſequenda violentiá præ ſe ferre conſueuit: dum non modo fraudes ac dolos ſtruit, ſed infeſtas ẽt manus imbecillioribus inijcit, bonaq; ipſorum diripit; aliaq́; innumerabilla machinatur, vt ingentem diuitiarũ copiá ſibi poſsit cõparare. ſed neq; id quod quæſtuoſo huic videtur, eſſe bonũ illud quod quæritur, oſtẽdit, cum inquit: ſunt.n. vtiles & alterius cauſa cõparantur, quod enim vtile eſt, vice quaſi miniſtri fungitur, ad aliudq́; ſpectat: id eſt ad finẽ, ad quẽ refertur, cuiq; vtile eſt. Bonũ vero vt finis, ex ſe perfectionem habet: eſtq́; ipſum per ſe & non ob aliud expetẽdum. Vnde illi qui philoſophiam quaſi inutilem rem damnát, vt hoc quoq; dicamus, atq; ob id aſpernandam eſſe conantur oſtendere: non aduertũt; ſe eam dũ hoc modo vituperant, ſtudijs omnibus artibusq́; anteponere. adeo.n. præſtans eſt, vt ſub aliud quippiá reduci minimé patiatur: neq; ad alterius vtilitatẽ ſpectet: ſed ipſa ſub ſe habeat omnia alia, quæcunq; bona eſſe elegantibus videntur: quæ animæ ac vitæ hominis adiumento ſint ad ipſam conſequendam. ac propterea apud veteres in bene inſtitutis ciuitatibus ciuiles viri inueniuntur miniſtri quaſi quidá eſſe ſapientum, qui neceſſaria ipſis ſuppeditent: quo ocium nacti illi ſine vllo impedimẽto contẽplationibus vacare commode poſsint. Quanquá alia quoq; ratione nõ eſſe diuitias bonum illud de quo quæſtio eſt, cognoſcere licet: ꝙ nimirum externæ, atq; inſtrumẽtariæ ſunt: earũq; vſus anceps habet, vt afferre tá bonorũ quam malorũ occaſionẽ queant.

Iccirco ea potius quę prius dicta ſunt, eſſe fines aliquis exiſtimaret, eo quod propter ſe expetuntur. ſed neque illa tamen videntur: licet multæ ad ipſa hęc conuectæ rationes fuerint: hæc igitur miſſa faciamus.

Cum diuitias non eſſe ſummum bonum arguerit, quoniam vtiles alteriusq́; cauſa ſunt, ſimulq; pecuniariam vitá & quæſtuariam reprobarit: quippe quæ & violenta ſit, & finẽ per ſe minimè expetẽdũ habeat: nunc ſubiungit: magis veriſimile inquiens eſſe, vt quæ prius dicta ſunt, fines eſſe aliquis opinetur: ideſt voluptatem, & honorem quæ propter ſe amantur, & expetuntur. vt hinc quoq; non eſſe humanũ bonum diuitias magis cõuincatur. ná ſi ea quæ magis vidẽtur eſſe fines, eo ꝙ propter ſe expetuntur, nõ ſunt: quo modo ea erũt, quæ alterius cauſa ſectamur? Ná quod ait multas rõnes ad ipſa fuiſſe coniectas, partim ob Epicurum dicere põt, qui voluptatẽ finẽ ſtatuebat: qua de re multa multi diſſeruere, alij ad opinionis huius refutationẽ, alij ad confirmationẽ, partim ẽt de honore intelligendũ eſt: propterea **A** ꝙ ciuilibus hominib. multa eſſe de eo diſputatio cõſueuit: & Socrates multis in locis apud Platonẽ inuenitur, ciuilib. quibuſdam importune honorẽ affectantibus aduerſari, appetitionesq; ipſorũ nõ rectas eſſe cõuincere. nullo.n. modo decet, vt contẽplationẽ quę ex perturbationum ſublatione id eſt impaſsibilitate conſequitur, cũ voluptate & honore coniungamus: quaſi per ſe ipſa finis non ſit: cum nihil contingere aĩæ hoĩs perfectius poſsit, quodque finis magis rõnem obtineat: quam ſi in perturbationũ ſublatione, & vacuitate, ac contẽplatione perfecta cõſtituatur. Quapropter ea quæ prius dicta ſunt, de honore & voluptate videntur intelligẽda.

Quod non ſit idea. Cap. VI.

B *MElius vero fortaſſe eſt, vt vniuerſale conſideremus, & quomodo dicatur, inquiramus. quanquam arduam nobis hanc quæſtionem futuram eſſe video: propterea quòd amici ſunt, qui formas introduxerunt.*

Propoſuerat Ariſt. in principio horum moralium Nicomachiorum de hominis bono ac fine, dicere. eſſeq; tum primo declarauit: deinde ad ſecundam quæſtionem tranſit vt quid ille eſſet, inueſtigaret. cumq; varias de hoc hoĩum opiniones in medium produxerit, oſtenderitq; alios voluptatem, alios honorem, nonnullos diuitias, alios aliud quid ex euidentibus manifeſtisq; rebus illum eſſe affirmare, oĩaque hæc confutarit, nullũq; ex ipſis finem eſſe vltimũ probarit: nunc ad præſtantiſsimũ finẽ explicandũ deſcendit: nõ ſeuiter ac ſuperficietenus vt vulgus, ſed pfundius ac diligẽtius **C** rẽ ipſam excuſſurus. Sed quia Plato de primo bono nõ exigua quędam atque abiecta ſpeculatus fuerat, ſed magna ac ſublimia, quæ hominis aĩam poſſent maxime attollere: conatur ẽt aduerſus illum nonnulla quaſi obiter dicere: nõ ille quidẽ fortaſſe aduerſus Platonem diſputationẽ inſtituẽs ſed aduerſus eos qui Platonis diſputationes aliter ac deberent, accipiunt. Quapropter neceſſariũ videtur, vt prius dicamus de quo bono intelligeret Plato, vbi de bono agit, eiusq; ſententiá hac de re breuibus explicemus: vt cognoſcere vnuſquiſq; poſsit, an ea quæ hic ab Ariſt. dicuntur, ad illius labefactationem accommodata eſſe videantur. Nam Plato cum de principio rerum oĩum quęſtionem haberet, vnũ, & ineffabile & bonũ illud appellabat: oẽ quod eſt, ab illius appellatione ſeiungens, eo ꝙ ipſum ſupra oĩa eſſet, om**D**niaq; excederet, in ſeq; cõplecteretur oĩa non notione, ſed ſupereſſentialiter. ſineq; vlla ex ſe egreſsione in cuncta permearet, cuncta produceret ſua bonitate tam intelligibilia quam intellectualia, tam bruta quam rationalia, tam quæ quomodocunque viuunt quam quę vita penitus carent & obſcuram quandam exiſtendi notam obtinent. atque hæc oĩa facere id dicebat non electione aliqua aut volũtate, ſed ipſa ſua natura atq; eſſentia: perinde ac ſol, qui præſentis ſua tantummodo cuncta illuſtrat, licet illuſtrare nõ propoſuerit. vt idem ſit oĩum quæ quomodocunq; eſſe dicuntur, & principium & finis: principiũ, eo ꝙ oĩa id ꝙ ſunt ideſt eſſentiam ex ipſo habeát: finis, eo ꝙ ob ipſum oĩa ſint, ad ipſumque referant, ipſumq́; quantũ vnicuiq; licet, appetant, vtpote cuncta perficiens, ac bona reddens, vt ita ſit primũ bonũ **E** ac quaſi, vt ita dixerim, ſuperſubſtantiale bonũ, quod oĩa expetant. Atq; hæc breuiter de bono ex Platonis opinione dicta ſufficiát: de quo quidẽ bono multæ & egregię diſſertationes cũ ab ipſo Platone, tũ ab ijs qui decreta eius tuent & habitæ ſunt, & monumentis ẽt proditæ. Sed videamus quęnam hic ab Ariſt. dicant. MELIVS vero, inquit, fortaſſe eſt, vt vniuerſale cõſideremus, inquiramusq; quo dicat) Vniuerſale hoc loco nõ ita accipit, ſicut in logicis ſpeculationibus dicimus, ſed alio quodá modo. ibi.n. quod poſt multa eſt, & poſt genitũ vniuerſale dicebat. hic quod ante multa, multorũq; cauſa quodámõ eſt: vtpote cũ ante ipſa ſubſiſtat: ad idq; cæterorũ oĩum ſubſtantia reſpiciat. Ita.n. Plato rõnes quaſdá introducit, quę ſubſtantia prędite diuinę ſunt & intellectuales, ad quarum exemplar materialia omnia & ſint & fiant. quas videlicet formas, & ſpecies, & vniuerſa, & vniuerſalia

uerſalia appellare cōſueuerunt. formas quidē & ſpecies: quę ante has quæ in corporibus cernūtur, exiſterent, ab hiſq; omnib. abſtractę in opificis Dei mente eſſent: ad quarum exemplar iſte aliis quædā in materia ſimilia effingeret, atq; exprimeret. vniuerſalia vero & vniuerſa appellant: eo q̀ vnaquęq; ex ipſis licet vna ſit, multa habet corpora & materialia, quæ ex ipſa, ad ipſiusq; imitationē facta ſunt: ad quæ nimirum ſpectās vniuerſale & vniuerſum nō notionali quodam modo, ſed intellectuali vocātur: vniuerſale, quia à multis quæ ad eius imitationem facta ſunt, abſtractum: vniuerſum, propterea q̀ vicem partiū obtinent ea, quæ ad ipſum quaſi ad vniuerſum & totū referuntur. quod tamen totum non ex ipſis cōpoſitum eſt, neq; poſt ipſa notione tantum compræhenſum: ſed ante ipſa eſt, & per ſe ſubſiſtit: eaq; oīa ad ipſum tanquam ad propriam integritatem atq; vniuerſitatem reducuntur. Triplici enim modo dicunt vniuerſum ac totum appellari: quod ante partes eſt, quod ex partibus cōſtat, quod eſt in partibus. totum ante partes illæ ſunt formę ſimpliciſſimę & immateriales: quia ante multa illa ſubſiſtunt, quæ ad ipſarum exemplar facta ſunt. ex partibus cōſtāt, quæ ſunt compoſita, in multaſq; partes diſtribui poſſunt ac diuidi, ſiue ſimilares ſiue diſſimilares. in ſimilares partes diuiditur lapis: qui etiam ipſe totum eſt, ſi ad partes eius ſpectes, in quas diuidi poteſt, quarū ſingulæ tā nomen quam rōnem totius admittunt. in diſſimilares, hnīs corpus in manus, pedes, caput, & reliqua. nulla enim ex his partib. toti ſimilis eſt: quippe cum neq; nomen, neque rōnem totius admittat. Totum aūt in partibus ſunt notionalia, quæ etiam poſt multa, & poſt genita dici ſolent, poſtgenita ſanè quia anima noſtra dum ſingularia hæc quæ conformia inter ſe vel cōgenita, id eſt eiuſdem vel formę vel generis ſunt ſpeculatur: poſt illa quæ prius in corporibus ſubſiſtunt, rōnem quandam quæ communiter in ipſis conſideratur, per abſtractionē à materia in ſeipſa gignit, ac prout naturę ſuæ conuenit, hoc eſt rationali quodā ac ſcientifico modo producit. Notionalia vero ob id vocantur, quia quantū ad notionē ſolūmodo tales vniuerſitates ſubſiſtunt: neq; vllo modo re ipſa poſſunt ſeparatim à ſingularibus ex quib. ſumuntur, exiſtere. In partibus præterea eſſe eadem, hæc dicuntur iccirco, quia in ſingularibus & particularibus ad quę habita ratione vniuerſitatis ēt & totius nomen obtinent: oīa quæ de ipſis hic dici ſolēt, conſiderantur. Poſt multa aūt appellātur, propterea, q̀ anima noſtra poſtea quam multa hęc & ſingularia extiterunt, ea in ſeipſa cōſtituit. Hinc eſt q̀ ipſe etiam Ariſt. animal quod vniuerſale eſt, in libris de aīa vel nihil, vel poſterius quiddā eſſe inquit: nihil, quia per ſe non ſubſiſtat: poſterius, quia eius notio multorū ſubſiſtētiam & compręhenſionem ſubſequitur. Atq; hæc de vniuerſali dicta à me ſunt, vt cognoſcere valeamus, quō hic ab Ariſt. accipiatur. At vero formas eſſe dicunt, qui eas ſtatuunt, quædam opifici propoſita exemplaria, in quæ reſpiciēs quaſi in notas ac præſignationes quaſdam hæc quæ in materia ſunt effingat. quæ quidem opifices ſint rōnes, & quaſi intelligentiæ & ſpeculationes efficientis, non vt qualitates aut ſciētiæ extrinſecus aduentitiæ: ſed quæ proprię ſint & exiſtant, effectrices & intellectuales, omniumq; quæ in materia ſunt, exemplares: omnes ſiquidem formas rōnes diuinas appellant, quarum alię ſint inferiores, aliæ ſuperiores. nullamq; ex ipſis inefficacem eſſe dicunt, quę propriam operationem progrediendo ad ea quę ſubiacent, ſicut ordo ipſarum poſtulat, edere nequeat. Enimuero etiā natura ipſa forma eſt eiuſmodi tamē, vt à corporibus ſeparari minime poſſit: ſed per corpora ſubeat ac penetret, intuſq; incluſa ea fingat, ac gubernet. ſpecies vero, quas ideas vocant, non ita ſed rōnes eſſe affirmant, quę & ſubſiſtant, & oīa prorſus corpora, omneſq; naturas prorſus ſuperexcedant: ſintq; quaſi numerus quidam diuinus, quo veluti exemplari opifex materialia efficiat: quemadmodum ſupra quoq; dictū eſt. Ac de his hactenus orationem paululū protraximus, vt planum aliquātulum nobis fiat, & quomodo ea Plato ſtatuat, & aduerſus quos nunc repugnet Ariſtoteles: dum vniuerſale quod ante multa eſt euertere ac tollere conatur. ſed deſcendamus ad ea quę ſequuntur. QVANquam, inquit, arduam nobis hāc quęſtionem futuram eſſe video: propterea q̀ amici formas introduxerunt.) Modeſtiam hic quandam Ariſtoteles, veritatiſq; ſtudium prætēdit, ac ſimulat: arduā ſibi eſſe inquiēs quæſtionem hanc de ſpeciebus, hoc eſt oſtenſionis impedimentiq; plenam: quę quaſi pudoris recuſationiſque iuſtam cauſam exhibeat: propterea q̀ amici ſint, qui opinionem hanc de formis introduxerunt. amicus enim plato eſt, quia magiſter eius etiam fuit, ſe tamen velle dicit omni hominum amicitiæ rerum veritatem anteponere.

Sed forſan rectius eſſe, & oportere videretur: vt pro veritatis ſalutē vnuſquiſque, & præſertim philoſophi ſua quoque propria refutarent.

B Verecunde quodammodo videtur ad Platonis de bono, & formis opinionem labefactandam accedere. nō enim dixit, eſt rectius: ſed rectius eſſe videretur. & addidit etiā, forſan, vt impudentię ita crimen euitet. licet inquit, amici viri ſint, qui formas ante multa conſtituerunt: melius tamē honore hominum eſſe iudicaretur, & deceret non ſolum amicorum decretis aduerſari, verum etiam ſua quemq; propria euertere: vt veritas ſeruetur incolumis, & non penitus intereat occultata. adiūxit autem, & prę́ſertim philoſophi, quo magis officij huius neceſſitatem augeret, ſtudioſus enim veritatis philoſophus eſt, niſi nomen mentiatur. nam ſapientię amator quidem Philoſophus eſt. ſapientia vero eſt ſciē-

C tia eorum quæ ſunt, quatenus ſunt. ea autem quę ſunt, immobilia atq; immutabilia permanent, neque vnquam alio modo ſe habent, ſed ſemper in firmitate ac ſtabilitate ſua perſeuerant: atq; ita eſſentiam ſuam habent in veritate ipſa conſtitutam. quomodo igitur philoſophus eſſet, qui alicui rerum veritatem poſt ponendam iudicaret?

Nam licet amici ambo ſint, ſanctum eſt veritatem ipſis in honore anteponere.

Sanctum & iuſtum in eo differunt, q̀ illud in ęqualitate inter conformes conſideratur: hoc ad Dei diuinarumq; rerum honorem ſpectat. amicis enim honorem exhibere nihil aliud eſt, quam æquales honorare. veritatem autem omnibus in honore anteponere, illud vero ſanctum ac pium cenſetur, veritas enim diuinum quoddam eſt.

D *Qui igitur hanc opinionem attulerūt, in illis ſpecies nullas faciebant, in quib. prius & poſterius aliquid dicerent. Vnde neque numerorum ſpeciem id eſt ideam conſtituebant.*

Hinc incipit opinionem de ideis refellere, ponitq; ſumptiones quę apud illos celebres conceſſęq; habētur: inquitque eos qui opinionem de ideis hominibus attulerūt, in illis rebus non feciſſe ſpecies, In quibus prius & poſterius dicebant: atq; in huius argumentum numeros adducit. ex numeris enim alius prior, alius poſterior eſt. vt puta tria prius ſunt, quam, quatuor, itē, quam quinq; & ſic deinceps. vnde neque numerorum ſpeciem conſtituebant. nā quemadmodum in logicę contemplationis ſpeciebus ac generibus, in-

E diuidua quę ſub eadem ſunt ſpecie, æqualiter omnia cū ea communicat, neq; aliud prius, aliud poſterius, ſimili modo ſpecies quę eiuſdē generis participes ſunt, neq; enim vel ſpecies indiuiduorum ſpecies erit, vel genus ſpecierum genus ſi in alio atq; alio ordine ijs quę ſub ſe poſita ſunt, participationem exhibeant. Ita quoq; in ideis his contingit. quod vero inquit, nullas ſpecies faciebant, & item, ſpeciem cōſtituebant, nō temere, ſed dedita opera videtur poſuiſſe: vt ſignificet videlicet ideas in ſe nihil eſſe, ſed eorum ratione factas ac conſtitutas extitiſſe.

At bonum dicitur & in eo quod eſt quid, & in quali, & in eo quod eſt ad aliquid. Quod vero per ſe eſt & ſubſtantia, prius eo natura eſt quod eſt ad aliquid. eſſe enim hoc appendix quædam videtur atque accidens eius quo eſt

Quia.

hoc appendix quædam videtur atque accidens eius quod eſt. Quare communis aliqua in his idea eſſe non poteſt.

Ratio hæc eſt in prima figura collecta ad hunc modum. In quibus eſt prius & poſterius in ijs non eſt ſpecies, ſed in bono eſt prius & poſterius: in bono igitur ſpecies non eſt. atq; illud quidē, id eſt in quibus eſt prius & poſterius in illis non eſſe ſpeciē: ita ſumpſit, vt de quo inter Platonicos conſtet. in bono vero prius & poſterius eſſe, quę in ſyllogiſmo minor propoſitio eſt, ex ſupremis, generibus quę generaliſſima appellant, oſtendit, in quibus omnibus bonū reperitur. Bonū enim, inquit & in eo ꝙ eſt quid, quæ eſt ſubſtantia (quid enim de ſubſiſtēte re dicitur. nulla vero eſt ex alijs denuncupationibus ſeu prædicamentis, quas, κατηγορίας græci vocant, quæ per ſe ſubſiſtat, neq; in ſubiecto ſit: niſi ſola ſubſtantia) & in quali, & in eo ꝙ eſt ad aliquid: laiſq; habuit tribus his denuncupationibus ad ꝙ inducitur declarandum. infert enim ꝙ vero per ſe eſt, & ſubſtantia, prius natura eo eſt, ꝙ eſt ad aliquid, per ſe hic accipitur nō pro ſubſtantiali, ſed pro eo ꝙ ad aliud minime reſpicit. ꝙ enim ad aliquid eſt, in reſpectu eſt, q̄ aūt nō ſūt ad aliquid, neq; in reſpectu aliquo ſunt, neque ad aliud dicuntur, ſed per ſeſe ipſa conſiderantur. confirmatio vero minoris propoſitionis ita conſtituitur quod per ſe ſumitur, prius natura eo eſt, quod eſt ad aliud. ſubſtantia & quale per ſe ſumūtur, quod autem eſt ad aliquid ad aliud accipitur. priora igitur ſubſtantia & qualitas eo natura ſunt, quod eſt ad aliquid. ESSE enim hoc appendix quædam videtur, atque accidens eius quod eſt.) Et hoc etiam confirmat id quod eſt ad aliquid poſterius eſſe. appendix enim eius quod eſt, poſterius exiſtit, ſiquidem eſſe aliquid prius neceſſe eſt, deinde ipſi aliud quippiam appendi atq; agnoſci. QVARE communis aliqua in his idea eſſe nō poteſt.) Concludit hic quod à principio propoſitum eſt, non eſſe vllam boni ſpeciem quæ in omnibus particularibus bonis conſideretur, propterea quod in ipſis prius inuenitur & poſterius. nam ſi ea quę alicuius ſpeciei, id eſt ideę habent participationem, alia prius, alia poſterius erunt, vt alia proprius ad exēplar accedant, alia remotius abſint, atq; ita alia magis alia minus participationis habeant, diuerſitas ordinis in participādo efficiet, vt ſimiliora alia principio, alia diſſimiliora euadant. ſicque magis & minus in participatione exiſtet. magis autem & minus in accidentium participatione reperitur, non in ijs quę in ſubſtantia cōmunicant. ſed fieri nullo modo poteſt, vt ea quæ & exemplaria & principaliora longe ſunt, illorum quæ & poſt ipſa efficiuntur, & imaginum locum obtinent, accidentia appellentur. nam ex eo etiam patet, quòd accidens alicui accidit. illud vero cui accidens accidit, prius natura accidente ipſo eſt. prius ergo natura erit exemplari exemplum quod ad imitationem factum eſt, id quod fieri omnino non poteſt. non eſt igitur accidens multis, id quod ante multa eſt. Adde quod illud vnū cum ſit, multorum cauſam eſſe dicunt, quomodo igitur ſi dixerimus id eſſe accidens, & vnum multis eſſe poſterius erit, & cauſa cauſatis? proinde ſubiungit concluſionem quare communis aliqua in his idea eſſe non poteſt. In his id eſt in quibus prius & poſterius conſideratur.

Præterea cum bonum totidem modis dicatur, quot illud quod eſt (nam & in ſubſtantia dicitur, vt Deus & mens: & in qualitate, virtus: & in quantitate, mediocre, & in eo quod eſt ad aliquid, vtile: & in tempore; occaſio: & in vbi, diuerſatio: & alia huiuſmodi) perſpicuū eſt eſſe aliquod vniuerſale atque vnum eſſe non poſſe. non.n. in oībus denuncupationibus, id eſt prædicamētis, ſed in vno tantū diceretur.

Secundum eſt hoc argumentum, quo idem probat. non eſſe videlicet bonum vllum commune atq; vnum quo particularia bona referantur; oſtenditque hoc decem denuncupationum, id eſt categoriarū exemplo vſus: ſumit enim bonum totidem modis dici, quot illud quod eſt, illud vero quod eſt, decem modis in decem ſupremis generaliſſimiſq; generibus accidit: ponitq; in vnaquaq; denuncupa-

A tione boni exemplum, quippe quod in omnibus inueniatur, vt inde pateat bonum etiam quemadmodum id quod eſt, eſſe denuncupationibus omnibus commūne, atque ideo cōmune quoddā vniuerſale atq; vnum eſſe minime poſſe. Mentem profecto bonum eſſe & in ſubſtantia perperſpicuum eſt, item virtutes in qualitate. reliqua vero explicatione aliqua fortaſſe indigent, atque iccirco explicanda ſunt. vt mediocre quomodo bonum ſit in quātitate cōſtitutum, & cętera eodem modo. mediocre enim appellat moderatum. omne autem quod cum conuenienti modo ac menſura fit, bonum eſt, ſicut immoderatum eſt malum in exceſſu & defectu conſideratum. ſed mediocre eſt quantitatis, quare mediocre bonum erit in quātitate conſiſtēs. Item, vtile eſt quod iuuat, quod vero iuuat, bonū, ſed quia
B vtile alicui eſt vtile: ad illud dicitur, ad cuius vtilitatem ſpectat, habetque eſſentiam ſuam, quatenus vtile in eo ꝙ ad aliud dicitur, quibus autem eſſe eſt idem, ꝙ ad aliquid quodāmodo ſe habere, ea ad aliquid ſunt. vtile igitur & bonū quoddam eſt, & ſub id quod eſt ad aliquid refertur. occaſionē quoq; & in tēpore eſſe, & eſſe bonū, non eſt obſcurū. occaſio enim nihil aliud eſt q̄ tempus vnicuiq; negocio accōmodatū, ſicut dicimus nutritionis occaſionē, quādo nutriendus aliquis eſt, & ſilentij & loquutionis occaſionem, quādo aut tacere aut loqui debet, qui ea facultate præditus eſt, & in ceteris ſimiliter: eiuſmodi omnia nihil aliud oſtēdunt, niſi quia omnia quæ fiunt, in tempore fieri neceſſe eſt, tum vnūquodq; in occaſione fieri, cum tempori quo faciendum eſt id attribuitur, vt bene habeat, bene au-
C tem habere eſt bonum. Vnde efficitur vt occaſio in tempore bonum ſit. Ita quoq; in vbi diuerſatio, vbi enim in loco eſſe aliquid ſignificat. & diuerſatio in eo, eſt commoratio & habitatio, quam Δίαιταν vocat. ſi igitur aliquis in temperato & ſalubri loco degat, in bona diuerſatione eſt cōſtitutus, quippe cum in ſalubri loco verſetur, atq; habitet. Hæc Ariſtoteles, qui ſanè ſi aduerſus Platonis ſniam de bono diſputationem hanc inſtituiſſet; nihil mihi in præſentia contra eum dicendum exiſtimarem, partim hominis reuerentia, partim quia nulla neceſſitate ad Platonem tutandum impellerer. Quoniam vero & alio modo Plato bonum accepit, & aliud eſt quod hic ab Ariſtotele refellitur; non eſſe ab re videbitur, ſi nonnulla aduerſus obiectiones has accommodata ſubiungemus, ſtudio pręſertim verita-
D tis inducti, quemadmodum ipſe etiam philoſopho faciendum ſtatuit. Plato enim vnum & arcanum & bonum communem omnium quę ſunt, cauſam eſſe dixit. ſupraq; oīa quæ ſunt, vnū collocabat, id omnium qdē cauſam, nihil tamē quicq̄ ex omnibus eſſe affirmans. vnde efficiebat, vt id ſupra ens, & non ens appellaretur, non ꝙ eo quod eſt, eſſet inferior, ſed qa omne quod eſt ſuperexcederet. omnia igit ſecunda bona referri ad illud tāquam commune bonum, quod omnibus participaretur exiſtimabat. quippe cū vnūquodque bonum quod poſt illud eſt, aliud quoddā ſit bonum ex illius participatione, quatenus ſcilicet illius eſſe particeps vnumquodq; poteſt. at illud ſuper expanditur, nihilque aliud eſt q̄ bonū, atq; iccirco & vnum proprie & primo propterea dicitur, quia per ſeſe ſolū neq; cū alio vllo
E cōſideratur. Quid igitur abſurdi ſequetur, ſi id quod præcipue cauſa omnium eſt, omnibuſq; exhibet, quę in decem denuncupationibus dicuntur, vt ſint, eorū omniū cōmune quoddā, vtpote cauſa, atq; vniuerſale bonū appellabitur? quippe quod ante omnia hæc multa bona exiſtat, efficiatque, vt ea omnia & ſint, & bona ſint, quæcunq; eius participatione, reductioneque ad id bona dicuntur. Quin etiam Ariſtoteles ipſe initio huius eos laudat qui ipſum bonum illud eſſe aſſeruerunt, quod omnia expetunt. qui dum inquit bene id eos aſſerere, manifeſte declarat, ſe quoque primum omnium maximeque vniuerſale bonum quoddam fateri. id quod ex eo facile cognoſci poteſt, ꝙ inquit ipſum bonum & quod omnia expetūt: nam & huiuſcemodi loquutionis figura, hoc eſt cum dicimus ipſum bonum, id eſt τἀγαθὸν cum articuli demōſtratione, à Platone,

eiuſque ſectatoribus poni,conſueuit,cum de primo & vni A
uerſali bono eſt intelligẽdum.& cum inquit,quod omnia
expetunt nihil aliud ſignificat quã longe primum omniũ,
maximeq; vniuerſale.ſi enim illud omnia expetunt, ſupra
omnia id ſit neceſſe eſt.omnia vero cum dicimus,nihil ex
ijs quæ ſunt, quoquo modo fuerint, relinquimus, quod
intelligi extra poſſit. ſi omnia igitur illud expetunt, ſupra
neceſſario eſt, & primum,& cauſa, & vniuerſale omnium
maxime, non ſanè poſt hæc multa, neque ſecundum ab
his multis, qui enim fieri poſſet, vt prima ſecundum appe
tere dicerentur? ſed proculdubio omnia id quod longe pri
mum quoque eſt ſupra omnia expetunt. Quapropter ſu-
peruacanea hæc videtur eſſe Ariſtotelis impugnatio aduer
ſus eos qui vniuerſale bonum ſtatuunt, eo modo quo ipſi
ſtatuunt: præſertim cum id quod in principio etiam ipſe
conceſſit,nunc velit captioſe labefactare.

Praeterea in ijs quæ vnã habent ideam,vna quoq; ſcientia B
eſt: atque ita bonorum omnium vna quadam ſcientia eſſet.
ſed multæ ſunt ſcientiæ eorum etiam quæ ſub vna denuncupa-
tione conſtituuntur, vt occaſionis: in bello militaris ars: in
morbo, medicina, & mediocris: in alimento, medicina: in la-
boribus, exercitatoria.

Licet cauillatorie & captioſe conetur refellere Ariſtote
les eos,qui vnum atq; vniuerſale bonum introduxerunt:
non tamen ob id mihi faciendum puto,vt vel ſiquid expli
catione indiguerit, non explicem,vel quod verum eſt, pro
viribus non manifeſtem. Ita igitur hic ratiocinatur. Eo-
rum quæ unam habent ſpeciem vna quoque ſcientia eſt:
bonorum nõ eſt vna ſcientia. bonorum igitur vna ſpecies
non eſt. qui eſt in ſecunda figura modus ſecundus.non eſ- C
ſe autem vnam bonorum ſcientiam à maiori oſtendit. nã
ſi in ijs non eſt vna ſcientia q̃ in vna & eadem ſunt denun-
cupatione.i.categoria,multo minus in illis erit,q̃ ſub diuer
ſas referuntur.magis ſiquidem videri poſſet, vt quæ in ea-
dem denuncupatione ſunt conſtituta, eandem ſcientiam
haberent,quàm quæ in diuerſis.eſſe vero bona ſub vna de-
nuncupatione,quæ diuerſas habeant ſcientias,inductione
confirmat. occaſionis enim inquit, quæ genere vna & ea-
dem eſt,multæ reperiuntur ſcientiæ, quæ circa ipſam ver-
ſantur. eſt enim occaſio belli, quando bellum gerere cum
cum hoſtibus conducit, cuius rei ſcientia militaris eſt. in
morbo quoq; occaſio eſt, quando vel cibus,vel potus, vel
medicamentum debet exhiberi:& huius quoq; ſcientia eſt
medicina. ſed & mediocre, genus boni aliud eſt,quod & D
in cibo & in laboribus conſideratur, in cibo, medicinam
ſciẽtiã habet,in laboribus exercitatoriam. quatenus enim
ali oporteat aliquẽ, vt neq; exceſſu neq; defectu peccetur,
medicina eſt,q̃ indicat:quatenus vero exercẽdũ corpus ſit,
& laborãdum,exercitatoriæ artis præſcribere primum eſt,
quæ quidẽ artes,ſi id eſt exercitatoria & medicina licet ſub
ſe mutuo non ſint collocatæ: ſunt tamen diuerſæ,& inter
ſe appoſitæ.Hæc ſunt quæ hic inquit Ariſtoteles. aduerſus
quæ qd dici poſſit, ſubticendũ non eſt, quo neq; hæc vllã
vim habere ad opinionẽ de primo bono, eoq; ꝙ nihil ali-
ud eſt,q̃ ipſum bonum, refellendam cognoſcamus.nemo
enim ambigit,quin hoc illud ſit,ꝙ omnia bona efficiat,cu
iuſq; participatiõe oĩa ꝓ rata quæq; portione bona appel
lent.nam qd refert,ſi aliud magis aliud minus bonũ:aliud E
ꝓpiꝰ, aliud lõgius ab illo eſt? aliud itẽ bonũ ꝑ ſe,vt ſanitas
corporis & virtutis animi:aliud vero eiuſmodi eſt,vt ad ho
rũ aliqd cõferat,ſicut eſt victus,exercitatio, medicamẽtũ:
afflictio etiã aliqua corporis,duraq; vitæ traductio,qua ſit
vt tolerantiã in animo perturbationumq; vacuitatẽ con-
ſequamur? cũ enim ordo in omnibus quidã ſit, quo aliud
præſtantiſſimum,aliud ſecundum, aliud tertium ac quar-
tum,& deinceps pro dignitate vnumquodq; ſua conſtitua
tur:boni participatio ordine quodam vnicuiq; contingit.
& ſi ordo in rebus bonum quoddã eſt,quemadmodũ con
fuſio malum: quomodo dicere aliquis poſſet, nullo ordi-
ne boni communicationem fieri?vel igitur omnia æqualia

A eiuſdemq; ordinis,cõformiaq: & cognata, id eſt eiuſdẽ &
ſpeciei & naturæ ſint,neceſſe eſt,differentiaq; oĩs eſſentiæ
rerũ omniũ,ordiniſq; tollatur,vt neq; ornatus quiſpiã,ne
que cõſenſus ſuncturaq; apta in ipſis inueniatur, ſed cõfu-
ſa oĩa,vt forte incidit quodq;,ita iaceãt, vel ſi ornatus ali-
quis & ordo in rebus reperitur,atq; ex vno cuncta exiſtũt,
nõ eadẽ tamẽ genere aut ſpecie,ſed longe inter ſe diuerſa,
vt alia ſubiecta,alia ſuperpoſita ſint,atq; excellant,procul-
dubio efficietur,vt alia potiora, alia deteriora euadãt:alia
itẽ propius ad primũ accedant,alia ab eo remotiora cõſpi
ciant,atq; ita omnibus primi participatio ꝓ ſingulorũ di-
gnitate exhibeatur. Proinde ſi & rerũ naturæ diuerſæ ſunt,
& præſtantia & ordo vnicuiq; conueniẽs,qui fieri poteſt,
vt anima noſtra dũ ſingula contẽplatur,accõmodatã ſin-
gulis ſpeculationẽ nõ adhibeat, arteſq; & ſcientias per ge-
nera & ſpecies rerũ non cõſtituat,eaq; ratione naturas cõ
ſideret, prout vniuſcuiuſq; earũ dignitas poſtulat? Intelle-
B ctus enim quippe qui à materia & corpore penitus eſt ab-
ſolutus,repẽte omnia ſimul contẽplari poſſet:nam & quæ
multa ſunt, in vnione, & quæ ſpeciatim numerantur,ſine
vlla partitione,& quæ diſtincta habentur,ſine vlla diſtin-
ctione complectitur. Anima vero affectat quidem illam
intellectus repentinam operationem,perfectum eius,vnũ
ac ſimplex intellectionis genus ſummopere appetens: ſed
cum aſſequi nequeat,circuncurſat ipſum vndequaq; ac cir
cũ ſilit atq;ita mutata ſpeculationis applicatione,trãſituq;
ſin aliud facto diuerſam ac diuiſibilẽ ſpecierum naturã di-
uidit.vnde etiã modos alios, atq; alios cognitionis excogi-
tat,vt propriã vnicuiq; rei indagationẽ intendẽs peruenire
tandẽ ita ad omniũ cognitionẽ poſſit.ſicut.n. alijs alia na-
C tura, aliuſq; ordo conuenit, ita quoq; aliũ alij eſſe cogni-
tionis modum neceſſe eſt.Quemadmodum igitur ea quæ
ſunt non eodem modo cognitionis omnia,quatenus ſunt,
percipiuntur:ſic in particularibus bonis, neq; omniũ vna
eademq; cognitio eſt,quatenus ſunt bona: neq; occaſio-
num,quatenus occaſiones, neque mediocrium, quatenus
mediocria,neq; aliorum cuiuſpiam, quæ ſimili modo ac-
cipiuntur. Et ſicut mirandum non eſt ſi vnumquodq; ex
ijs quæ ſunt, alio atq; alio cognitionis modo intelligatur,
quatenus ſcilicet hoc vel illud eſt verbi cauſa, quatenus na
turale,vel diſciplinale, vel diuinum, quatenus itẽ eſt cœle-
ſte,vel terreſtre,vel marinum, vel aereum, vel igneum, vel
ſublime,aut tale quippiam, ita nihil mirum eſſe debet, ſi
occaſio etiam aut mediocre,aut aliquid huiuſmodi aliud
diuerſo modo cognoſcatur. Omnia quidem bona cum
D vnius participatione exiſtãt,ad vnum referuntur:atq; ita
quatenus ad vnum illud referuntur,in eoque cõicant, vna
eademq; ſcientiã percipi omnia poſſent, quatenus tamen
ſingula per ſeſe hoc vel illud ſunt, alia atq; alia arte vel ſciẽ
tia indigent,quæ proprie vniuſcuiuſq; naturæ ac perfectio
ni conueniat.Sed.n.de ſubſtantia quoq; illud excutiẽdum
perpẽdẽdumq; videtur:rectè ne ſuperius dictũ ſit,nõ repe
riri in ipſa magis ac minus:vt omnes id accidẽs exiſtimari
oporteat,in quo intentio ac remiſſio aliqua conſpiciatur:
atq; iccirco neq;in eadẽ ſpecie quppiã eſſe ex ijs q̃ participa
tione eius exiſtunt,ꝙ vel propius vel remotius ſit:ne intẽ-
tione ac remiſſione participationis magis ac minus in illis
eſſe cõcedamus: atq; ita ꝙ eo modo particeps eſt,accidẽs
eſſe. videatur. Nã ſi magis & minus in ſubſtãtijs quoq; nõ
E reperitur,dubitãdũ ſane eſt,quo modo alia magis, alia mi
nus participatiõe eius ꝙ eſt,exiſtãt.ſi.n.participatio magis
& minus nõ ſit,æqualiter eodemq; modo erũt oĩa:tã æter
na,q̃ quæ generãtur,tã ea q̃ corruptiõi minime ſunt obno
xia, q̃ quæ corrumpuntur. neque alia propius ad primum
illud quod eſt,accedent, alia longius ab eo diſtabunt: ſed
æqualis erit omnibus participatio,vt illud quod alijs eſſe ip
ſum participat, atq; vt ſint,efficit,nihil amplius alijs habe
at,& neq; ipſum prius ſit,niſi tantum vt cauſa,neque alia
poſteriora,niſi vt cauſata: non natura ſed ordine ſolum-
modo differẽtia:ne ſi magis & minus in eſſẽtia habuerint,
accidẽtia efficiantur. ſed neque appetitio ipſis qua ad pri-
mum

mum initium conuertuntur, alia erit atq; alia, ſed eadem prorſus: tam intelligibilibus quam intellectualibus, tam rationalibus, quàm iis quæ ſenſu etiam prædita ſunt: tam viuentibus abſolute, quàm illis quę ſolummodo id habent, ꝑ ſunt. Quæ omnia præter ipſam rerum euidentiā eſſe manifeſtū eſt. An fortaſſe ſubſtantiā magis & minus non habere non abſolute ita accipitur, ſed cū rationali quodā modo idest logice res conſideramus, illæ primæ ſubſtantiæ & proprie & maxime ſubſtantiæ dicuntur, quæ ſenſui ſubiectæ ſunt: ſecundæ vero, quæ ex abſtractione ſumuntur, ſuntq; ſolummodo notiones in animo, nulloque alio modo ſubſiſtunt. ex quibus ſane magis ſubſtantiæ illę habentur, quæ ad primam illam quæ proprie et maxime eſt ſubſtantia propius accedunt, ac tanto magis, quanto propius acceſſerint, tanto item minus, quanto remotiores fuerint. Ita quoq; fit in intelligibilibus, prima ſubſtantia & proprie & maxime ſubſtantia ea appellatur, cui primum intellectus ſpeculatione ſuam appellit, puta ac ſine vllo medio intellectione omne id quod eſt ea ratione qua eſt, complectens, vt nihil extra non inſpectum relinquatur. ſecundæ aūt, omnia ea quæ ab hac prima ſerie quadam dependent: hoc eſt quæ primi illius quod eſt, primiq; intelligibilis participatione eſſe dicuntur. ſuntq; ſecundæ ſubſtantiæ quæ poſt primū illud vſque ad ea quæ ſenſibus ſubiecta, generationiq; obnoxia ſunt, quaſi gradatim progrediuntur atq; hac ratione magis & minus eſſe, ſubſtantias abſurdū non eſt: ac ſi eſſe, nō eſt abſurdum, dici multo minus erit. nam licet ſubſtantia quodā modo non habere magis & minus dicatur, non tamen abſolute dicitur. id quod & ex iis quæ ſenſibus ſubiiciuntur, & ex illis quæ per abſtractionē conſiderantur, patere optime poteſt; in vno enim & eodem ordine nulla ſubſtantia eſt, quę ipſa vel ſui vel alterius ratione ac reſpectu magis & minus dicatur. verbi cauſa, aliquis homo neq; ipſe ſeſe ipſū reſpiciat, hoc magis nōe minus homo eſt: neq; ſi aliū ex particularibus ſpectet: ſimili modo neq; equ' aliqs. neq; ite homo aliqs reſpectu alicuius eq. eiuſdē ordinis. n. ſubſt ſingula atq; indiuidua: & ite ſpecies extremę inter ſeſe: quę ite proxime ſupra has collocata ſunt, atq; ita ſubinde, vſq; ad ſupremū genus quę diſpertita diuiſione cōficiūtur, eund. q; ordinē habēt, ſimili modo oēs ſubſtātiæ ſunt: & nihilo magis alia q̃ alia. in illis vero quę alio atq; alio ordine cōſiderant, magis & minus quippiā exiſtit, vt magis ſubſtantiæ illę ſint, quæ primæ ſubſtātiæ magis accedūt, minus, quæ longius ab ea abſunt, atq; iccirco quo viciniora aliqua primę ſubſtātię ſunt, eo affiniora, ſimilioraq; ipſi euadunt, cum et ſuperius collocatis ad denuncupādū, & generę diuerſis ad ſubſiſtēdum merito illius ſubiiceāt, ſicut illa omnibus. Ad eundē igitur modū de cūctis abſolute quę ſunt, dicēdū eſt. Illud quidē ꝙ primo eſt, nihilq; aliud eſt q̃ ipſum ens, prima ſubſtantia, & proprie & maxime ſubſtantia dicitur, nō ſenſibili ſed intelligibili modo ſubſiſtēs. At quę poſt ipſam ſunt, licet omnia ſimul ſecunda habeātur, quia poſt primū illud ꝙ eſt, exiſtunt, magis tamen eſſe ea dicuntur, quæ primo illi propius accedūt, ſicut minus quæ remotius abeūt: quouſque ad ea peruenerimus, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt, in generationeque conſiſtunt. quæ vero eundem ordinem habent, in his quoq; ęqualia inter ſeſe ſunt, vt neque magis neq; minus alterū altero ſit. atq; ita & rerū ordo ſeruatur, & primi participatio ordini correſpondet, vt magis & minus in ipſis partim conſideretur, partim minime, ſicut modo dictum eſt. Tametſi nihil obſtat, quin ex accidenti & idem ad ſe, & quæ ſunt eiuſdem ordinis, inter ſe magis & minus & ſint, & dicantur. Ac de bono & ſubſtantia quantum ad Platonis cauſam defendendam ſpectat, ſatis dictū ſit. Nam de ideis intellectualibus & intelligibilibus, primis & ſecundis, ſicut Parmenides & Plato ſtatuerunt, quinetiā de boni inquiſitione abſolute diſſerere, noſtrum in præſentia non eſt. Dicant ipſi qui ſpecies introduxerunt, oſtendantque, & quod ſint, & quid, & quomodo ſint, quem item ordinem, & quam operationem habeant, id quod ſane faciunt. iccirco quicunque exactius de his ſcire aliquid vult, ad eos legendos ſe conferat.

Dubitaret autem quiſpiam quidnam velint per ſe vnumquodque dicere: ſi & in per ſe homine & in homine vna & eadem ratio hominis eſt, nam qua ęque homo, nihil different. Quod ſi ita eſt, neque quatenus bonum, quicquam diſtabunt.

Hæc ratio non tantum aduerſus bonum vniuerſale, verumetiam aduerſus omne vniuerſale abſolute videtur repugnare, vt eſt id, quod vniuerſale ante partes Platonici appellant. eſt autem argumentatio à definitione. nam ſi vterque, inquit, tam per ſe homo idest αὐτοάνθρωπος quam homo, homo eſt: eandem rationem, quatenus homo vterque admittet, nihilque inter ſe vt homines differunt, quod ſi eſt, neque vt bona, quicquam diſtabunt. quam enim rationem homo habet ad per ſe hominem: eandem bonum ad per ſe bonum habere neceſſe eſt. Nam ſi illic & hominis & per ſe hominis eadem natura eſt: eadem quoque ratio vtrorumque erit. Quare etiā hic ſi eadem natura boni eſt & per ſe boni: erit ſimili modo eadem ratio vtriſque: erit igitur & illic homo idem quod per ſe homo: & hic bonum idem quod per ſe bonum; quod αὐτοαγαθὸν dicunt, vt ſuperuacua omnis vniuerſalis conſtitutio ſit, ſi eadem natura ſunt & per ſe & non per ſe. At enim quomodo ò Ariſtoteles (ita dicerent Platonici) bonum ipſum idem ac ſimili modo eſſe poteſt tam in materiali re, quam in ea quæ materia vacat, tam in imagine, quam in exemplari, tam in ſimplici, quam in compoſito: tam in eo quod ex participatione bonum eſt, quam in eo quod participatione omni caret? vel quomodo ſubſtantiæ ratio eadem eſſe poterit huiuſcemodi rebus, quæ adeo, ſicut dictum eſt, inter ſeſe diſtant, niſi & imaginem & exemplar dixeris ſimili modo ſubſtantiæ rationem admittere? Sed quia tua quidē ſententia in materialibus naturalibuſque rebus tunc definitio eſt perfecta, cum materia & forma inter ſe coierint: ſi ita quoque in materia carentibus definitiones ſumere voluerimus, quæ materia vacant, erunt materialia: hoc autem fieri nullo modo poteſt: non igitur eſſe debent & iis quę ante materialia exiſtunt, & ipſis materialibus eędem definitiones.

Verumtamen neq; quia ſempiternum aliquid eſt, ideo magis bonum erit: ſiquidem neque album quod diutius, quam quod vno die tantum durat, albius eſt.

Propterea quod oppoſitum quaſi eſt, quod illa ſemper ſint, & nunquā eſſe deſinant; hæc fiant, & intereant, quodque id quod ſemper eſt, quā aliquando, magis eſſe videatur, iccirco oppoſitionem hanc ſoluit ſubſtantiæ ratione iterum vſus: exemploq; albi adhibito argumentationem cōficit hunc in modum, quemadmodū, inquit, in albo colore ſit; ſi fuerint duo alba, quorum alterum diuturnum, alterum diarium ſit, nullus magis album eſſe dicet diuturnum quam diarium, propterea quod in vtriq; eadem, quatenus ſunt alba, ratio ſeruatur. Ita neq; ſempiternum bonum magis bonum eſſe quam temporarium debet, cū eadem vtriq; boni ratio æque conueniat. ratio enim nihil aliud quam ſubſtantia vniuſcuiuſq; eſt. at ſicut ſubſtantia vniuſcuiuſque non eſt magis neq; minus id, quod eſt, ſic ſubſtantiæ quoque explicatrix ratio licet in diuerſis conſideretur, diuerſiſque conueniat, quorum aliud longiore, aliud breuiore duret tempore: eſſe tamen magis & minus nullo modo poterit, quippe cum neque homo aliquis longæuus ea de cauſa magis homo ſit, quam alius cui anguſtū vitæ ſpatium conceſſum fuerit. nam cum ex æquo ſubſtantię ratio vtrique conueniat, non pōt tempus ſpeciei prout eſt ſpecies, quippiam adiūgere. Poſſumus quidē ad hoc vel ita ſimpliciter reſpondere, vt magis bonū eſſe oſtēdamus, ꝙ ſempiternū eſt, q̃ quod vno tantū die perdurat, ad hunc modum. ſi eſſe vnicuiq; melius eſt, q̃ non eſſe, efficietur, vt eſſe ēt ſemper, quam aliquando, longe melius ſit: nā illud quod aliquādo eſt, cum interrumpitur nec amplius ſit, tunc non amplius eſt, ſed plane non ens euadit, at ſempiternum tunc adhuc eſt ens, longe melius igitur erit eo ꝙ non

amplius eſt. melius vero, boni auctione atque intentione melius dicitur. cui autem boni eſſentia augetur atque intenditur, illud vero magis bonum eſt. Quanquam non eadem eſt inter ſe cōparatio & eius ꝙ longo quodā tempore perdurat, ad id quod breuius viget: ſempiterni, ad diariū breuēn . n. & longeuū licet quātū ad tempus attinet, diuerſa habeant: eiuſdē tamen naturę eſſe facile poſſunt: ſempiternum vero & diariū nullo modo poſſunt. nā quēmadmodū diariū & caducū materialē habet ſubſtātiā ac fluxā, quę ſubinde fiat ac generetur, nunq̄ vero ſit: ita ſempiternū immateriali ac ſtabili ſubſtātia cōſtat, quæ vere & ſupra oēm generationem exiſtat. Poſſumus etiā alio modo hanc diſſoluere rationem. Nam ſi bonum aliud eſt, quod vere exi- B ſtit, & per ſe eſt, quod eſſe dicitur: aliud eatenus eſt, quatenus alterius ſit bonitatis particeps; qui fieri poteſt vt id ꝙ per ſe eſt, non ſit primo ac præcipue & maxime bonū magiſque bonum quam id, quod ex participatione eſt: quemadmodum exemplar imagine eſſe conſueuit? Merito igitur dicere aliquis Ariſtoteli poſſet, ſtudioſe videris ô Ariſtoteles, quippe qui amicus & diſcipulus Platonis fueris, aduerſus opinionem de ideis ita cauillatorie ac captioſe dubitaſſe: vt ex eo quod nihil eras dicturus, quod ad euertendas ideas faceret, eam confirmares magis ac ſtabilires.

Probabilius autem de ipſo Pythagorei dicere videntur: cum vnum in bonorum conſortia conſtituant: quos quidem ſequutus videtur etiam Speuſippus. C

Duo conſortia & ordines ſtatuerat Pythagoras: vnū, in quo huiuſcemodi ſeries rerū cōtinebat, finis, impar, vnum, dextrū, maſculum, rectum, lumen, quadrāgulum, quieſcēs, bonum: alterum, in quo contraria, infinitum, par, multitudo, ſiniſtrū, fæmina, curuum, tenebrę, oblongum, motum, & malum. Quæ quidem vtraq; conſortia propterea appellauit, ideſt grece συστοιχίας: quia vtraq; nihil aliud quā rerū inter ſe conſortium ac coniugatarum ordines ſunt, ſingula vero ſecundi ordinis ſingulis primi opponuntur, fini infinitum, impari par, vni multitudo, atq; ita deinceps, & poſtremo bono malum. Neque tamen Pythagoram hic laudat, quod abſolute recte diſputationē de bono exequutus ſit: non enim recte ſimpliciter & abſolute eum dicere in- D quit, ſed præfert eius ſententiā ijs quæ à Platone dicta ſunt: cum ait, probabilius Pythagorei dicere videntur, non abſolute recte, & probabilius, non rectius, neque rationi magis conſentaneę, nam probabile non abſolute verum aut rectum, aut rationi conſentaneum eſt: ſed eiuſmodi, quod veritatis cuiuſdam & rectitudinis ſpeciem præ ſe ferat. Videtur autem hoc dicere, eo quod vnum in bonorum ordine ſtatuentes Pythagorei virtutem eius perfectricem ac conſeruatricem oſtendunt. vnumquodque enim in eo perficitur, bonumque redditur ac conſeruatur; quippe cum, dum in vno eſt, indiſſipatum permaneat atque indiuiſum, diſſipata vero ac diuiſa pereant ſingula atque intereant. & fortaſſe ita inquit Ariſtoteles, conuenientiuſque arbitratur eſſe de bono hoc dicere, quam vniuerſale id atque ideam ſtatuere. Speuſippum quoq; ait ſequutū E eos eſſe, qui etiam ipſe vnius ex illis fuit qui de diuinis apud Græcos ſcripſere.

Sed de his alia ſit diſſertatio.

De Pythagoreis, inquit, & Speuſippo in præſentia nobis diſputatio nō eſt, ſed de ijs qui ideas introduxerūt. iccirco. illis omiſſis rurſus ad Platonicos redit, ita inquiens:

In ijs vero quæ dicta ſunt, controuerſia quędam ſubeſt: propterea quòd non de omni bono rationes dicta ſunt: ſed ſecundum vnam ſpeciem ea dicuntur, quæ per ſe amantur: vero hæc conſeruant, aut efficiunt quodammodo, aut contraria prohibent: propter hæc alioque modo bona dicūtur,

Exactam quandam de bono diſquiſitionem ſubijcere ſibi hic videtur, quo occaſionem nanciſcatur opinionis adhuc de ſpeciebus labefactandæ, ita ſanè vt quaſi ſe ipſe reprehendat, quod in ijs quæ ſuperius dicta ſunt, de bo- A no diſſerendo defecerit. cum enim, inquit, duobus modis bona dicantur, confuſe ac ſimpliciter hucuſque oratio noſtra habita eſt, nam ſecundum vnam ſpeciem bona dicuntur ea quæ per ſe amantur atque expetuntur: ſecundum alteram ea quæ hęc efficiunt, vel conſeruant quodam modo, vel etiam contraria prohibent, vt quæ non per ſe dicuntur bona, ſed propter illa: dico autem bona per ſe, vt ſanitas, vt virtus: quarum illa corpori, hæc animæ bonum ſumatur, ipſæ tamen per ſe expetendæ eligendęque ſunt. Inciſiones vero & medicationes, medicationes, exercitationes, abſtinentiæ à quibuſdam, aliorum aſſumptiones, labores item, & ærumnæ, propter illas expetuntur. illæ ſi- B quidem bonorum omnium ſibi ſubiectorum perfectiuæ ſunt: hæc minime, ſed tantum conferunt ad illas conſequendas. Nam cum medicina vel præſentem ſanitatem proponat conſeruare, vel abſentem renouare: iccirco quędam ad præſentis ſanitatis conſeruationem, quædam ad eiuſdem abſentis reparationē exercet. verbi cauſa, ſi ęgrotat aliquis, ab ijs abſtinere præcipit, quæ morbum augent & irritant: ſumere vero ea quæ vel morbo aduerſentur, vel ſaltem affectionem præter naturam non augeant, tum detrahendam materiam atque euacuandum procurat, & ferrum etiam interdum vbi opus eſt, inciſioneſque adhibet. ſi vero valeat aliquis, & ſuſpectus tamen morbus ſit aliqua de cauſa, ſiue ob temporum viciſſitudines, ſiue ex cœli immutatione, ſiue ex mala aeris corrupti temperatura, C vel ob aliqua etiam quæ in vita contingere conſueuerunt, vt curas, vt laſſitudines, vt mœrores, & ſolicitudines interdum, atque id genus reliqua, ex quibus naturalis conſtitutio immutari plerumque ſolet: tunc tutela adhibetur & cautio, atque inde varij ac multiformes præſeruationis modi à medicis inuenti ſunt ad morbos arcendos. Sed hęc in corporibus. In anima etiam inuenire eadem ſtudia potes, altera, quæ virtutem conſeruant, altera, quibus vitia amouentur, quæ omnia propter ſanitatem & virtutem à medicina & ciuili facultate exercentur. effectricia vero virtutis & ſanitatis corporis ea hic dicuntur, quæ in qualitate vel malis corporum temperaturis, vel moralium virtutum corruptionibus ac deprauationibus aduerſantur. D

Perſpicuum igitur eſt bona duobus modis dici: alia, per ſe, alia propter ea quæ per ſe dicuntur.

Cum dixerit duobus modis ſumi bona, alia per ſe, alia quatenus ad hæc ipſa conducunt: nullam de hoc demonſtrationem ſubiunxit ſecundum neutrum modum, ſed quaſi euidens ſumit in præſenti ac certum id dictum, ſolumque commemorat ſecūdum duas ſpecie bona ipſa dici, vt alia per ſe ſint, alia propter illa. deinceps tamen hoc idem inductione confirmat.

Seiungamus igitur bona hęc per ſe ab vtilibus: ac conſideremus an ea ſecundum vnam ſpeciem dicantur.

Videtur ſanè huiuſcemodi quandam ſententiam habere hæc oratio: Reprehendere fortaſſe aliquis nos poſſet, quòd quæramus ſit ne aliqua boni idea, & tamen confu- E ſe ſumamus bona ipſa, neque diſtinguamus per ſe expetenda ab ijs, quæ ob alia appetuntur, vt ita verum inueniri tandem queat: an ſub vnam reducantur ſpeciem quæ per ſe ſunt bona. nam quæ ob alia bona ſumuntur, cum neque per ſeſe dicantur, neque abſolute bona ſint, conari quidem prorſus debemus in vnam boni ideam ipſa reducere, eſſe vero quædam per ſe bona ex inductione demonſtrat, ſimul definiens ac dicens.

Qualia vero eſſe per ſe bona aliquis ſtatueret? an ea quę vel ſi ſola relinquantur, perſequimur: vt voluptates nonnulla, & honores? nam licet hęc ob aliud quippiam perſequamur: eſſe tamen ex ijs quæ ſunt per ſe bona, ſtatuere aliquis poſſet

Ex inductione iam oſtendit, ſicut dictum eſt, nonnulla eſſe quæ ſunt per ſe bona, definit que inſuper qd ſit per ſe bonum, id que, quaſi de pluribus loquatur, aſſignat, ita tamen

men, vt nihilominus de vno cōmuni intelligi oratio poſſit per ſe enim ea eſſe inquit, quę vel ſi ſola remaneāt, perſequitur, hoc eſt ea, quæ licet nihil aliud aut ipſa conſequatur, aut ex electione ipſorum eueniat: ſunt tamen vel ſola ipſa per ſe ſectanda, id eſt electione, & intellectione digna. Nam quamuis ex prudentia nihil eueniat, ipſa tamen per ſe prudentia eiuſque operatio ſectanda eſt, & videre ſimili modo, non dixit autem prudentiam & viſionem, ſed ſapere, & videre, propterea quòd prudentia & viſio habitus, ſapere vero & videre eorum habituum operationes, atque iccirco magis eligendæ. Vt voluptates nonnullæ, inquit, & honores. non enim omnis voluptas aut omnis honor bonum eſt, ſed quædam voluptates eſſe reperiuntur quę tales minime ſint. neque enim aut cinædorum aut ſcabia laborantium voluptates bonum eſt, ſed quæ ex rerum contemplatione animo percipiuntur, ea ſane bona eſt & ſectanda, ijs præſertim qui ſapiunt, & cognoſcunt quæ ſit hominis profectio. pari modo ea quæ ex perturbationum ſublatione prouenit, cum ſcilicet anima omni perturbationum tempeſtate libera in quieta ac pacata tranquillitate conſtituta eſt, peioribus facultatibus potiori ſubiectis. Ita etiam honores qui ab his proficiſcuntur, qui nos cognoſcunt, recteque ſentiunt, & ob virtutem & ſapientiam exhibentur, expetendi ſectandique ſunt; contemnendi contrà atque aſpernādi, quos ſtulti, & imperiti exhibent. Verum licet hæc omnia ob aliud quippiam perſequamur, eſſe tamen ex ijs quæ per ſe bona ſunt, ſtatuere aliquis poſſet. Nam ſapere per ſe bonum eſſe perſpicuum eſt, quippe cum ſit operatio virtutis, quę in ratione conſiſtit. Idem quoque ad multa conferre non ignoramus, ne dicam ad omnia, quæ in vitæ noſtrę actionibus recte efficiuntur. Eodem modo videre per ſe etiam bonum eſt, eo quòd complures nobis cognoſcendi differentias exhibet, eſt nihilominus etiam vtile, quippe cum faciat, vt & nocua, & conferentia vel è longinquo agnoſcamus, quo & illa fugere, atque interdum propulſare, & hæc perſequi atque attrahere quandoque ad noſmetipſos poſſimus. Idem in voluptatibus & honoribus inuenies. quid enim ſingula percenſenda ſunt? his vero ſubiungit.

An ne aliud quidem quippiam præter ideam? Quare vana erit ſpecies.

Quia dixit ea quæ ſuperius poſuit, eſſe per ſe bona, quaſi conceſſum id ſit, hoc ſubiungit quaſi cum reprehenſione quadam. nam ita dicere, an ne aliud quidem quippiam præter ideam? reprehendentis eſſe ac diſſimulatione vtentis, videtur, perinde ac ſi diceret. an omittemus ea quæ abſque vlla dubitatione per ſe bona ſunt, contēptaque ipſa euidētia ſolam ideā eſſe per ſe bonum fatebimur? ecce enim alia iā præter ipſam eſſe per ſe bona demonſtrata ſunt. Quare ideam ſtatuere vanum eſt ac ſuperuacuum. Nam ſi nihil ex euidentibus manifeſtiſque rebus eſſet per ſe bonum, neceſſe forſan fuiſſet, vnum aliquid ſtatuere, quod per ſe bonum eſſet, in quod referrentur cætera, obidque bona appellarentur, ſed cum multa huiuſcemodi inueniantur, ſuperuacua vnius illius conſtitutio omnino eſt. Verum ō Ariſtoteles etiā ſi per ſe bona eſſe ſtatueret aliquis, quemadmodū tu inquis, ſapere, & intelligere, item voluptatem quæ ex ſpeculatione rerum prouenit & honorem qui à prudentibus exhibetur, non tamen ita per ſe bona eſſe cōcederemus, vt ex ſeſe eſſent, & per ſe ipſa ſubſiſterent, aliorumque eſſent, vtpote imaginum exemplaria, itaque agerent, vt ſibi ſimilia gignerent, id quod de ideis ſtatuiſſe Platonē manifeſtum eſt. ſed ita per ſe bona eſſe diceremus, vt non ex ſe eſſent, ſed ab alijs dependerent in alijſque ſubſiſterent, atque aliunde producerentur, nullorumq; eſſent exemplaria, ſed ob id tantum per ſe eſſe dicerentur, eo qđ per ſe ſectanda ſint, nō quia ſubſtantiæ exiſtāt. Quare vana etiam hæc tibi cauillatio euaſit, eo quòd pluribus modis id quod per ſe eſt, dicitur, ex æquiuoca- A tione fortaſſe inducta, quæ tamen ipſas ſpecies non magis labefactat, quàm ſtatuit. dum enim imbecilliter ad modum naturæ earum repugnat, eas magis ſtabilit, ac confirmat. Sed hæc aduerſus hoc obiter dicta ſufficiant.

Quod ſi hæc quoque per ſe bona ſunt neceſſe erit eandem in omnibus ipſis boni rationem exiſtere: quemadmodum eandem in niue & ceruſa albedinis ratio eſt. at honoris, prudentiæ, & voluptatis in eo quòd bona ſunt, diuerſæ ac differentes rationes reperiuntur. Non eſt igitur bonum commune quid in vna idea.

Aliud hoc argumentum eſt aduerſus eos qui formas introducunt quod talē vim habet. Quoniam vnaquæque B ſpecies vna cum ſit, in multis conſideratur rebus, quæ illius ſcilicet participes ſunt, oportet eas res ſicut vnius ſpeciei, ita quoque rationis quæ ſecundum ſubſtantiam eſt, vnius eſſe participes, quia vero multa ſunt per ſe bona, quæ in vna boni ſpecie communicant, ea quoque vnam habere rationem neceſſe eſt, quæ quid ſit eſſe eorum, in eo quod ſunt bona, ſignificet: ſed hoc non eſt; igitur neque vna aliqua ſpecies reperietur, ad quam omnia per ſe bona referantur. Quemadmodum in niue, inquit, & ceruſa non alia atque alia, ſed vna & eadem albedinis ratio eſt, ſic honoris, prudentiæ, & voluptatis vna eſſe bonitatis ratio deberet, at non vna eſt, ſed diuerſæ ac differentes in eo quòd ſunt bona, non eſt igitur vna aliqua ſpecies boni, ſub quam multa per ſe bona referantur. At vero C primum ipſius Ariſtotelis orationem ſequi nos oportet, atque ita ex dictis ipſius oſtendere, quemadmodum ipſe etiam præſentis huius cauillationis ſolutionem præpoſuerit. ſi enim vt ipſe definiuit, ea ſunt per ſe bona, quæ vel ſi ſola relinquantur, perſequimur, accommodaturq; hæc ratio per ſe omnibus quæ connumerata ſunt, cęteriſque huiuſcemodi, qui fieri poteſt, vt vna omnibus quatenus bona ſunt, ratio non ſit? non enim vna ratio eorum eatenus inquiritur, quatenus eſt vel honor, vel prudentia, vel voluptas, ſed quatenus bona. hæc vero vna & eadem ab ipſo aſſignata eſt nihil igitur neq; hac parte vetat, quo minus vna boni ſpecies ſit, quò ꝑ ſe bona referātur. Deinde ſi vnūquodq; horū nō æquali modo dicitur bonū, quemadmodū neq; albū, id ꝙ albū eſt, ſicut ea quæ ſunt alba D ex participatione vnius coloris, id eſt albedinis, alba dicūtur, & licet vna definitio albedinis ſit, eius tamen participatio non eodem modo in omnibus reperitur, ſic etiam vna bonorum ſpecies eſt; ex qua omnia per ſe bona exiſtunt, vt eadem ipſis, quippe quæ eadem forma communicent, ratio ſubſtantiæ ſit, aliudque ſit quod particeps eſt, & aliud quod per ſe conſideratur in abſoluta eſſentia quæ participatione omni caret, ſubſiſtens, atque intellectum, ad quod multa atque inter ſe diuerſa tanquam ſimulacra referuntur. nam quia vnumquodque ex multis bonis ex participatione bonum & eſt & dicitur, non eſſe ſimili modo bonum vnumquodque ex ipſis perſpicuum eſt. cumq; participatio ſit, eam eſſe ex aliquo quod participatione E careat, ſimiliter patet, ſub quod participationes ipſę referantur. atque hæc dicimus non vt ſpecies ſtatuamus, nam neque ad ſolutionem difficilia fortaſſe ſunt, hæc quę diximus ijs qui ſubuertere ſpecies voluerint, ſed vt Ariſtotelem oſtendamus dedita opera imbecillibus vti argumentis, vt opinionem hanc magis ſtatuat, ac confirmet.

Sed quonam modo dicuntur? non enim videntur eſſe æquiuoca à fortuna, nunquid eo quòd ab vno ſunt, vel ad vnum omnia ipſa conferuntur? an magis ſecundum proportionem? nam quemadmodum in corpore eſt viſus: ſic in anima eſt mens: & aliud in alio.

Conuenienter his quę dicta ſunt, etiā præſentē inquiſitionē facit. nā quoniā viſus eſt oſtēdiſſe oīa per ſe bona nō vno modo dici, oportet ꝗ huius appellationis cōmunionē

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

aliqua ex cauſa, vel modo aliquo exiſtere: hac de re nunc (A) inquirit: quo modo bona communiter dicantur ea quæ multa ſunt, & natura differentia, rationibusque inter ſe diuerſa, quemadmodum ea eſſe dixit, quæ communiter bona appellantur. nam ſi nomen habent commune, rationem vero ſubſtantiæ quæ eſt ſecundum illud nomen diuerſam, æquiuoca omnino erunt. cum autem multi modi ſint, quibus æquiuoca dicuntur, quis erit modus, quo bona omnia bona vocantur? non enim dicet quiſpiam ea à fortuna ita appellari, quippe cum ea quæ ita ſunt æquiuoca, nullam in re communionem ſecundum nomen habeant, eſſet enim ipſis ratio communionis ſecundum nomen. at quæ à fortuna ſunt, ex ratione minime fiunt, alioqui fortuita non eſſent. fortuitum enim eſt quod forte, eſt, vel fit, nullamque habet rationem vel cauſam, qua (B) ita ſit, vel fiat. exempli cauſa, ſi aliquis in Aegypto natum filium Alexandrum vocaret: & alter Romæ idem nomen alteri imponeret, neuterque quis eſſet alter cognoſceret, ſciretue quis ita vocatus fuiſſet. Quia igitur bonis communicatio quædam in re ſecundum nomen eſt: nullo modo æquiuoca à fortuna bona eſſe poſſunt. ſed nunquid, inquit, eo quod ab vno ſunt, vel ad vnum omnia ipſa conferuntur? cum multi modi ſint quibus æquiuoca ponuntur: vno ſolo reiecto, vtpote ad præſentem rem minime accõmodato, id eſt eo qui eſt à fortuna, de reliquis nullam mentionem fecit, quaſi pateat neque illos prorſus ad rem conuenire, duoſque ſolos admittit, eum qui eſt ab vno & ad vnum, & eum qui ex rata portione ac conuenientia reſultat, eo quod ſoli hi quandam in re habent com- (C) munionem. ex his vero rurſus ſecundum anteponit. Ab vno autem & ad vnum æquiuoca dicuntur, quæcunque ab vno principio, vnaq; cauſa profecta, ad vnum finem cõcurrunt. ſicut à medicina medicinalia appellantur, medicamenta, victus, libri, inſtrumenta, & omnia deniq; quę ab ipſa dicuntur, quippe cum ipſam principium, vtpote ab ipſa profecta, ex ipſaque conſtantia, ſanitatem vero finem habeant, ad quam omnis in medicina actio, omniſque ratio, ac contemplatio ſpectat. quæ autem ſit æquiuocatio ex proportione, exemplisq; quæ ipſe poſuit, patere poteſt, cum hęc tanquam bona connumerarit. nam ſicut in corpore viſus bonum eſt, qui rerum cognitionem nobis ſuppeditat, pulchritudinemque eximiam corpori animalium affert, ita mens in anima, quæ ipſi intelligibilium (D) cognitionem exhibet, ipſamque ſupra omnem facultatem pulcherrimam reddit. & aliud in alio. Sed non ita ſe habent ſpecies Ariſtotelis. nam ipſæ ex ſeſe tanquam vniuerſa & exemplaria ab ijs qui ipſas introduxerunt, ſtatuebantur, vt vnaquæque tanquam vnum ad multa ex participatione ſui, & relationem ad ſe, atque aſſimulatione ſpectaret: aſſimulatione ſcilicet minime reciproca. vbi enim pluribus vnius participatio eſt, illic ſimilia inter ſeſe in eadem participatione ea ſunt, quæ communicant. at vbi imago & exemplar, illic imago quidem exemplari ſimilis eſt, eo quod ad imitationem eius effecta eſt: exemplar, autem ſimile imagini dici nullo modo debet, ſed imaginis exemplar ac formula.

Sed omittenda in præſentia fortaſſe hęc ſunt. exacte .n. de his tractare ad aliam magis philoſophiam ſpectat. (E)

De modo ęquiuocationis quo bona omnia dicuntur bona excutere ac perpendere nunc recuſat, eo quod exacte de his tractare ad aliam magis philoſophiam ſpectet: non ad moralẽ, aut aliquam aliam quæ ſub actionẽ referũtur. intelligendũ autẽ hic exiſtimo de ſupranaturali quæ appellatur. nam in quarto eorum commentariorum exacte tractatur de ijs, quæ multipliciter dicuntur, vnde etiam ſubiungit,

Simili modo etiam de ſpecie.

In ſecũdo enim illorũ cõmẽtariorũ libro & in duodecimo, & tertiodecimo, de ſpeciebus diſſerit, vbi etiã ijs repugnat, qui ipſas introducunt. Singulari autem numero dixit de ſpecie, iccirco quia de boni ſpecie vel ſola hic neceſſe ipſi fuit inueſtigare, quippe qui de humano bono diſſerere propoſuerat.

Nam etiam ſi vnum aliquod ſit, quod cõmuniter denũcupetur bonum, aut ſeparabile quid ipſum per ſe ſit: manifeſtum eſt id neque agi neque acquiri ab homine poſſe. Nunc autem tale quid quęritur.

Hoc idẽ hic probat, quæſtionẽ hanc de abſolute bono præſenti diſſertationi non eſſe accommodatam, ſiue communiter de particularibus denuncupetur, ſiue abſtracta quædam ratio, ſeparataque multis, & per ſe ſubſiſtens idea ſit. nam neque agi id, vt inquit, neque acquiri per actionem poſſet. nam ſiue notionale quid ſit, quod tanquam genus de omnibus denuncupetur, ſiue idea quædã ac ſpecies à multis ſeparabilis, nullo modo poterit per actionem ab aliquo acquiri: quippe cum vtrunque horum in ſpeculationem cadat: alterum logice, alterum theologice conſideratum, quod vero nunc quæritur bonum eiuſmodi ſit, vt per actionem, & ſtudium in vita traducenda comparari poſſit.

Melius vero fortaſſe alicui videretur eſſe, ſi ipſum cognoſceremus ad ea quæ acquiri atq; agi poſſunt bona. nam quaſi exemplum id habentes magis ea quæ nobis bona ſunt cognoſcere, & ſi cognouerimus, conſequi etiam poſſemus.

Obiectionem hanc facit ſuperiori orationi, qua modo dicebat quęſtionem de communi bono huic morali diſputationi eſſe ſuperuacaneam, eo quod neque agi neque acquiri vitę ſtudio ab homine poſſit. diceret enim quiſpiam, inquit, melius eſſe, ſi cognoſceremus cõmune bonum ad ea bona quæ per actionem acquiruntur. nam ſi ipſum cognoſceremus, id nobis in agendis rebus tanquam exemplum proponeremus: atque ex eo illa tanquam ab exemplari imagines agnoſceremus, itaque fieret, vt ſi quæ bona nobis ſunt, exactius cognoſceremus, ea conſequi etiam poſſemus. facilius enim vnuſquiſque id cuius naturam nouit, ſi apte tamen conſectetur, adipiſci poterit, quam quod ignorat. quippe cum ille qui ignorat, facile aberrare queat, ſequens id quod neſcit: ſique aliud pro alio adeptus ſit, facile poſſit exiſtimare ſe id adeptum eſſe quod quærebat.

Hæc quidem ratio probabilitatem quandam habet, à ſcientijs tamen videtur diſſentire. omnes enim cum bonum quoddam appetant, idque quod ſibi deeſt, inquirant, cognitionem eius prętermittunt.

Obiectionem ſoluit, cum inquit probabilitatem & quandam his duobus verbis imbecillitatem oppoſitionis ſignificans. nam probabilitas imbecillitatem in demonſtratione indicat, quãdam vero probabilitati adiunctum infirmitatem etiam ipſius probabilitatis ineſſe in hac oratione declarat, non.n. probabilitatẽ abſolute, ſed, quãdam probabilitatẽ ineſſe in hac obiectione oſtendit. deinde ſolutionem ſubiungens duobus modis ipſam affert, ex ſcientijs & artibus, eo quod & appetunt bonum omnes, & quod ſibi deeſt, inquirunt. nam vel ſi non appeterent bonum, nihil erat noui aut abſurdi, ſi cognitionem communis boni ſibi ad perceptionem propriorum finium conferentem reliquiſſent, vel ſi non quærerent quod ſibi deeſt, veriſimile erat ne illud quidem inquiſituras. at vtraque hæc, id eſt & boni appetitio, & deficiẽtis inquiſitio in omnibus ipſis ſpectatur; quo modo igitur fieri poteſt, vt communis boni cognitionem quæ tantum ipſis confert, & ignorent, & non quærant? abſurdum ſanè eſſet.

Dubium ſanè etiam eſt, quam vtilitatem conſequentur textor aut faber in ſua arte: ſi bonum ipſum cognorit. vel quo modo medicus ad medendum, aut dux ad imperandum peritior reddetur: ſi ideam ipſum contemplatus fuerit.

Idem adhuc petit, inutilem arguẽs eſſe artibus ideæ perceptionem: cũ nulla ratio inueniatur, qua aliquis artifex in

propri,s

propriis operibus ex ideæ ipſius boni ſpeculatione adiumẽtũ conſequatur. hic vero cũ per conceſſionẽ eã eſſe det, cognitionem tñ eius inutilem actiuis ſcientijs eſſe oſtendit.

Nã neq; ita ſpeculari ſanitatem medicus videtur, ſed hominis ſanitatem: immo vero fortaſſe huius hominis ſanitatem: quippe eum ſingulis medeatur.

Alterum argumentum eſt hoc, ab ijs quę artibus & finibus ſubiecta ſunt, vniuerſalis boni cognitionem inutilem oſtendens. artium .n. operationes circa ſingula verſantur, non circa vniuerſalia, vt medicus quendam hominem, curat, & quãdã ſanitatẽ in ipſo efficit. vnde cũ cuiuſdã hominis cõſtitutionẽ ætatẽ, & morbũ, & quoddã tẽpus & regionem, & ſiqd aliud eiuſmodi eſt, cognoſcere oportet: vt etiã quandã ſanitatẽ efficere poſſit: ideam vero cognoſcere, ſiue id quod cõmuniter particularia continet: medico, quippe cum in eo minime verſetur, opus nullum eſt. Cum dixerit autem, nam neque ita ſpeculari ſanitatem medicus videtur ſed hominis ſanitatẽ, ſubiũxit, immo vero fortaſſe huius hominis ſanitatẽ.i. particularis. Ita ſpeculari dixit.i. ſm ideã, aut vniuerſale. fortaſſe vero addidit eo q neq; artifex ab vniuerſalis cognitione oĩno ſemotus eſt. vtraq; .n. ſpeculantur artifices, vniuerſalia & particularia, ſed vniuerſalia rationibus tantum ac regulis, particularia vero operationibus ac tractationibus, quippe cum circa hæc operentur, in hiſque effectus artis profiteantur. nam vniuerſalia cum ſint in notione tantum, ac ſupra ſenſum, in tractationibus conſiderari non poſſunt, ſed in rationibus ſolummodo.

De felicitatis ſubiecto, ſubſtantia, & præceptis in vnaquaque ſcientia obſeruandis. Cap. VII.

Ac de his quidem haſtenus. nunc rurſus redeamus ad id, quod quærimus, bonum: quidque id ſit inueſtigemus. videtur enim aliud in alia actione, atque arte eſſe. aliud in medicina, aliud in re militari, & reliquis ſimiliter.

Cum propoſuerit à principio de perfectiſſimo ex bonis quæ inter homines aguntur, differere, ad quod reliqua demum referuntur, & ob quod ſunt, oſtenderitque id eſſe, deinde quid illud eſſet declarare propoſuit, quæſiuitque obiter de idea vniuerſalis boni, an tale aliquid, ſicut Platonici dicebant, in rerum natura reperiatur, oporteatque in ipſum id omnia alia bona particularia referre. de eoq; vtpote bonorum omnium perfectiſſimo reliquorum omnium indagatione omiſſa, omnibuſque in id relatis omnem diſputationem facere. primumque id non reperiri demonſtrauit, quomodocunque id fecerit, deinde etiã ſi inueniretur, non eſſe id agendum bonum probauit, id eſt eiuſmodi, quod in actionem caderet, neque eius cognitionem eſſe eiuſmodi, vt actiuis artibus ad eandem perfectionem conſequendam poſſit conferre. atque hinc cum quæſtionem de humano fine neceſſariam eſſe oſtenderit, redit rurſus ad id quod propoſuerat, adhucque diſſerere vult de perfectione, quæ ex bonis actionibus hominibus euenire conſueuit. finem igitur imponit diſputationi de vniuerſali, & ideis, dum inquit ac de his quidem hactenus, reſumitque id quod propoſuerat, cum ſubiungit nunc rurſus redeamus ad id, quod quærimus, bonum, quidque id ſit, inueſtigemus: id autem quod quærebatur, eſt felicitas; ob quam etiam alia omnia quæ aguntur apud homines bona ſunt. Nam cum à principio quæreret, an eſſet, id analogia & conuenientia perfectiſſimorum atque vltimorum artium finium declarauit ſicut enim in illis proprium vniuſcuiuſque artis finem licet inuenire, ob quem reliqua ante ipſum omnes exiſtant, quo inuento, ac quid ſit, definito, ſubſtantia quoque perfectiſſimi illius atque vltimi artis finis ſimul aſſignatur, ſicut item cũ multæ artes ſub vnam, & illarum fines ſub finem vnius referuntur, finis vnius finibus reliquarum perfectior procul dubio eſt, id eſt earum quæ ſub ipſam referuntur, & ille qui quid ſit is ipſe finis, aſſignarit, omnium ſanè reliquarum perfectiſſimi aſſignationem fecit. Sic quoq; cum omnes fines quicunque actiuarum artium vel ſcientiarum ſunt, ſub felicitatem quaſi ſub communem finem reducãtur, qui felicitatem definierit, eum neceſſe eſſe oſtendit perfectiſſimum omnium finem definire, qui per ſe ſolum & non ob aliud expetendus ſit. nam reliqua omnia, verbi cauſa, ſecari, vri, medicamentis curari, non ſui, ſed alterius cauſa expetuntur, ſanitas vero & ſui & alterius. ſui, quia naturalis corpori eſt, id quod eſt bonum, alterius, eo quod vtilitatem quoque animo præſtat, ne ex carnis infirmitate impediatur, quo minus aut ea que laude digna habentur, agere atque operari, aut felicitatem conſequi integram poſſit. nam ſi inſtrumentum animæ connexum ac coniugatum male ac præter naturam fuerit affectum, beatitudo quoque ipſa lædatur, neceſſe eſt. Sed dubitaret quiſpiam, ſi corporis ſanitas, quippe quæ & ſecundum naturam, & bonum ſit, felicitatem explet, vt integritas beatitudinis in morbis quadam re ſecundum naturam priuata impediatur, quomodo fieri poteſt, vt multi inueniãtur ex ijs qui virtutem maxime profeſſi ſũt qui adeo corpora ſua afflictauerint, vt ęgrotarint, dolores pertulerint, plagis, atq; vlceribus deuaſtatũ corpus circũferre nõ dubitarint? vel enim dicendũ nõ eſt huiuſcemodi homines fuiſſe felices, vel ſanitatẽ ad felicitatẽ conferre omnino falſum exiſtimandum. Quæſtio hæc eſt, & ſanè rationi conſentanea videtur, admittere tamen conuenientẽ ſolutionem ex vitarum differentia poteſt, ciuilis inquam, ac purgatoriæ, ſeu contemplatiuæ. Nam quemadmodum virtutes ad vtranque harum alio atque alio modo accommodantur, vt in altera affectuum moderationes, in altera ſublationes penitus ſint, ita quoque felicitas & beatitudo alia eſt, ſi ciuili, alia, ſi contemplatiuæ & purgatoriæ vitæ accommodetur. ibi enim eſt moderatio affectuum ſolummodo, & in irrationales perturbationes dominatio rationis, cum ea ſcilicet iubet atque imperat, illæ obediunt, ſubditæq; imperio ſunt, atque ita & eatenus operãtur, quemadmodum & quatenus præſidens ratio definierit, aguntque res ciuiles prudenter, & ſecundum leges & inſtituta ciuitatis, in omnibuſque ea quæ ciuibus ſtatuuntur, ac præſcribuntur, officia obſeruant. ſique hactenus proceſſerit, ſatis ciuili vitę eſt, vtpote ciuili, ad perfectionem conſequendam. Purgatoria vero ac contemplatiua, quia præſentes has conſuetudines prorſus reſpuit, ſupraque hominem degere propoſuit, ac quantum ad propoſitum & voluntatem ſeparationem à corpore meditatur, propriamque mentem ita conatur eleuare, vt ſupra inferiora hęc penitus ſublata, omnia quæ ſub tempus & primum motum ſunt, relinquat, ad Deumque aſcendat atque euolet, videtque corporis vinculum ſuum hoc ſtudium retardare, eleuationemque mentis ac volatum impedire ac deprimere, ideirco aduerſus carnem quaſi hoſtem affecta eſt, cum eaque bellum implacabile ſine vllis inducijs gerit, variaſque ei afflictationes ſtudet inferre, vt ipſa proſtrata ac debilitata iaceat, neque aduerſus mentẽ poſſit excitari, mens vero à turbulentia ipſius liberata ac ſoluta amatorio affectu ad primã pulchritudinẽ auolet, primaq; bonitate frui ſtudeat, nullam afflictati corporis curam habẽs, immo eius moleſtijs lęta, quippe quę ꝑ cauſa ſint, vt à mortali hoc tabernaculo, eiuſq; humiditate ac craſſitudine libera euaſerit. Cũ igitur hãc felicitatẽ appetat contemplatiua, ſupraq; corporis naturam & operationes & profeſſionem ſuam habeat, quomodo ſanitatis corporis, eiuſq; naturalis conſtitutionis habere rationem vllam poterit?

Quid igi: ſit vniuſcu uſq; bonũ eſt? an id cuius gratia cętera aguntur? hoc quidẽ eſt in medicina ſanitas: in arte militari victoria: in ædificatoria dom’: in omni deniq; actione & electione finis ipſe, cuius gratia reliqua omnia omnes agunt. Quare ſiquis communiter agendorum omnium finis eſt, id agendum bonum erit.

Vide quam accommodata his ſint, quæ nunc ab Ariſtotele dicuntur: quamq; ad Ariſtotelis ſcopum tendant, ea quæ modo diximus: ne vel ſuperuacue eadẽ repetere quæ prius dixit, vel temere hæc aſſerre videatur: dum inquirere proponit quis hominis in eo quo eſt homo, finis, quæ itẽ felicitas ſit, ſicut enim in vnaquaq; arte bonũ id eſt, cuius cauſa cætera aguntur, & in omni actione & electione finis bonũ eſt, eo ꝙ eius cauſa reliqua oĩa omnes agunt: ſic quoque ſiquis cõmuniter agendorũ omniũ finis eſt, id agendũ bonum erit. hoc eſt, ꝙ ex laude dignis actionibus euenit.

Sin plures, hi ipſi. Iam vero digrediẽdo in idẽ deuenit oratio. Quocirca magis enitendum, vt hoc idem declaremus.

Quoniam vnaquæq; ars finẽ aliquẽ habet bonum, quem appetit, & ob quẽ omnis eius operatio & actio eſt: neceſſe eſt, vt is eius propriũ bonũ ſit; vt ſi multæ ſint artes & ſciẽtiæ, multi quoq; inde fines, multa que bona exiſtere videãtur. quocirca poſſet aliquis exiſtimare non vnum eſſe humanum finẽ ob quem reliqua omnia exiſtunt, ſed plures. iccirco hoc nunc, plures ne ſint, an vnum humanũ bonũ, inquirit. iam vero digrediẽdo, inquit, in idẽ deuenit oratio: qa cũ de fine quæreret, ab alio in aliud digreſſus eſt; aliudq; eſſe dixit ꝙ pleriſq; videtur, vt voluptatem & diuitias aliud quod elegantibus & ciuilibus, vt honorem: aliud itẽ ꝙ ſapientes ſtatuunt, vt virtutem: atq; ita quid ſit finis declaratum eſt. ideo inquit, digrediendo in idem deuenit oratio: id eſt multa diſſerendo in quæſtione hac, & ab alio in aliud tranſeundo in idẽ iterũ deuenit, vt de perfecto bono dubitet: quidq; illud ſit, & vnũ ne an plura, inueſtiget. ideo ſubdit, QVOCIRCA magis enitendũ, vt hoc idẽ declaremus.) id eſt vnũ ne ſit, an plura: & ſi vnũ eſt, quid ſit. ſi vero, dum inquit quid ſit felicitas, longam orationem conſumpſit: mirari minime debemus. ſi nouerimus enim qd ſit aliqua res, id cæteris oĩbus q̃ inueſtigari de ea re poſſunt, præſtabilibus eſt: præſertim ſi non facilis eius perceptio ſit: ſed alij aliter, pleriq; è vulgo, ciuiles, & ſapientes de ea non ſolum inter ſe, verum etiam ſecum ipſi ſentire videantur.

Quoniam vero plures eſſe fines videntur: horum quoſdam ob aliud expetimus, vt diuitias, tibias, inſtrumenta denique omnia: non omnes eſſe perfectos perſpicuum eſt. at optimus finis eſſe quid perfectum videtur.

Id ꝙ inquit, huiuſmodi eſt. licet vnaquæq; ars proprium quendã finẽ habeat, & bonum, quia tamen ex finibus alij ſunt, qui ſub alios referuntur, eos qui ſub alios referuntur perfectos non eſſe manifeſtum eſt, vt hinc non omnẽ finẽ perfectum eſſe pateat. quod vero optimum eſt, perfectum eſſe oportet, nam ſi imperfectũ eſt, ſub aliud referri omnino debet, ꝙ perfectius ſit. quod ſi ita eſt, id quod ſub aliud perfectius refertur, eſſe optimũ nullo modo poterit. In exẽplum vero huius, ꝙ finis alius ſub alium referatur. inſtrumentaria bona, vt diuitias, & tibias, & huiuſcemodi reliqua aſsũpſit. diuitiæ enim q̃ ſunt quæſtuoſi hominis finis, ciuili homini vtiles in eo ſunt, ꝙ efficiũt vt aliquis bene ſe gerere in ciuitate poſſit. quemadmodum etiã tibiæ, cũ ſint tibiarũ effectioris finis, tibicini vtiles ad canẽdũ euadunt, vnum ſanè oportere eſſe optimum, perſpicuum eſt: nam ſi plura ſunt optima, nihil omnino erit quod optimum ſit, optimum ſiquidem eſt id quod in eo quo optimũ eſt, cætera omnia excedit. ꝙ ſi aliquid aliud ꝙ diuerſum natura eſt optimum etiam ipſum eſſe ſtatuamus: alterum illud minime poterit eſſe optimũ, non enim ipſum excedet, vt neutrum hoc modo optimum poſtea futurum ſit: quippe cũ ſimul & excedat, & non excedat, excedat, vt optimum, nõ excedat, eo ꝙ habeat æquale ſibi ipſi alterũ, quod nõ excedat. hoc autẽ fieri nullo pacto poteſt. optima igitur plura non ſunt. Iccirco etiã Ariſtoteles probãs eſſe bonum quod inter homines perfectiſſimum ſit, hæc ſubiungit:

Quare ſi vnum aliquid erit quod perfectũ ſit, id erit quod quærimus: ſin plura, id quod perfectiſſimum horum eſt.

Nam etiam ſi plura inueniantur, quæ per ſe expetenda ſint, vt omnia ea perfecta videantur eſſe: erit tamen neceſſario vnum aliquid, quod cæterorum omnium perfectiſſimum atque optimum ſit, deinde exponens quid ſit perfectiſſimum, quidque id quod ad perfectiſſimi cognitionem perducit: ita inquit:

Id autem quod per ſe ſectãdum eſt, eo perfectius dicimus, quod propter aliud appetimus: quodque nunquam ob aliud eligendum eſt, ijs quæ & per ſe & ob aliud expetuntur. abſolute autem perfectum, quod ſemper per ſe: nunquam ob aliud expetendum eſt.

Bonum enim ob aliud expetẽdum illud eſt, quo aliud melius & perfectius inuenitur, ob quod illud expetitur, nondumque hoc fortaſſe perfectiſſimum eſt: quippe cum non ſatis ad perfectionem alicui ſit, vt habeat aliquid aliud ante ſe quod propter ipſum eligendum ſit. fieri enim poſſet, vt idem illud eiuſmodi eſſet, quod referretur etiam ipſum in aliud, propter quod eſſet expetendum. Illud vero perfectiſſimum eſt, quod non eſt & per ſe & ob aliud expetendum: ſed ſolummodo ipſum per ſe, & non ob aliud eligendum ac ſectandum eſt: atque id, ſemper: vt non ſit aliquando per ſe ſolũmodo, aliquando per ſe & per aliud: ſed ſemper per ſe & nunquam per aliud expetendum:

Eiuſmodi autem videtur felicitas maxime eſſe. hanc enim propter ſeipſam ſemper, & nunquam ob aliud expetimus.

Cum enim felicitas finis extremus ſit, ea perfectius aliud nõ habemus: neq; vllum modum inuenire poſſumus, quo per ſe expetenda, ob aliud quoque expetenda efficiatur. propterea per ſe expetenda ſemper eſt. videtur autem poſuit non vt ambiguum aliud ſignificet: ſed vt communem eſſe omnibus hanc opinionem oſtendat de felicitate: quod per ſe ſemper, nunquam per aliud à nobis expetatur.

At honorem, voluptatem, mentem, ac virtutem omnem etiam propter ipſa expetimus: quippe cum eadem expeteremus, etiam ſi nihil inde nobis eueniret: felicitatis tamen cauſa etiam ipſa eadem expetimus; ex his felices nos futuros exiſtimantes. horum vero cauſa nullus felicitatem, neque omnino ob aliud quippiam expetit.

Plana ſatis hæc ſunt, nullaque interpretatione indigẽt, ne tamen aliquis negligentiæ nobis crimen inferat, etiam per ſe plana aliquomodo illuſtranda ſunt. Declarãs Ariſt. felicitatẽ eſſe id ꝙ per ſe tantũ, neq; ob aliud expetitur; honorẽ ipſi, & voluptatẽ, & mentẽ, & reliquas demum virtutes adiungit, hæc enim omnia expetimus quidem etiam propter ſeipſa, licet ex ipſis nihil proueniat: expetimus tamen etiam ob felicitatem, quæ poſſeſſionis ipſorum finis eſt: per hæc exiſtimantes in illam tanquam in finem perfectiſſimum, atque vltimum peruenturos nos eſſe. felicitatẽ vero neque ob hæc, neque omnino ob aliud quippiam vnquam expetimus. vt ex communi cõſenſu manifeſtum ſit, hanc eſſe id quod perfectiſſimum omnium eſt, nam quæ communi conſenſu exiſtimantur, ea certa ſunt, atque eiuſmodi, quæ in ſe probabilitatẽ habeant. mentem vero, id eſt νοῦν, hic non eſſentiam appellat, quæ ſupra animam eſt, neque vim eius contemplatiuam: ſed virtutem quæ in parte eius rationali conſiſtit, quæ etiam prudentia vocatur, vnde reliquas huic virtutes appoſuit.

Idem vero etiam è ſufficientia videtur euenire. perfectum enim bonum eſſe ſufficiens apparet.

Idem adhuc probat, ſummum bonum eſſe felicitatem, per ſeque ſolummodo expetendam. ſufficiens enim dicimus; id eſt αὔταρκες, quod ex ſeſe ſibi ſufficit: quodq; ex ſe & in ſe habet bonum, nulla que re extrinſecus indiget, per quam bonum ſibi poſſit comparare, quoniam igitur felicitas non ad aliud ſpectat quod perfectius ipſa ſit, neq; ob aliud eſt, ſed per ſe ſolummodo expetenda: iccirco etiã ſeipſa contenta ac ſufficiens eſt.

Sufficiens autem dicimus non ipſi ſoli qui vitam ſolitariã

agit ſed parentibus, ſed filijs, ſed uxori, amicis denique ac ciuibus: quandoquidem homo ciuilis natura eſt. A

Dictum eſt ſuperius tres eſſe præcipue vitas quæ excellunt, ſeruilem, ciuilem, & cõtemplatiuam, ſeruilis quidem, vt prius etiam diximus, obnoxia affectibus eſt: quæ rationalem animæ partem quaſi ſeruam ac captiuam abduci à perturbationibus ſinit. vt quæ natura domina eſt, generoſitatis ſuæ oblita ignobilibus, ac peioribus facultatibus ſeipſa ſubijciat: ac præter naturam à natura ſeruis ſubiugetur, ac trahatur. Contemplatiua autem eſt, quæ affectibus omnibus vacat, & rationalem & intellectualem animę partem non ſolum procul ab irrationalium ſeruitute conſeruat: verum etiam ita retinet, vt ab omni prorſus earum affectione alienæ ſint, ac ne minimum quidem earum brutis B operationibus indulgeant: illæ vero ocioſæ, ſineq; vllo officio relinquantur. Atque hæ quidem vitæ extremæ ſunt, atque inter ſe contrariæ ac repugnantes. media inter has eſt illa quæ in moderatione affectuum conſiſtit, ciuilisq; eſt, ſocietatem quandam cum extremis his vtriſq; conſeruãs; cum hac, dum rationem ſuperiorem, atq; a ſeruitute perturbationum liberam tenet: cum illa, dum cedit interim atque indulget irrationalibus appetitionibus, non vt in potiorẽ dominẽtur, ſed vt etiam ipſæ imperio rationis obtẽperantes operentur. propterea ille qui ſecundum eam viuit, & vxori ad filiorum procreationem iungitur: & filios aliquando quos ſuſceperit, ſecum in conuictu habet: cũ parẽtibus interdum, modo cum fratribus & amicis verſatur. ciuile enim animal homo eſt, ac ſociabile: habetq; eiuſmodi C operationes adiunctas, in quibus exercendis multarũ pecuniarum, multorumque corporum adminiculo indiget. quiq; in hoc vitæ genere felix eſt, præcipuam quidem habet ac primariam ad humanam perfectionem bonarum honeſtarumque rerum executionem: eget tamen multis alijs extrinſecus, vt beatitudinis integritas cõſeruetur. Purgatorius vero & contemplatiuus omni humana re abſtinens, ab omnibusque his tumultibus, turbis, ciuitatibus, familiaribuſque ipſis ſemotus, atq; omnẽ demũ conſuetudinem hominum reſpuens, immo etiã à propria carne per commentationẽ excedens, ſeque ad id quod intellectuale magis eſt, ac diuinius retrahens, ſatis ad beatitudinẽ habet ſi mentis operationem quæ ex impatibilitate prouenit, ac ſuperintellectualem vnionem fuerit conſequutus. iccirco D huiuſmodi homini laborioſiſſima atq; ærumnoſiſſima via eſt, quæ ad propriam felicitatem perducit, quippe cũ etiã aduerſus ipſum naturæ vinculum pugnandum ei ſit: ipſiq; eſſentiæ quæ in animę & corporis compoſitione conſiſtit, ex electione reſiſtendum: non tamen ea cauſa vt quod natura compoſitum eſt diſſoluatur, ſed vt quod vinctum eſt, omnis vinculi contagionis immune reſeruetur. beatitudo vero quam hic conſequitur, ſimplex, omni varietate carẽs, nulliuſque ex his multis indiga eſt. nihil igitur mirandum ſi philoſophus mediam ac ciuilem felicitatem definiens eã à ſolitarij felicitate ſeparat, multiſq; rebus indigere ac varie eſſe oſtendit. Sed iam ad verborum explicationẽ redeũdum eſt. SVFFICIENS autem, inquit, dicimus non ipſi ſoli qui vitam ſolitariam agit.) Sufficiens non ipſum E ſimpliciter bonum dicitur: ſed id quod in ſe habet bonũ, ex ſeque exhibet, ſibiq; ipſum vt bono expleatur, ſufficit. felicitas itaq; cũ humanũ bonũ ſit, non autem ſimpliciter bonũ ſufficiẽs iccirco dicitur: quia ipſa ex ſe ſufficit, id eſt ſatis eſt ad bonum in homine conſeruandum: quippe quę finis hominis extremus ſit, qui non ob aliud quippiam ex humanis bonis, ſed propter ſeſe tantummodo expetendus eſt. Sufficiens igitur ciuilis dicitur non in ſe tantum, ſicut qui vitam ſolitariam degit, cum animæ & corporis bona adſunt: non enim hoc modo eſſet ciuilis: ſed q̃a & cũ parẽtibus, & filijs, & vxore, & amicis deniq;, & ciuibus verſari debet ciuilis ob humanę naturę ſociabilitatẽ. in his omnibus bonum habeat, neceſſe eſt. ꝙ ſi in aliquo horum bonum defecerit, in eo beatitudo claudicabit, atque id magis

A vel minus, pro ratione affinitatis ipſius rei in qua bonum defuerit. nam ſi ipſe in ſe bonum habuerit, propinquorum vero ac ſociorum ſuorum curam non habeat, qui fieri poteſt, vt communicabilis ac ciuilis ſit, hominiſque proprium ſeruet, quod profitetur probus honeſtuſque vir qui in commercijs verſatur? ſi curam vero eorum habuerit ſicut voluptatum & bonorum, ita quoque dolorum ac calamitatum illorum particeps efficietur, prout vnuſquiſque ipſi magis vel minus neceſſitudine fuerit coniunctus; ſicut dictum eſt.

Horum tamen terminus aliquis ſtatuendus eſt; nam ſi ad parentes, & nepotes & amicorum amicos hoc protenderimus: in infinitum res progredietur.

B Cum dixerit ciuilis ſufficientiam non penes eum ſolum definiri, ſed in alios etiam qui cũ ipſo & circa ipſum ſunt, tum ante & poſt ipſum extendi oportere, videretque communicationem hanc non ſolum quantum ad ſuperiorem & inferiorem partem, verum etiam quantum ad latera, vt ita dicam, in infinitum progredi, vt infinitam quãdam atque interminatam productionem euadere neceſſe eſſet, iccirco nunc oportere inquit, communicationis huius terminum quendam conſtituere, ne ſi in infinitum fiat progreſſio, minus, penẽ dixerim, fieri poſſit, quam quod minime, vt ciuilis felicitatem conſequatur.

Sed de hoc alias conſiderandum.

De termino, id eſt quouſque in domeſticis & ſocijs de- C beat progreſſio fieri, dicere in præſentia omittit, ſe poſtea dicturum promittẽs, ideo nos quoque explanationem noſtram eouſque differemus.

Sufficiens vero id eſſe ſtatuimus, quod ſi ſolum relinquatur, ſufficientem atque expetibilem vitam, nulliuſque rei indigam facit. Talem autem eſſe felicitatem ipſam exiſtimamus.

Cum ſufficientiam aſſumpſerit ad demonſtrandum, felicitatem per ſe & nullo modo ob aliud eſſe expetendam, dixeritque etiam inde id patere ſatis poſſe, rurſus quã vim rationemque habeat ſufficiens, communi ad id conſenſu vſus oſtendit. Sufficiens enim, inquit, id eſſe ſtatuimus, id eſt eſſe conſitemur, quod vel ſolum per ſe ſumptum ſuffi- D cientem, hoc eſt integram, nullaque re deficientem, & expetibilem, nulliuſque indigentem vitam facit. Talẽ autẽ eſſe felicitatẽ ipſam exiſtimamus, quale ſcilicet ſufficiẽs eſſe iã diximus. vtitur autẽ etiã in hoc cõmuni conſenſu, vtpote ſatis ex ſe probabili, nulloque extrinſecus ad cõfirmationem indigente, nam vbi aliud communi cõſenſu comprobatur, quid in eo opus demonſtratio eſſet ita ſit, vt ſufficiens in ſignificatione quoque ſufficiens ſit, cum nulla ad id confirmatione indigeat.

Quin etiam maxime omnium expetendam, ſi cum alijs non connumeretur: ſi vero connumeretur, perſpicuum eſt eam vel cum minimo quoque ex bonis magis expetendam fore. ſi quidem bonorum ſupereminentia ſit id quod adiungitur maius E vero bonum magis ſemper expetendum eſt.

Quinetiam hoc, inquit, de felicitate exiſtimamus, vt eam maxime expetẽdam eſſe dicamus, etiam ſi nihil aliud cum ea connumeretur præter partes eius. partes autẽ eius ſunt hę, præcipuæ ac principales, animi bona, vt virtutes actiuæ & contemplatiuæ, bonæ naturales affectiones atq; aptitudines, habituſque & operationes, Deinde corporis bona, pulchritudo, magnitudo, robur, ſanitas, Poſtremo loco quæ ad fortunam ſpectant, diuitiæ, nobilitas, amici. Hæ felicitatis partes aliæ magis, aliæ minus propriæ ſint, quibus quidem nonnulla interdũ inueniuntur accedere, quæ licet minima ſint, laude tamen digna habentur, verbi cauſa, ſiquis crinitus ſit, vel apte ingredi valeat, vel huiuſcemodi aliquid, quod felicitati adiunctum, ſi tamen nulla res ad conſtitutionẽ eius neceſſaria deſit, magis expetendã

ipſam

ipſam reddit. ſiquidem boni ſupereminentia atque augmentum ſit, id quod adiungitur: vt cum eo felicitas, quia maior ex additione euaſit, magis etiam expetenda efficiatur, licet abſq; eo expetenda ſit nam expetibilius expetibili aliquo expetibilius eſt, propterea quod ea eſt comparatiuorum, ac ſuperlatiuorum natura, vt ad ea quæ ſimpliciter ita affecta ſunt referantur. hęc vero omnia ad conſtituendam definitionem ponit.

Itaq; felicitas cum agendorum finis ſit, perfectum quoddam ac ſufficiens videtur.

Hæc eſt quaſi concluſio quædam eorum quæ dicta ſuperius ſunt. Nam quia, inquit, felicitas agendorum bonorum finis extremus eſt, vt nullus alius vltra ipſam perfectior inueniatur, eam eſſe perfectum quoddam ac B ſufficiens manifeſtum eſt: quippe quæ nulla alia re ad perfectionem ſui indigeat, ſed ſibi ipſa ſola ſufficiat ac ſatis ſit.

Sed fortaſſe ſi dicamus felicitatem optimum eſſe, conceſſum quoddam ab omnibus videtur: adhuc tamen deſideratur, vt euidentius quid ea ſit, exponamus.

Cum propoſuerimus, inquit, aſſignare quid ſit felicitas, multa iam diximus, quibus perfectum quid ipſam eſſe oſtenderemus, nondum tamen quid ea ſit, planè explicauimus, merito vero dubitare adhuc vnuſquiſque poſſet, deſideraretque euidentius quid ea ſit, cognoſcere. non enim ſi perfectum quoddam ac ſufficiens eam eſſe didicimus, continuo quid ea ſit, etiam patet. C

Fortaſſe vero hoc fieret, ſi hominis opus ſumeretur, nam quemadmodum tibicini & ſtatuario, aliisque artificibus, & denique omnibus quorum opus aliquod & actio exiſtit, in opere bonum ipſum, & id quod bene eſt, videtur conſiſtere: ita homini quoque, ſi modo eius aliquod opus eſt, eſſe videretur.

Euidentius, vt dixit, iam oſtendere volens quid ſit felicitas, propinas, atque accommodatiua ad id probandum, accedit ex ſpecialibus actiuis artibus, earumque operationibus & operibus ſumpto argumento, atque ita demonſtrat primum eſſe quoddam hominis opus in eo quo homo eſt, deinde quemadmodum in illis exequutio ac bonũ D finis eſt, ita in homine quoq; abſolute eſſe oportere. quod ſi inuenerimus quid ſit, iam habebimus quod quærітur. Quemadmodum enim, inquit, in tibia canendi arte ac ſtatuaria, cęteriſque alijs artibus, & earum artificibus, & in omnibus demum quorum opus aliquod, atque actio exiſtit, tunc dicimus bonum & id quod bene ſe habet, ineſſe, quando opus & actio recte & apte perficitur, quatenus & ars ipſa & ſubiecta ei materia admittit. ſic in homine quoque bonũ ac perfectio tunc ineſſe videretur, quando opus ipſius quatenus eſt homo, bene eſſet abſolutum, quantum ad rationem ſpectat tum eius, tum ſingulorum, in quibus quatenus homo, verſari conſueuit. omnes enim artes hominis ſunt, earum tamen operationes & fines diuerſa E proculdubio ſunt ab opere ac fine hominis quatenus eſt homo. Nam ſicut aliud eſt hominem dicere, & tibicinem hominem, item hominem, & grammaticũ hominem, & id genus cætera, illud enim ſubſtantiam & naturam hominis in eo quo homo eſt, manifeſtat, hoc & ſubſtantiã & accidens, aliaque eſt ratio, quæ quid ſit homo ſimpliciter, & alia quæ quid ſit vnumquodque eorũ, declarat, ſic & opus hominis quatenus eſt homo, à tibicinis, hominis, aut ſtatuarij, aut grammatici opere diuerſum quid eſt. & quemadmodum in illis penes bonum, bonamque & operis & actionis affectionẽ perfectio eſt, ita quoq; in homine cõſideratur, ſi modo opus aliquod ipſius eſt, quod ſit ab artiũ exercitatione diuerſũ. Demõſtratio autẽ ex prioribus, ijſq; quæ manifeſtiora nobis ſunt, ad ea progreditur quę naturę ſũt notiora ac manifeſtiora, id eſt ex cauſatis ad cauſam, con-

A ſtatque conuenientia & ſimilitudine, vel etiam argumento à minori. Sed rem manifeſtius explicemus. Ratio hominis cum gignat ipſas artes, ſitq; earum cauſa, propterea artibus natura prior, notiorque eſt, finis igitur quoque ipſius fine artium ſimiliter prior, notiorque erit. Sed tamẽ quia fines artium ſenſui expoſiti ſunt, notiores quã opus & finis animæ nobis efficiuntur, animæ enim ipſius finis ſenſum excedit, nobiſque primo ex ſenſu operantibus obſcurus, ignotuſque eſt, quippe qui ratione, non ſenſu percipi valeat. atque inde fit, vt ab artiũ finibus, vt pote nobis certioribus ad ipſum animæ finem conuenientia ac ſimilitudine vſi deducamur. Sicut enim in artibus bona in actionibus & opere vniuſcuiuſque affectio, finis eius, bonumq; eſt, ita in homine quatenus eſt homo, eſſe veriſimile B videtur. A minori quoque argumentum ſumitur, hoc modo. ſi artes quæ cauſatæ ſunt, & ratione hominis longe inferiores, bonam affectionem, bonumque ipſum finem habent, multo prius idem in homine abſolute inuenietur. ad idem probandum, id eſt humanum finem abſolute, & hominis partibus, & finibus vniuſcuiuſque ipſarum vtitur atque hæc ita dicta ſint. Redeamus ad Ariſtoteles verba. Eam particulam & denique omnibus quarum opus aliquod & actio exiſtit, fortaſſe addidit ea de cauſa, quia tempus multorum inuentionem aliquando affert, præter ea quæ ab artibus & artificibus fieri conſueuerunt, & in eo opera aliqua & actiones exiſtunt. Nam ita etiam artes conſtitere, dum ſubinde noua quędam in vnaquaque inueniuntur, atque id tantiſper, quoad ſingulæ fuerunt ab- C ſolutæ. vnde ars quoque collectio ex præceptionibus exercitatis dicitur. opus vero hominis quatenus eſt homo eſſe præter ea quæ in artibus efficiuntur, deinceps oſtẽdit.

Vtrum igitur fabri & ſutoris opera ſunt aliqua, & actiones: hominis vero opus eſt nullum, ſed natura homo ocioſus eſt? an quemadmodum oculi, pedis, manus, & denique vniuſcuiuſque membri opus quoddam extat: ſic etiam hominis præter omnia hæc opus quoddam ſtatuere aliquis poſſet?

Id quod dictũ eſt, & ab artibus & à corporis partibus demõſtrat ſi enim vnaquęque ars propria habet opera quædã & actiones, in quibus, ſi finẽ aſſequitur ſuũ ars, bonũ D elucet, multo magis hominis natura quatenus homo eſt, propria opera & actiones habebit, in quibus ſi recte egerit bonum conſequetur. Alioqui efficeretur, vt ipſa ex ſe ocioſa ac vana à ſolis artibus, earumque operibus, atque actionibus omnem perfectionem haberet, id quod abſurdum ſane eſt, vt ſcilicet hominis natura diſciplinis atque artibus quas ipſa inuenit, deterior ſit, atque imperfectione, illarumq; auxilio indigeat ad perfectionem conſequẽdam ſufficientia omni carens, neque ex ſe boni participationem habeat, ſed ab ijs quæ ipſa procrearit, perficiatur. Cũ vero dubitationem in hac oratione propoſuerit, ad ſolutionem & reſponſionem ſequentia ſubiungit, itaq; inquit, AN quemadmodum oculi, pedis, manus &c.) Ex ſingulis enim membris quæ in homine ſunt, oſtẽdit hominem E etiam ipſum ſimpliciter & abſolute opus quoddam habere ac finem, quem ſi aſſequatur, bonum ſibi comparet. ſicut enim vnumquodque membrum tanquam inſtrumentum animæ inſeruiens fines artium exequitur, habetque per ſe opus quoddam quo cum bene operatur, proprioque officio fungitur, bene ſe habere dicitur, verbi cauſa oculus videre ac bene videre, pes ſuſtinere corpus & ingredi vel currere, manus item tangere & trahere & impellere, propulſare & repellere noxia, vtilia attrahere dicitur, ac demum vnumquodq; membrum ſimili modo, ita hominis quoque abſolute præter hæc & artium & membrorum opera peculiare opus quoddam erit, quod cum exequetur homo, quatenus eſt homo, proprium bonum, propriamque perfectionem habebit.

Quid nam igitur hoc erit? nam viuere commune etiam cum

plantis

plantis videtur: nunc vero proprium quoddam eſt, quod quæritur. vnde nutriendi augendiq́ue vita omnis ſeparanda eſt.

Cum artium fines quorum cauſa ſcilicet artes conſiſtunt, ob quoſque operantur reiecerit, oſtenderitque non eſſe hominis proprios in eo quo homo, ſed in eo quo huius artis vel illius artifex eſt: Cum item fines membrorum hominis refutarit: quippe qui ſint quidem à finibus artium diuerſi, non tamen proprij hominis quatenus eſt homo, ſed quatenus membrorum eius ſunt: nunc de proprio hominis fine inquirit, qui primo & non ob aliud ipſius hominis ſit. Quoniam vero his ita diſtinctis nulla alia neque facultas neque operatio ipſi, niſi ſola vita relinquebatur, ex qua tanquam à radice vel fonte quodam tum membrorum tum artium facultates & operationes emanant: de ea conſiderare incipit, eiuſque differentias quaſdam aſſignat. nam cum diuerſæ ſint in homine vitæ quænam ſint communes cum alijs, quę ſpecie & genere fortaſſe etiam an eo differunt, quæ item propria duntaxat ipſius ſit, inueſtigat, atque ita demum ipſam felicitatem ex nulla communi vita definit, ſed ex ea ſolummodo quæ propria eſt, qua finis quoq; homini proprius præſcribitur. viuere enim, inquit, commune eſſe etiam cum ſtirpibus videtur, nunc vero proprium quoddam quæritur. nam ſtirpibus quoque ac plantis eſt vita, quippe quæ non ſint eiuſmodi, vt illa, quæ prorſus anima ac vita carent, ſed habeant etiam ipſæ nutriendi atque augendi vim, qua viuere dicuntur, animataque appellantur. Quia vero homo hæc non propria, ſed communia habet cum ſtirpibus, non debemus ex his proprium ipſius bonum, propriumque finem inueſtigare: nam etiam cum plantis communia ſunt, nunc vero proprium quæritur. totum igitur hoc genus vitæ ab homine, eiuſque fine ſeparandum eſt, quippe quod non proprium, ſed commune cum alijs ſit.

Sequitur ſentiẽdi vita: ſed eã quoque cum equo & boue & omnibus denum animalibus communis videtur.

Manifeſtior quidem eſt vita qua ſentimus, quam ea qua nutrimur & augemur, quippe cum certiore operatione fungatur, non tamen propria homini, ſed communis cum brutis animalibus etiam ipſa eſt. iccirco neque eius bonum proprium erit homini, ſed commune cum illis, quibuſcum in ſimplici eſſentia communicat.

Reliqua eſt igitur actiua quædam vita, eius quod ratione præditum eſt.

Ad ipſam iam propriam homini vitam deuenit producta in medium ratione: eumque ab omnibus alijs ſeparauit, quæ aliter quam ex ratione vitam traducunt: atque ita bonum homini proprium inuenit.

Ea autem partim rationi obtemperat: partim eam habet, atque intelligit.

Vt exactius rem omnem excutiat. neque rationem indiſtinctam reliquit. nam quia humanæ animæ pars vna eſt, quæ ita vtitur ratione, vt ipſa quidem rationem minime ex ſe habeat, ſed alteri ex ſe habenti tamen obtemperare ac parere natura parata ſit: altera, quę ex ſe rationis eſt cõpos, ac ſuapte natura propriã rationẽ habet, atq; intelligere & cogitare ex ſe poteſt: vt illa efficiatur, hæc efficiat atque agat, his vitam quæ eſt ſecundũ rationem diſtinxit. cum enim prius actiuam eius quod ratione præditum eſt, eam confuſe appellarit. nunc poſtea diſtinguit, aliudque inquit eſſe, quod proprie & ex natura ſua rationem habet, & aliud quod ex participatione accepit. vt quæ in his quantum ad rationem habendam ſpectat, differentia eſt, ſiquidem alterum ex ſe, alterum ex participatione habet, eadem ad felicitatem ac beatitudinem conſequendam ſit. nam quod ex participatione vti ratione dicitur, particeps quoque felicitatis eſt, in eo tantum quod rationem proprie habenti obedit, ac paret, atque iccirco laude dignum haberi ſolet, alterum vero in eo felix eſt, quod et cum illo fungi officio ſuo recte poteſt,

A & ſine illo meliora ac perfectiora ex ſeſe operatur. vnde ſi ab inferiore illo ſeparatum fuerit, melius ac beatius efficietur.

Sed eum duobus modis etiam hæc dicatur, ea quæ eſt in operatione, ſtatuenda eſt.

Propterea quod & artes & ſcientiæ & virtutes in habitu conſideratæ in tractationibus perfectiores euadũt, felicitas autem ſummum ac perfectiſſimum eſt: iccirco nunc vitam quæ proprie & ex natura ſua rationalis eſt, bifariam diuidit: in eam quæ in habitu, & in eam quæ in actu & operatione conſiſtit, & inquit eam quæ in actu eſt magis proprie dici, quippe cum & ipſa perfectionem iam adepta ſit. neque nos vbi ea potiti fuerimus, progredi vlterius valeamus. ex qua felicitatem quam quærit, definit.

B *Quod ſi eſt opus hominis animæ operatio ſecundum rationem, vel non ſine ratione, idemq; genere eſſe opus huius, & huius probi aſſeueramus: vt citharœdi; & probi citharœdi: & abſolute in omnibus, ſi excellentia virtutis operi fuerit adiuncta: citharœdi enim eſt cithara canere: probi citharœdi bene id facere.*

Cum opus eſſe quoddam hominis quatenus eſt homo, oſtẽderit, quod diuerſum & ab artiũ & a membrorũ finibus ſit, propter quos & artes & membra exiſtunt: idque perfectiſſimæ omnium quæ in homine conſideratur vitæ aſcripſerit, quæ propriam in ſe habet rationem, & intelligit, proprieque anima & eſt, & dicitur: hoc quaſi iam demonſtratum, ac conceſſum ſit, ſumit, atque ita inquit:

C QVOD ſi eſt opus hominis animæ operatio ſecundum rationem, vel non ſine ratione) ſecundum rationem poſuit, vt de animę ea parte intelligamus quæ propriam habet rationem, & intelligit: non ſine ratione vt de ea quæ rationi obtẽperat: nam & ſenſitiuæ animę operatio dum paret rationi, ſolius hominis operatio eſt. In abſolute autem operando felicitatem minime poni, ſed in bene operãdo, rurſus ab artibus probat, primum vniuerſali, deinde etiam exemplo vſus. idem enim, inquit, genere eſſe opus huius, & huius probi aſſeueramus. hoc vniuerſale eſt, in vnoquoque qualiſcunque is ſit, qui artem aliquam exercet, idem eſſe opus genere & huius operantis, & huius bene operantis. ſiquidem tam hic quam vniuſcuiuſque cõmune quid eſt, quippe cum cuilibet ex ſingulis accommodari poſſit.

D deinde ad dilucidatem exemplum ſubiungit, vno tantũ contentus, ne ſi nimis prolixa oratio euadat, inepta videatur. rurſuſque ad vniuerſale reuertitur, inquiens. VT citharœdi, & probi citharœdi: & abſolute in omnibus, ſi excellentia virtutis operi fuerit adiuncta.) Nam cithara canere quoquo modo, & bene cithara canere ſub id quod citharizare ſimpliciter, tanquam ſub genus referuntur. differentia vero ſecundum ſpeciem eſt, cum quoquo modo, & bene, adiungitur, qua ſpeciem faciens differentia quædam, excellentia ſcilicet virtutis ad opus, quæ quidem excellentia nihil aliud eſt, quàm cum, bene, dicimus. Quoniam vero longo orationis ambitu vſus eſt, ideo varias repetitiones facit: atque ita obſcuritatem circuitionis emendat, dum inquit:

E *Quod ſi, inquam, ita eſt: & hominis opus eſſe vitam quandam ſtatuimus: eamque animæ operationem & actionem cum ratione eſſe aſſeueramus: ac probi viri bene hæc, recteq; exequi eſſe cenſemus.*

Quòd ſi ita eſt, id eſt in vnoquoque opere & actu probi viri bonum ineſt: ſtatuimuſque hominis opus vitam quandam eſſe, quæ eſt operatio & actio animæ cum ratione, nam quemadmodum in alijs probi viri eſt bene & recte proprium opus abſoluere: ſic etiam in operatione animæ cum ratione bene ſeſe gerere probi viri eſt: atque hic eſt finis, hæcque perfectio. Sed fortaſſe quæreret quiſpiam, quo modo fieri poſſit, vt aliquis cum ratione operetur, nec tamen bene operetur, aliudq; ſit bene & aliud cum ratione, quippe cum omnis operatio cum ratione bene ſeſe habere videatur? Sed tamen ſi hoc eſſet, nunquam ratio ab

officio

officio aberraret. quia vero non aberrare eorum'eſt, quæ A prorſus extra corpus ac generationem ſunt, & ratio humana cum his eſt, quoad cum carne hac fuerit colligata, multaq; inde habet impedimenta: efficitur, vt multa opus ei ſit exercitatione, multa experientia, longo item tempore, nec non aſſiduo labore, vt habitum aliquem bene operandi in omnibus conſequatur: atque omnia quæ debet, in operibus exequatur. Quocirca fieri poſſe vt operatio cum ratione aliquando peccet, negandum abſolute minime arbitror.

Singula autem bene ex propria virtute perficiuntur.

Sicut artis perfectio, & quæ in ea contingere poteſt abſolutio, virtus artificis eſt, pro ratione ſubiecti generis, B ac methodi qua ipſa ars vtitur, bonumq; in operibus aſſequitur, ſic quoque hominis virtus quatenus eſt homo, rationalis animæ perfectio erit, ex qua in operibus hominis, quatenus eſt homo, bonum euenire conſueuit: cum habitus virtutis in operationibus ac tractationibus bonum conſequitur.

Si ita eſt: operatio animæ ex virtute bonum humanum. efficitur.

Quaſi ex continuatione quadam ſententiam de felicitate concludens, definitionem eius hic aſſignat. non dixit autem animæ operatio eſt, ſed efficitur, ea de cauſa quia nunquam ſiſtere homo perfectus debet, quin bene operetur, ſed ſemper in bono perſiſtere, eique ſemper incumbere. C temperantiam enim, fortitudinem, & iuſtitiam tam comedendo, quàm verſando cum aliquibus, & dormiẽdo, & quibus demum tractando, præ ſe ferre vnuſquiſque poteſt: quippe cum bonum & honeſtum in omnibus queat elucere: nullusque ex nobis ſit, qui, quoniam virtus & vitium locum in omnibus habent, adniti bonum & malum non valeat. atq; huiuſce rei exempla ſumere ab vnoquoque licet, qui vel bene vel male vitam hanc traducit. Poſſumus etiam alio modo hoc explanare. nam res nonnullæ ſunt, quæ in eo eſſentiam ſuam habent, quòd fiunt: vt theatrales ludi, dies, menſis, annus. horum enim totum non abſolutum atque integrum ſubſiſtit, ſed particulatim prætereuntibus diebus efficitur. idem in operatione videre D licet: cuius cum pars vna iam effecta præterijt, alia poſt illam, & poſt hanc item alia deinceps ſuccedit: atque ita nũquam tota integra exiſtit, ſed paulatim perficitur. iccirco de ea quoq; propriè dici non poteſt eſſe, ſed effici, ac fieri.

Si plures ſint virtutes, ex optima & perfectiſſima,

Quoniam non vna ſolummodo virtus eſt, ſed plures, & ipſe ſingulari numero vſus felicitatem eſſe animæ operationem ex virtute definiuit: ideo hoc adiunxit: vt optimæ ex virtutibus, eiuſq; operationi bonum aſcribat, quæ eſt, prudentia, quæ rationalis partis animæ virtus eſt: rationalis vero animæ pars præcipua ex omnibus eſt, ſubiectiſque alijs præſidet; & partim cum ipſis oppottuna, partim ex ſe propria operatur, nunquam à recto honeſtoque officio aberrans.

Et inſuper in vita perfecta. ver enim neque vna hirundo, E *neque vnus dies facit: ita quoque beatum & felicem hominem neque vnus dies, neque breue aliquod tempus efficit.*

Aliam hanc obſeruationem ponit, quę ſpeculari volentibus felicitatem tenenda eſt, oportet enim inquit, hoc in vita profecta prorogari, vt vſque ad finem præſentis vitæ hominis huiuſcemodi operatio ſine vlla intermiſſione perduret. ſicut enim hirundo quæ veris indicium affert, vna ſolummodo ad eius temporis ſignificationem non ſufficit: ſed opus eſt vt multæ aduolent, ſi ex ipſis veris temperiem agnoſcere velimus, quæ toti generi huius animalis, quod per hiemis frigiditatem atque intemperiem in abdito penè mortuum iacebat, reuiuiſcentiam affert, neque præterea ad ver declarandum ſatis vnus dies eſt, ſed totum illud tempus requiritur, quod ſpatio huius anni partis accommodatum eſt, ſic neque beatum & felicem vnus dies, aut breue aliquod tempus efficiet: ſed opus erit, vt eiuſmodi recta operatio vſque ad finem perpetuo duret: quo vere ei qui ita rectè vixerit, aſcribi beatitudo poſſit.

Bonum igitur ipſum ita circumſcriptum ſit. oportet enim fortaſſe prius figurari, deinde poſtea depingere.

Cum propoſuiſſet dicere quid ſit felicitas, multa prius circuiuit, dum quæ inſunt felicitati & à communibus animi notionibus, & a plurium, proborumque ac ſapientum ſententijs colligit: deindeq; cum propius ad felicitatem ipſam acceſſiſſet, attigiſſetque ea quæ propria magis felicitati ſunt, vſque ad vitam deuenit: cumque multæ eſſent vitæ quæ in homine inſunt, eas quæ vel cum plantis, vel cum animalibus erant communes, vt pote ad præſentis rei conſiderationem minime accommodatas repudiauit. reliquum erat vitæ illud genus quod rationis eſt compos, intelligitque ac cogitat: hoc facultate & actu bifariã diſtinxit: poſtea id quod actu eſt, vt perfectiſsimum perfectionique id eſt felicitati accommodatum, elegit, cui poſtremo probum adiungens definitionem abſoluit. aſſumens etiam quaſi conſequentia & optimum & in vita perfecta vt integra deſcriptio talis euadat. Felicitas eſt animę operatio, quæ ex optima virtute in vita perfecta efficitur. circumſcriptionem vero appellauit, eo quod quaſi circulus quidam ſit, qui intra ſe humanum bonum concludat, quod quidem bonum ex multis quæ indagando circuiuit, extiterit, breuique hac fuerit oratione comprehenſum. vnde etiam figurationem eam vocat, quaſi ſtatuã atque imago quædam ſit, qua quid ſit felicitas, denotemus, quã poſtea depingens, atque expoliens bene & apte aſsignatam fuiſſe oſtendit.

Videretur autem cuiuſlibet eſſe ea quæ bene circumſcriptione ſunt comprehenſa, prouncere ac diſtinguere: & tempus talium inuentor, vel adiutor bonus eſſe: vnde & artium facta ſunt incrementa.

In ijs inquit, quę incerta, atq; obſcura ſunt, quantum ad eſſentiam attinet, queq; eſſentię rationem abſtruſam habent: difficile eſt admodũ inuenire quid ſint, ſed ſi aliquis bene hęc oratione deſcripſerit, tunc quilibet, modo voluerit, dilatare, & diſtinctè ac plane explicare facile poteſt, à deſcriptione quaſi à fundamento & radice exordio ſumpto. Perinde ac ſiquis ſtatuã aliquam affabre ad archetypum effictam conſpicatus, vniuerſam quandam formulæ notationẽ ante oculos habeat, deinde mẽbratim ſingula diligentius examinãs, ſpẽm ipſam inueniat, à qua ſtatuę illius facta imitatio fuerit, accurateq; eã exẽplari cõparãdo agnoſcat, bene, & apte fuiſſe ad eius imitationẽ fabrefactã. Quemadmodũ.n. hic difficultas omnis artificis eſt, iudicij vero & examẽ eſt facile, quo inquiritur, rectè ne & exquiſite ad exemplar expreſſa imitatio ſit, ita in quibus obſcura, abſtruſaq; ratio ſubſtantiæ eſt, eam inuenire difficile admodum eſt: diſtinguere vero atq; examinare rectè ne aſſignata fuerit, ſatiſque ſit ad rei quæſitæ ſubſtantiam declarandam, nihilq; in ſe ſuperuacuum, minimeque accommodatum habeat: non eſt valde difficile. videretur enim, inquit, & tẽpus talium inuentor atque adiutor bonus eſſe. quaſſum eorum nimirum quæ ad examinationem diſtinctionemq; faciunt, quippe cum multa ex ijs quæ tempore aliquo eueniunt, ad obſcurorum declarationem aſſumamus. cum vero dixiſſet inuentor vt ſe corrigeret, ſubiuxit vel adiutor non enim inuenit tempus: ſed cum aliũde cauſa ſit, qua res in tẽpore eueniunt, coadiuuat etiam ipſum tempus eos, qui res in tempore examinant, vt certiora, ac clariora ea quæ de rebus ab hominibus dicuntur, euadant. ſiquidem hoc modo artes quoque à paruis exorſæ initijs ad magna incrementa prouectæ ſunt. nam qui primus vnamquamque artem ſiue contemplatiuam, ſiue actiuam incepit, is paruum quid à principio inuenit: deinde cum multa & varia tempus afferret, ex quibus vſus artis hominibus neceſſarius efficiebatur, alia atque alia pro tempore inuentis adiuncta ſunt: atque ita artes incrementum accepere.

Cuiuslibet

Cuiuſlibet enim eſt quod deeſt, addere.

Cum iactum inquit principium fuerit, & omnis occaſionem iam acceperint apte conuenienterq; rebus exhibitam: addere quæ adhuc deſunt vnuſquiſq; poteſt, modo bene iactum fundamentum ſequatur. depictionem ideſt ὑπογραφὴν appellat definitionis diſſolutionem, eorũque examinationem quę definitæ rei ſubſtantiã conſequũtur. Quemadmodum enim definitio quæ breui oratione rei ſubſtantiam declarat, ὑπογραφὴ id eſt deſcriptio ſeu circunſcriptio dicitur, ita diſſolutio eius depictio appellatur: quippe quæ latius partes definitionis explicet, atque examinet: ſingulaſque ex ipſis bene & apte in deſcriptione aſſumptas fuiſſe demõſtret. id quod etiam in medicina fieri poteſt. cum enim ſalubrium, morboſorum, & neutrorum ars eſſe definiatur, qui rationem hanc diſſoluere voluerit; ſingulas eius partes diligenter exquiret: oſtendetque recte ſumptas ad declarandum quid ea ars ſit. quod Galenus quoque in ea quam paruam artem inſcribit, facere conſpicitur: qui ſanè liber ex definitionis diſſolutione totus conſtat.

Oportet autem eorum quæ ante dicta ſunt, meminiſſe: & exactam tractationem non eodem modo in omnibus requirere, ſed in ſingulis, prout ſubiecta materia poſtulat.

Cum felicitatis deſcriptionem aſſignata hac definitione fecerit, vult eam etiam ipſe diſtinguere atque explicare. priuſq; ea quæ ad hoc facere videntur præponit. ac primũ quomodo admitti debeat ea quæ dicentur. nam prius etiã dixit non oportere eodem modo in omnibus exactam tractationem requirere, ſed vbique prout ſubiecta materia poſtulat. quorum meminiſſe etiam in præſentia hortatur. & nos quoque de ipſis multa ibi latius diſſeruimus: quæ nunc quoque ſunt memoria repetenda.

Atque id eatenus, quatenus arti vnicuique conuenit. faber enim & geometra diuerſo modo rectum angulum vterq; conſiderant. ille quatenus ſolummodo ad opus vtile eſt: hic cum veritatis ſpeculator ſit, quid, & quale ſit, indagat.

Non ſolum quantum ad ſubiecta, inquit, attinet, inquirẽda diligẽter res eſt: verũ etiã quãtũ ad artes quæ circa ipſa ſubiecta verſantur: vt etiã ex ipſis, prout vnicuiq; conuenit, exquiſita tractatio exigatur. ſæpe. n. inuenimus diuerſas etiã artes quæ circa idẽ ſubiectũ verſantur, eundẽ ſcopũ tamen minime habere, ſed aliam hunc, aliam illum propoſitum finẽ ſpectare. vt opus ſit, vnamquãq; in rebus examinãdis eã prẽſtare diligentiã, quæ propoſito ſuo conuenit. Cuius rei exẽplum illud eſt, faber & geometra in recti anguli inquiſitione vterq; verſantur. rectus autẽ angulus eſt, qui efficitur ex recta linea ſupra rectã ad perpendiculũ collocata, ita vt ęquales anguli vtrinq; reddãtur. ſed faber quidem rectum angulum inquirit ea de cauſa, vt recte ligna inter ſe coaptet, ſicut etiam ædificator, vt rectã columnã in ædificio ſtatuat, vterique amuſſi inſtrumento quod ex grȩcȩ literæ ſimilitudine alpha appellatur, ad directionẽ vtentes. quod quidẽ alpha triangulus eſt rectangulus, cuius rectum angulũ cũ vel ligno vel ſaxo alicui erecto adaptant, id dirigunt, efficiuntq; vt rectũ, atq; ob rectitudinẽ ſtabile ac firmũ conſiſtat. atq; hoc fabri eſt ędificatoris. quanquã ædificator etiã perpendiculo vtitur, quod inſtrumentum plumbo ad vniuerſi medium per rectos angulos opus dirigit, parietemq; ita erigit, vt rectus in neutrã partem quicquam inclinetur. atque hi quidem conſq; recti anguli conſiderationem habent, vt nihil amplius de ipſo inquirant, quam quãtum ad opus ipſorum conferre videatur: at geometra & ſubſtantiam & qualitatem eius inquirit, quidque ſit, & quam ad acutum & obtuſum differentiam habeat. non enim id ſpectat, an ad materiale opus, materialemque affectum conferat, ſed quid ſit, & qualis, id eſt quæ ſubſtantia eius ſit, quidque ei inſit. debemus enim & præter rerum ſubſtantias ea quoque quæ ipſis inſunt quæque conſequuntur inuenire. Ita enim perfecta cognitio comparatur. Id quod in grammatica quoque ipſa patere

A poterit. vbi. n. ſingulares orationis partes didicerimus, non ſolum in ſpecies, & figuras eas diſtinguimus, atq; huiuſcemodi reliqua conſideramus, ſed conſequentia etiã inueſtigamus, quaſi eo modo integram earum cognitionẽ demum habituri. Idem in geometricis quoq; figuris fieri inueniemus, atque in omnibus ſimiliter. Ab ædificatoribus igitur & fabris eatenus de recto angulo exigenda tractatio eſt, quatenus ſatis ipſis eſt ad opera dirigenda: à geometris vero, vt quid ſit rectus angulus, quidq; eum conſequatur, vera aſſignet, quippe cum ſcientia eorum veritatem profiteatur.

Eodem modo in alijs quoque faciendum eſt: ne plura ornamenta extrinſecus quam ipſum opus euadant.

Vt declararet quod dixerat, id eſt, exactam tractatio-
B nem pro ſubiecta materia inquiri debere, ſumpſit exemplum recti anguli, oſtenditq; ex eo fieri, vt in vna ſæpenumero ſubiecta re diuerſo modo diligentiã exigi oporteat, ob artium varietatem quæ circa idem ſubiectũ verſantur, deinde oratione ad vniuerſale deducta, ita ſcilicet in alijs quoque eſſe faciendũ, cauſam nunc ſubiungit, cur orationẽ collegerit, neque pluribus vſus ſit exemplis, ne videlicet inquit, plura ornamenta extrinſecus quã ipſum opus euadant. propoſitũ enim nobis hic eſt depingere atque explicare aſſignatam felicitatis deſcriptionem. ſi vero longius in eo euagabimur, vt probemus diligentiam conuenienter & ſubiectis rebus & artibus quæ circa ipſas verſantur, eſſe requirendam, plura ornamenta extrinſecus præter operis propoſitum, quę ob id πάρεργα appellant, quam opus
C ipſum efficietur, ideo his omiſſis ad aliud quod antedicta ſubſequitur, deſcendendum eſt.

Neque ſimili modo in omnibus cauſa requirenda eſt: ſed eſt in quibuſdam ſatis, ſi bene demonſtratum fuerit, quod ſint: id quod etiam in principijs ipſis contingit. quod autem ſit aliquid, primum ac principium quoddam eſt.

Quoniam in partibus definitionis felicitatis nullã cauſam ſumpſit, cur vnaquæq; ex ipſis felicitati inſit, parſque ſubſtantiæ eius eſſe debeat, vt non demonſtratiua ſcientia ex prioribuſq; & cauſis concluſionis, ſed ex ijs quæ vel pleriſque vel ſapientibus videatur, collecta ratio ſit, ex poſterioribuſq; ſint priora confirmata, cuiuſmodi rationes demonſtrationes ſunt quòd ſit aliquid, non propter quid ſit,
D quippe quæ rem tantum demonſtrent, quòd ſit, non autem cauſam cur ſit, explicent, iccirco nunc hæc ſubdit, exigendum minime eſſe, vt omnia ſcientiã efficientibus argumentis & ex propria cauſa demonſtrentur. nam omnis demonſtratio ratiocinatoria medium terminum quendam habet, quæ cauſa eſt, non tamen omnis ratiocinatio cauſam rei mediam habet. ſunt enim nonnullæ quæ cauſam ſolummodo concluſionis aſſumunt. neq; omnis ex prioribus, ſed pleræq; ex poſterioribus fidem faciunt, quæ ſane demonſtrationes quod res ſit, non propter quid ſit, appellari conſueuerunt. ineſſe enim hoc illi oſtendunt, propter quid autem inſit, nõ declarant. verbi cauſa, ea quæ ex globo lunæ varias luminum figurationes probat, ex cauſa rei probat, & demonſtratio propter quid dicitur, quæ autem
E ex luminibus globoſam formam demonſtrat, ex cauſato cauſam demonſtrat, vocaturq; demonſtratio, quod res ſit. quæ item ex fumo eſſe ignem oſtendit, ex cauſa cauſatam rem oſtendit, & proprie demonſtratio dicitur. quæ vero econtrario ex igne fumum, ex cauſato cauſam demõſtrat, & demonſtratio quod res ſit, & coniecturalis nũcupatur. quia igitur fieri non põt, vt in omnibus cauſas ad demonſtrãdũ aſſumamus, quę non tantũ concluſionis, verũetiã rei cauſę ſint, ſed multa ſunt quæ huiuſcemodi cauſas habere minime poſſunt, neceſſe eſt, vt in his cõtẽti ſimus, ſiquis cõcluſionis ſolius, nõ autẽ rei cauſam adduxerit. Quinetiam principia ſcientiarum cum apud eas ipſas, quarum principia ſunt, quod ſint ſolummodo admittant, ſatis ad declarationem ipſarum id habent, quippe cum nemo de ipſis poſſit inquirere propter quid ſint. qui enim requirere à Geometra cõ-

ſentanee

ſentaneę poſſunt cur punctum indiuiſibile ſit, aut cur linea vnam tantum dimenſionem admittat, aut tale quippiam? Q V O D autem ſit aliquid, inquit, primum ac principium quoddam eſt.) Hoc confirmat principia ſcientiarum non admittere demonſtrationem propter quid, primum enim ac principium eſt, quòd ſit aliquid. id eſt inter prima ac principia; quod ſit, aſſumitur abſque demonſtratione propter quid, ne ſi in infinitum aſcendamus nullis poſitis primis principijs, ſcientiam omnem etiam tollamus: in eo enim quod à ſuperiore parte infinitum eſt, qui fieri poteſt vt primum aliquid inueniri queat? ſumpſit autem exemplum principiorum, vt confirmaret non oportere in omnibus, propter quid ſint, inquirere: ſed eſſe quędam, quæ nulla neque rei neque concluſionis cauſa requiſita ex ſeſe abſque vlla fide extrinſecus admittere debeamus, deinde quia ſæpe accidit vt in principijs quoque obſcuritas quędam inueniatur, ouiuſque eſt rationibus aliquibus vt claram eorum cognitionem habeamus, modos quoſdam tradit, quibus eorum cognitio certa effici nobis poteſt.

Ex principijs vero alia ſunt, quæ inductione: alia quæ ſenſu: nonnulla quę aſſuetudine quadam: alia quę alio quodam modo conſiderantur.

Qui dixit principia ſcientiarum demonſtratione minimè cognoſci, neque de eis propter quid ſint, aſsignari; quaſi aliquis interrogaret, quomodo ò Ariſtoteles ea percipiemus, aut cognoſcemus, ſi ignota ſint, neque ſcientiæ vlli ſubijciantur? ita enim efficeretur, vt ex incertis incerta manifeſtarentur, id quòd abſurdum eſt; ideo modos quoſdam tradit, quibus principiorum cognitio nobis cõparatur, qui tamen ſunt à ſcientia diuerſi. Inductione nonnulla conſiderantur, vt ea, quæ eidem ſunt æqualia, inter ſe quoque ſint æqualia, neceſſe eſt: &, ſi æqualia æqualibus adiungantur, tota erunt æqualia. ſi enim quis hæc audiens dubitet, habeat ne ſe ita res, vt orationes iſtę exponunt, ad hoc declarandum vti quidem demonſtratione minime poterimus, vtemur tamen inductione, numerosque & magnitudines inter ſe ęquales aſſumemus, & modo vni alicui applicabimus; ad quod ſingula comparentur, ſique omnia illi æqualia inuenerimus, ex eo & reliqua inter ſe eſſe æqualia cognoſcemus, modo æqualia alijs æqualibus apponemus, atque ita tota eſſe æqualia effectu ipſo oſtendemus. hocque fieri tum in numeris poterit & magnitudinibus, tum in alijs omnibus quæ menſuræ ſubijci poſſunt. nam ſiquis vnitates decem in menſura aliqua poſuerit, & in altera totidem; deinde vtrique decadi alias æquales vnitates addiderit, verbi cauſa, quatuor, & quatuor, ſeu quinque & quinque, vel ſex & ſex, vel quęcunque alium numerum, modo æqualis additio vtrique adiungatur, æqualia erunt tota, id eſt ea quæ prius poſita fuerant, vnà cum adiunctis. hæcque & huiuſcemodi alia inductione cognoſcuntur. ſenſu vero proprias primorum elementorum qualitates percipimus, ignis ſcilicet caliditatem, humiditatem aeris, aquæ frigiditatem, ac terræ ſiccitatem. at vero aſſuetudine nihil aliud quàm virtutes cognoſcimus; quo enim alio modo fieri poteſt, vt honeſta eſſe agnoſcamus ea quæ temperanter fiunt, quàm cum ea agimus, in eiſque aſſueſcimus? experientia autem vtilia percipiuntur, id quod in medicamẽtis & alimentis contingit. nam quia ſæpe alimentum, atq; item medicamentum aliquod experti ſumus, id eſſe vel vtile, vel noxium confirmamus.

Singula autem ita ſunt tractanda, vt natura eorum poſtulat: dandaque eſt opera, vt rectè definiantur: magnum enim afferre momentum ad ea, quæ ſequuntur, conſueuere. videtur enim principium plus quàm dimidium totius eſſe: compluraque eorum quæ in quæſtionem veniunt, per ipſum manifeſtantur.

Cum de felicitatis definitione Ariſtoteles diſſerat, eãq; inuenire ſtudeat, nõ ſine cauſa principiorum mentionem

A facit, ſed admodum aptè & opportunè. nã definitio quoq; principiũ eſt, atq; iccirco de ipſa propter quid ſit, minime eſt requirendũ, ſed ſatis eſſe debet, ſi bene quòd ſit, fuerit explicatum; quippe cũ in ſcientijs quoque non ſolum effata ea quæ ἀξιώματα, quaſi auctoramenta dixeris, & αἰτήματα id eſt poſtulata appellãtur, verumetiam definitiones inter principia conſtituantur. ſicut in geometria punctũ eſſe dicimus, cuius nulla pars eſt, & lineã longitudinẽ abſq; latitudine, & deinceps reliqua. & nunquã, propter quid ſint, de ipſis neq; inquiri, neq; aſſignari cõſueuit, ſiquæ aliqua ratio in confirmationẽ ipſorum adducta fuerit, ea quòd ſint, nõ cur ſint, confirmat. Quemadmodum cum propoſitionẽ eam B ſumimus, quæ inquit, id quod terminat; vna dimenſione ab eo deficit, quod terminatur, & item illam; corpus cum trifariam dimetiatur, à ſuperficie terminatum eſt; duas igitur ſolũmodo habet dimenſiones ſuperficies, quippe quæ vna dimẽſione .i. profunditate ſit minor, quàm corpus, longitudine tãtũ ac latitudine prędita, linea rurſus quia ſuperficiẽ terminat, longitudinem ſolũmodo neceſſario habebit, atque ita demum punctũ ſine vlla dimẽſione indiuiſibile euadet eo quia lineæ quę ſolam habet dimẽſionem, terminus eſt. ſcias tamen in his nullam eſſe demonſtrationem, quę propter quid ſint, oſtendat, ſed tantummodo, quòd ſint. atque hic eſt alius confirmandorum principiorum modus, ab illis quos modo commemorauit, diuerſus, hoc eſt ab inductione, & ſenſu, & aſſuetudine. ſit enim interdum, vt C definitionem quæ demonſtrationis principium eſt, ratiocinando etiam probemus, quod ſit tamen, non cur ſit, demonſtramus. verbi cauſa in duobus contrarijs quæ ſub eodem genere ſunt, ſiquis alterius definitionem ſumpſerit, contrariam eſſe alterius oſtendet, vt in albo & nigro. ſi albus color eſt qui viſionem diſgregat ac diffundit, niger erit qui congregabit ac colliget. adde quòd omnes etiam ſigillatim partes quæ conſtituunt definitionem, confirmare poſſumus, atque ita oſtendere totam ipſam in ſubiecto ineſſe, nõ tamen vllam ex ipſis propter quid ſint, ſed quod ſint, demonſtrabimus. id quod Ariſtotelem hic quoq; in felicitatis definitione feciſſe perſpicuum eſt. eam D enim eſſe dixit primum animæ rationalis, deinde non vitã & facultatem, ſed operationem, tum ex virtute, poſtremo in vita perfecta, atque ita partibus ſingulis declaratis ex earum compoſitione totam definitionem abſoluit. quia vero diuerſis modis virtutum cognitio nobis comparatur, ideo ſingula eo modo eſſe tractanda inquit, quo ſuapte natura venire in cognitionem noſtram poſſunt, operamque adhibendam ac diligentiam, vt bene definiantur, hoc eſt proprio vnicuique modo. vt vero magis adhuc ad principiorum perceptionem nos incitet, ſubiungit: V I D E T V R enim principium plus quàm dimidium totius eſſe.) perinde ac ſiquis principiorum breuitatem in verbis ſpectans miretur, quo modo in ſpeculationibus habere tam magnam vim poſſint; ita infert, ne ſpectes, inquit, principiorum in verbis breuitatem, ſed vim eorum conſidera, quippe quæ totam conſiderationis vim demonſtraE tionibus impertiantur, adeo vt plus quàm dimidium ipſa ſint, rationes vero ac demõſtrationes reliqui vice fungãtur, ſintq; ipſa quæ vnà cum demonſtrationibus ea quæ in dubium veniunt, manifeſtent. Nam demonſtrationes propriam vim atq; efficaciam à principijs habent, vt principia munerario ac certaminis præfecto, vnde origo certaminis eſt idest cauſæ effectrici, demonſtrationes autẽ certãtibus comparari merito poſſint. id quod à Platone factum eſt.

De dictorum antiquorum cum vera felicitate conſenſu, ac de triplici bono ad felicitatem neceſſario. Cap. VIII.

Conſideranda quidem eſt de ipſa non ſolum ex concluſione, ex que ijs quibus ratio conſtat, verum etiam ex ijs quæ de ipſa dicuntur, cum vero enim conſonant omnia, quæ vera ſunt: à falſo autem cito diſſonant ac diſcrepant.

Cum

Cum à felicitatis definitione ad communem oratione de principijs tranſiuiſſet: redit rurſus ad id principium quod felicitatem definiendo conſtituerat. quia autem ex multis ratiocinando ipſam collegit, quod ſit tamen, non propter quid ſit, oſtendendo, nunc conſiderandum eſſe inquit de ipſa, an accommodata eius definitio data ſit: non ex cóclusione tantûque & principium & definitio eſt, & ex ijs ex quibus ratio cóſtat, id eſt ex propoſitionibus ex quibus demonſtrario ipſius compoſita eſt, verumetiã ad certiorem cognitionem ex ijs quæ de ipſa & à viris philoſophis, & ab alijs multis dicũtur. vt ſi omnia inter ſe conſenſerint, & logicæ contemplationis conſequutio, & ea quæ omnes de ipſa dixerint, veram eſſe eius definitionem manifeſtum ſit. veritas enim in oratione idem eſt, quod in re eſſentia. Quando igitur ea quæ in re inſunt, cum illis quę de ipſa re dicuntur, conſenſerint: perſpicuum erit veram eſſe orationem: ſicut cum falſa eſt oratio, à veritate rei quæ non conuenit cum ijs quæ dicuntur, cito redargui conſueuit.

Cum igitur bona in tres partes diſtributa ſint, & alia externa, alia circa animam, alia circa corpus dicanturque circa animam ſunt, maxime proprie, ac maxime bona appellamus: actiones autem & operationes animales circa animam ſtatuimus. Quare ex hac opinione qua antiqua eſt à philoſophis conceſſa, recte hoc diceretur.

Poſteaquam felicitatem eſſe animę operationem ex virtute definiuit, vult hoc his quæ nunc dicit, recte fuiſſe poſitum oſtendere, ſumitque illud à veteribus philoſophis cóceſſum, tria eſſe quæ apud nos ſunt bona, animæ, corporis, & externa, & ea quæ ſunt animæ, maxime proprie, ac maxime bona omnium dici. nam ſi anima corpore atque externis rebus præſtantior eſt & excellentior, bona quoq; eius omnium tam corporis, quam externorum præſtantiſſima ſint neceſſe eſt. actiones vero & animales operationes cum neque corporis, neque externa ſint, eſſe animę bona ab omnibus conceduntur, atque inde philoſophantium conſenſu felicitatem eſſe ex bonis animę colligitur. vt ratio talis euadat: bonæ actiones & operatiões ſimpliciter reducũtur: omnes autẽ actiones & operationes animæ ſunt: bonæ igitur actiones & operationes animæ ſunt. bene igitur felicitatem eſſe animæ operationẽ definitum eſt.

Recte etiam conſtitutum fuit, actiones quaſdam & operationes finem ipſum dici: ita enim ex bonis animæ ſunt, non externis.

Bene, inqt dictũ fuit operationes & actiones, animę eſſe, neq; inter corporis, neq; inter externa bona cónumerari: neq; ſolũ hoc, veri etiã illud recte: actiones quaſdã & operationes finẽ ipſum dici. ita enim efficitur, vt finis ex animę bonis, nõ corporis aut externis ſit. nã ſi finis nihil eſt aliud, q̃ actiones & operatiões, oẽs vero actiones & operationes animæ ſunt, finis profecto ex animæ bonis erit. hoc autem ab eo, q̃ ſuperius dixit, in eo differt, q̃ ſuperius bene dictũ eſſe animæ operationẽ eſſe felicitatem aſſeruit, hic operationes & actiones eſſe finem recte dici affirmat. quaſdam vero iccirco adiunxit, quia non omnes abſolute actiones & operationes: ſed qualitate quadam affectæ id eſt ex virtute, & bonæ, finis eſt.

Conſentit etiam cum ratione hac illud, quod aiunt, bene viuere, ac bene agere felicem. fere enim bona quædam vita & bona actio felicitas dicitur.

Poſteaq̃ ex philoſophorũ ſentẽtia ratioñe hanc confirmauit Ariſtoteles: ex cõmuniore hominũ cõſenſu adhuc cõprobat, q̃ eiuſmodi eſt, vt bene viuere, ac bene agere felicẽ dicãt. quę vtraq; operationes & actiones pręſe ferunt, quę ſunt animæ ſicut dictum eſt. ita vt hoc quoq; cum felicitatis definitione cõueniat: ferè autẽ cautione quadã philoſophica appoſitum eſt. fieri.n. poteſt, vt nonnulli bonã vitã bonamq; actionẽ eſſe felicitatẽ negẽt, aſſerãtq; aliud quippiã ex his euidẽtibus ac manifeſtis, vt voluptatẽ, vt diuitias

A atque, huiuſcemodi aliud ipſam eſſe. Quia tamen à pleriſque bona vita, bonaque actio eſſe dicitur, credendum eſt. ac vitam bonam, laudabileſque actiones eſſe felicitatem: aſſerendum.

Videntur autem omnia quæ circa felicitatem inquiruntur, ineſſe huic, quod à nobis dictum eſt. alijs enim virtus, alijs prudentia, nonnullis ſapientia quędam eſſe felicitas videtur: quibuſdam hæc, aut aliquid ex his cum voluptate, vel non ſine voluptate. ſunt etiam qui ſimul externam proſperitatem aſſumant.

Ea quæ inquiruntur appellat ea quæ de felicitate homines opinantur, eo quod non omnes idem, ſed alij hoc alij illud exiſtiment ac dicant, nam ſi omnes idem dicerent, B non eſſet inquiſitum id quod dicitur, ſed conceſſum, ac cõmuni ratione intellectũ. quoniam vero alius hoc, alius illud aſſerit, inquiſita appellantur iccirco, quia inter ſe diſſẽtiunt ac diſcrepant, atq; ideo indigent inquiſitione. quælicet inter ſe diuerſa ſint, inſunt tamen omnia in eo quod dictum eſt, quemadmodũ declarabimus. nam quia id quod dictum eſt, erat illud, felicitatem animæ operationem, ex virtute eſſe, ſiue aliquis virtutem abſolute, ſiue ſapientiam aliquam, ſiue hæc omnia, aut aliquid ex his cum voluptate eam eſſe dixerit, omnia definitioni huic cóſentanea reperientur, quippe cum & omnia hęc animę bona, & ſingula animæ virtutes ſint: ineſſe igitur in oratione, quæ inquit, animæ operationem ex virtute eſſe felicitatem, omnia hæc videntur, niſi quod hæc omnia habitus ſunt, definitio operationem continet, quæ ex habitu virtutis proficiſcitur. nã voluptas, cum quis ſuæ ſibi probitatis eſt conſcius, ſeque bene honeſteq; agere ſentit, neceſſario cõſequitur. ſi enim propterea quod eſt, vnuſquiſque lætatur, voluptateq; efficitur, dum eſſentia ipſa fruitur, quam natura ſingula appetunt, quanto magis propterea quod bene eſt, lætari debebit, cum bene eſſe quam abſolute eſſe expetibilius ſit? quod vero dixit, quæ circa felicitatem, non quæ de felicitate inquiruntur, neque id carere ſignificatione prorſus videtur, oſtendit enim eos qui hæc dicunt, ſubſtantiã eius minime declarare, ſed quæ circa ipſam ſunt, tantummodo exponere, quæ vel cutem, vt ita dicam, ſuperne attingunt, vel ſublimius etiam circum ipſam volitãt. SVNT etiam, inquit, qui ſimul externam proſperitatem aſſumant.) hoc D non ita inquit, vt in definitione ipſum quoque aſſumptum exiſtimemus, ſed quoniam etiam iſti rationi iam dictæ non aduerſantur, quippe qui antedicta quidem accipiant, cum ipſis tamen externam quoque proſperitatem quaſi ſupplementum quoddam adiungant, ipſa enim interdum felix ad operationes quaſdam adiutrice indiget.

Atque ex his alia multi & antiqui, alia pauci & illuſtres viri dicitant: quos ſanè aberrare tota via vtroſque minime: ſed in vno ſaltem aliquo, vel in pleriſque aſſequi veritatem, veriſimile.

Ex his q̃ dicta ſunt, inquit, de felicitate alia multi & antiqui, alia pauci & illuſtres viri dixere. illis ob vetuſtatẽ, his E ob claritatẽ, vtpote ſapiẽtibus reuerẽtia eſt exhibenda. neq; hos igitur, neq; illos abſolute in ijs quæ dicunt, aberrare ratio vlla cõcederet, ſed in vno ſaltem aliquo, vel in pleriſq; aſſequi veritatem. cum in vno ſaltem dixiſſet, poſtea quaſi nomine horum virorum eum puderet, ſi tum multi & veteres, tum pauci & ſapientes in vno ſolummodo de felicitate aſſequuti veritatem dicerentur vel in pleriſque, ſtatim ſubiunxit id, quod de talibus ac tantis viris dici par eſt.

Cum illis ſanè qui dicunt omnem virtutem, vel quandam eam eſſe noſtra conſentit oratio: quippe cum huius ſit operatio ſecundum virtutem. intereſt tamen non parum fortaſſe in poſſeſſione ne, an in vſu, & in habitu item an in operatione eſſe optimum exiſtimemus.

Qui felicitatem, inquit, virtutẽ eſſe affirmant, conueniẽtia quidem rationi eius iam aſſignatæ dicunt, quippe cum

felicitas

ſelicitas operatio ex virtute definiatur: differẽtia tamẽ nõ parua eſt in poſſeſſione an vſu, itẽ in habitu an in operatione optimũ cenſeatur. vſus enim & poſſeſſio de inſtrumentis, & ſiquid his proportione reſpondet, dici conſueuit: habitus vero & operatio de qualitatibus, quæ in aliqua re cõſideratę eam perficiunt. exempli cauſa, diuitiæ & ſupellex, artium item inſtrumenta in poſſeſſione eorum qui ea habent, eſſe dicuntur: vnde vti ipſis ad res neceſſarias oportet, ne fruſtra eſſe poſſeſſio illa arguatur. Ars vero & ſcientia & virtus habitus animæ ſunt, quæ in ipſa tanquam in ſubiecto inſunt, idque in quo inſunt, perficiunt, iccirco ne fruſtra habere habitus videamur ex ipſis quoque operationes proferendæ ſunt. ſicut enim non apparentis theſauri vana omnis poſſeſſio eſt: ita habitus bonus, niſi operetur, inanis exiſtimari merito poteſt.

Fieri enim poteſt vt habitus licet adſit, nullum tamen bonum efficiat: id quod in dormiente, vel alio aliquo modo manente ocioſo homine euenit. vt operatio autem nihil boni agat, non datur. aget enim neceſſario, & bene etiam eget.

Habitus, & quæ ex ipſo prouenit, operationis differentiam hic non paruam oſtendit: ſiquidem ille quãuis in ſubiecto aliquo ſit, poteſt nullum bonum efficere, vt in dormiente ſabro, aut grãmatico, aut geometra, aut eo etiã qui vel morbo aliquo, vel occupatione impeditur, quo minus artis aut ſcientiæ continuare operationem poſſit: at vt operatio habitui conueniens officiũ non exequatur, fieri omnino nequit. Quemadmodum vero in alijs habitibus, eorumq; operationibus, ita etiam in virtute fit. aget enim neceſſario qui ſecundum virtutem operatur, & bene etiam: ex bono ſiquidem habitu bonam eſſe etiam operationem neceſſe eſt.

Sicut autem in Olympijs non pulcherrimi, & robuſtiſſimi coronantur: ſed qui decertant: ex his enim nonnulli vincunt: ſic ex honeſtis probiſque hominibus in vita illi qui recte agunt, compotes fiunt.

Idem adhuc comparatione confirmat, hoc eſt recte dictum fuiſſe animæ operationem, nõ habitum eſſe felicitatem. ſicut enim, inquit, in certaminibus exercitatorijs quidam ſunt pulcherrimi & robuſtiſſimi, ſed non ob id tamẽ coronantur, niſi etiam certent, vireſque ſuas operibus oſtendant, certantium autem ſunt coronæ, cum aduerſarijs ſuperiores euaſerint: ita in vita quoque cum multi ſunt fortaſſe honeſti ac probi viri, qui recte agunt, operibuſque habitum manifeſtant: ij compotes efficiuntur: id eſt gloriæ, laudis, ipſiuſque beatitudinis capaces, atque aſſequutores fiunt. Olympia vero erant certamina, quæ in honorem Iouis Olympij in Arcadia, ſeu Helide celebrabantur.

Eſtq; ipſorum vita ſuauis & iucunda. lætari enim ex affectionibus animæ eſt. vnicuique autem id eſt iucundum ad quod ſpectando talis rei ſtudioſus quiſpiam dicitur, vt equos equorum, ſpectaculum ſpectaculorum ſtudioſo: eodem modo & iuſtitiæ amatori iuſta: & in vniuerſum virtutis ſtudioſo virtus.

Cũ ſatis ꝙ ſit, & qd ſit felicitas, demõſtrauerit nũc ad reliquas duas quæſtiones deſcẽdit, vultq; oſtẽdere quęnã inſint ipſi, & propter quid inſint. i. qualiſnã ſit, & quã ob cauſam eiuſmodi ſit. quæ vero ineſſe ipſi inquit, ſunt hęc ſuauiſſimum, optimũ, & pulcherrimũ. atq; id ex veterũ opinione. nã dixit cũ voluptate ipſam eſſe, aut nõ ſine voluptate. cum voluptate, cum tanquã partẽ etiam ipſam felicitatẽ vna cũ alijs accipit, nõ ſine voluptate, cũ voluptatẽ aliqd ex cõſequẽtibus felicitatẽ appellat. hæ vero quęſtiones quale aliquid ſit, & propter qd ſit, minime à ſe mutuo ſeparatæ ſũt, ſed inter ſe cohęrẽt, ſeq; mutuo explicãt. aſſignata enim cauſa cur aliqd alicui inſit, ſimul etiã ꝙ inſit, & propter qd inſit, declaratur. vt autẽ demonſtrationẽ conſtituat ab vniuerſaliori communioriq; incipit, atque ita ad propoſitum orationẽ deducit. vnicuique .n. inquit, id eſt iucundum ad quod ſpectãdo talis rei ſtudioſus dicitur id eſt φιλοτοιοῦτος,

A quali tollecocam appellës, vt equiuoca appellatur qui equis ſtudet, & huic iucundi equi ſunt. ſpectaculicolam, qui ſpectaculis ſtudet, eiſq; delectatur, & huic ſimili modo ſunt iucunda ſpectacula. vinicola item qui vinum amat, huicq; vinum iucundum eſt. ſapienticola. i. philoſophus qui ſapiẽtiam colit: & huic quoque proculdubio ſapientia eſt iucũda ac ſuauis. atq; hoc modo cum vniuerſale. i. maiorem ratiocinationis propoſitionem inductione comprobarit, ad propoſitum aſſerendum deſcendit, eodem modo, inquiẽs, etiam iuſta, & omnino quę ex virtute qualibet proueniunt, virtuticolæ id eſt virtutis ſtudioſo eſſe iucunda: nam ſtudioſus virtutis ad virtutes ſpectando earumque actiones, talis rei ſtudioſus dicitur. vnicuique autem iucunda B ſunt ea, ad quæ ſpectando talis rei ſtudioſus dicitur. ſtudioſo igitur quoque virtutis virtutes, earumq; actiones iucundę ſunt, adeo vt vel ſi alios etiam talia agentes videat vel audiat, videndo atque audiendo delectetur: vel ſi ipſe agat, iucunditate etiam maiore afficiatur. Quia præterea felicitas animæ operatio ex virtute definita eſt, felix cum voluptate operabitur, lętãtemq; animum habebit ijs quæ ex virtute aget. nihil enim aliud eſſe quod lętetur, voluptateq; afficiatur, niſi animam manifeſtum eſt.

Apud pleroſq; vero iucunda inter ſe pugnant, propterea quòd eiuſmodi natura minime ſunt: ſed quæ ſtudioſis honeſtatis ſunt iucunda, ea natura iucunda ſunt, ac voluptuoſa: tales C *autem ſunt actiones quæ ex virtute proueniunt.*

Quoniam in vita voluptates multæ ſunt, & iucunda diuerſa ex quibus voluptates fiũt, & alia ex ſe iucunditatem habent, alia aliquid ſpectando, vt ſapientia & virtutes earũque operationes per ſe iucundæ ſunt: licet nonnulli ſint, qui ex iudicij deprauatione ea non ament: equus vero, ſpectaculum, vinum, piſcis, atque huiuſmodi cætera per ſe quidem & natura iucunda minime ſunt, ſed illis tantum qui talium rerum ſunt amatores, videntur iucunda: iccirco Ariſtoteles hic ea quę per ſe & natura ſunt iucũda, ab alijs quę non ſunt huiuſmodi diſtinguens ita inquit, pleriſque enim. i. vulgus ea quæ ſibi iucunda ſint, natura eſſe iucunda arbitrãtes, ea inter ſe ẽt pugnantia habẽt, quippe cũ alius D dulcia amet, alius ſalſa, hic equos, ille arbores, hic ſplẽdidis ille ſqualidioribus indumẽtis delectetur, nõnulli vini dulcis, alij auſteri potionẽ affectent, vt hinc pateat nõ eſſe hęc natura iucunda, ſed illis ſolũmodo, qui ita ſunt affecti. illa vero natura ſunt iucunda, quibus honeſtatis vere ſtudioſi quos φιλοκάλους. i. honeſticolas ſtudioſoſq; honeſtatis vocat, delectantur: cuiuſmodi virtutis actiones ſunt: id quod ex iudicio eſſe manifeſtũ poteſt. iucundæ .n. videntur nõ ſenſui irrationalis deditis hominibus, ſed recte ſentientibus, qui & recte iudicant & ratione viuunt. quæ vero aliter iucunda ſunt, ſenſu iudicantur ſenſumq; oblectãt. illa præterea quia natura eiuſmodi ſunt quemadmodum iudicantur, conſentientes inter ſe ac concordes iudices habent, hæc diſſentientes & ſępe etiã repugnantes, eõ ꝙ natura talia minime ſũt; ſed quantũ ad illos ſpectat qui iudicant, qui cum irrationa E libus facultatibus in iudicando vtãtur, irrationalibus quoque appetitionibus, irrationaliq; imaginatione ad ea quæ natura minime ſunt iucunda, ferri ac trahi conſueuerunt. Quare quoniam natura ſunt iucundæ virtutis actiones, & ſtudioſis virtutis, & per ſe iucundæ ſunt.

Ipſorum autem vita voluptate quaſi appendice aliqua minime indiget: ſed in ſe eam habet.

Aduerſus eos qui dicũt nõ ſine voluptate eſſe poſſe felicitatẽ, oratio hæc eſt. nã qui ita dicunt videntur ſignificare voluptatem quaſi appẽdicem quãdam felici adeſſe oportere: id quod falſum eſt. ſiquidem felix cum id quod vere & ſecundum naturam iucundum eſt, amet atque appetat, id agit, atque exercet.

Præterea enim quæ dicta ſunt, qui bonis actionibus nõ delectatur, bonus minime eſt. neq; enim vel iuſtũ quiſpiã dixerit, qui iuſte agẽdo non delectetur: vel liberalem, qui liberalibus actionibus non gaudeat: & in alijs ſimili modo.

Idem

Idem probat. quis enim bonum & felicem dicat eũ, qui bonis actionibus nõ delectetur? verbi cauſa, ſi aliquis vel iuſte agens ex iuſta actione voluptatem non percipiat: vel liberalitate vtens ob id non gaudeat. id quod in cæteriſq; virtutibus conſiderari etiam poteſt.

Quia ſi ita eſt: actiones ſecundũ virtutẽ per ſe iucũdæ ſunt:

Concludit id quod dictum eſt, non eſſe felicitatis appendicem voluptatem, ſed actiones ex virtute ex ſe eſſe iucundas. qui enim laudabiles aliquos habitus poſsidet operatur que ſm illos proprijs operationib. delectatur: vtpote amator virtutis, qui quaſi re amata perfruatur. Quinetiam cum aliquis fortiter aliquid operando labores maximos ſubit, doloreſq; ſuſtinet, in eo quoq; voluptatẽ capit, propterea ꝙ dolores laboreſq; omnes boni honeſtiq; exequutio ſuperat. adde etiam ꝙ ſi contingat, vt ſortitec agendo aliquis ad mortem ipſam impellatur, modo pro honeſtate ac virtute periculum ſit, mortẽ glorioſam ignobili vitæ ſempec anteponet. Cum igitur in virtutis actionibus natura inſita ſit voluptas, quo pacto quis eã extrinſecus annexam eſſe quaſi appendicem virtutis dicat, & non potius in eadem ſubſtantia ac natura coniunctam eſſe affirmet?

Quin etiam bonæ & honeſtæ: atque vnumquodque horum maxime. ſi modo de ipſis probus bene iudicat: iudicat autem, vt diximus.

Non ſolum, inquit, virtutis actiones ex ſe iucundæ ſunt vt quaſi in eadem ſubſtãtia inſitam habeant voluptatem, ſed bonæ quoq; & honeſtę: vt bonum & honeſtũ vnà cum iucũdo naturam earum expleat: atq; vnumquodq; horum non mediocriter, ſed maxime ipſis ineſt. hocq; ex eo qui iudicat eſſe manifeſtum poteſt. probus enim cũ ſit, qui iudicat, de ipſis rectum rationis iudiciũ habet. atq; ita ſit, vt virtutis actiones quia ab eo iucundiſsimæ, optimę, ac pulcherrimę iudicantur, vt dictum eſt. tales & neceſſario ſint: alioqui bonus eſſet malus: & rectus peruerſus quod eſt abſurdũ

Optima igitur, pulcherrima, & iucundiſſima res eſt felicitas neque diſtincta hęc ſunt: ſicut Deliacum illud epigramma pręſcribit: Si vales, optima: ſi eſt iuſtus, pulcherrima res eſt:

Iucundiſſima, ſiquis quod amat potitur:

omnia enim hæc operantibus ſecundum virtutem inſunt:

Poſteaquã felicitatem animę operationem ex virtute eſſe definiuit, operationeſque ex virtute & actiones optimas pulcherrimas, & iucundiſsimas eſſe demonſtrauit: nunc ſubiungendo non ſolum iucũdiſsimum, verum etiã optimũ & pulcherrimũ felicitati ineſſe concludit. & aduerte quomõ vnà cũ eo ꝙ quid ſit felicitas, cognoſcimus, quę nã etiã ipſi inſint, & propter quid inſint, habemus, atq; id cõuenienti ex cauſa. obiter autẽ Deliacum epigramma damnat. Delus enim inſula eſt, vbi antiquitus tẽplum & oraculũ Apollinis inerat, in quo epigramma hoc fuerat inſcriptum quod pulcherrimum, iucundiſsimũ & optimũ ſepararę inter ſe vſ: illud iuſtitiæ: hoc ſanitati: aliud conſequutioni rei amatæ aſſcribens. quę tamen omnia inſunt felicitati. propterea inquit, nequaquam hæc inter ſe ſunt diſtincta, vt epigrãma quod in Delo erat, pſcribit, ſed vnita oĩa inter ſe ſunt: quippe cũ omnia ineſſe in operationibus ſm virtutẽ reperiant.

Has autem, aut vnam ex his, quæ optima ſit, felicitatem eſſe affirmamus.

Virtutes cũ optimæ in habitibus ſint optimũ in ſe habent: cum à probis viris cũ voluptate eligantur, atq; exerceantuc, ſuauiſsimũ ac iucundiſsimũ: cũ pulchritudo ipſis inſit, vt vitijs turpido: ſicut turpiſsima ſunt vitia, eorumq; actiones, ita virtutes earũq; actiones pulcherrimæ ſint, neceſſe eſt. eſt igiẽ felicitas vel ſimul omnes ſm virtutes operationes: vel ſi vnam ſolũmodo aliquis eã eſſe dicat, vna ea proculdubio optima oĩum erit, quę inter omnes alias pulcherrimas, optimas, & iucundiſsimas operationes excellet atque hæc ea eſſet quæ ex vera ſapientia ac prudentia prouenit: quæ alias omnes complectituc, ac conſecuat.

Videtur tamen etiam ipſa externis bonis, ſicut diximus, indigere. fieri enim non poteſt, vel non facile ſit: vt

A *cui neceſſaria non ſuppetunt, is bona atque honeſta agat.*

Et felicitas, inquit, perfecta ex ſe atq; integra eſt, qñq; tñ externorũ bonorũ adminiculo indiget. externa aũt bona ea vocamus, quę neq; aię, neq; corporis, ſed alia quędã præter hęc ſunt, vt propinquos, amicos, diuitias, atq; id genus cætera, quæ θύραῖα .i. forenſia quoq; iccirco dicunt, quia foris ſunt à noſtra animæ .ſ. & corporis ſubſtãtia aliena: quibus ſanẽ felicitas nõ ſui cauſa indiget, ſed ob ſubiectas res in quibus ciuilis verſari conſueuit: quæ diſponi ac perfici ſine pecuniarum ſubſidio nõ poſſunt. nihilominus quoq; in multis domeſtici & amici, miniſtri etiã quandoq; & ſerui conferunt. nã ſi felicitas ſui cauſa externis indigeret bonis rebus longe ſe deterioribus indigeret, id quod abſurdũ eſt, ſed ſubiectæ res ſunt, quibus diuitiæ aliorumq; externorũ

B ſuppeditatio neceſſaria eſt, quippe cũ eas vel nullo modo vel difficulter ſine horũ aliquo exequi valeamus. verbi cauſa, ſi bellum contra hoſtes eſt ſuſcipiendum, neceſſe omnino eſt vt pecuniæ ſuppetant: quibus tum peditum, tũ equitum & armorum omnium copiã, & quicquid aliud ad bellum neceſſariũ eſt, cõparemus, ſi prælũ itẽ nauale nobis eſt faciẽdũ, biremibus, triremibus, qnqueremibus atq; huiuſcemodi nauibus prorſus indigemus. atq; ita oẽm externorũ bonorũ neceſsitatẽ ſubiectę res faciũt, ſicut dictum eſt.

Multa & per amicos, & diuitias, & ciuilem potentiam quaſi per inſtrumenta quædam aguntur.

Idem adhuc amplius confirmat: nã ſicut in artibus licet vnuſquiſq; artifex in animo habitum, in corpore naturalia

C inſtrumenta habeat: indiget tamẽ inſtrumentis etiã extrinſecus, quibus ſubiectã materiam commode tractare atque exercere valeat, quę quidẽ rationem eorũ habent, ſine quibus eſſe aliquid non põt, ita quoq; in felicitate eſt. probus vir in animo quidem habet virtutũ habitus, habet itẽ corpus quod apte ac prompte ad bonos habitus in operationẽ deducendos inſeruit, ſæpenumero tamẽ externis quoq; tanquam inſtrumentis ad operũ exequutiones indiget, ſine quib. ſubiecta materia formationẽ vllẽ admittere nõ põt.

Quibuſdam vero priuati nonnulli, vt nobilitate, bona prole, pulchritudinem, beatitudinem maculant. non enim felicitatis admodum compos ille eſt, qui vel ſpecie prorſus deformis, vel genere ignobilis, vel ſolitarius eſt, ac prole carens.

Quæ nunc connumerauit, nõ ſunt eiuſmodi, vt felici ad

D habitus depromendos faciant, ſed ita ſolummodo conferũt, vt notã nullã ac maculã inuri beatitudini eius permittant. pulchritudine ſanè opus ipſi eſt ad decorem & dignitatẽ, quippe cum hominum animi natura ſoleant ea quę iucũda viſu ſunt, amore quodam proſequi, & neſcio quomodo erga formoſos aſpectu affici, vt ex eo vel maxime omnium quæ ad ciuilem ſpectant, pulchritudo conferre videatur, ad retinendam in fide ſubditam multitudinem. formæ enim dignitate, ac pulchritudinis decore illectus populus ad ſpectaculum principis concurrit, ſed & nobilitatem generis venerari, ſicut econtrario ignobilitatem contemnere conſueuimus. bonorum item filiorum procreationẽ laudamus ſiquis liberos bene & animo & corpore affectos habeat, qui natura ad bona apti ſint, eaq; appetant, atq; in

E laude dignis ſtudijs verſentur. aliquãdo etiam gratias habere parenti ſolemus, eo ꝙ horum bonorum ciuitati auctor extiterit, vt non ſolum hoc in gloriam eius redundet, verũ etiam ad beneuolentiam ciuium erga ipſum augẽdam faciat. Hæc igituc omnia, cum adſunt felici, honorem ac beatitudinem augẽt: cum abſunt, maculam quandã ac labem ea in parte afferre conſueuerunt. nam ſiquis ſpecie deformis admodũ ſit, inſpiciẽtibus quaſi inauſpicatus infauſtus que occurrit, minimeq; animo eſſe bonus creditur, cũ pleriq; exteriorẽ corporis ſpeciem occulti animi ſignum eſſe iudicent. ſi itẽ genere ignobilis ſit aliquis vituperabilis ea in parte ob generis turpitudinẽ videtuc, præteritaq; ignobilitas præſentem vel etiã futurã gloriã offuſcat: quippe cũ ciues poſterioca pclara facta ad priora generis dedecora

reducát.natura.n.cóparatũ eſt vt multitudo vituperãdi ſtudioſa admodũ ſit criminationibuſq́; gaudeat.ſi pręterea,ſicut ciuiliũ mos eſt, vxorẽ aliquis duxerit maneatq́; ſolitarius ac liberis carens:vituperabilis ẽt is apud ciues ſuos eſt.

Nec m nus etiam fortaſſ: ſi alicui peſſimi filij fuerint, aut boni m rtu ſi t.

Opprobriũ quidẽ eſt liberis carere: ſi tamẽ quis liberos habeat,qui mali ſint, vitij q́; excellant, maius adhuc malũ eſt quippe cum pleriq; ſoleãt patri filiorũ improbitatẽ aſſcribere,ſi aũt ſint boni,& mortui ſuerint, dedecus quidẽ parenti nullũ conciliabunt:mortis.n.filiorũ cauſa eſſe nullo modo potuit:non paruũ męrorẽ,tñ aſſerent:eo ꝙ is liberos amiſerit,rẽ profectò quæ ab oĩbus expetitur ac deſideratur:quæ cum amittitur, voluptatẽ felici homini quæ ex bonis operationibus prouenit,interturbat.Quamuis mœrore eo interdũ operationes quoq; impediri cõſueuerint.

Videtur igitur,vt diximus,tali etiam proſperitate felicitas indigere.Vnde nonnulli idem eam cum bona fortuna, alij cum virtute eſſe dicunt.

Aliud ſurſus de felicitate inquirit:vnde nã nobis eueniat nam quia non eſt ex ijs quę naturaliter conſequũtur:ex natura non eſſe eã patet.igitur diuinitus ne hominibus exhibeatur,an electione ac ſtudio acquiri poſsit,an fortuito cõtingat,perpẽdere cũ velit,prius orationẽ cõnectit: vt inter ſe partes omnes cohæreant,præcedentia reſumẽs,ac ſequẽtia ſubiungens:atq; ita inquit.videtur,ſicut iã dictũ eſt,antedicta etiam proſperitate felicitas indigere.i.diuitijs,amicis,ac reliquis quæ ſuperius connumerata ſunt. quia vero hæc non in noſtra ſita ſunt poteſtate,ſed extrinſecus adueniunt,vt incerta cauſa eorum ſit: iccirco nonnulli fortunę ea aſſcripſere:atq; inde felicitatem. i.εὐδαιμονίαν idẽ cũ bona fortuna eſſe dixerunt,quã εὐτυχίαν Gręci appellant,iunxeruntq́; cum externis rebus mentem noſtram ac cogitationẽ:quippe quæ bene exequi officia ſua niſi fortuito nõ poſſet:ſunt qui virtutem quoq; eſſe felicitatem propterea opinati ſint,quia eam eſſe operationem ex virtute animaduerterunt:ſed idem hi cum fine & perfectione id quod ad finem ducit, eſſe exiſtimarunt.

De modo aſſequendæ felicitatis. Cap. IX.

VNde etiam dubitatur, vtrum diſciplina, an aſſuetudine,an alia quapiam exercitatione acquiri poſſit:an ex aliqua diuina ſorte, an ex fortuna proueniat.

Diuerſitas inquit ſententiarũ de felicitate facit,vt dubitemus,vtrũ ea rationali aliqua diſciplina cõparetur:an aſſueſcendo in actionibus ſm virtutẽ:an aliqua alia exercitatione,dũ in bonis operibus,licet laborẽ corpori noſtro atque aſſlictationẽ,præbeant,patienter perſeueramus:an diuinitus hominibus exhibeatur:an fortuna eueniat. nam ſi acquiri uel diſciplina vel aſſuetudine vel exercitatione põt in nobis ſita eſt:inſudandũq́; nobis eſt ac ſtudendũ, vt ad id ꝙ ſumus,bene etiam eſſe valeamus:ne ſi bene eſſe nõ acquiſiuerimus,miſere ſemper vitã poſtea traducamus. Si vero Deus eſt qui eã nobis exhibet, precibus ac ſupplicationibus vacare debemus,ad ipſumq́; auctorẽ mentẽ animũque intendere:vt qui nobis dedit vt eſſemus, idẽ vt bene ſimus,ẽt concedat.Quod ſi vtriſq;opus eſt & noſtro ſtudio, & diuino auxilio,vtraq; præſtare nos conuenit: & quod in nobis eſt facere & à Deo fauorẽ atq; auxiliũ implorare ſed ſi fortuna eſt felicitatis cã,eius arbitrio oĩa cõmitẽda ſunt.

Si tamen aliquod aliud eſt à dijs hominibus exhibitum donum, veriſimile eſt felicitatem quoque à dijs exhiberi: ac tanto magis, quanto ipſa omnium humanarum rerum optima eſt.

Cum cauſam inquiſiuerit vnde hominibus felicitas adueniat:conſentaneum eſſe,inquit,vt à Deo exhibeatur.nã cum multa à Deo hominibus dona dentur,eorumque omnium felicitas optima ſit: qui fieri poteſt, vt ea inde non remanet? ac tanto magis, quanto ipſa omnia humana bo-

A na antecedit? eſſe enim, viuere, & operari à Deo eſt hominibus elargitum:vt bene autem omnia hęc fiant,ex qua alia cauſa, quam à Deo proueniet? quippe cum bene eſſe quam eſſe abſolute longe melius ſit: itque id cuius cauſa reliqua efficiuntur. nam ſi bene eſſe cum ſit melius quam abſolute eſſe non diuinitus datur: aliqua alia ſupra Deum cauſa erit inuenienda,ex qua quod melius eſt,exhibeatur.

Sed hoc fortaſſe ad aliam magis diſſeptationem ſpectat: videtur tamen,licet à dijs non mittatur, ſed vel ex virtute, vel diſciplina aliqua,vel exercitatione accedat:ex diuiniſſimis rebus felicitas eſſe: quippe cum præmium virtutis & finis optimum quoddam ac diuinum, beatumq́; eſſe videatur.

Quærere, inquit, vnde bonorum ſuppeditatio homini-
B bus proficiſcat, ad diſputationes de prouidẽtia magis pertinere,theologicæque contemplationis eſſe videretur:moralis vero eſt,de qua nunc agimus:& quantũ ad ipſam ſpectat,ſatis ſunt,quæ de his diximus. Verum ſi etiam nõ abſolute à Deo hominib.mittitur felicitas, ſed aliquid aliud ex his quæ commemorauimus ad ipſam conſequendam adiuuat,vt virtus,diſciplina, & exercitatio: eſſe tamen diuina,quædam res videtur. Nam ex ijs quæ à Deo hominibus exhibentur. alia abſolute à Deo nobis nihil efficientibus proueniunt,alia laborem noſtrum, & electionem requirunt:in quibus propoſitum noſtrum ac ſtudium quaſi vice cauſæ fungitur .cuiuſmodi ſunt, quæ in noſtra poteſtate ſita eſſe dicuntur bona,ad quę conſequenda cum nos diligentiam omnem ac ſtudium impenderimus,proſper à
C Deo ſucceſſus requiritur.abſolute enim atq; omnino nullum bonum eſt, quod à communi omnium cauſa principium non habeat. Probat autem hic Ariſtoteles diuinum quid & optimum ac beatum eſſe felicitatem,ex eo ꝙ præmium virtutis eſt. cum enim homo multo labore ac ſtudio virtutum habitum adipiſcatur,præmium felicitatem habet,quod à quonam alio accipiet quam ab eo,qui princeps atque auctor omnium bonorum eſt?

Eſtque prěterea quoddam longe commune.diſciplina enim quadam ac diligentia acquiri ab omnibus poteſt,modo ad virtutem conſequendam læſi ac manci non fuerint.

Etiam hoc,inquit,felicitati ineſt,quòd eſt quiddam longe commune, ideſt eiuſmodi quod à multis poſsideri po-
D teſt.neque enim alijs adeſſe poteſt,alijs minime, ſed quicũque ad virtutem manci ac lęſi non ſunt,ideſt qui ex aliquo materiæ caſu læſam mentem non habent, vt ex corporis contagione animæ quoque operatio impediatur, his omnibus,modo diligentiam adhibeant,in bonorumque exercitatione aſſueſcant,comparari felicitas poteſt. atque hæc oratio alacritatem multam ad conſequendum bonum illis affert,qui non admodum ignaui ad bona amplectanda ac deſidẽs ſunt. cognoſcunt quippe nemini modo velit ac conueniens ſtudium adhibeat,vetitam poſſeſsionem boni eſſe.ſciendum vero hæc eſſe ex ijs quæ poſt quæſtionem, quid ſit,inquiri conſueuerunt.i.quid inſit felicitati, & propter quid inſit.ineſt enim ipſi hoc. quòd diuinitus datur & poteſtque ex virtute & diſciplina & diligentia comparari
E eſtque præterea quiddam valde commune.

Quòd ſi melius eſt hoc modo, quàm ob fortunam felicem vnumquenque eſſe:rem ita ſe habere conſentaneum eſt.ſiquidem & ea quæ ſecundum naturam ſunt, & ea ſimiliter quæ aut ex arte, aut quapiam alia cauſa & præcipue optima proueniunt: ſicut quam pulcherrime fieri poteſt, ita ſuapte natura ſe habent.

Reſpuit his verbis Ariſt.vt bonorũ humanorũ cauſa fortunæ aſſcribatur.ſi enim inquit melius eſt hoc modo,ideſt ex virtute & diſciplina felicem vnũquenq; eſſe. quã ex fortuna:tũ ẽ ita ſe hr̃ cõſentaneũ eſt.quoniã vbiq; q̃ ſunt ſecũdum naturam,ſic ſuapte natura ſe habent,vt pulcherrime poteſt.quorum nanq; natura effectrix cauſa eſt,omnia ſic facit,vt fieri poſſunt optime.atque hoc non in naturalibus

ſolum-

ſolum modo rebus videre licet, ſed in illis etiam quę ex arte, vel quapiam alia cauſa efficiuntur: quippe cum omnis effectrix cauſa in ijs quæ operatur, bonum affectet: vt quatenus fieri poteſt, pulcherrima atq; optima efficiat: & præcipue ſi optima ipſa fuerit. optima autem cauſa eorũ quæ apud homines ſũt, virtus eſt, quę arte & natura eſt melior. Quòd ſi ex ipſa felicitas prouenit, quæ animæ operatio eſt ſecundum virtutem: & ipſa optima vt ars quędam, & opus ipſius optimum euadet. ſin etiam rationalem animã optimam eſſe cauſam quiſpiam dicat: neque id abſurdum erit. vtræque enim & rationalis anima & virtus, natura & arte præſtantiores ſunt. aduertendũ tamen, in omnibus his quę hic concludit, nullam eſſe neceſsitatem, ſed conuenientiã ſolum ac veriſimilitudinem, quã ſubiecta materia poſtulat id quod ſatis ſuperq; eſſe apud eos debet, qui erudite hæc quæ dicuntur, iudicaturi ſunt: diligentiamq; in vnoquoq; genere eatenus poſtulant, quatenus natura rei patitur.

Quod vero maximum ac pulcherrimũ eſt, id fortunę committere, valde prauum eſt.

Si maximum ac pulcherrimum felicitas eſt, quo modo prauum ac peccatum non eſſet, ſi dum eius cauſam inquirimus, eam peſsimæ omnium cauſæ aſſcriberemus? quę eſt fortuna & caſus. ſi modo cauſæ etiam dicẽdæ ſunt res quę nullo modo ſubſiſtunt: ſed eatenus ſunt, quatenus in alterius ſubſtantia conſiderantur.

Immo ex ratione ipſa patet id quod quęritur. eſſe. n. eã animi quandam operationem ſecundum virtutem definitum eſt.

Cum felicitatis definitionem multis & à priori & à poſteriori confirmarit: nunc ea tanquam indubitabili ac certa vtitur: ac per eam non eſſe fortunam felicitatis cauſam oſtendit. nam quia operatio animæ ſecundum virtutem felicitas definita eſt, qui fieri poteſt, vt ea cum ab anima ſit, & ſecundum virtutem: fortunam habeat cauſam, & nõ potius animam, aut virtutem, aut vtraq;? operatio enim operantis eſt operatio. quod vero operatur, illud eſt cuius eſt operatio, quãdam, autem addidit. i. ποιάν τινα, quaſi aliqualem dixeris: propterea ꝙ ſtabilis ſit neceſſe eſt, ac per totã vitam duret, in vita enim abſoluta ac perfecta eam debere eſſe dixit: quaſi ſtabilitas ipſa qualitas quædam ſit. vel fortaſſe ob pulcherrimum, optimum, ac ſuauiſsimum, quãdã adiunxit, quæ felicitati ineſſe demonſtrauit, dum poſt definitionem datam qualisnam ea eſſet, inquireret.

Ex reliquis vero bonis alia ineſſe ipſi neceſſe eſt: alia adiutricia atque vtilia instrumentaria natura ſunt.

Quoniam bona humana triſariam diſtincta ſunt. i. animi, corporis, & externa: primum ineſſe bona animi, deinde corporis neceſſe eſt, ne ſi aliquid horum defuerit, beatitudo, ſicut ſuperius dixit, maculetur, at externa vtilia ſunt ſolummodo ac tanquam inſtrumenta adiuuant. quæ nam vero ſint externa, ſatis ſuperius declaratum eſt.

Atque hæc cum ijs quæ in principio diximus, conſentirent finem enim ciuilis facultatis optimum eſſe ſtatuebamus. at hæc magnam diligentiam adhibet, vt ciues quodammodo afficiat, bonoſque & ad honeſta agenda idoneos reddat.

Vt expoſita ratio ex toto ſibijpſi conſona ſit, nullaq; ex parte diſſentiat ac repugnet, e maxime neceſſarijs eſt: alioqui nullam ex ſe fidem præſtare poſſet. Quoniã igitur hic Ariſtoteles ciuilem quandam artem exponit, ac de humano fine ſtatim à principio tractat: primũ ipſum eſſe demõſtrauit, deinde quid eſſet, quidq; ei ineſſet, ac propter quid oſtendit, poſtea ex qua etiã cauſa nobis proueniret, declarauit: non ſanè à fortuna, ſed à Deo, animiq; noſtri virtute & exercitatione, ac diſciplina. prius. n. quæ virtutis natura ſit, perdiſcendũ, exercendumq; nobis in ea eſt: vt in afflictationibus aſperiſq; rebus labores ſubeũdo ac ſuſtinẽdo fortẽ ac tolerãtẽ animũ nobis acquiramus: in voluptatib. corporis ſuauia in guſtu & tactu opportune deuitando, tẽperantes efficiamur: in diſtributionibus ac commercijs ęquũ ſeruando iuſtitiæ aſſequutores euadamus: in oĩbusque his rationem pręſidem ſectando, regentemq; ac diſponentem

A ſingula, ita vt ea ſuam dignitatẽ obtinens nulli inferiori facultati cedat ac ſuccumbat: ſanam prudentiã ac ſobriã nobis comparemus. Deinde vbi habitum virtutum iã adepti fuerimus, operandũ nobis ſecundũ illos per totũ vitæ curriculum, & maxime ſecundum optimũ ex illis: noſtriſque his honeſtis operationibus gaudendũ eſt: vt ita demũ felices beatiq; effici valeamus. hæc autẽ omnia minime conſequi poterimus, niſi Deũ propitiũ, nobiſq; tam in diſcendo quã exercendo & operando adiutorẽ habuerimus. Cũ huc uſque Ariſt. rationem felicitatis deduxerit: ea quæ proxime dixit, cum illis quæ in principio dicta ſunt conſentire oſtendit, hoc eſt, proximam ac continentẽ felicitatis cauſam virtutem eſſe: atque inde ipſam quoque animæ operationem ſecundũ virtutẽ. dixit. n. in principio, ciuilis facul-
B tatis finem optimũ eſſe. ciuilis aũt facultas nihil antiquius habet, quã ciues quodã mõ affectos. i. ποιούς τινας, quaſi aliquales dicamus, ideſt bonos & ad agẽdũ idoneos reddere: id quod nihil aliud eſt, niſi vt probi ſint, viuantq; atq; operentur ex virtute. inde ſiquidem & leges inſtitutæ ſunt quę præclara gerentibus honorẽ decernant, peccantes vero puniant: vt vitia & peccata reprimantur, ac ceſſent, virtus magis magiſq; proficiat, ac creſcat: atq; ita operantibus ſecũdum virtutẽ ciuibus ciuitates finẽ optimũ, pulcherrimũ, ac ſuauiſsimũ habeant: quæ felicitas eſt. atq; hæc omnis de felicitate oratio, quippe cũ in ea, præcedentia ac ſequentia nulla in parte diſcordent, ſibijpſi conſtans cõſentieſq; eſt.

Merito igitur neque bouem, neque equum, aut quippiam aliud animal felix appellamus: quippe cum nullum ex ipſis ta-
C *lis operationis eſſe particeps poſſit.*

Videtur hoc quaſi auctarium quoddam antedicta conſequi: nam ſi animæ rationalis operatio ſecundum virtutẽ felicitas eſt, anima autem rationalis non eſt in brutis: neq; talis operatio in ipſis omnino erit. ſi talis operatio nõ erit neque felicitas eſſe vllo modo poterit. iccirco nullum ex ipſis felix appellatur.

Eadem etiam de cauſa neque puer felix eſt: nondum enim eſt ad tales res agendas per ætatem idoneus. qui vero dicuntur felices, ſpe dicuntur.

Non ſolum, inquit, nullum ex brutis animalib. eſt felix ſed neq; hominis puer, licet naturæ ſit rõnalis, donec nondum ætas proceſsit, vt operari ſecũdũ virtutẽ poſsit. Quia ſi aliquis eſt puer qui felix dicatur & beatus: ſpe tãtũ modo
D eo nomine appellatur: eo ꝙ qui ita eũ vocant, ſperant fore vt ſi tempus vitæ idoneũ acceſſerit, talis euadat. ſpẽ aũt concipere hanc poſſunt, quia vel ex felicibus genus deducat, vel ex bona indole ad honeſta aptitudinem quandam atq; appetitionem, ad turpia vero contra odium aduerſationẽque præ ſe ferre videatur: vel huiuſcemodi aliã ob cauſam.

Nã ſicut diximus, et pfecta virtute, et vita pfecta opus eſt.

Ad conſequendum finẽ opus eſt, inquit, vt & virtus perfectionem adepta ſit, & vita fine ſuo cõcludatur. puero autem neque virtus perfecta eſt, quippe qui nõdum multum tempus ad eam conſequendam inſumpſerit: & vita eſt adhuc inter initia, vt ei beatitudo adeſſe nullo modo poſsit.

Multę enim mutationes, & variæ fortunæ in vita contingunt: & fieri poteſt, vt qui maxime proſperitate floruerit, is
E *in ſenectute in magnas calamitates incidat. ſicut in Heroicis de Priamo fabulis proditum eſt.*

Cum puerum dixerit felicẽ dici nullo modo poſſe: nunc oſtendit neq; virum ante finẽ vitæ felicem eſſe appellandũ licet & virtute & ſanitate præditus externis etiã bonis omnib. affluat. ſiquidẽ, vt aliquis felix dici queat, nõ ſolũ perfecta opus eſt. vitã aũt perfectã vocat, quæ terminatione præſentis ſpiritus obſignatur. inſtabiles. n. præſentes hę res ſunt: cunctaq; quæ generantur & intercũt, fluxa ac caduca quibus non ſolum corpus noſtrum, ſed anima quoq; quantum ad habitus & operationes attinet, ſępenumero immutari conſueuit, quaſi vehementiſsimo quodã fluentis aquæ impetu oppreſſa ac rapta. Aduertendum vero hic eſt Ariſtotelem, vt rerum mutabilitatem probet, fortunas & ex-

terna aſſumpſiſſe:eo ꝙ in his facilius cerni mutatio poteſt. fieri.n.poteſt,inquit,vt qui maxime proſperitate floruerit,in ſenectute in magnas calamitates īcidat,atq; huiuſce rei Priamũ in exemplum adducit,qui cum à vitæ principio ad ſenectutem vſque in proſperitate rerum vitam traduxiſſet,rex Troianorum fuiſſet, multis & bonis liberis floruiſſet,multoſq; amicos habuiſſet: in ſenectute demũ omnia amiſit:cum vrbs ipſius ab Agamemnone & Græcis capta & exciſa, ipſe īterfectus,filii partim cæſi, partim iugo ſeruitutis oppreſſi fuerint. In heroicis autem, inquit, de Priamo:tum quia Homerus qui cæterorum omnium qui de Priamo ſcripſerunt,præſtantiſſimus fuit,carminib.heroicis poema compoſuit,tum quia ea quæ de ipſo à poetis memoriæ prodita ſunt,vtpote fabulis poeticis velata, ad aliam intelligentiam ac dicantur, reduci poſſint. vel fortaſſet heroica in vniuerſum appellat,quæ de heroibus traduntur. heroas vero veteres eos vocabãt,qui nobiles apud Græcos,præclarique in reb.gerendis extitiſſent.

At eum qui talibus fortunis vſus, miſerabiliterq; mortuus fuerit, felicem profecto dicet nemo.

Si quis ciuilis vir, in luce hominum verſetur, princepſque ciuitatis,ac regionis ſit,multiſq; præſideat, & in omni demũ rerum affluentia degat,deinde omnib.his priuatus in cõtrariã fortunam incidat,miſereque moriatur: eũ ſanè appellare felicẽ audebit nemo,quippe cũ miſericordia potius ac luctu dignus ſit,quam vt felix prędicetur.

Quis in hac vita dicendus ſit felix:& quid felix.
Cap. X.

Nunquid igitur neque alius quiſpiã homo quoad viuit, felix dicendus eſt, ſed ex ſententia Solonis finem ſpectare oportet?

Sapiens Solon is fuit ex Athenienſium ciuitate, qui leges ciuib.ſuis ſanxit.is dicebat neminem ante finem vitæ beatum eſſe appellandũ. qua de re Ariſto.hic inquirit: an huiuſcemodi ſententiam approbare debeamus: vt quoad in præſenti hac vita bonis omnib.affluxerit aliquis, nõ ſit felix beatuſq; dicendus,cum vero in iiſdem bonis vſq; ad finem perſeuerans hinc deceſſerit,tunc demum ſit beatus exiſtimandus.

Si que ita ſtatuendum eſt, felix ne tunc erit aliquis, vbi mortuus fuerit? an hoc abſurdũ penitus eſt,præſertim apud nos,qui felicitatem operationem quandam eſſe dicimus.

Cum opinionem Solonis de beatitudine in mediũ produxerit,quærit an bona ſit:& inquit,ſi dixerimus ita rem ſe hr̃e,vt Solon putauit, nunquit re vera poſt mortẽ felix dici hõ poterit,ſi eã in bonis cõſtitutus obierit? cui ſtatim occurrit,eſſe id penitus abſurdum inquiens, ſibiq; contrarium qui felicitatem eſſe operationem quandã ſtatuerit. nã ſi poſt mortẽ hõ operatione omni vacat,quo modo ei qui operari nõ põt,adeſſe poterit felicitas,q̃ operatio definita eſt? vel n.operationẽ hẽbit, q operatione prorſus priuatus eſt,vel felicitate abſentẽ felix recte appellari nõ poterit.

Quòd ſi mortuum felicem eſſe non dicimus, neq; Solon id voluit,ſed ſolummodo hominem dixit tunc beatum appellari tuto poſſe, quippe qui extra omnia mala & infortunia iam collocatus ſit,hoc quoque dubitationem quãdam habet. videtur enim mortuo bonum & malum adeſſe,perinde ac viuenti & non ſentienti:vt honores,& infamiæ: filiorum & omnino poſterorum proſperæ,& aduerſæ fortunæ.

Cũ de Solonis dicto dubitarit,beatũq; hoĩem poſt mortẽ appellari abſurdũ eſſe,ac felicitatis definitioni cõtrariũ dixerit,dubitationẽ nunc ſoluit, non ſolere inquiens nos mortuũ hoĩem,tanquã mortuũ felicẽ appellare: neq; Solonis eẽ hãc ſniam, dũ eũ qui bene vitã traduxiſſet,beatũ eſſe appellandũ cenſuit,ſed quia tunc bonus beatus prædicari tuto poſſit,cũ iã mala oĩa & infortunia euaſerit. mala hic vocat lapſus ac delicta q̃ ad electionẽ ſpectãt; infortunia vero ea q̃ in nr̃a ptãte minime ſunt.ſed hoc quoq; cõ

A trouerſiã facit.mortuo etenim vt & bonũ & malũ adeſſe hoc vno mõ ita intelligi põt,vt beatitudinẽ bonũ ipſi eſſe exiſtimemus,malũ vero,ꝙ ſensũ eius nullũ hẽt. & ſi poſteri eius bene in oĩb.affecti fuerint, bonũ fortaſſe ẽt hoc ipſis puremus,quippe quod ad ipſum referat,malũ rurſus,ꝙ ſuorũ hanc felicitatẽ non ſentit.perinde ac ſi quis licet bonus ſit,in boniſq. oĩb.vitã traducat,amicorũ ſuorũ qui ẽt ipſi bonis oĩb.affluant,vel ob peregrinationẽ, vel ob diuturnam,magnamq; in cęteris occupationem,cognitionẽ nullã habeat.ſic & mortuo in bonis eſſe ſæpenumero accidit, cum tamen bonorum quæ amicis ſuis contigere, ſenſu omni careat.quis enim bonum ei eſſe dixerit, qui in bonorum ad ſe pertinentium cognitionem non veniat? Alter interpretationis horum verborum modus eſt, ſi in-

B telligamus ipſum in bonis quidem vitã concluſiſſe,poſteros tamen eius in infelicitate conſtitutos degere. ſicut enim honores nepotum & ſucceſſus ad mortuum ſpectãt, ita quoque ignominiæ & infortunia,atque ita fit, vt beatitudo eius maculetur.Hæc autem inquit,vt oſtendat, neq; poſt mortem felici homini ſtabilem ac certam futuram beatitudinem,niſi in ipſo ſolo conſideratur,alioqui impediri poſſet,quia ſenſu caret.

Dubitationẽ ẽt hæc afferunt.fieri.n.poteſt vt ei qui vſq; ad ſenectutem beate vixerit,ſecundumq; rõnẽ mortuus ſit; multæ mutationes in poſteris ac nepotib. contingant: vt alij boni ſint,vitãq; pro dignitate conſequãtur, alij cõtra.qui ſanè in diſtantijs erga parẽtes multis modis ſeſe habere pñt.

Alteram quæſtionẽ mouet, debeatne felix beatus poſt

C mortem appellari,necne.quęſtio vero inde oritur, ꝙ bona ac mala nepotum pertinere ad mortuum dictum eſt. nam ſi quis beatus eſſet,qui vſque ad ſenectutem vixiſſet, & mortuus fuiſſet poſtea ſecundum rationem,ideſt ſecundum conuenientiam,ac proportionem ſuę beatitudinis, vt ne in fine quidem aduerſi quippiam ipſi contigerit; fieri poteſt tamen,vt multę mutationes in poſteris ac nepotibus eueniãt.vt alii ex ipſis boni ſint,vtpote ex virtute vitam traducentes, bonaque externa pro dignitate virtutis conſequantur,alij contra mali, in externiſq; infortunati: conſtãt etiam neceſſe eſſe,ut poſterorum diſtantia ad parentes multiplex,variaq; ſit;atque ita abſurditas quædam hinc ſequi videtur apud eum qui beate vixerit.vſque ad ſenectutẽ,vero non temere ita dixit,quippe cum hoc ad rõ-

D nẽ felicitatis ẽt ſpectet.non.n.qui bene breui vixerit tẽpore,is continuo felix eſt,ſed longũ temporis ſpacium requiritur,in quo ſemper in bonis conſeruatus hõ dignus tandem ſit. vt felix appelletur, ſiquidẽ etiam Achilles clarus in vita extitit, bonoque fortunæ ſucceſſu quoad vixit, eſt vſus,gloriãq; maximã cõſequutus eſt,ſed quia vitã in iuuẽtute cõcluſit,dignus felicis nomine non eſt habitus.

Abſurdum igitur eſſet,ſi mortuus ſimul etiam mutaretur:& modo felix, modo miſer efficeretur.

Hęc eſt abſurditas, quæ ſequitur, ꝙ felici homini poſt mortẽ inſtabilis eſſe felicitas videtur.nã ſi ad illũ ſpectãt ea q̃ poſteris ipſius eueniũt,fieri põt ut multi cũ ſint, & lõge lateq; diffuſi,multa ac uaria ipſis mõ bona,mõ mala in uita cõtingãt.atq; ex horũ diuerſitate atq; inter ſe cõtra-

E rietate mortuus quoq.ſimul mutabitur, & modo felix, modo miſer efficietur.

Abſurdum quoq; eſt,ſi nihil neque ad aliquod tempus poſterorum res ad parentes pertineant.

Hoc eſt,ĩquit,qđ maxime dubitationẽ facit, ꝙ ex vtraque parte cõſequentẽ abſurditatẽ hẽt oratio. nã ſi quis dixerit,neq; ad aliquod tp̃s res nepotum ac ſuorum ad parẽtes pertinere,abſurdũ eſt,inſociabilẽ.n.quendã animi affectũ,ab amicitiaq; oĩ alienem duritiã prę ſe ferre vr̃.ſi uero cõtra pertinere dicat, inſtabilis beatitudo illi q beate uixerit,efficietur,cũ unà cũ diuerſitate uitę poſterorũ ipſa quoque uaria fiat,atq: immutetur,ut cõtraria in eodem eſſe videantur.cum .n. poſteros habeat contrario modo inter ſe affectos ob alia beatus,ob alia miſer prædicabitur.

Sed redeundum ad id de quo prius dubitabamus, ex illo enim fortaſſe etiam id quod nunc quæritur, conſiderabitur. ſi igitur finem ſpectare oportet, & tunc beatum vnumquemque dicere, non quod ſit, ſed quod prius erat beatus: quomodo abſurdum non eſt, ſi quando eſt felix, non vere dici poteſt de ipſo id quod ei ineſt, iccirco quia eos qui adhuc viuūt, ob mutationes appellare felices nolumus: felicitatemque ſtabile quid eſſe ac minime mutabile, fortunas vero ſæpe circa eoſdem reuolui exiſtimamus?

Ad primam dubitationem reuertitur: vt ex eius ſolutione, ea quoq; quæ poſtea in quæſtionem venerunt, expediantur. ea erat de Solonis ſententia, qui neminem ante finem vitæ beatum dicendum cenſebat. auget tamen prius dubium, in maiorēq; abſurditatē inducit. Quo mō. n. inquit, non eſt abſurdum, ſi quis finē expectans felicis alicuius, cum poſt finē beatum dicat, non ꝙ tūc ſit beatus, ſed quia prius fuerit. vt ille, qui ait, ineſſe id quod affuit, quando non ineſt: verum minime dicere videatur. hoc vero inquit, ob fortunæ mutationes, quiaq; ſtabilem rem quandam eſſe felicitatem exiſtimamus, quæ virtutum earumq; operationum finis eſt: virtutesq; ſunt habitus in quorum obliuionem probi viri, quia ſecundum eos vitam traducunt, atque operantur, nunquam incidunt, fortunæ verò adeo mutabiles ſunt, vt circa eoſdem ſæpenumero reuoluantur. ſæpe. n. contingit, vt idem è bona fortuna in malam delabatur, & contra è mala in bonam deueniat.

Perſpicuum enim eſt, ſi ſequi fortunas velimus, nos eundem felicem, & rurſus miſerum ſæpe eſſe dicturos: Chamæleontem quendam, imbecilli: erq; ſtabilitū felicem facientes.

Vtrinque hic dubitationem conſtituit, vel. n. ſi mortuū felicem appellamus, verū dicemus, nō aſſerentes ineſſe aliquid, quando ineſt, ſed quando non ineſt id quod prius inerat, & iā preterijt, & proptérea nō amplius inter ea quę ſunt cōnumeratur, id quod eſt abſurdum, vel ſi viuentem adhuc felicem vocemus, ei qui fortunæ obnoxius ſubiectusque ſit, felicitatem attribuimus, vt eius mutabilitatem ſequuti, eundem modo felicem, modo miſerum ſæpe ſimus appellaturi, atq; ita felicem Chamęleontem quendā, infirmiterq; ſtabilitum faciamus. hoc per tranſlationē ab ędificijs & ſtatuis ſumptum eſt, alijſq; omnib. quę ſupra baſin aliquam collocari conſueuerunt. vnūquodq; enim ex his ſi firmiter fuerit ſtabilitum, diu conſiſtit, ſi imbecilliter, quahbet ex cauſa cito ruit, ac deijcitur: id quod felicitati minime conuenit, quę ab omnibus, ſicut dictū eſt, firma atq; immutabilis exiſtimatur. Chamęleon vero animal quoddam eſt tali natura preditum, vt facile ad vicinos colores immutatus inſpicientium oculos effugiat.

An ſequi fortunas minime rectum eſt: quippe cum in ipſis, vt bene vel male viuamus, nequaquam ſitum ſit: ſed ipſis humana vita, ſicut diximus, ſolummodo indigeat. ſed in operationibus ſecundum virtutem felicitatis: in contrarijs contrarij præcipua vis collocata eſt.

Hinc primę dubitatiōis, quę erat aduerſus Solonis ſententiam, ſolutio incipit, vbi rectum minime eſſe inquit, ſe qui fortunas in beato vel miſero dicendo eo, qui ex virtute viuit, ſiue proprias, ſiue reb. adiunctas, cū incertæ & inſtabiles ſint, neq; in nobis ſitæ, & vt vel bene vel male viuamus, non in fortunæ, ſed in noſtra poteſtate conſiſtat. ſi enim vt bene viueremus, fortunæ aſcriberetur, nunquam beati, ſed ſemper miſeri eſſemus, quippe cum bonum noſtrum ex incerta inſtabiliq; re dependeret, neque haberet potiorem aliquam cauſam certam, ac ſtabilem, in quam referretur. quid præterea erit noſtrum eſſe abſolute, ſi noſtrum bene eſſe eſt à fortuna, atq; iccirco inſtabile ac fluxum? cum tamē id in rationali anima & intellectuali conſideretur, quę inſitam in ſe habet vitam, a corpore penitus ſeparabilem. atq; hoc de noſtro eſſe abſolute dico. neque indiget aīa fortunis, quæ hominibus & vt ſint, & cum

A perfectionem ſuā adepta fuerit, vt bene ſint, ēt pręſtāt. ſed humana vita ea eſt, cui fortunæ neceſſariæ ſunt, vt ſuperius dixit philoſophus; actiones hoīum in vita humanam vitā appellans, in quib. externis bonis tanquā inſtrumētis opus oīno eſt. pręcipuā vero felicitatis vim præcipuumq; dominium operationes ſecundum virtutem ſibi vēdicāt: ſicut miſerę & infelicitatis, illę quæ malæ ſunt, ac vitioſę. Quemadmodum enim felicitas & miſeria, ſic virtus & vitium ſibi mutuo aduerſantur. ſi igitur ex actionibus ſecūdum virtutem felicitas, vt finis, conſequitur, virtutes vero ex electione ſunt, atque in nobis ſitæ, quonā pacto fortunas pręſidere felicitati dicendum eſt? nam licet bonorū externorum proſperitatem felicitatem pleriq; appellent: eōrum tamen opinionib. aſſentiri minime debemus, qui **B** abſq; ratione iudicant, qui cum verum ignorent, quod foris apparet, ſolummodo beatum putant: rationeq; neglecta ſenſum ſequuntur: nihilque aliud ſuaue, aut præclarū, eleganſq; in vita eſſe exiſtimant, quā qd̄ cerni oculis pōt.

Atteſtatur autem huic ſententię & id de quo nunc dubitauimus. in nullo enim ex operibus humanis, ſicut in operationibus ſecundum virtutem firmitas eſt. hæ ſi quidem ſtabiliores etiam ſcientijs videntur, atque ex his ipſis ſtabiliores, quę præſtantiores, eo quod beati in his maxime & aſſidue viuere cōſueuerunt. hoc enim ſimile cauſa eſt, quòd in ipſis obliuio nulla contingit.

Quod modo in qōnem venit, inde originem habuit, ꝙ ſtabile quid felicitas exiſtimabatur. non oportere igitur, inquit, fortunas felicitatis cauſas dicere, ſed virtutes, id de **C** quo nunc dubitauimus, manifeſtat. ſi. n. ſtabile quid felicitas eſt, quo modo inſtabile eſt, id eſt fortuna, eſſe cauſa eius poterit? virtutes vero, operationesq; quę ex ipſis proficiſcuntur humanarum oīum rerum ſtabiliſſimę ſunt, vt ſcientias quoq; ipſas firmitate ac ſtabilitate excedant. facilius ſiquidem fiet, vt qui habitum ſcientiæ ſit conſequutus, eius obliuiſcatur, quā prob. ac bonus vir à recte agendo in vita deturbetur, cumq; bonum operandi habitum amittat. & tamen ſcientias inter res maxime ſtabiles collocamus. atq; ex his ipſis, inquit, virtutib. ſtabiliores, quę pſtantiores; eo ꝙ propria virtutum cum ſit ſtabilitas in pſtantiorib magis augetur. cuius incremēti cā ea eſt, ꝙ beati in eis maxime & aſſidue traducere vitam conſueuerūt. **D** hoc enim eſt, quod in virtutib. & præcipue præſtātiſſimis contingere obliuionem non ſinit, quippe cum aſſidua earum & nunquam interrupta actio ipſas quaſi ſuſtenet ac fulciat. Cum duæ igitur propoſitæ ſint fortuna ac virtus, & inter ſe hac oratione vtręq; altercentur, & altera ſit infirma, atq; inſtabilis, altera natura inſitam ſtabilitatē habeat, ſitq; valde immutabilis, vtri ex his felicitatis q̄ res certa ac ſtabilis eſt, cauſam attribuemus, ſi recte iudicare velimus? nonne omnino virtuti? ſtabilis enim ac firmę rei ſtabilem quoque eſſe cauſam neceſſe eſt. præcipuam igitur vim in felicitate virtutes, nō fortunę habēt. Sed prius principium & cauſam virtutum eſſe felicitatem dicebamus, quando ab ipſa exorſi à principio progredi definiuimus, quo modo igitur nunc mutato ordine felicitatis cauſam **E** virtutib. aſſignamus? Verum nihil abſurdi eſt, ſi ſecundū aliud atque aliud genus cauſæ virtus & felicitas mutuo altera alterius cauſæ dicantur, ſicut in artibus, earumq; finibus fit. in vnaquaque arte ſi vnde principiū motionis prouenit, conſideramus, ipſa ars cauſa eſt, ſi cuius cauſa fit motus, finis ob quē & ars eſt inuenta, & opera ſecundū eā exercentur. ſic itaque quæ animam ad finem, & rei exequutionem ducit, virtus eſt, finis vero & perfectio ipſa eſt felicitas.

Ineſt igitur id quod quęritur, ipſi felici: eritq; per totā vitam talis. ſemper enim vel maxime omnium ea aget & cōtemplabitur, quę ſunt ſecundum virtutem, fortunasque pulcherrime feret, atque omni ex parte prorſus accurate atq; apte: quippe qui vere bonus & quadratus abſque vituperatione ſit.

Id quod quærebatur, erat, an poſſet felix in mutationibus

bus fortunæ beatus permanere. Q̃m igitur, inquit, non ex fortuna eſt felicitas, præſentẽ beatitudinem felix ẽt in mutatione fortunæ conſeruabit. ſemper. n. vel maxime oĩum quę in ipſo tanquã in hoĩe inſunt, in contẽplationib. actionibuſq; quæ ſunt ſecundum virtutẽ, immotus perſiſtet, in actionibus, dum ex electione ea agit, quę in vita tractãtur negocia, in ſpeculationib. vero, dum cũ ratione, & vſu rationis omnia in vita operatur; quæ quidẽ & ratio & mẽs actiua appellari conſueuit; quæ vitalib. appetitionib. & ipſis ſenſibus præſidet, per ipſosq; & cũ ipſis operans optima quæq; exeqnitur, ac perficit. nihilq; impediri à fortunis vllis poterit, ſed permanebit ſemper in bono, feretque ea quæ occurrent, pulcherrime, & omni modo, & vere cũ aptitudine & conueniente cura ac diligentia, vt neque in aduerſis conſternetur, neq. in proſperis efferat ac tumeat. ſiquidem vere bonus eſt & planè quadratus, hoc eſt recte ac firmiter ſtans: per tranſlationem à corporibus quæ hanc figuram habent: quæ in quamlibet partem proiecta ceciderint: quadrata baſi innitũtur, ac recta ſemper inſiſtunt. qui vero ita ſe habet, à nemine qui mentis compos ſit ac ſapiat, vituperari merito poteſt.

Cum multa aũt ſint, quæ à fortuna eueniũt, quæ & magnitudine & paruitate inter ſe differunt, parua tã ſecunda quã aduerſa vitæ nullum momentũ afferre perſpicuum eſt: magna vero & multa ſi bona ſint, beatiorem vitam reddẽt: nã & ipſa ſunt ad augendum ornatũ idonea, & vſus ipſorũ pulcher honeſtusque eſt. ſi contra eueniant, premunt; ac lædunt beatitudinem, quippe cum & moleſtias afferãt, & multis operationibus impedimento ſint.

Propoſitum Ariſtotelis hic eſt, dubitationẽ ſoluere quę ex Solonis ſententia orta erat, neminem ante finem vitæ beatum dicendum eſſe ſtatuentis: ex fortunarum inſtabilitate atq; infirmitate quę ex contrario in contrarium facile mutari poſſunt. vnde ſequebatur, neque poſt mortem certam ac ſtabilem beatitudinem futuram: vt ſæpenumero is quoq; qui ex humanis deceſſiſſet, ex contrario in cõtrarium mutari facillime poſſe ob nepotum fortunas, quę ad mortuos ex communicatione viuorum cum illis, ſpectare etiam videntur. Sed quia felicitas eſſentiam ſuam non in fortunis, ſed in anima, eiusque virtutib. habet, ſicut definita eſt, cum eam eſſe operationem ſecundum virtutẽ diximus, hæc conſideranda ſunt, in hisq. beatitudo ſtatuẽda: externa vero bona adiutricia ſolummodo exiſtimanda, non autem eiuſmodi, vt ad eſſentiam beatitudinis explendam neceſſaria ſint. ſiquidem neque artium inſtrumẽta ad habituum ipſarum artium faciunt, vnde neq; in definitione quæ quid ſit eorum eſſe, declarat, aſſumi conſueuerunt, ſicut neque in definitione felicitatis, fortunæ. atq; iccirco qualeſcunq; ſint, ac quomodocunque contingãt fortunæ, exturbare felicitatem à natura ſua nunquam poterunt. atque hæc quantum ad vim ſolutionis explicandã dicta ſufficiant. nunc verba Ariſtotelis conſideremus. Inquit igitur, cum ea quę ex fortuna eueniunt, magnitudine & paruitate inter ſe differant, manifeſtum eſt, tam ſecundas res quam aduerſas ſi paruæ ſint, nullum momẽtum vitę afferre: ideſt nullam in vita felicit, quatenus eſt felix, inducere mutationem poſſe. ſin autem ſecundæ ſint, & magnæ; beatitudinem perinde augebunt, vt extrinſecus appoſita ornamẽta naturalẽ pulchritudinẽ ſolent: vſusq. ipſarum & pulcher & honeſtus erit: quippe cum & pulchritudinis quę ex virtute eſt, & operationis beati ipſius hominis participes ſit. Id quod inſtrumẽtis ẽt contingere cõſueuit: quę cũ qd perfecte in arte aliqua abſolutũ fuerit, ornamẽtũ ẽt ipſa ex artificioſo opere, laudẽq; cõſequũtur. laudat. n. ſæpenumero & dolabra & ſerra & terebrũ ex artis perfectione, cũ recte ipſis artifex vſus fuerit. Si contra eueniant, ideſt contraria bonis, ſubſtantiam quidẽ felicitatis minime immutant, premunt tamen & quaſi anguſtãt ac lædunt ipſam beatitudinem: dum moleſtias afferunt, multisq; operationibus aduerſantur. voluptates enim & dolo-

A res irrationales animę perturbationes cum ſupra modum contingunt, rationem offuſcare ſolent: eamque quaſi in nocte conſtitutam ac cæpitatem ſæpenumero operari recte non ſinunt. Tamen etiam in his honeſtum ſplendorem proprium nõ amittit: cum aliquis ob conſtãtiam cõſilij ac rationis quæ ex virtute prouenit, fert patiẽter multas ac magnas calamitates, nec tamen id facit eo q ſtolidus ſit, ſenſuq; carens: id n. neque eſt virtus, neque laudabile: ſed quia generoſus, ac magnanimus.

Quod ſi operationes vitę dominæ ſunt, quemadmodum diximus: nullus ex beatis miſer efficeretur. nũquam enim odioſum quippiam, ac prauum aget.

Hęc eſt eius rationis ſolutio, quę vnà cũ fortunis immutate felicẽ aiebat: atq; ita ſtabilitatẽ felicitatis tollere ac

B firmitatẽ videbatur. Nam ſi fortunæ dominę vitę minime ſunt, ſed operationes ſecũdũ virtutẽ, vt ſuperius diximus, quo mõ aliquis ex beatis effici miſer põt: cum & operationes eius in bono ſemper perſeuerent, & nunquã ipſe odioſum ac prauũ quippiam agat? ſi. n. cũ fortunæ mutationibus appetitiones quoq. eius atq; actiones cõmutarentur, in peiusq; delaberẽtur: effici ẽt ipſe miſer ex beato poſſet, ſed cum ea quæ dominium habent, in bono cõſeruet, permanet etiam ipſe in bono immutatus ac ſtabilis.

Nam eum qui re vera bonus eſt, ac prudens, decore omnẽ fortunã perferre, & pro facultatibus ſemper pulcherrima quæque atq; optima agere exiſtimamus.

Fortunas debemus vel vt inſtrumenta, vel vt ſubiectas

C materias eẽ exiſtimare. ſicut igitur boni artifices minime artem amittunt, ſi aliquando vel apta inſtrumenta, vel materiam habilem non inuenerint: ita beatus ſi in fortunam aduerſam incidat, miſer non efficietur: operabitur. n. quãtum in ſe erit etiam ex talibus: & in aduerſis quoq; decorum ſeruabit, agetq; ſemper pro facultatib. optima autẽ dicimus, quatenus præſtare is poteſt, qui malis & inſtrumentis, & ſubiectis vtitur.

Perinde ac ducẽ bonum pręſenti exercitu maxime bellicę vti; & ſutorem ex datis corijs pulcherrimum calceum facere, atque eodem modo reliquos artifices putamus.

Exercitum exẽplũ ad inſtrũm referendũ eſt. vtitur. n. exercitu imperator tanquã inſtro ad hoſtes debellãdos; corija vero materiæ vim obtinẽt, in q ſutor tãquã in materiã formã calcei inducit. Bonus. n. eſt dux & imperator: nõ q oĩno vincit, ſed qui pręſenti exercitu ita vtitur, vt in bello

D oportet. Nã debet imperator, ſi copijs inferior hoſtib. fuerit: aliquãdo vel cõflictũ detrectare, eoq; mõ quo licet, ſuorũ ſaluti conſulere: vel in pugnã quidẽ venire, ſed prius tamen explorato & mõ quo vtuntur hoſtes in prælio ſunt, & loco quo pugna eſt cõmittenda, arte quadã ad tõne milites ſuos diſponere: atq; ita in prælium deſcendere. hęc atq; hmõi ſi fecerit, exercitu vtetur maxime bellice. dixit autẽ præſenti exercitu, vt quãtitatẽ exercitus, qualitatẽq; ſignificaret. Ex his. n. vtriſq; aduertere dẽt imperator quanto exercitus ſuus vel ſuperet, vel ſuperetur. addę q eo verbo, vti, ẽt manifeſtauit exercitum vt inſtrumẽtũ eſſe ſumptũ: vſus. n. eſt inſtrumentorum. nã de ſutore & corijs nõ, vti,

E dixit, ſed pulcherrimũ calceum conficere: quippe cũ materiæ conueniat, vt illud ex illo conficiatur. cum enim materia nihil ſit prãte, quã formæ ipſæ, priuationemq; ipſarũ in ſe habeat, ex ea vtpote priuata formę efficiuntur. ſicut igit & in his & in reliquis artificib. bonũ eẽ eũ qui agit, nõ ex operis perfectiõe iudicamus, ſed q id quod, licet exequtur, quantũ & inſtr̃a & ſubiecta permittunt: idẽ quoq; in felice faciẽdũ eſt. ſi. n. fortunæ non aſpirent, vt actiones eius in eo perfectionem non conſequantur, ſatis erit, ſi quantum in ſe eſt, licet aduerſa fortuna impediat, bene ipſe geſſerit, vt in eius quoq; actionibus fortunę improbitate minime obſcurata elucere felicitas poſſit.

Quòd ſi ita eſt, felix quidem miſer nunquam efficietur; beatus tamen non erit, ſi in Priami calamitates inciderit.

Quod

Quod ſi its ſe habet, Inquit, rer de felice, ſicut dictũ eſt, vt ob fortunas mutari è felicitate in miſeriam non poſſit, non erit tamen beatus, ſi in calamitates incidat, quæ Priāmo contigerunt, quippe cum beatus ille ſit apud ciuiles, qui in omni genere bonorum proſpere vitã traducit. quia igitur felix id tenet, in quo vis honeſtatis probitatiſq; conſiſtit, neque ab eo recedit, miſer neq; eſſe neq; dici poteſt, quia tamen externa omnia aduerſa experitur, ob id beatus non erit.

Neque etiam varius quidem erit, ac mutabilis. neque enim vel facile vel a quibuslibet infortunijs, ſed à multis & ingentibus à felicitate dimouebitur.

Cum dixerit felicitatem ſtabilem rem eſſe, atq; eiuſmodi, quæ auferri facile non poſſit: oſtenderitq; eam vel aduerſantib. fortunis permanere, modo ex virtute conſeruata fuerit perfectio: ſi ita eſt, inquit, & felicitatis dominiũ in virtute conſiſtit earumq; operationibus: felix ob aduerſitates fortunę miſer quidem effici nunquam poterit, nõ tamen beatus dicetur ſi ingentib. calamitatib. maximiſq; opprimatur. ſed neq; erit varius, vt in contraria facile mutetur, modo in hanc, in illam partem procedens: id quod etiam in quæſtionem venerat: atq; hoc ob felicitatis ſtabilitatem. neque enim facile ex ſuo ſtatu felix deturbabitur, neque a paruis aut paucis infortunijs, hæc enim quælibet appellauit Ariſtotel. ſed ſi magna & multa ingruerint.

Atque ex talibus effici rurſus felix in paruo tempore, nõ poterit: ſed ſi modo id licet, in multo quodam ac perfecto tempore continget, ſi in eo magnas aliquas ac præclaras res fuerit conſequutus.

Et hoc etiam ſubiungit, vt non eſſe facile confirmet felicem hac illac iactari, ſed in ſtabilitate quadã eſſe conſtitutum. Ex quib. enim, inquit, ideſt infortunijs, nequaquã redire rurſus in felicitatem poſſet aliquis paruo in tempore: ſed ſi mõ id licet, ideſt vt felix fiat poſt magnas & multas calamitates: in multo quodam ac perfecto tempore efficietur, in eo tempore magnas ac pręclaras aliquas res fuerit adeptus: ideſt magnis ac præclaris aliquibus affluxerit bonis. perfectum vero tempus appellat, quod ad finem vſque vitæ porrigitur, ætateq; perficit.

Quid igitur vetat, quo minus eum felicem dicamus, qui ex perfecta virtute operatur: externiſq; bonis abunde fuerit inſtructus, non quolibet tempore, ſed perfecto? an addendum qui & victurus ita eſt, & ſecundum rationem vita defuncturus: nam futurum incertũ nobis eſt, felicitatẽ vero finem ac perfectum quid omnino & prorſus conſtituimus.

Hæc non de eo felice qui à principio bona vſus fortuna vſq; ad vitæ finem in felicitate perſeuerat; ſed de eo dicit, q è bona fortuna in magnas & multas calamitates inciderit, & rurſus ex aduerſis in ſecundas res redierit. Vnde et, quaſi de re ambigua loquatur, cum interrogatione quadã orationẽ ſubiungit, ſiquis, inquit, è proſpera in aduerſam fortunam delapſus, atq; ob id beatitudine priuatus iacuerit, & rurſus ex humili eo caſu in ſublimem ſtatum reuocetur ſemper virtutis ſtabilitate cõſeruata: quid prohibet quo minus eum felicem dicamus, qui ex perfecta virtute operatur & in aduerſis, à calamitatibusq; fuerit reuocatus, abundanteq; externorũ bonorũ ſuppeditatione nõ breui quodam tempore, ſed toto vitæ curriculo affluat. ſcũ vero inquit, an addendum qui & victurus ita eſt, & ſecũdũ rationẽ vita defuncturus: & reliqua, non aliud quippiam ſignificat, ſed quaſi interpretatur id quod dixerat, perinde ac ſi ita inquiat. perfectam vitam eam appello: cũ & in reliquo tempore ita traducitur. i. in proſperis reb. quæ aduerſæ fortunæ ſucceſſere; & finem ſecundum rationem. i. pro virtutis ſuę, & vitæ ante actæ rõne ac dignitate cõſequitur. NAM futurũ incertũ nobis eſt) propterea, inquit, hęc dico quia externa & quæ à fortuna proficiſcũtur, inſtabilia ſunt atq; incerta. iccirco ſtabilienda res eſt, vt in ea verum ſeruetur. FELICITATEM vero finem ac perfectũ quid

A omnino & prorſus conſtituimus) vt perfecta vita & opus ſit, in qua tota oĩ ex parte ac neceſſario, ſi futura eſt perfecta, bonũ conſeruetur. oĩno, n. omnib. modis, omniq; ex parte ſignificat, prorſus vero cõfirmãdi aduerbiũ neceſſario notat ideſt græce [Greek, illegible]: vt [Greek, illegible]. i. oĩno omnes modos comprehendat, quib. humana bona accipiunt, id eſt animę, corporis & externa. animæ bona ſunt, vt ſuperius diximus, ſcientię & virtutes, corporis, ſanitas, robur, pulchritudo, & id genus cætera, externa, gloria, fortunę, proſperitas, liberorum procreatio, amicitia, & quicquid aliud eiuſmodi eſt. videtur autem merito hic fortunas appellare externa bona, eaq; quæ in noſtra facultate nõ ſũt, ſiue caſu, ſiue fato, ſiue communi prouidentia ea euenire quiſpiam dixerit. amiſſiones enim & acquiſitiones exter-

B norum bonorum non caſu tantum, ſed ex reuolutione & vniuerſi, & prouidentia euenire exiſtimantur.

Si vero ita eſt: ex ijs qui viuunt, beatos eos dicemus quibus hæc quæ dicta ſunt, & adſunt, & aderũt: ac beatos quidem homines.

Concludit ea quæ dixit. nam ſi ita ſe habet res, vt diximus, beati illi dicerentur, quib. & adſunt, & aderunt hæc quæ dicta ſunt, hoc eſt non ſolum poſt finem vitæ beati illi dicerentur, quib. per totam vitam & vſq; ad finem bona antedicta ſuppeditarunt, verum & antequam finis vitæ illis contigerit: modo hoc adiungatur, vt ſine vlla interruptione bona hæc per totam vitam perſeuerẽt. non. n. ſolum quib. adſunt, ſed etiam quibus aderunt, quippe cum oporteat cum præſenti futurum conſentire, vt ita beatitu-

C do firma, atq; immutabilis efficiatur. beatos vero, inquit, vt homines, ideſt quatenus hominum naturæ conuenit, quorum vita in aſſiduo fluxu, variaq. mutatione conſtituta eſt. nam intellectualis & diuinæ naturę aliud genus eſt beatitudinis, quippe cũ in ſtatu eſſentiã ſuam hẽat, nulliſque obnoxia mutationib. ſit. Videntur aũt ea verba, cũ inquit, quid igitur vetat quo minus felicem eum dicamus, &c. dicta ab Ariſtotele fuiſſe ob ſententiã Solonis, qui neminẽ aſſerebat, licet bene ac feliciter vitam traduceret, ob futuri temporis incertum euentum ante finem vitæ beatum eſſe appellandum. nihil. n. prohibebit, quin aliquem beatum appellemus, modo id addiderimus, ſi bona vſque ad finem vitæ ſuppeterent.

D Quòd poſterorum fortunæ ad defunctos pertineant. Cap. XI.

SEd de his quidẽ hactenus definitũ ſit. fortunas vero poſterorũ atq; amicorũ oĩum dicere nihil conferre, longe eſſet ab amicitia alienũ, quin & opinionib. cõtrariũ videtur. Cum tamen multa ſint ea quæ eueniũt, variasq; habeãt differentias, & alia magis, alia minus pertineant, ſigillatim oĩa diſtinguere prolixum atq; infinitũ videtur, ſi aũt vniuerſaliter ac figura dixerimus, ſatis fortaſse erit.

Quia hoc quoq. dictũ prius fuerat, felici homini opus eſſe ad beatitudinẽ & poſterorum & amicorũ proſperitate ne ex eorũ cõicatione ſi in miſeria aliqua eſſent conſtituti, beatitudo impediretur, & modo dixit, nihil impedire,

E quin eſſe aliquis beatus poſſit, qui per ſe recte viuat, & externis bonis ſatis affluat, quaſi à neceſſarijs ipſum ſeiungens, iccirco hoc infert. De felici per ſe hactenus dictũ ſit, ſed quid de nepotibus, amiciſq. eius dicemus? nunquid, horum fortunæ conferũt illi aliquid, an nihil? ſi dicamus nihil, valde ab amicitia alienum videbitur. nam quemadmodum ſi ille id toleraret, vt communionem vllam habere cum nepotum amicorumq. rebus nollet, eſſet damnandus quaſi ab amicitia, ſocietateq. alienus, eodẽ modo etiam nos idem crimen ſubibimus, ſi hoc conueniens eſſe definiemus. quin etiã cõi illi opinioni aduerſabimur, quæ cũa amicorum cõia ſiue bona, ſiue mala eſſe ſtatuit. præſertim cum homo ex manſuetudine mutuaq; beneuolentia, q ei natura inſita eſt, ſociale ac cõicabile animal ſit: vt præter naturã eius eſſet inſociabilis hęc affectio. quare hoc repu

piandum eſt. A Quoniam vero & ex ijs quæ eueniunt, variæ ſunt differentiæ & magnitudine & paruitate, & ex familiarib. itẽ alij magis, alij minus coniuncti ſunt, id quod ex familiaritatum varijs quoq; differentiis euenit, ſigillatim diſtinguere & ea quæ eueniunt, & neceſsitudines prolixum eſſe nimis videtur, ne infinitum etiam dicamus. ſatis igitur erit, ſi vniuerſaliter ac figura dixerimus. nam figura atque vniuerſaliter dicere confuſam magis, & obſcuram cognitionem exhibet, ſingularia vero ac particularia cum ſenſu percipiant, clariora ſemper ſunt, atq; euidentiora.

Si videlicet quemadmodum & ex eius calamitatib. aliæ pondus ac momentum quoddam ad vitam afferunt, aliæ leuiores videntur, ſic quoque ea quæ amicis ſimiliter omnibus accidunt.

B Hinc incipit modum communicationis cum felicib. ſtatuere eorum quę nepotibus & amicis contingunt, vniuerſaliter ac figura quadam, vt pollicitus fuerat, eorum differentias exponens, ac primum quantũ ad maius & minus attinet. ſicut enim, inquit, ex infortunijs quæ ipſi felici cõtingunt, alia grauiora ſunt, momentumque quoddam ad vitam immutandam afferunt: alia leuia ac nulla digna cõſideratione, quantum ad vitæ mutationẽ ſpectat, ſic quoque ea quæ amicis ſimiliter omnibus contingunt, amicos hic cõmuni nomine appellat & poſteros, & reliquos qui alioqui amicitia coniuncti ſunt. nam ſi amiciſsima. i. φίλτατα Attici filios nominant, cur abſurdum eſſe debet, ſi amicitia abſoluté de omnibus dicatur, qui quouis modo amãtur? hac de cauſa videtur dixiſſe ſimiliter omnibus, quaſi C omnes ſub idem amicitiæ nomen ſimul contrahẽs. inquit autem eandem etiam in his differentiam fortunarum obſeruandam eſſe, vt maiora, & grauiora ad felicem pertineant, leuia ne conſiderentur quidem,

In ſingulis vero calamitatibus differentia ra eſt, viuentibuſne, an mortuis contingant. quæ ſanè multo maior eſt, quã ſi neſariæ res ac diræ in tragœdijs præexiſtant, an agantur.

Secunda hæc eſt differentia eorum, quæ poſteris, & amicis contingunt, quæ aliam rationem habent erga felicem dum viuit, aliam poſt mortem. augens vero hoc Ariſtoteles multo maiorem differentiam eſſet inquit, ſi dum viuit felix, quã vbi exceſsit, aliquid poſteris eius & amicis contingat, quam ſi in tragœdijs grauia ac neſanda repræſententur quę præexiſtentia. i. prius facta ac præterita poſtea in ſcenã inducantur, D (id. n. προϋπάρχειν. i. præexiſtere hic videtur ſignificare) quam ſi tunc fiant, quando inducuntur. longe enim diſtat præteritas ne imitemur actiones in tregœdia, an quæ tunc agantur, quando imitatio fit. oportet igitur hanc quoque differentiam in felice conſiderari, præſentene eo an abſente & mortuo poſteris eius atque amicis aliquid eueniat

Magis autem fortaſſe dubitandum de vita defunctis, an boni alicuius, vel contrarij poſsint eſſe participes. videtur enim ex his etiam ſi pertingat ad ipſos quippiam, ſiue bonũ ſiue contrarium, exile quoddam ac paruum id eſſe, vel abſolute & ſimpliciter, vel ipſis.

E Magis autem fortaſſe. i. cõuenientius eſt, vt dubitemus. talis autem ſententia eſt: magis ſanè, quã ea quæ ſuperius diximus, dubitatione dignum illud eſt, an mortui boni alicuius aut contrarij eſſe participes poſsint. deinde quaſi ſolutionem ſubiungens, videtur enim, inquit, ex his, id eſt quæ in tragœdijs repræſentantur. ſicut enim in illis imbecilli prorſus & vmbratili quodam modo defunctos attingunt ea, quæ de ipſis in imitatione vel dicuntur, vel agũtur, ita quoq; hic, licet ad eos qui felices fuerunt, poſt obitum concedamus aut bonum, aut contrarium quippiam peruenire; imbecillum id, nulliusq; momenti vel, abſolute, vel illis, eſſe dicemus: abſolute & ſimpliciter, ſi ſuapte natura eiuſmodi fuerit: illis, ꝙ quãuis magnum ex ſe ſit, defunctis tamen imbecillum ac paruum eſt,

A *Siu minus, tantum ſaltem ac tale, vt neq; felices eos qui non ſunt, facere: neque eos qui ſunt, priuare felicitate poſſit.*

Siquis, inquit, ea quę familiaribus accidunt, attingere mortuos dicat: tantum attingent atque eo modo, vt neq; eos qui non ſunt, felices reddant, ſi bona ſint; neq; eos qui ſunt, ſi ſint contraria, in miſeriam inducant, cum eatenus eos reſpiciant, quatenus amicis eorum ac neceſſarijs contingunt.

Conferre igitur quid defunctis proſperi amicorum ſucceſſus videntur: ſimilsmodo etiam infortunia: ita tamen ac tãtum, vt neq; felices reddere infelices, neque quippiam tale efficere valeant.

B

Quòd felicitas bonum ſit honorabile potius, quam laudabile. Cap. XII.

HIs ita definitis de felicitate conſideremus: vtrum ex ijs, ſit quæ laude, an potius quæ honore digna habentur. nam eam non eſſe inter facultates reponendam manifeſtum eſt.

Ad aliam quæſtionem de felicitate tranſitum facit. nam cum ex bonis alia diuina ſint, alia humana, & diuina honorabilia appellemus, quippe quæ exiſtant, & ſupra laudem ſint, honoreq; ob præſtantiam digna habeantur: humana vero laudabilia dicamus, eo ꝙ honore inferiora, laudes tãtum, & commendationes conſequuntur: alia quoq; huma C na etiam ipſa ſint, quæ in vtranq; partem ſumi poſſunt, ita vt & recte facere valeant, & peccare: atq; ob id potentiæ & facultates nuncupentur, cuiuſmodi nonnullæ artes inueniuntur, vt medicina, rhetorica, & gubernatoria: ideo quærit in quibus ex his, honorene an laude dignis rebus, an in facultatibus felicitatem ſtatuat, atque eam eſſe facultatẽ negat, propterea quod anceps minime eſt. felix enim quatenus eſt felix, peccare nullo modo poteſt. Cum hoc igitur repudiarit, quærit deinceps ſitne inter laudabilia, an inter honore digna reponenda felicitas. oſtenderq; eſſe eam ſupra ea quæ laudantur, interq; diuina & honorabilia bona connumerandam,

Videtur autem omne laudabile propterea laudari, quia D qualitate aliqua præditum eſt, & ad aliquid quodam modo refertur. iuſtum enim & fortem, & omnino bonum virum, ob actiones & opera ſolemus laudare: robuſtum quoque, & curſui habilem, & vnumquemque ex alijs, non alia de cauſa quam quod qualitate quadam præditi ſunt, & ad bonum quoddam, honeſtumque quodam modo ſe habent.

Cum velit felicitatem à laudabilibus ſeparare, & inter honorabilia, quidnam proprium laudabilium ſit, quid item honorabilium declarat: vt cuius proprium ineſſe felicitati inuenerit, in eius ordinem oſtendat felicitatem eſſe collocandam. omne igitur, inquit, laudabile ob id laudatur, quia qualitatis alicuius boni particeps eſt, & ad aliquid reſpicit, ideſt ad opus quod perficit. & exempla producit, eius quod qualitate quadam boni prędituũ eſt E iuſtum & fortem, & omnino eum qui ob bonam qualitatẽ bonus eſt: & virtutẽ etiam ipſam. nam cum dixerit, & omnino bonum virum, ſubiungit, quinetiam virtutẽ, ſtatuens etiam ipſam in vniuerſitate eorum quæ laudantur: quippe cum omne etiam quod laudatur pro conueniente ſibi virtute laudem adipiſcatur. & laudamus hęc, inquit, ob actiones & opera ad quæ referuntur, & quæ perficere conſueuerunt. atq; hęc ad animã ſpectant, quia vero corporalia quoque nonnulla laudem merentur, ea etiam enumerat. nam robuſtum corpore, & curſui habilem, & vnũquẽq; eiuſmodi ex bono corporis habitu laudamus: propterea ꝙ etiam ipſe qualitate quadam bona affectus eſt, & ſe bona quodã modo, ideſt prompte ad bonum quoddam & honeſtũ. robuſtus quidem ad id, vt ad pondera & renitentia obniti valeat,

leat, curſui habilis, vt celeriter locorum interualla pertranſeat, quæ vtraq; quia pro tempore vitę humanæ conſerunt, & bona & honeſta ſunt. A

Atq; hoc ex Deorum laudibus perſpicuum eſt. nam cum ad nos referuntur, ridiculi videntur. id autē cōtingit ex eo quod laudes per relationem, vt diximus efficiuntur.

Ad confirmandum id quod modo dixerat, laudabilia videlicet ex eo laudari quia qualitatem quandam habeāt, & ad aliqua, ideſt opera honeſta referantur, hic Dorum laudes adducit. qui enim eos laudant, inquit, dignitatem eorū imminuunt atque eleuant, eoſque pro glorioſis & claris ridiculos reddunt: cum ipſos ad nos referunt, hoc eſt nobis comparant, iiſdemq; quibus nos dignos exiſtimant, quod in nobis per relationem fit, id etiam in ipſis facientes. nam in nobis habitus corporales vel animales ad actiones quæ B ex ipſis proueniunt, & operationes referentes, ita laudes cōſtituunt, propterea ꝙ non ſemper agimus atq; operamur, at cum natura diuina non eiuſmodi ſit, vt aliquando in habitu maneat ocioſa, aliquando in producendum habitum deueniat, ſed perpetuam, nūquamq; interruptam operationem habeat, merito nō idonea ei laus exiſtimari debet. laus enim per relationem, ſicut diximus, habituum ad operationes fit: ipſa vero diuina natura in operādo eſſentiam ſuam obtinet, neque ab habitu ad actum deuenit.

Et ſi talium eſt laus, optimorum ſanè nullam eſſe laudem conſtat, ſed maius quiddam ac melius, quemadmodum videtur Deos enim beatos ac felices dicimus. beatos item dicimus viros eos qui maxime diuini ſunt. C

Si laus talium eſt, hoc eſt eorum quæ per relationem laudantur, nō debemus optima inter laudabilia collocare, ſed maius quippiam ac melius de ipſis dicere, exemplumq; ex eo ꝙ videtur aſſumit. videmur enim inquit, maius quippiā quā laudes ſint, diuinis naturis attribuere, cum Deos beatos feliceſq; prædicamus. id quod in viris etiam maxime diuinis facimus. viri autem huiuſmodi illi ſunt, qui cum à materia hac non re illi quidem, ſed affectu prorſus ſeiūcti extra carnem & mundum exceſſerint, ſuper omnia quæ viſui ſubiecta ſunt, vitam traducunt, intellectumq; habent cum diuinis naturis verſantem, ac geſtientem, ſemperq; in operatiōne viuunt, à prima luce ſine vlla interruptione illuſtrati.

Simili modo etiam bona. nemo enim felicitatem laudat, quēadmodum iuſtitiam: ſed vt diuinius quid ac melius, beatā rem dicit, ac prædicat. D

Cum ſubſtantias dixerit eas quę optimæ ſunt, laudari minime debere, ſed beatas, feliceſque prædicari: ſubiungit nūc idem in optimis rebus eſſe faciendum: quas per excellentiā bona appellat, cuiuſmodi eſt felicitas. neq; enim, inquit felicitatem laudat quiſpiam, quemadmodum iuſtitiam. iuſtitia enim cum habitus animæ ſit, habet quo referatur, ad ſuā videlicet operationem. felicitas vero operatio ipſa eſſe definita eſt, vt ad aliud referri minime poſsit. nam ſi poſſet, operationis operatio alia cōcederetur atque ita finem haberet & non ipſa eſſet finis, ſicque infinite oratio progrederetur Iccirco non laudatur felicitas, ſed beata prædicatur, vtpote diuinius quid ac melius quam virtutum habitus ſint. quæ E ſanè in anima quæ per virtutem perfectionem conſequuta fuerit, ſemperque à ſuperioribus potentijs illuſtratur continuam operationem nunquanque intermiſſam conſeruet, in actu ſemper exiſtit, id quod ſola rei ipſius experientia cōfirmari poteſt, ſicut enim ſenſuum operationem circa ſenſibilia non ratio eſt quæ demōſtrat, ſed experimentum, ita circa intelligibilia intellectus operatio, eius experientia cognoſcitur, nec vlla doctrinæ ratione percipi ab inexpertis ſatis poteſt. dulcedinem enim mellis qui id non guſtarit, cognoſcet nemo, ſic neq; in intellectus operationis cognitionem veniet quiſpiam, qui expertus eā aliquando nō fuerit.

Recte etiā videtur Eudoxus in defenſione voluptatis principatum et attribuere. ex eo enim quòd non laudatur, cum bonum ſit, iudicari exiſtimabat eam rebus laudabilibus eſſe præſtantiorem. talem autem eſſe Deum, & bonum ipſum cenſebat: quippe eum ad hæc reliqua etiam referantur.

Philoſophus fuit Eudoxus. is cum voluptatem laudaret principatū ei aſcribebat, quòd omnia quæ apud homines laudantur, excederet. nam cum bonum eam eſſe ſtatuiſſet, videretque eam minime laudem aliquam conſequi apud eos qui hominum laudationes componunt: eius pręſtantię eſſe id argumentum opinabatur: quippe quæ ea excederet quę laudem merentur. Talem enim eſſe Deum, & bonum ipſum dicebat, ad quod reliqua omnia relata bona dicerentur, vtpote ad ſimilitudinem eius exiſtētia. Deus vero & bonum per diuerſa idem eſt. Eudoxum igitur probat, quòd conuenienti modo in defendenda voluptate vſus fuerit.

Laus enim virtutis eſt. Idonei enim ad honeſtas res agendas ex ea efficiuntur. Commendationes vero operum ſunt, tam animæ quam corporis ſimili modo.

Hæc inquit vt feliciratem ſupra ea quæ & laudantur & commendātur, eſſe oſtendat. laus ideſt ἔπαινος virtutis eſt: ἐγκώμια ideſt commendationes ſeu laudationes, operū ipſorum. Laudatur, inquit, virtus, eo quòd ex ea quæ habitus bonus eſt, ad bonas honeſtaſque res agendas idonei homines efficiuntur: opera vero commendantur ſimili modo & corporis & animę, quęcunq; ſcilicet ex virtute ipſa emanāt ac proficiuntur. at felicitas & ſupra virtutem eſt, & ſupra ea quæ ex virtute proueniunt: iccirco laude quoq; ſit ſuperior neceſſe eſt. animalia vero opera ea ſunt quæ ex habitibus animæ, ideſt virtutibus, artibus, ſciētijs, proficiſcuntur: corporalia, quæ ex corporis habitibus emanant. corporis habitus ſunt vires, ſenſuum integritas, agilitas ad curſum, ſanitas, & ſiquid aliud corpori ineſt, quod laude dignum habeatur. nam quæ per corpus bene honeſteq; aguntur, bonis animæ habitibus etiam ipſa aſcribi cōſueuerunt: eo ꝙ anima ipſa ſit, quæ recte corpore vtatur, recteque operetur. nam ſi vitium in anima dominetur, mala bona etiam ipſa corporis euadunt: cum male per ea operetur anima, maleque corporis obſequio vtatur.

Verum hæc exacte tractare forſitan eorum magis eſt, quorum labor in laudationibus conficiendis verſatur. nobis vero ſatis id eſſe debet: quòd ex his quæ diximus, ex honorabilibus perfectiſque rebus eſſe felicitatem conſtat.

Quia de laudibus & commendationibus, quas Græci ἐπαίνους καὶ ἐγκώμια ppellant, nonnulla hic dixit: quibus ſubiectis ſcilicet vtraque conueniāt, atq; hæc dixit, non vt de ipſis ageret, ſed vt tantum felicitatem ſupra ipſa eſſe demōſtraret: iccirco poſteaquam pauca quædā de ipſis diſſeruit, quātum ſcilicet præſenti propoſito ſatis eſt, abſolutiorem tractationem ipſorū ad eos reijcit, qui in huiuſcemodi rebus laborare conſueuerunt: ipſeq; ad propoſitum orationē reducit: perſpicuum eſſe, inquiens, ex his quæ dicta ſunt, ex honorabilibus perfectiſq; rebus eſſe felicitatem: atq; iccirco honore, nō laudibus neq; cōmendationibus eſſe dignā.

Videtur autem & ex eo ita ſe habere, quia principium eſt: huius enim gratia reliqua omnia omnes agimus. principium vero & cām bonorū honorabile quoddā ac diuinū ſtatuimus.

Alio quoque modo felicitatem inter honorabilia cenſeri oſtendit. principium enim eſt, vt cauſa finalis. ob felicitatem ſiquidem cætera omnia omnes agimus, vt poſteaquā reliqua conſequuti fuerimus ad huius perfectionem deueniamus. at principium & cauſam bonorum honorabile quoddam ac diuinun eſſe confitemur: honorabilis igitur ac diuina felicitas eſt.

De duplici animæ parte ac virtutis diuiſione
Cap. XIII.

Quoniam igitur felicitas animę per virtutem perfectam operatio quædam eſt: de virtute conſiderādum videtur

hoc

atq; id, horum cauſa, & quatenus ſatis eſt ad ea quæ hic quæ-runtur. nam exactius abſolutiusq; rē hanc exequi laborio-ſius fortaſſe eſt ac difficilius, quā præſenti negotio cōueniat.

Ciuili opus eſſe de anima cognoſcere, iam dixit, nunc ſubiungit quatenus ei in hac ſpeculatione progrediendum ſit. nam quia non per ſe, ſed virtutum cauſa cognitio hæc requiritur, eatenus inquit contemplari de anima debet is, qui de virtutibus quantum ad ciuilem facultatem ſpectat tractaturus eſt: quatenus ſatis eſt ad ea, de quib. nunc inquirimus, hoc eſt ad virtutes. nam ſiquis vlterius quam res iſta poſtulet, progredi voluerit, exactiosque de anima inueſtigare, difficiliorem inueniet quæſtionem quam de virtutibus tractanti conueniat, tum ob abſtruſam animæ, incorporeamque ſubſtantiam, tum ex eo quod quam plurima ſunt quæ de ipſa inueſtigari, explicarique debeant.

Dicuntur autem de ipſa in extrarijs etiam diſputationibus nonnulla quæ ſatis ſunt: vtendumque ipſis eſt.

Ex operibus Ariſtot. alia ad diſcipulos eius ſcripta ſunt; qui ad eum audiendum ſimul conueniebāt, quæ ipſe in publicis ſcholis coram diſſerebat, atque exponebat, alia priuatim ad aliquos, extrinſecus argumento illi accommodata, quod vnuſquiſque requiſierat. illa ἀκροαματικὰ hoc eſt auditoria appellantur, quippe quæ, vt diximus ad eos qui publice ipſum audiebant, fuerunt conſcripta, hæc ἐξωτερικὰ quaſi extraria dixerit, ſiue extranea, quia vnumquodque ex ipſis ad priuatum aliquem extra publicum auditorium compoſitum fuit. Quoniam igitur in his diuerſa quædam de anima pro tempore ad propoſitas quæſtiones dicta ſunt, ad ea nos relegat, vtpote ad præſens negocium vtilia futura, monetq; vt illis hic quoque ad rem facientibus vtamur.

Quemadmodum alteram partem eius eſſe rationis participem, alteram expertem. nam vtrum diſtinctæ ſint, vt corporis partes & omnia diuiſibilia: an ratione tantum duæ ſint, re autem ſeparari inter ſe minime poſſint, vt in circunferentia conuexum & concauum: illud vero nihil ad propoſitū refert.

Cum dixiſſet in extrarijs diſputationibus de anima ſatis fuiſſe dictum, non quod de anima ibi perfecte tacta ſit diſputatio, ſed eatenus ſolum, quantum ad præſentem de virtutibus inquiſitionem ſufficiat, explicat etiam quæ ſint ea quæ ibi dicta fuerunt, quemadmodum inquiens, alteram partē eius eſſe rationis expertem, alteram participem, atque eam quæ vacat ratione, nō abſolute eſſe irrationalem: ſed quodam modo etiam ipſam rationalem, vtpote rationi obtemperantem, vt neque abſolute rationis ſit particeps, neq; abſolute expers, nam quæ ex ſeſe rationem habet, & cogitat ea eſt abſolute rationalis, quæ rationi obedit, per participationem eſt, ac propterea non abſolute ſed quodam modo rationalis dicitur. nam virtutes in parte irrationali nullæ exiſterent, vel fortitudo, vt temperantia, adde etiam iuſtitiam, niſi & iracundia & cupiditas ſubditæ eſſent rationi, eique obtemperarent. neque enim in nobis ideſt quod in brutis, in illis enim rationi hæc minime obedire conſpiciū tur, eo quod extrinſecus eſt ratio, eisq; nullo modo coniuncta ac connexa. in nobis vero cum ſimul cū illis ſit, in vnoquoque & eodem corpore annexa, iccirco fit, vt irrationales hæ facultates rationi obediāt, quippe quæ adſit & ſine vlla interceſſione ipſa præſit atque imperet, quæ igitur pars animæ noſtræ ratione eſt prædita, rationalis ideo eſt, quia rationem ex natura atque eſſentia ſua habet, ſicut dictum eſt quæ vero ratione vacat, ſi rationalis dicitur, non abſolute ac ſimpliciter, ſed quodammodo dicitur: quia ſcilicet natura eiuſmodi eſt, vt à ratione inſtrui, atq; illuſtrari quodam modo valeat. neceſſe igitur eſt, vt qui de virtutibus cogniturus eſt, is animam noſtram ita habere, cum corporeque ita eſſe connexam ſciat. an vero hæ duæ partes, quæ rationem habet, & quæ eſt irrationalis, loco inter ſe diſtinctæ ſint, ſicut partes corporis, cæteraque omnia quæ partibilia ſunt, an id quidem minime, ſed ratione tantum duę loco ſeparari inter ſe nullo modo poſſint, nihil ad præſentem rem facit inueſtigare. nam corporis partes vt manus, pedes, caput

A & cæteras non ratione ſolum, ſed loco etiam inter ſe diſtare in toto, diſiunctasque eſſe adeo euidēs eſt, vt ſenſu etiam percipi queat, id quod in omnibus diuiſibilibus conſtat: diuiſibilia magnitudines vocat, vt lineam, ſuperficiem, & corpus, quorum ſingula & partes habent, in quas partiri ac diuidi poſſunt, & ita eas habent, vt non ſimul & vno eodemque loco omnes, ſed ſingulæ ſingulis in locis diſpoſitæ ſint ſi enim id non eſſet, nec magnitudo quidem eſſet actu dimēſibilis, non ſecus ac punctus: cuius fluxu ac protractu principium magnitudo admittit. eſſe autem nonnulla quæ loco inter ſe diſtent, ratione vero minime ex circunferentia oſtendit: in qua vna & eadem concauum & conuexum cernuntur, quæ ratione tantum, nō loco diſtant: alioqui in eo non eſſent quod quantum ad latitudinem ſpectat, dimenſione omni caret ac diſtantia, quæ eſt linea: quæ longitudo
B latitudine vacans definitur.

Irrationalis autem partis alia communi & vegetali perſimilis eſt. ita appello eam quæ augendi, & alendi cauſa eſt. talem enim animæ facultatem in omnibus quæ aluntur, ſtatueret aliquis: & in fœtibus quoque: quin etiam eandem hanc in perfectis: & conuenientius etiam, quam aliam quampiam.

Cum de virtute humana atque ea non corporis ſed animæ dicturum ſe eſſe promiſerit, diuiſeritque animam in irrationalem & ratione carentem facultatē: irrationalem rurſus ſubdiuidit: & aliam eius partem communē eſſe inquit & vegetalem. communē ſanè, quia in omnibus ineſt quæ animata appellantur. vegetalem vero, eo quod in ipſis &
C vegetabilibus hoc eſt ſtirpibus conſpicitur, quarum proprium maxime illud eſt, vt vim & alendi & nutriendi in ſe habeant. nam licet eadem in animalibus quoque tam brutis quam ratione præditis inſit, non tamē in eis ineſt quatenus ſunt animalia, ſed quatenus cum ſtirpibus communicant. neceſſe enim eſt, vt prius in animalium corporibus inferiores ignobilioresque animæ facultates ſubſint, deinde ſuperueniant præſtantiores, quippe cum nequeant corpora eas ſuſcipere, niſi præparata ab his inferioribus, atque effecta idonea fuerint; cauſa vero & alendi & augendi ob id dicitur, quod vtraque hæc tam in animalibus quam in plantis efficit, licet alio atque alio modo pro diuerſitate inſtrumentorum. nam alia ſunt inſtrumēta in plantis, alia in animalibus quæ facultati huic altrici & auctrici inſeruiunt, cui quidem materiam nutrimenta ſingulis quæ aluntur
D aut creſcunt, idonea ſuppeditant. Cum dixerit autē in omnibus quæ aluntur, talem vim ineſſe, ſubiunxit, & in fœtibus quoque, fœtus autem ſunt, qui in vtero adhuc geſtantur, ἔμβρυα à Græcis dicti, quod ideo adiunctum eſt, quia fœtus habere adhuc ſtirpium naturam videntur, nullamque aliam facultatem in eo quòd ſunt fœtus, in ſe operantem, niſi hac continent. Eandem hāc in perfectis ineſſe inquit, reſpectu ſcilicet ſenum, perfectis, quæ rationem ſubſtantiæ iam amittunt. nam etiam quod ſtatim genitum eſt, multa habet poteſtate, quæ cum proceſſerint in actum tunc proprie perfectum appellari poteſt, quod tamen neque tunc vegetalis hæc facultas deſtituit, quippe quæ ad id vt ſit abſolute, neceſſario conferat. iudicium ſuum deinde de hac opinione ſubijcit, quæ eandem hanc in perfectis
E etiam eſſe ait, & conuenientius etiam, inquiens, quam aliā quampiam. quomodo conuenientius? quia cum aliæ facultates non ſemper in ipſis operētur, ſæpenumero enim cum in vigilia, tum maxime in ſomno manifeſte ab officio ſuo vacare conſpiciuntur, vegetalis ſine vlla interruptione ſemper in functione ſua eſt: præcipue tamē in ſomno; quod maxime tempore alimentorum & concoctiones & digeſtiones, tum in omnibus partibus corporis pro vniuſcuiuſq; ratione ac conuenientia acceſſiones fiunt.

Huius autem communis quędā virtus, non humana apparet: quippe cū pars hæc & facultas in ſomnis maxime operari videatur: bonus aūt & malus diſcerni in ſomno minime poſſit. Vñ inquiūt felices in dimidia parte vitę à miſeris diſtare

Huius

Huius igitur facultatis, inquit, virtus quædam cōmunis animantium omnium, & nō humana apparet, eo ꝙ in his omnibus ſecundum vniuſcuiuſque naturam efficium ſuū exercet. id autem nihil aliud eſt, quam alimentum conco quere, quam immutare, quam digerere, digeſtumque mēbris ſingulis adiungere atque incorporare, ita vt ne in ſimilitudine quidem vlla diſcrepantia ſit, atque vt ſemel dicam alere, & augere, atque hæc omnia bene efficere, quæ ſanè non hominis ſunt, in eo quod eſt homo, ſed in eo ꝙ cum plantis communionem habet. id quod ex eo probat, ꝙ in ſomno maxime operari hæc animę pars & facultas conſpicitur. bonus autem aut malus, quantum ad hominem ſpectat, vel nullo modo, vel quam minimum eſſe in ſomno manifeſtus poteſt. hocque communi opinione hominum confirmat, quæ ait, differentiam inter bonos & malos, felices & miſeros in dimidia parte huius vitæ nullā eſſe, propterea quod in ſomno omnes vacant, nihilque ex proprio habitu operantur.

Atque hoc conuenienter euenit. ocium enim animæ ſomnus est, quæ vel bona vel mala dicitur.

Conuenienter inquit ſomno & oppoſite accidit, vt boni & mali in ſomnis minime diſcernantur. nam bonum & malum quod hic ſumimus ad animum ſpectat: animę autem ocium ſomnus eſt. qui fieri igitur poteſt, vt ſi ea ab operatione ſua vacet, bona ne an mala ſit, perſpiciamus? ſicut. n. ex fructu arbor: ita ex operatione habitus cognoſcitur. Quemadmodum igitur tempore quo fructus non ſunt, arboris virtutem quam in fructibus producendis habet, videlicet ſit ne admodum frugifera an parum, an penitus infœcunda ac ſterilis, cognoſcit nemo: ſic anima quo tempore ociatur bona ne an mala ſit, cognoſci non poteſt.

Niſi quatenus paululum motiones aliquæ ad eam pertingūt quatenus enim modeſtiorum meliora quam quorumlibet viſa apparent.

Vt plurimum, inquit, in ſomnis quo modo bona anima à mala differat, incertum eſt. fit tamen interdum, vt exigua quædam inter modeſtos & quoſlibet differētia exiſtat. modeſtos. i. ἐπιεικεῖς appellat bonos, vtpote τὸ μέτριον hoc eſt modū in vita, conuenientiamq; ſeruantes. quoſlibet aūt. i. τυχόντας malos, qui vt incidit, quomodolibet, ideſt abſq; ratione & male vitam traducunt. differentia vero ea eſt, quod aliquando accidit, vt nonnullæ operationes quæ in vigilia fiunt, in ſomnos etiam pertranſeat, imaginatione, dum ſenſus vacāt operante, eorumque formas inducente quæ quiſpiam in vigilia operatus fuerit: vt bonis & malis viſa per ſomnum vel affectionibus, vel operationibus correſpondeant, quæ ipſis in vigilia contigerunt. Videri autem ex his poſſet Ariſtoteles vegetali facultati ſomnum aſcribere, eo ꝙ de ea loquens in ſomni mētionem venit: maximeque operari ſomni præſentia eam inquit. At ſi hoc eſſet, plantæ etiam dormirent, quarum maxime propria hæc, ideſt altrix facultas eſt: non dormiunt autem: non eſſe igitur huius facultatis ſomnum manifeſtum eſt. Somnus præterea in ſenſuū ocio conſideratur: ſi igitur dormirent plantę ocium quoq; ſenſuum admitterent: at ſi id, eorundem quoq, operationem: contraria enim circa idem ſubiectum cōſiſtunt: & in quibus ſunt priuationes, in eis habitus quoque eſſe poſſe perſpicuum eſt: atque hinc efficeretur, vt expergefactæ plantę & ſurgentes ſentirent: at hoc fieri nullo modo poteſt: non dormiunt igitur plantæ: ſed animalium proprius eſt ſomnus. Ex eo tamen accidit, vt vegetalis operatio in ſomno maxime efficiatur, quia natura tunc nullis ſenſuum functionibus impedita proprium officium valet exercere.

At de his quidem ſatis. atque hęc nutriendi facultas, eſt enim humanæ virtutis expers, mittenda eſt, videtur autem etiam altera quædam natura animæ irrationalis eſſe: quæ rationis tamen quadam ex parte capax ſit. Continentis enim et incontinentis rationem; animæ item id quod rationem habet laudamus: quippe cum rectè & ad optima incitet, videtur tamen aliud quid et in ipſis ineſſe, quod pugnetq; reſiſtatq; rōni.

A De vegetali facultate quæ altrix quoque ob id dicitur quia alere ſolius eius proprium eſt: ſatis dictum ſit. non. n. oportet vt plura de ea diſſeramus, ſed de virtute humana qua in parte exiſtat, conſideremus. hæc enim cum nullius cognitionis ſit particeps, ab humana virtute aliena eſt. nam cum rationale animal homo ſit, neceſſe eſt vt eius virtus ex ratione & cognitione exiſtat: præſertim cum vniuſcuiuſq; virtus eiuſmodi ſit, vt ſubiectum perficiat. Quomodo igitur poſſet quod cognitione omni prorſus vacat, rationali animali ad virtutis exequutionē conferre? propterea oportet vt homo ſi perfectionem ſuam aſſequi vult, cum vegetali hac vehementer certet ac pugnet: ne ſi nimia eius operationum oblectatione ſuperetur, in eius naturam abeat, atque arboreſcat. VIDETVR autem etiam altera quæ-

B dam natura animæ irrationalis eſſe: quæ tamē nō prorſus vt illa irrationalis, ſed quadam ex parte rationis capax ſit) alteram hanc naturam animę eſſe dixit, ex eo oſtendens; vnamquamque ex tribus. i. altricem, ſenſualem, & rationalem, animam appellari. nam animatæ ab omnibus etiam ſtirpes dicuntur, cum tamen ſola altrice preditæ ſint. i. vt; hinc animam eſſe etiam pateat. hæ autem ratione inter ſe differunt. alteram vero hanc quę poſt vegetalem irrationalis anima dicitur, eſſe quadantenus rationis participem ex continente & incontinente oſtendit. incontinens enim ille eſt qui cum à cupiditate ad fruitionem rerum iucundarum trahatur, pugnat aliquandiu ac reſiſtit: nec tamē ſemper id facit: ſed aliquando ſuccumbit ac vincitur. vnde etiā ἀκρατὴς à Gręcis dicitur quia nō ſuperat cupiditatem. i. in-

C continens non tam quia non contineat ſe à voluptatibus quam ꝙ nō contineat in officio cupiditatem, ſed ab ea ſuperetur. Continens vero contra eſt, qui habet quidem etiā ipſe rationi aduerſantem cupiditatem, ſed reſiſtit tamē generoſius, ſuperatque eam ratione: atque ob id continens vocatur, non tam quod à voluptatibus ſeſe cōtinet, quam ꝙ inferiorem facultatem in officio continet, ſubditamque rationi atque obedientem facit: Gręci hunc ἐγκρατῆ appellant, eo ꝙ voto potiatur, atque in cupiditatem dominetur laudatur igitur in vtroque horum id quod ratione eſt prędituū, pugnatque aduerſus irrationalitatem. cur que laudetur, ſubiungit: incitat enim inquit, rectè id quod rationem habet, ad optima: id quod laude dignum eſt. eſſe autē in his irrationalem quoque quandam facultatem præter

D rationem, ex operatione manifeſtat. neque enim aduerſus rationem pugnaret, eique renitetetur iraſcendi & cupiēdi facultas, niſi eſſet irrationalis.

Planè enim quemadmodum reſoluta corporis membra ſi ad dextram mouere volueris, econtrario in ſiniſtram deferūtur: ſic quoque in anima contingit. in contrarias enim partes incontinentium appetitiones feruntur.

Hic oſtēdit Ariſtoteles mēbrorū motiones pręter naturam longe eſſe ſimiles appetitionibus facultatem animæ, quæ præter rationem feruntur. Inquit igitur, quemadmodum cum reſolutio membrorum corporis accidit, reſolutio ipſa appetitioni voluntariæ aduerſatur: vt ſi homo in dextram partem mouere reſolutum membrum voluerit,

E in ſiniſtram id pręter propoſitum deferatur, ita quoque in anima fit, cum ratio irrationales facultates mouere ad meliora proponit: ſæpe illæ in contrarium deuolutæ pręter rationis motionē peiora amplectuntur: id quod in incontinentibus perſpicuum eſt. in quibus cum ratio ita mouere cupiditatem vult, vt corporis voluptates reijciat, reſiſtit cupiditas effrenate ad illarum fruitionem incitata: vt hæc voluptatum pręter rationem fruitio, pręter naturam tam hominis quam ipſarum etiam irrationalium facultatum ſit, nam neque ratio in continente aduerſus cupiditatem reſiſteret, cum præcipuum in natura hominis locum, principatumque obtineat, neque cupiditas rationi rectè moniti aliquanti ſper cederet ac pareret, niſi ea eſſet natura cupiditas, vt parere etiam ſemper & poſſit & debeat.

Sed

Sed in corporibus quidem quod præter propoſitum fertur A *videmus: in anima non videmus.*

Nō ſimili modo inquit reſolutiones, ac præter propoſitum delationes in anima, atque in corporibus cognoſcimus, ſed eas in corporibus ſenſu: in anima iudicio rationis percipimus.

Fortaſſe autem nihilominus in anima quoque eſſe quippiā præter rationem exiſtimandum eſt, quod ei aduerſetur ac reſiſtat: quomodo vero diuerſum ſit nihil refert.

Fortaſſe, hic poſitum eſt pro, omnino, non enim quaſi ambigat, hoc dicit, ſed certam ſententiam enunciat: quō verbo in hunc modum vti Ariſtotelem ſępenumero inueniemus. ait igitur, nihilominus in anima quoque exiſtimare debemus eſſe præter rationem aliam facultatem, quæ ei aduerſetur & reſiſtat: ſicut in corpore morbos quoſdam B accidere appetitionibus voluntarijs renitentes videmus, cum vero, inquit, quomodo autem diuerſum ſit, nihil refert, illud ſignificat, diuerſum quidem eſſe in reſolutis corporibus id quod reſiſtit, neque motiones eorum ſecundū propoſitum ſinit, & diuerſum quod in anima aduerſus rationem pugnat, atque impedit quo minus actiones ſecundum rationem perſpiciantur, in quō tamē diuerſitas hæc conſiſtat, ad præſentem rem non refert, ideſt, minime accōmodata præſenti negocio inueſtigatio eſt, ſi inquirere velimus, quo pacto id quod eſt præter naturā, ab eo quod eſt præter rationem differat.

Quod tamen etiam ipſum rationis eſſe particeps videtur, quemadmodum diximus: continentis n. rationi obtemperat.

Pars irrationalis, quæ in homine eſt, non habet quidem C propriam rationem, vnde irrationalis appellatur: videtur tamē rationis etiam ipſa eſſe particeps, in eo quòd à rationem habente facultate illuſtratur, ſicut dictum eſt: dixit enim etiam ſuperius eſſe hanc rationi obedientem, atque quodam modo, ideſt participatione, non eſſentia rationalem. Quemadmodum etiam lunam inquiūt, luminare nūcupari, eo quòd à ſole illuminata lucens efficitur, vel lumē quod aliunde accepit, reddere etiam ipſa valeat. Sed vnde apparet, quòd rationis particeps ſit hęc irrationalis facultas? Inde nimirum, quòd continentis rationi obtemperat. niſi enim natura eſſet comparatum, vt ratione vti quodam modo poſſet, nunquam hoc contingeret, neque in continente illud fieret, vt cupiendi vis ad voluptatis fruitionem incitata cohibenti à voluptate rationi pareret. D

Atque etiam magis fortaſſe in temperante ac forti obediens eſt: omnia enim in his rationi conſonant.

Sicut in alijs quæ vel à natura fiunt, vel arte, non repēte generationes abſoluuntur, ſed ex imperfectis ad perfecta ſubinde progreſsio fit: priusque antecedunt ſpecies quędā quæ ſubiectum idoneum ad ſuſcipiendam eam formam reddunt, quæ à principio ſiue à natura, ſiue ab arte propoſita fuerat: ita in virtutibus quoque hominis videre licet, homo enim à principio vbi è matris vtero editur, cum nōdum ratio in eo vim vllam acceperit, eſſe abſolute quaſi animal videtur, nam in eo irrationalium facultatum operationes rationem neceſſario præcurrunt. ante omnes vegetalis etiam in ipſo vtero exiſtit, deinde animalis, poſtremo vero excitata ratio operationem ſuam etiam ipſa pro- E ducit. atque hæc generationis cauſa eueniunt, quippe cum natura eſſentiam hominis conſtituere ſtudens inferiores facultates, eorumque operationes tanquam fundamentū præſtantioribus ſubijciat, fierique alio modo nequeat, vt ex omnium compoſitione aliquid conſtituatur. Hinc igitur, vt ratio quæ poſt alias emicuit, dum propriam operationem exercere vult, pugnam aduerſus perturbationes instituat, conetürque vehemētem earum impetum, qui iam anticipauit, diuiusque inualuit, reprimere ac refrenare. Id autem cito fieri nequit, ſed longo quodam tempore, laboreque haud paruo opus eſt ad rationis expertes facultates cohibendas, ac continendas. Propterea homo dum ratione aduerſus perturbationes reluctatur ac pugnat, prius in diſcrimen illud venit, vt aut vincere aut vinci viciſsim poſsit: incontinensque ex eo dicitur, ideſt ἀκρατὴς, quod nondum penitus vincere, ſub ſeque continere alias facultates poteſt: deinde cum vehemētius reſiſtit, perfectionemq; quam volebat, adipiſcitur, continēs euadit: pugnam quidem adhuc exercens, ſed ita tamen, vt ſub imperio ſuo aduerſarios contineat. ſed Græci victores hos & victos vocabulis ſuis melius exprimunt: incontinentem enim ἀκρατῆ quaſi minime obtinentem ac vincentem appellant: continentem cōtrà ἐγκρατῆ, perinde ac ſi obtinentem ac vincētem dicas. poſtea vero cum victoria potitus homo ſuſtinere amplius turbationem vllam non valet, redintegratoque certamine dominari prorſus in aduerſantes facultates cupit, temporis alicuius proceſſu fit, vt labore etiam non mediocri adhibito B ex boni ipſius perfectique appetitione temperantiam adipiſcatur. Continens igitur bello appetitus vincit, cum iam irrationalis facultas rationi quodam modo obediat, & in pugna quaſi inferior ſit, ac ſuccūbat. at in temperante maior eſt hæc ignobilioris partis ad præſtantiorem obedientia, nam quaſi iam animum deſponderit deterior hęc pars penitusque iaceat, vt ne excitari quidem cōtra meliorem amplius audeat, ibi & tunc operatur, ubi & quando mandatum ab ea fuerit, quæ princeps ac dominans natura eſt. Atque hæc in temperante efficiuntur, in quo ratio concupiſcibili parte profligata perfecte operationes ſuas exequitur. Idem de forti dicendum eſt. nam & is quoque ubi nō mediocrem laborem ſtudiumq; in ſubiugandis penitus perturbationibus impenderit, iracundiamq; ita paulatim C rationi obtemperātem reddiderit, perfectionem cōſequitur ſuam, ut ſecundum rectum rationis iudicium, & in terribilibus opportune audeat, fiduciamq; ita amplectatur vt à timiditate & audacia æquis interuallis diſtet, vtranq; harum mediocritate ſeruata. Hac de cauſa igitur in vtriſque his, ideſt temperante & forti, quippe qui perfectionem iā obtinuerint, obedientior rationi eſt irrationalis hæc facultas. Vnde Ariſtoteles ſubiungit, omnia enim rationi cōſonant, eo quod nullus amplius affectus rationi aduerſatur, nihilque habet, quod ab illius appetitione diſſentiat, ac diſſonet, ſed conſpirent omnia. Verbum autem, hoc, conſonant, quod ipſe, ὁμοφωνεῖ, inquit, ex translatione muſicorum inſtrumentorum ſumptum eſt, in quibus diſcors fidium ordo ratione temperatus concordem vnum concentum efficit: vt in duplo & quadruplo, ideſt ea conſonantia D fit, quæ διὰ πασῶν, ideſt per omnes, & δὶς διὰ πασῶν, i. bis per omnes chordas dicitur.

Eſſe igitur irrationalis quoque hęc duplex videtur: nam vegetalis nullo modo cum ratione communicat: concupiſcibilis autem & omnino appetibilis particeps rationis quodā modo eſt quatenus ipſi obedit, imperioq; eius obtemperat.

Superius etiam de duabus ſpeciebus iam dixit, irrationalis animæ facultatis, vegetalis ſcilicet, ac animalis: rurſus nūc pauca quędam de eiſdem repetit, vt de rationali commodius diſputationē inducat. inquit igitur, qualis eā quæ iam dicta ſunt, concludens, videri duplicem eſſe irrationalem hanc facultatem, quippe cum altera ſit vegetalis altera concupiſcibilis ac demum appetibilis. concupiſcibili autē E propterea adiunxit appetibilem, quia non ſolum cupiditas, ſed iracundia quoq; appetibilis animæ facultas eſt, vegetalis autem, inquit, nullo modo cum ratione communicat, neque in eo quòd rationem propriam habeat, neque in eo ꝙ obediat rationi, ſed appetibilis particeps rationis quodam modo eſt, quatenus ei paret, eiuſque imperio obtemperat. atque hanc eſſe quandam rationis participationem, dum rationi paretur: exemplo oſtendit, in hunc modum ſubiungens.

Ita profecto & patris & amicorum habere rationem dicimus, & non ſicut mathematicorum.

Duobus modis intelligi, inquit habere rationem: vno, ſicut cum patris & amicorum habere rationem dicimus, altero, ſicut cum mathematicorum, id eſt diſciplinarum

ſcientia-

ſcientiarum: in quibus ea differentia eſt, quòd illic ratio curam & obedientiam: in mathematicis vero cognitionẽ & cauſam ſignificat, quòd aliquid alicui inſit, vei bi gratia, quòd triangulo æquilaterum inſit, vel quòd duos rectos angulos habeat. prior modus appetibili quoque animæ facultati conuenit.

Parere autem quodam modo rationi irrationalem hanc partem admonitio, & oīs increpatio, & cohortatio indicat.

Participem eſſe rationis appetibilem ex eo, ꝙ paret, obediatque rationi iam demonſtratum eſt. idem nunc rurſus ex admonitione, increpatione, & cohortatione cõprobatur. videmus enim multos cum uel iracundia vel cupiditate ſuperantur, & iam in aliquod flagitium ac ſcelus pręter rationem erupturi ſunt: ab impetu, incitationeq́; ea inhiberi, ſi aut admoneantur, uel increpentur à magiſtris forte uel parentibus, aut ab amicis & cognatis cohortentur, eiuſmodique alijs qui veneratione exiſtimationeq́; digni apud eos habeantur. addidit autem, quodam modo, ob uarios diuerſoſque modos quibus ad retrahendos, reprimendoſque ab irrationalibus incitationibus homines uti conſueuimus. admonitiones enim increpationes & exhortationes nihil aliud ſunt, quàm diuerſi modi, qui ad reuocandos à deterioribus ad meliora homines faciunt. admonitio enim id eſt. νουθέτησις eſt condocefactio quædam ac conſilium, quo animæ affectuum perturbatio corrigitur. increpatio uero, id eſt. ἐπιτίμησις libera quædam inclamatio atque obiurgatio quæ appetenti aliquid pręter rationem terrorem incutit ad exturbandam appetitionem, reprimendumq́ue impetum. cohortatio autem quam παράκλησιν uocat, oratio quædam eſt quæ benigne afferri conſueuit, leniterq́; ab irrationalium perturbationum dominio amicos conatur ſubtrahere.

Quòd ſi dicendum eſt hanc quoque partem rationem habere, duplex erit ea quæ rationem habet: altera enim proprie & in ſe eam habebit: altera ita, vt is qui dicto patris audiens eſt.

Quoniam Animalis & appetibilis facultas, quę ſenſualis etiam eſt & imaginatiua, media inter vegetalem & rationalem collocata eſt, ex quibus altera ratione prorſus uacat, ut neque eam in ſe habeat, neque parere ei poſsit, altera prudens ex ſuapte natura, rationeq́; prædita eſt: media hęc eſſe anceps quędam uidetur, ut utriſque extremis ualeat accommodari. nam alteri in eo eſt ſimilis, quòd ex ſe non ſapit, neque propriam habet rationem: alteri, quòd ſapienti obtemperat, eiq́; quæ rationem habet, ſeſe ſubijcit. atque ita in hoc rationalis, in illo irrationalis uidetur. Hac de cauſa Ariſtoteles hanc prius cum ea quæ prorſus eſt irrationalis coniunxit, quomodoq́; ab ea differret, explicauit, nuncq́; rationali applicat, quamque cum ea conuenientiam habeat, oſtendit, ita inquiens, ſi autem oportet dicere hanc quoque partem habere rationem, ideſt ſi propterea, quòd natura eius ea eſt, ut rationi obtemperet, non eſſe eam irrationalem aliquis dicat, neque inter prorſus irrationales cõſtituendam exiſtimet, duplex etiam erit

A ea quæ ratione prædita eſt: altera primo & per ſe, utpote in ſe rationem habens, altera ſecundo & per aliud, quippe quæ aliunde rationem acceperit, & perinde, ac ſi quis prudentiæ proprij patris obtemperet. ratio enim in unoquoque noſtrum prudentis patris locum obtinet, quę animali & appetitiuæ ſeu ſenſitiuæ animæ facultati tanquam puero ſu prudentia carenti pręeſt, atque imperat. oportet enim ut ratio, & ipſa ſobria ſit, ne perturbationibus aſſentiens in malum aliquod trahatur, & ita exerceat ſub ſe poſitas facultates, itaque inſtituat, ut ne ipſi amplius reſiſtere, aduerſarique audeant.

Virtus quoque ſecundum hanc differentiam diſtinguitur, nam alias ex ipſis intellectiuas, alias morales dicimus: ſapientiam, perſpicaciam, & prudentiam, intellectiuas: liberalita-

B *tem & temperantiam morales.*

Quia non per ſe animarum ſeu vitarum diſtinctionem fecit, ſed ob virtutes de quibus dicere propoſuerat: nunc, poſteaquàm tres eſſe in nobis uitas, facultateſq́; definiuit, de uirtutibus dicere aggreditur, iuxta diuiſionem hanc bipartitam facultatis rationalis. Diuiditur enim, inquit, etiã uirtus ſecundum hanc harum duarum partium differentiam, ut aliæ ſint intellectiuæ quas διανοητικὰς uocat, quæ in parte ex ſe rationem habente exiſtunt, cuiuſmodi ſunt ſapientia, perſpicacia, & prudentia. aliæ autem morales, ut liberalitas & temperantia, & cæteræ omnes quæcunque à ratione conſtituuntur, cum motus & appetitiones mediæ facultatis caſtigat, ac moderatur; quæ morales etiam iccirco dicuntur, quia exercitatione & more, ideſt aſſuetudine ac-

C quiri conſueuerunt.

Cum enim de moribus loquimur non ſapientem aut perſpicacem, ſed manſuetum, aut temperantem aliquem dicimus.

Virtutes morales eſſe has quas modo dixit, ex communi opinione confirmat. Cum enim de aliquo homine qualis moribus ſit, conſideramus, uolumuſque eum laudare, non dicimus eſſe ſapientem aut perſpicacem, ſed manſuetum aut temperantem. qua de cauſa? quia ſapientia & perſpicacia diſciplina comparatur, manſuetudo autem & tẽperantia ex aſſuetudine & exercitatione exiſtit. manſuetudo uero eſt rationis in iraſcibili exequutio appetitiones eius ſub imperio ſuo ſubſtituentis, ſibiq́; obtemperantes reddentis. Temperantia autem in concupiſcibili, cum etiã ipſa à ratione compoſita conuenientem accipit modera-

D tionem.

Laudamus etiam ſapientem ex habitu: habitus vero laudabiles virtutes appellamus.

Sapientiam, inquit, etiam ipſam eſſe virtutem ex eo patet, quòd ex habitu ſapiens laudatur, laudabiles enim habitus virtutes nominamus. ut perſpicuum etiam illud ſit, ſapientiam prudentiam & perſpicaciam ex communi opinione uirtutes eſſe: poſsimuſq́; de unaquaq; ipſarum ita ratiocinari. ſapientia habitus eſt laudabilis, at laudabilis habitus uirtus eſt: eſt igitur virtus ſapientia. ſimili modo de

E perſpicacia & prudentia faciendum.

Finis Primi Libri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER SECVNDVS,

CVM EVSTRATIJ NICENI EPISCOPI explanatione, quam nonnulli Aſpaſio, alij incerto auctori aſcribunt.

Joanne Bernardo Felciano interprete.

De productione virtutis intellectiuæ ac moralis. Cap. J.

CVM duplex igitur virtus ſit, quemadmodum diximus, intellectiua & moralis.

Quoniam animæ duæ partes ſunt, altera quæ rationis eſt expers, duplex etiam uirtus euadit, altera partis quæ rationem habet, altera irrationalis, atque ea quæ eſt rationalis partis, intellectiua ſiue cogitatiua appellatur, nam hæc rationis capax B facultas tam cogitatio.i.διάνοια, quàm intellectus.i.νοῦς dici conſueuit. quæ autem eſt irrationalis partis, moralis ob id dicitur, quòd mores in ea parte exiſtunt, ſicut dictum eſt: & ex more ideſt aſſuetudine acquiritur. ferè enim omnes quæ in hac parte ſunt uirtutes, ex more & aſſuetudine comparantur.

Intellectiua vt plurimum ex doctrina habet & generationem & incrementum: vnde & experientia & tempore indiget: moralis vero ex more ideſt aſſuetudine acquiritur: vnde etiam nomen habuit, parua in more immutatione facta.

C Doctrinam aſſuetudini opponit. ut plurimum, autem dicit, vel quia natura etiam opus eſt, ſi quis ſapiens & prudens eſt euaſurus: quippe cum non eam uim habeat doctrina, ut ineptum etiam natura reddere ſapientem poſſit, uel quia non ex doctrina ſola uirtutes hę acquiruntur, ſed ex propria etiam inquiſitione & inuentione. Intellectiuæ autem uirtutes ſunt, ſapientia & prudentia. ſapientia ſanè eſt ſcientia: omnis autem ſcientia ex doctrina eſt: quinetiam naturalia ipſa de quibus ſapientia ſpeculatur, nequaquam aſſuetudine cognoſci poſſunt, ſed in ipſis quoque doctrina prorſus aut inuentione opus eſt. Idem in prima philoſophia contingit. D hæ enim omnes experientia indigent, & tempore: ideſt multo tempore. multo enim tempore experientia acquiritur. Quemadmodum etiam inquit Euripides. ſed experientia Poteſt profari iuuenibus prudentius. Geometræ etiam longiore tempore ſapientiores euadunt. differtque ab aſſuetudine experiẽtia in eo, quòd aſſuetudo & mos proprijs operationibus conſtat, ex eiſq; habitum acquirit: experientia uero alienarum operationum obſeruatio eſt, ex quibus qui diſcit, ratiocinari conſueuit. ſi autem ſtudium quod in diſcendis E his impendi ſolet morem & conſuetudinem appellare uelit quiſpiam, appellet ut libet, proprie tamen dici mos debet & aſſuetudo, cum bonis inſtitutis aſſueſcimus, quamquam intellectiuarum & moralium uirtutum differentia in eo minime conſiſtit, quia illę experientia & tempore, hę ex aſſuetudine comparantur, ſed quòd ex doctrina il-

A lę, hę ex aſſuetudine exiſtunt. tempore enim etiam morales indigent, licet non tam longo, vt aliæ. adde quòd rerũ naturalium cognitionem appellare hic experientiam poteſt, ut ſunt ſtellarum motus, mutationeſque eorum, quæ in ſublimi aeris parte gignuntur: quorum qui periti ſunt, aptas accommodataſque rebus diſputationes faciunt. Id quod de Democrito alibi inquit Ariſtoteles, quòd apte quaſi in natura inhabitaſſet, naturalia pertractaret, & non vt Pythagorei: qui cum omne in mathematicis ſtudiũ collocarent, de rebus naturalibus loquentes imperite ſuis eas rationibus, non eis ſuas diſſertationes accõmodabant. Prudentia uero ex multa etiam ipſa experiẽtia & doctrina cõ- B paratur: ratio enim recta eſt, & vel demonſtratio, uel demonſtrationi perquàm ſimilis. nam prima philoſophia prorſus utitur demonſtratione: prudentia autem ſyllogiſmo perinde ac demonſtratione. at omnis demonſtratio, omniſque ſyllogiſmus vel demonſtratiuus, vel qui ad demonſtrationem prope accedit, doctrina quodammodo eſt. Intellectiuas igitur virtutes ex diſciplina comparari iã patet. Morales uero plerunque à more & generationẽ habent & incrementum. nam ſi cum intemperantibus conſuetudinem habeant homines intemperantes, ſi cum iuſtis, iuſti: cum fortibus, fortes etiam ipſi efficiuntur. prudẽtia tamẽ & recta eius ratio eas ſine dubio perficit: quas ex C conſuetudine vt plurimum exiſtere, illud argumento eſt, quòd multi ſunt quamuis rectam rationẽ cognorint, non poſſunt tamen bona agere à uoluptatibus vel doloribus ſuperati: idque propterea euenit, quia bene agendo minime aſſueuerunt. VNDE etiam nomen habuit, parua in more immutatione facta.) nam à more & aſſuetudine quod ἔθος Græci uocant parua immutatione facta ἦθος dicitur, quod mores ſignificat: vnde ἠθικαὶ .i. morales uirtutes appellantur. eſtq; ἔθος .i. mos & aſſuetudo operatio ipſa: ἦθος vero ideſt mores, qualitas, quæ ex operatione affectuoſæ animę partis comparatur: hoc eſt finis, atque opus moris.

D *Ex quo etiam patet, nullam ex moralibus virtutibus natura in nobis acquiri. nihil enim ex iis, quæ natura ſunt, aſſueſcere aliter poteſt: vt lapis, cum natura deorſum feratur, nunquam ſurſum ferri aſſueſcet: neq; ſi millies quiſpiam eum ſurſum proijciendo velit aſſuefacere. neque ignis deorſum ferri, neque aliud quippiam aliter quàm natura comparatum ſit, vnquam aſſueſcet. neque igitur natura, neque præter naturã virtutes hæ in nobis acquiruntur: ſed cum idonei ad ipſas ſuſcipiendas natura ſimus, aſſuetudine perficimur.*

E Quoniam aſſuetudine comparari virtutes has conſtat: hinc eſſe manifeſtum inquit, nullam ex moralibus uirtutibus natura in nobis acquiri. quod ut clarius pateat, quot modis natura aliquid dicatur eſſe diſtinguendum eſt. vno modo natura ea fieri dicuntur, quæ ab ortu congenita alicui, atque inſita natura ſunt: ut lapidi deorſum, igni ſurſũ ferri: altero modo, quæ congenita quidem non ſunt, poſt

quoddam

quoddam tempus tamen vt plurimum euenire conſueue- A runt, nullo à nobis ſtudio neque ex aſſuetudine, neque ex doctrina adhibito, cuiuſmodi dentium & barbæ productio eſt. Tertio modo id natura dicitur, cuius capaces, natura ſumus, atque ita contraria eidem contingere natura dicentur, vt morbus & ſanitas, eidem ad ſuſcipiēda ea idoneo corpori. Quarto modo ea effici natura dicimus, ad quæ ſuſcipienda paratum magis à natura aliquid eſt, quo modo ſanitas natura eſſe dicitur: propterea ꝙ natura corpus magis ad ſanitatem quàm ad morbum ſuſcipiendum conſtituit, ſimili modo etiam uirtus magis ſecundum naturam quàm vitium, & bonum omnino magis ſecundum naturam quàm malum eſſe dicitur. Cum tot modis dicatur id quod eſt natura, in primo ſignificato ſumptum hic videtur, ſicut ex ſubiecto exemplo colligimus. lapidem.n. B deorſum ferri natura inquit, ac propterea aſſueſcere aliter non poſſe: virtus vero neque hoc, neque ſecundo modo, vt dentes & barba, nullo noſtro ſtudio, ſed ex aſſuetudine & doctrina acquiritur, ut & tertio modo, & maxime quarto ſecundum naturam ſit. nam & idonei ad ſuſcipiendam virtutem & vitium natura ſumus, & magis tamen parati inſtructique ad uirtutem quàm ad vitium. Vndę inquit neque natura, neq; præter naturam uirtutes has in nobis acquiri, in quarto ſignificatu ſecundum naturam accipiens. non comparari autem natura à nobis virtutem, ita vt ab ortu congenita nobis amoueri amplius non poſsit, inde perſpicuum eſt, ꝙ nihil ex ijs quæ ita natura inſunt, aſſueſcere aliter præter naturam poteſt. lapis enim cum grauis ſit, deorſumque feratur, nunquam ita aſſueſceret ut aſcen C dere ſurſum poſſet, quemadmodum neque ignis, ut deorſum delaberetur, at homines prauis moribus vtentes praui, virtutiſque expertes euadunt. adde ꝙ ſimul neque ſecū dum naturam, neque præter naturam virtutes eſſe eodem argumento oſtēdit, neque enim quę natura inſunt alicui, immutari aſſuetudine aliter poſſunt, mores autem alij aliter poſſunt, mores autem alij aliter aſſuetudine efficiuntur, natura igitur eſſe minime queunt. neque quæ præter naturam ſunt, aſſuetudine poſſunt comparari, lapis enim ſurſum ferri nunquam aſſueſcet, at morales virtutes aſſuetudine comparantur, præter naturam igitur non ſunt.

Præterea eorum quę natura nobis eueniunt, facultates prius accipimus, deinde reddimus operationes: id quod in ſenſibus perſpicuum eſt, non enim ex eo quod ſæpe vel vidimus, D *vel audiuimus, ſenſus & videndi & audiendi accepimus. ſed econtrario, habentes vſi ſumus, & non vſi habuimus, ſed virtutes accipimus, vbi prius fuerimus operati: quemadmodum etiam in alijs artibus. quæ enim vbi didicerimus, facere oportet: ea faciendo diſcimus. ſicut enim ædificando ædificatores, cithara canendo citharœdi efficiuntur: ita quoque iuſta agendo iuſti, temperanta temperantes, fortia fortes euadimus.*

Non acquiri natura virtutes hac quoque ratione demō ſtrat. quæ natura in nobis ſunt, eorum facultates & potentias prius quàm operationes accipimus: deinde ex ipſis operationes producimus. facultates autem hic habitus & aptitudines appellat, quæ in omnibus quæ natura inſunt, anticipare conſueuerunt. nō enim ex eo quòd ſępe intuiti ſue E rimus, uim inſpiciendi acquirimus; ſed eam prius habentes deinde eius fungimur operatione. nam antequam facultatem videndi habeat, uidet nemo: eodem modo in alijs ſenſibus, prius habeamus facultates neceſſe eſt, quàm exercere earum operationes poſsimus. in uirtutibus uero contrà habitus ex operationibus comparamus. quemadmodum etiam in artibus, quę natura minime ſunt. Non ſunt igitur uirtutes natura. In vniuerſum enim quæ natura minime facimus, ſed doctrina & diſciplina ſolemus acquirere, ea faciendo diſcimus, aſſueſcendo enim habitum comparamus, vt ædificando ædificandi artem, iuſta agendo iuſtitiam, & cæteras virtutes ſimili modo. Quare efficitur, vt natura virtutes minime ſint.

Huic rei atteſtatur id quod in ciuitatibus fieri conſueuit. legum latores enim ciues aſſuefaciendo bonos reddunt: hæcque eſt vniuſcuiuſque legum latoris voluntas. qui vero id bene non efficiunt, peccant. atque in hoc bona reſpublica a mala differt.

Alia ad idem probandum confirmatione utitur, ab optimis legum latoribus ſumpta, quorum officium eſt, ut aſſuefaciendo ciues ſuos probos efficiant. nam nulla opus eſſet aſſuetudine, ſi virtus eiuſmodi eſſet, ut natura compararetur. hæc autem eſt vniuſcuiuſque legum latoris uoluntas, idque propoſitum, ut aſſueſaciant in his ciues, ex quorum diutina exercitatione virtutum habitus conſequantur. qui uero id recte non faciunt, ideſt laude dignis operationibus ciues non inſtituunt, peccant, fineque fruſtrantur ſuo.

Accedit, quòd ex ijſdem & per eadem omnis virtus & acquiritur, et corrumpitur. ſimili modi etiam ars: ex eo enim quòd citharam pulſant, & boni & mali citharistæ euadunt. eadem ratione quoque ædificatores, & reliqui omnes. nam ex eo quòd ædificant bene, boni: ex eo quòd male, mali efficiuntur. niſi enim ita eſſet, nullo opus eſſet doctore, ſed omnes vel boni fierent vel mali. Ita igitur in virtutibus quoque eſt: agendo enim quæ ad commercia hominum ſpectant, alij iuſti, alij iniuſti efficimur: agenda quæ in terribilibus rebus conſiſtunt, aſſueſcendoque vel confidere vel timere, alij fortes, alij ignaui euadimus. pari modo in ijs quæ ad cupiditates & iras pertinent, temperantes alij, & manſueti, alij iracundi, & intemperantes fieri conſpiciuntur: illi, quòd hoc: hi quòd illo modo in illis ſe gerunt. & vt vno verbo dicam, ex ſimilibus operationibus habitus fiunt. vnde operationes qualitate quadam præditas oportet reddere; quippe cum ex earum differentijs habitus quoque conſequantur. non igitur parum refert, ſic ne an ſic ſtatim ab adoleſcentia conſueſcat aliquis: ſed quàm plurimum: immo totum in eo penitus conſiſtit.

Sequens hoc argumentum in principio quidem ad idē hoc confirmandum ſacit, quòd virtutes morales natura minime ſint: ſenſum tamen in alteram quæſtionem deducit. quærit enim deinceps quænam ſint virtutes, bonæq; actiones, id quod ex verbis ipſis cognoſcere facile poterimus. ſed prius quæ differentia ſit, cum inquit, ex ijſdem, & per eadem conſiderandum videtur. vel enim vt idem vtriſque his vocibus ſignificet, ita dixit: vel quia fortaſſe cum ex ijſdem, dicimus, non ſolum id intelligere poſſumus, ꝙ per eaſdem operationes uirtutes & fiant & corrumpātur: verumetiam illud, ꝙ eadem initia habeant, licet per eadē minime acquirantur. Vnde vt planius hoc explicaret, ambiguitatemque tolleret, cum prius ex ijſdem potuiſſet, per eadem etiam ſubiunxit. cum vero inquit, per eaſdem operationes virtutem omnē & acquiri & corrūpi, eaſdē genere accipiendū eſt: quippe cum & bonæ & prauæ operationes circa voluptatem eædem genere ſint, ſpecie autē diuerſæ; ex boniſque temperantia, ex prauis intemperantia, exiſtat, ſimili modo in alijs virtutibus. Progreditur etiā ab artibus, ex operatione enim quæ eadem genere eſt, & boni & mali citharistæ euadunt, ſi bene aſſueſcant, boni: ſi male, mali. Idem in alijs artibus contingit. Ita autem ratio colligitur, quod ex ijſdem & fit & corrumpitur, natura minime eſt; virtutes autem huiuſmodi ſunt, non ſunt igitur natura virtutes; ex ijſdem enim operationibus & exiſtunt & corrumpuntur, ideſt non fiunt, neque omnino exiſtūt. corrumpi enim hic non ita ſumit, ut uirtutes iam exiſtere oſtendat, ſed ut non eſſe, neque effici eas ſignificet. Item, ſi uirtutes quemadmodum artes, ex ijſdem & per eadem & fiūt & corrumpuntur, artes autem per operationes acquiſitæ, natura minime ſunt, neque virtutes natura acquirentur, quippe quę per operationes etiam ipſæ exiſtant. ſi igitur natura non ſunt uirtutes, ſed ex aſſuetudine comparantur, operationes qualitate aliqua pręditas reddamus neceſſe eſt, ideſt uel bonas uel malas efficiamus.

Quòd

Quòd virtus ab exceſſu & defectu corrumpatur, ad medio-
cres inclinans operationes. Cap. II.

*QVoniam igitur præſens tractatio non eſt ſpeculatio-
nis cauſa, quemadmodum aliæ (non enim fit, vt cogno-
ſcamus quid ſit virtus, ſed vt boni efficiamur: alioqui
nulla eius eſſet vtilitas) neceſſe eſt, vt de actionibus, quomo-
do agendæ ſint, conſideremus: quippe eam ipſis ſita vis ſit,
vt habitus quoque præditi qualitate quadam reddantur, ſi-
cuti diximus.*

Omnes ferè diſputationes in philoſophia excepta mo-
rali & ciuili contemplationi ſoli vacant. moralem vero nõ
vt cognoſcamus rõnes, addiſcimus, ſed vt boni efficiamur:
de actione enim virtutum propoſitum eius primum eſt,
B ſecundum de ſpeculatione. ideo neceſſarium eſſe inquit, vt
habitus conſideremus: habitus autem appellat virtutes &
vitia: atque ita progrediens in aliam quæſtionem deſcẽdit:
ac quales actiones eligendæ ſint, quærit: atque ita inquit.

*Agere igitur ſecundum rectam rationem commune eſt, &
in præſentia ita ſtatuatur: dicetur autem poſtea de ipſo, &
quid ſit recta ratio, & quomodo ad alias virtutes ſeſe habeat.*

Agere ſecundum rectam rationẽ commune eſt, actioni-
bus videlicet & operationibus quibus eſt aſſueſcendum, vt
intelligamus eas actiones eſſe eligendas quæ ſecundum re-
ctam rationem aguntur, quæ nam autem ſit recta ratio,
poſtea dicetur, id eſt in ſexto, vbi de prudentia agit: quæ ad
alias virtutes tanquam geometrica quędam ſeſe habet: re-
cta enim ratio à prudentia cum ſit, actiones moraliũ virtu-
C tum definit, modumq; earum præſcribit. illud autem ad-
uertendum, ſecundum rectam rationem agere non ſolum
illis qui perfectas virtutes habent, ab Ariſt. hic attribui, ſed
etiam illis qui non habent: quippe cum non tam illi agant,
quemadmodum recta ratio præſcribit, qui demonſtratiuã
habent rationem, quam qui ſolummodo opinantur hoc
eſſe agendum, illud minime, atque vt ita dicam, qui ꝙ ſit
aliquid, percipiunt: cur ſit autem, ignorant.

*Illudque prius conceſſum apud nos conſtet, omnem de agen-
dis diſputationem figura quadam, non autem exactè pertra-
ctari oportere: quemadmodum in principio etiam diximus
cum pro ſubiecta materia rationes eſſe poſtulandas, quæ que
in actionibus verſantur, vtiliaque ſunt, nullam habere ſta-
D bilitatem, ſicuti neque ſalubria, diceremus. Cumque vni-
uerſalius ratio eiuſmodi ſit, minus exquiſitam quoque par-
ticularem eſſe manifeſtum eſt: quippe cum neque ſub artem,
neque præceptionem aliquam cadat: debeantque illi, qui
agunt ſubinde opportunitatem obſeruare: id quod in me-
dicina & in gubernandi arte conſpicitur. Verum licet ta-
lis præſens hæc tractatio ſit, conandum eſt tamen, vt ei
ſuccurramus.*

Cum dixerit autem omnia ſecũdum rectam rationem
agi oportere, idq; vniuerſalius paulo, neq; exacte dictum
aduerterit: (non enim quæ ſit recta ratio, ita eſt notum, vt
bis duo quatuor conſtituere, ſed figura quadam adumbra-
tur) iccirco ea rurſus repetit, quæ in principio dixerat: pro
E ſubiecta materia videlicet ſuſcipiendas eſſe diſputationes:
quæ vero in actionibus verſantur, atq; vtilia ſunt, nullam
habere ſtabilitatem, ſed aliàs conferre, aliàs minime. vt bel-
lum gerere modo vtile eſt modo non: & in honeſtis ſimili
modo, interdum enim fit, vt depoſitum reddere honeſtũ
ſit, interdum non ſit. immutantur enim hæc temporibus,
perſonis, actionibus, locis, neceſsitatibus, atque id genus re-
liquis. ſicut igitur neq; ſalubria definiri ſatis exquiſite poſ-
ſunt, propterea ꝙ interdum ſanitatem afferunt, interdum
non, ita neque ea quæ in actionem cadunt, atq; eo magis,
quo particularia magis ſunt. de eis enim neq; artem tradę-
re neq; præceptionem vllam poſſumus, ſed oportet, vt qui
agunt, occaſiones obſeruent, atq; vt res ipſæ poſtulauerint,
ita agant. quemadmodũ in medicina, & gubernandi arte fit:
in quibus cũ neq; vniuerſales, neq; particulares rõnes ſa-

A tis exquiſitæ ſint, & medicus & gubernator ſequi occaſiones
debet, iuxtaq; eas & mederi & gubernare. Atq; ita quales
actiones agendæ ſint, figura quadam oſtendit, & ſimul in
diſputationem de virtutibus & vitijs ſenſim ingreditur, ita
inquiens.

*Primum igitur illud conſiderandum: res huiuſcemodi et à
defectu & ab exceſſu corrumpi ſolere (opus enim eſt vt in
obſcuris manifeſta adducamus teſtimonia) ſicut in viribus et
ſanitate cõſpicimus. quæ enim nimium excedunt modum exer-
citationes, & quæ item deficiunt, vires corrumpunt: ſimili
modo potus & cibi nimis vel copioſi vel tenues, ſanitatem:
moderate vero omnia & faciunt, & augent, & conſeruant.
Idem quoque in temperantia & fortitudine & alijs virtuti-
B bus fit. qui enim omnia fugit & timet, neque quicquam ſuſti-
net, ignauus: qui contrà nihil omnino timet, ſed omnia adit,
audax efficitur. Ita etiam qui omni voluptate fruitur, à nul-
laque abſtinet, intemperans: qui omnes fugit quemadmodũ
agreſtes, ſtupidus quidam eſt. nam & temperantia & fortitu-
do ab exceſſu & defectu corrumpi, à mediocritate autem con-
ſeruari conſueuit.*

Quę ſint hę res huiuſcemodi, quę ab exceſſu & à defectu
corrũpi ſoleant, poſtea manifeſtat, cum inquit, ſicut in viri-
bus & ſanitate conſpicimus: illud vero, opus enim eſt, vt in
obſcuris manifeſta adducamus teſtimonia, interiectum in
medium eſt. ſunt autem virtutes corporis quã animæ ma-
nifeſtiores vt robur, & ſanitas, de quibus nunc loquitur, tã
C nimias exercitationes inquiens quã modicas robur corrũ-
pere, ſimili modo ſanitatem vel tenuiora quam ſatis ſit, vel
copioſiora alimenta corrumpere, moderata autem conſer-
uare, facere, & augere. Id quod in tẽperantia quoq; & for-
titudine, cæteriſq; virtutibus, moralibus ſcilicet, de quib.
nunc ſermo eſt, fieri eodem modo oſtendit. qui enim ſem-
per ita operatur, vt omnia timeat, nihilq; ſuſtinere ac pati
poſsit, ignauus euadit, qui vero aſſueſcit nihil timere, ſed te-
mere omnia adit, audax. in alijs quoq; virtutibus ſimiliter
fortitudo enim & temperantia, inquit, ab exceſſu & defe-
ctu corrumpitur. corrumpi autem inquit has virtutes nõ
eo quòd iam exiſtant, ſed quia ab exceſſu & defectu prohi-
bentur, quo minus poſsint exiſtere.

*At vero non ſolum generationes & incrementa & corru-
D ptiones ex iiſdem & ab eiſdem efficiuntur: verum etiam ope-
rationes in iiſdem quoque erunt. nam in alijs quæ manifeſtio-
ra ſunt, res ita ſe habet: vt in viribus. nam & illę tum ex mul-
ti cibi ſumptione, tum ex multis laboribus ſuſtinendis compa-
rantur: & vtraque hæc præſtare maxime omnium robuſtus
poteſt. Idem in virtutibus contingit, ex eo enim quòd abſtine-
mus à voluptatibus, efficimur temperantes: & effecti tempe-
rantes maxime abſtinere à voluptatibus poſſumus: pari ra-
tione in fortitudine, aſſueſcendo formidanda contemnere, &
ſuſtinere fortes efficimur: effecti vero, maxime ſuſtinere ac
pati terribilia poſſumus.*

Neq; ſolum, inquit ab iiſdem generationes & incremen-
E ta & corruptiones efficiuntur, verum etiam operationes
in iiſdem fiunt. id quod prius in corporis, deinde in animæ
virtutibus aperte declarat.

Virtutem moralem eſſe circa voluptates ac dolores.
Cap. III.

*SIgnum autem habituum fit vel voluptas vel ægritudo
quæ facta ſubſequitur. nam qui à corporis voluptatibus
abſtinet ſi eo ipſo gaudeat, temperans, ſi dolet, intempe-
rans eſt exiſtimandus. qui enim ſuſtinet terribilia & vel gau-
det, vel certe non dolet, fortis: qui autem dolet, ignauus eſt.
moralis enim virtus circa voluptates doloreſque verſatur:
quippe cum ob voluptatem mala agamus: ob dolorem vero ab
honeſtis abſtineamus.*

Signum inquit virtutum & vitiorum ſuperuenienté operationibus voluptaté vel doloré facere debemus. qui enim lætatur, cum abſtinet à voluptatibus, temperans eſt, qui dolet, etiam ſi quam maxime abſtineat, intemperans, quippe qui oſtendat ſe non ex electione, ſed neceſsitate coactū abſtinere. Idé in liberalitate conſiderari pôt, liberalis ſiquidé multo maiore afficitur gaudio, ſi det, quá ſi accipiat. at qui dat quidem, ſed ægre tñ id facit, non liberalis magis, quam illiberalis appellandus eſt. cum vero inquit, eum eſſe forté qui in periculis ſubeundis vel gaudeat, vel certe non doleat, ob id dictum videtur, vt affectu humano aliquatenus eſſe indulgendum oſtendat, vel quia in nonnullis fortitudinis operationibus ſatis omnino eſt, ſi aliquis non doleat, cum aut horrendis periculis ſeſe exponit, aut fortiter pugnádo vulnera accipit. moralis enim, inquit, virtus circa voluptates doloresq́; verſatur. non propterea ait circa voluptates doloresq́; verſari virtutem, quia ex operationibus honeſtis conſequi voluptas ſoleat; ſed contrà hoc ſignū virtutis eſſe ſtatuit, vt merito ob id voluptas ſubſequatur, quia virtus circa voluptates & dolores verſetur. Dubitaret autem quiſpiam de morali virtute quo modo circa voluptates doloresq́; eſſe dicatur, nam intellectualé circa hæc minime verſari manifeſtum eſt, verſatur ne igitur circa hæc tanquam inſtrumenta, vt tibia canendi ars circa ſecurim, vel ſerrá, & cætera eiuſmodi? an potius tanquam circa ſubiectam materiam, quemadmodum muſicæ circa modulationé & cátum, geometriç circa magnitudinem negociū eſt? Atenim illud minime côuenit, vt voluptaté & doloré virtutū inſtrumenta appellemus, non enim ipſis his tanquam inſtrumétis vtitur virtus. magis igitur videntur tanquá ſubiecta hęc virtutis eſſe, perinde ac muſicæ modulationes, quippe cum virtutis operatio circa affectus animi & actiones ſit, eorūque conuenientiam & ęquabilitatem, non ſecus ac muſicę circa modulos contemperandos vt affectus animi nec nō actiones ipſæ vt diximus, ſubiecti & materiæ rationem habeant. Quoniam igitur ex omni affectu, ſicut progrediendo dicet, conſequi voluptas vel dolor côſueuit, iure circa voluptates & dolores tanquam ſubiecta verſari moralem virtutem dictum eſt.

Quapropter vt Plato inquit ab adoleſcentia ita inſtitutos eſſe oportet homines, vt iis gaudeant, & doleant, quibus gaudere & dolere debent: hæc enim recta eruditio eſt. Præterea ſi virtutes circa actiones & affectus ſunt, & omnem affectum, omnemq; actionem ſequitur vel voluptas vel dolor: idcirco virtus circa voluptates & dolores verſatur. indicāt id punitiones, quæ per dolores adhibentur: ſunt enim medicationes quædam: at medicationes per contraria fieri côſueuerūt.

Virtus ſané peccatorum caſtigatrix eſt & correctrix, caſtigationes autem & curationes circa eadé verſantur, circa que ea quę curantur peccata, verſabitur igitur virtus circa voluptates & dolores in quibus peccatur. nam licet dolor & voluptas temperátiæ propriæ vt materia ſubijciatur, circa quá operationes eius ſunt, alię vero virtutes diuerſa quędam ſubiecta habeant, circa quæ operentur: quia tamé ex operationibus quoq; illarū huiuſcemodi affectiones ſubſequûtur, nihilominus etiam ipſę circa voluptates & dolores verſari dicuntur. Platonis aût ſentétiam probat, quippe qui recte cenſuerit ab adoleſcentia ita eſſe aſſueſcendum, vt iis gauderemus & doleremus, quibus oporteret, vnde Platonicos eos demirari aliquis poſſet, qui impaſsibilitatem quaſi Platonicum quoddam decretum introducunt, voluptatemque damnât, ac tollere conantur. Virtutem vero moralem circa affectus & actiones eſſe perſpicuum eſt: actiua enim cum ſint virtutes morales, in actionibus operationes ſuas habent, atque in hoc à contemplatiuis differunt. eſſe etiam eaſdem circa voluptates & dolores ita oſtenditur. punitiones peccatorum quædam medicationes per contraria efficiuntur, puniuntur autem peccantes dolore, voluptatumque abſtinentia ad detractatione, circa hæc igitur peccata ſunt, ſed circa eadem ſunt virtutes,

A circa quæ & peccata, circa eadem igitur virtutes quoque verſabuntur. At vero illud quoque dubitatione dignum videtur, quo modo omnem affectum, ſequi voluptas vel dolor dicatur. Nonnulli duos hos maxime generales affectus ex ſententia Ariſtotelis eſſe exiſtimarunt, ita vt affectus in duos generali diſtributione diuidatur, voluptatem & dolorem, in quos poſtea reliqui omnes reducantur, vt ira & timor in dolorem, fiducia in voluptatem: cupiditas partim in dolorem, partim in voluptatem, quatenus enim caret eo quod cupit homo, dolore, quatenus ſperat ſe conſequuturum, voluptate afficitur. ſed ſi penitus deſperet, tunc cupiditatem dolor tâquam genus aſſequitur. hæc quidem opinio probabilitatem quandam in ſe habet, dubitationem tamen etiam ipſa admittit, refellique poteſt. nam ſi B conceditur in ſpecie affectus voluptas quædam eſſe, & dolor, verbi cauſa, ſi cum vel ob noſtram, vel ob amicorum felicitatem gaudemus, voluptas ea eſſe dicitur, & item dolor, cum aût ex noſtris aut amicorum malis dolemus, quo modo ab his generalem voluptatem vel dolorem diſtinguemus? ſi enim eadem ratio omnis voluptatis eſt, vt voluptas nihil aliud ſit quam operatio ſecundum naturam ſine vllo impedimento: fieri nullo modo poteſt vt duas eſſe voluptates dicamus, in genere vnam, alteram in ſpecie: ſiquidem idem nomen, eademque ratio vtrarunque eſt, neque propria aliqua particularis huius definitio inuenitur. Niſi fortaſſe aliquis dicat, communem vnam eſſe omnis voluptatis, & item omnis doloris definitionem, diuiſionemque ita faciat, vt affectus in duos maxime generales hoc eſt vo- C luptatem & dolorem partiatur: atque ex voluptatibus alteras animales, alteras corporales ſtatuat, exque animalibus vnam æquiuoce cum genere voluptatem appellatá ita definiat, vt dicas eſſe diffuſionem quádam animi ob noſtros aut amicorum ſucceſſus: cum præſentia eſſe vel nobis vel amicis noſtris bona opinamur, quæ etiam vniuoca ſit, rationemque generis admittat, operatio cum ſit etiam ipſa ſecundum naturam minime impedita; æquiuoca vero, in eo, quod nomé diuerſum à genere nullum habet: alteram autem animalis voluptatis ſpecié fiduciam eſſe dicat, quæ voluptas ac diffuſio animi ſit ex eo, quod in nullum periculum nos incurſos, vel ſi inciderimus, proſpere euaſuros ſperamus, reliqui etiam omnes quicunq; circa animalem voluptatem ſunt affectus, voluptates animales hoc modo eſſent D quorum nonnulli penitus errantes ſint, nonnulli autem ſi moderati fuerint, virtuti, ſi immoderati vitio aſcribantur. Idem in animali dolore faciendum erit, cuius genus operatio eſſe præter naturam definietur, ſpeciesq́; habebit, vnam quæ indigentia vel defectio appellabitur, eritq; ægritudo ſeu dolor ex noſtris aut amicorum infortunijs ſuſceptus, cum præſentia iam eſſe mala exiſtimamus, alteram iram, quæ etiam ipſa erit ægritudo ex eo proueniens, ꝙ mali aliquid preter dignitaté paſſos nos eſſe opinemur, cum uindicandi appetitione. timor etiam doloris ſpecies erit, qui ex mali expectatione orietur. Atq; hæc ſunt, quæ ad tuendam illam generalem affectuum diuiſionem dici poſſent. Verū ſi ita eſſet, oporteret vt alterum ſub altero tanquam ſpecies collocaretur, & non inter ſe miſcerentur & confunderen- E tur, nam ſicut animal in rationale & irrationale diuiditur ita vt reliqua omnia vel rationis capacia, vel expertia omnino ſint, neque ex irrationali & rationali quippiam conſtituitur, ſic in voluptate & dolore ſi generales affectus ponerentur, eſſet faciendum. Quocirca nonnulli minime eſſe genera hæc dicunt, neque primam illam affectuum diuiſionem admittunt, ſed Ariſtotelem aſſerunt, ita dixiſſe voluptatem & dolorem affectus conſequi, vt ſanitatem rubor, morbum pallor ſolet. Vnde res videtur. habet ſané cupiditas mixtionem quádam cum perpendenda eſſe voluptate & dolore, nec minus etiam ira. fit enim etiam ipſa cum voluptate & dolore. id, quod Homerus quoque illis verſibus oſtendit, cum inquit.

Ira animusque viri, qui longe melle fluente

Dulcior, & fumus, generoſo in pectore gliſcit. Sed melius eſt, vt paulo ſuperius quid ſit affectus, quæque eius ſint ſpecies, repetamus: ita enim fortaſſe fiet, vt voluptatẽ & dolorem eſſe aliorum genera quædã appareat. Stoici igitur affectum eſſe vehementem incitationem, vel appetitionem irrationalem opinati ſunt, ſumentes id irrationale quod rectæ rationi contrarium eſt: non rectè. non enim contrariũ eſſe rõni poteſt, quod bonum eſt, virtutiq; aſcribitur. Quin potius eos homines damnare conſueuimus & vituperare, qui moribus ita aſperi, ac duri ſunt, vt obtemperare ac moueri vix affectu vllo queant. adde ꝙ appetibilis animæ pars cum auferri oĩno atq; eripi hominibus non valeat, excoli ac modificari optime põt: id quod in conuenientia æquabilitateq; affectuum inter ſe fit. ꝙ vero quędã animæ pars ſit, quæ appetat & afficiatur, alibi excutiendum. apud veteres autem peripateticos nullam affectus definitionem reperimus. Ex poſterioribus vero Andronicus affectũ ita definit, vt dicat eum eſſe animæ irrationalem motionem ex opinione vel mali vel boni: irrationaleque hic ſumit non quod rectę rationi contrarium eſt, vt Stoici, ſed quod ex irrationali animæ parte exiſtit. At Boethus, affectum animæ motionem irrationalem eſſe inquit, quæ magnitudinem quandam habeat: ſumitq; eodẽ modo etiã ipſe irrationalẽ: ſed illud addit, quæ magnitudinem quandam habeat, propterea ꝙ alij quoq; nonnulli parui motus eiuſdẽ huius partis cum conciliatione, vel alienatione aliquarum rerum afficiuntur, quos affectus appellandos ob paruitatem non cenſet. qua in re quam rectè ſentiat non video: omnis enim affectiuæ animæ partis motus, modo non lateat, quantuſcũq; ſit, appellari πάθος idest affectus debet. Andronicus vero cum ex opinione boni vel mali affectus effici dixerit, id videtur ignoraſſe, multos affectus ex ſola imaginatione ſine vllo aſſenſu & opinatione exiſtere: cui cum iucundum vel moleſtum aliquid apparuerit, affectus animi mouetur: vt non ſolum poſt opinionem, ſed ante etiam quam opinemur quicquã, affectus fieri manifeſtum ſit. indicant id maxime cupiditates, ſæpenumero.n. fit, vt ſtatim vbi viderit quippiam aliquis, cupiditate vel boni vel mali, nulla præcedente opinione, afficiatur. ſæpe itẽ contingit, vt nulla prorſus alicuius opinione habita, ꝙ bonum ſit, motio eadẽ exiſtat, vt cum ridicula aliqua ac faceta oratione irrationalis animę pars in nobis mouetur. tũc.n. nullũ exiſtimamus bonum nobis adeſſe, ſed à ſola prorſus voluptate ac iucunditate afficimur. Interdum ẽt ex opinione boni voluptas, ſicut ex opinione mali dolor conſequitur, dum anima [illegible] mouetur, ꝙ bonum iucundum, malũ moleſtum eſt. Videndum igitur, ne ita potius definiendus affectus ſit, vt dicatur eſſe irrationalis animæ partis motio à voluptate, vel dolore inducta, quam ſiue ex imaginatione, ſiue ex opinione proueniat affectus, prorſus ob voluptatem aliquam vel dolorem exiſtit: id quod maxime generales affectus eſſe voluptatem & dolorem oſtẽdit. Stoici vero generales eſſe affectus quatuor ſtatuebant, voluptatem, dolorem, timorem, & cupiditatẽ, atq; eos ita colligebant. quia.n. omnes affectus ex opinione vel boni vel mali eſſe affirmabant: cum opinio præſentium bonorum erat, voluptas: cũ præſentiũ malorũ, dolor eliciebatur: cum bona futura expectabamus cupiditas exiſtebat, quę aduentantis boni appetitio eſt: cũ mala, dolorem eum ſubſequi dicebant, qui timor diceretur. Sed quęrendum videtur, quo modo dolorem tanquam generalem affectũ ſumpſerint, licet ſpecies doloris ſtatus vero oppoſitum, idest fiduciam prætermiſerint, timor.n. eſt ex expectatione mali proueniens ægritudo, neq; mali cuiuslibet. non.n. qui paupertatẽ expectat, timere dicendus eſt, ſed timor maxime & proprie tunc videtur eſſe, cum periculoſi alicuius mali, quod ad ſalutẽ ſpectet, expectatio eſt: cuius contrarius affectus fiducia eſt, cũ vel nihil mali nobis euenturũ ſperamus: vel ſi euenerit, eiuſmodi tamẽ futurũ opinamur, vt ſuperari à nobis non difficulter poſſit. Addo ꝙ iram quoq; videmur prætermiſiſſe. dicunt.n. cupiditatẽ eã eſſe, cum tamen cupiditas minime ſit. nam licet ſub idẽ genus,

A hoc eſt ſub appetitionem ambo referantur: cupiditas tamẽ iucundi ſolius appetitio eſt, ira vero vindictæ ac retaliationis, tametſi parentes cum filijs ſuis iraſcuntur, vindictam minime appetere videntur, vnde fortaſſe communiter ita eſſet definienda, vt eſſe animæ motio diceretur, ab eo incitata qui iniuria affeciſſe videatur. Sed hos iam omittamus: nam alia quoq; plura dici de his hoc modo poſſent: ſententiamq; Platonis hac de re conſideremus. Is cum alibi voluptatem & dolorẽ ſupremos eſſe affectus ac generales oſtendere videtur: tũ maxime vbi de voluptate & dolore loquẽs duos eſſe inquit hos fontes, qui ex altero in alterũ influant: quaſi velit ſignificare hos duos affectus ſupremos eſſe aliorum omnium ac generales. Idẽ tamen quandoq; affectus connumerat, voluptatem, dolorẽ, timorẽ, fiduciã, cupiditatem
B & irã. ea de cauſa, vt puto, quia hi maxime noti, celebreſq; habebantur. Enimuero à ratione fortaſſe alienum nõ erit, ſi voluptatem & dolorem maxime generales affectus aſſeruerimus, vt voluptas operatio ſit ſecundum naturam nõ impedita: dolor contrà, cum impedimur ne ſecundum naturã operari valeamus: in quos reliqui omnes facile reducantur. ſpecies.n. eorum primum erunt voluptas & dolor, eodem quo genus nomine appellati: quorũ altera diffuſio ob præſentiam rerum iucundarum: alter ob præſentiã moleſtiarum animi contractio eſt. deinde fiducia & timor: hic ſub dolorẽ, illa ſub voluptatem ſubijcietur. eſt.n. fiducia voluptas cum nullum periculum euenturum nobis, vel ſi euenerit, euaſuros tamen nos eſſe ſperamus: timor vero dolor ex terribilium rerũ expectatione. Annumerare his affectib.
C etiam ſolent amicitiam & odium, non illam quidẽ amicitiam quæ ex mutuorum beneficiorum beneuolentia conflatur, quę diſpoſitio quædam eſt, ſed eam qua anima amãdo moueri conſueuit, cui odio proſequendi motio oppoſita eſt. amicitia quidem hæc cum ſit conciliatio quædam cum re amata, in voluptatem refertur: ſicut odium in dolorem. alienatio.n. eſt odium & reiectio, dum videmus aut audimus rem quę nobis eſt odio, vel quomodocunq; in eã incidimus. Gratia item & ira referri inter affectiones ſolet, quarum gratia in voluptatem reducitur, eſtq; animæ motio, qua referre beneficium cupimus ei, à quo acceperimus: in qua ſanè appetitione ineſſe voluptatem quandam neceſſe eſt. Ira autem ægritudinis dolorisq; ſpecies eſt, cum iniuria affectos nos eſſe opinamur. nonnullas etiam alias affectiones inuenire poſſemus, quæ eodem reducantur. vt indi-
D gnationẽ, miſericordiã, & inuidiã, in dolorẽ; itẽ æmulationẽ, & obtrectationem, quæ ex ęmulãdo & inuidẽdo oritur.

Præterea quemadmodum etiam prius diximus, omnis animæ habitus ad ea & circa ea naturam ſuam habet, à quibus deterior fieri & melior conſueuit: at per voluptates & ægritudines praui habitus fiunt, dum perſequuntur aut fugiunt homines aut quas non debent, aut quando non debent, aut quemadmodum non debent, aut quot alijs modis à ratione talia preſcribuntur: vnde etiam definiuntur virtutes. nonnulli impaſſibilitates, tranquillitateſque eſſe quaſdam eas aſſerunt. nõ tamen recte: quia abſolute dicunt, neque addunt, vt oportet, & quando, & cætera quę adiunguntur. talis igitur virtus eſſe circa voluptates & dolores facultas quædam ponitur, quæ
E *optimas res agat: vitium autem contrarium.*

Sequuntur, inquit, nonnulli voluptates ſicut, & quando & vbi, & quas non debẽt, & ꝗ nõ debẽt, & nõ ſicut debẽt: ſicut nõ debẽt ſi phil. aliquis, aut quocunq; eruditus vir luxui ac delicijs vacet. quã aut non debent: ſi quis ſenex vxorẽ ducat. quas nõ debẽt: ſi quis interdicto alimẽto veſcat, vtpote ab hoſtibus accepto. qui nõ debẽt: cũ rex aliquis, aut princeps violate leges, iniuſteq; agere minime veretur nõ.n. idẽ eſt, ſi rex & priuatus peccet. priuati.n. actio cũ lateat obſcuraq; ſit, incitare alios ad imitationẽ nõ põt, regis aũt peccata quippe qui emineat atq; excellat, ſubditis oib. tanquam exemplum proponitur. vbi non oportet, vt ſi in templo legitimæ veneri vacare aliquis velit: non ſicut oportet, cum quis illegitime coniuge ſua abutitur. Non

recte aũt virtutem in impatibilitate conſtituunt quidam, A quia abſolute dicunt, neq; circunſtãtias eas adiungũt quas oporteret. virtus.n. impatibilitas quidẽ eſt, ſed affectuũ immoderatorum impatibilitas, non aũt abſolute omniũ. id quod manifeſtauit cum in voluptatũ dolorumq; immoderatione vitiũ, in moderatione vero virtutẽ conſiſtere oſtendit: cum ita ſubiungit: talis igitur virtus &c. talis, etiam addidit, vt moralem ſignificaret: non enim intellectualis circa hæc verſatur. Sciendũ aũt opinionẽ hanc quę impatibilitatem eſſe virtutem ſtatuebat, ante Stoicos quoq; extitiſſe.

De iiſdem autem etiam inde eſſe manifeſtum poterit: quòd cum tria ſint quæ in electionem, tria item quæ in repudiationem cadunt, honeſtum, vtile, & iucundum: & tria contraria turpe, inutile, & moleſtum, circa omnia hæc bonus vir recte agit, malus vero peccat. ac pręcipue circa voluptatem. nã & B *communis hæc eſt animalibus & omnia quæ in optionem veniunt, conſequitur: quippe cum tam honeſtum, quàm vtile iucundum ac voluptuoſum videatur. adde quòd ab infantia ipſa voluptas in omnibus nobis inolevit: vt difficile ſit affectum eiuſmodi vitæ noſtræ penè incorporatum atque imbibitum extergere. Quinetiam ad regulã voluptatis & doloris actiones dirigere alij magis, alij minus conſueuimus, vt propterea præſentẽ tractationẽ circa hęc verſari neceſſe ſit. nõ.n. parũ ad actiones facit bene ne an male gaudeamus, aut doleamus.*

Tria quæ in repudiationẽ cadunt, hoc eſt peſsima ſunt, & fugienda, optimis.n. opponũtur. inquit aũt alios magis, alios minus actiones ad regulam voluptatis & doloris dirigere, quia vulgus actiones magis voluptate metiri conſue- C uit: nam eorum quæ ſponte agunt, finem voluptatem ſtatuentes, iucunda agũt, moleſta auerſantur & fugiunt: probi vero minus voluptatem ſequuntur, ſed rationi obtemperãs promptius ea agunt, quæ ab ipſa eliguntur, licet iniucunda aliquando fuerint.

Pręterea voluptati repugnare difficilius eſt, quam irę, vt Heraclitus inquit: at circa id quod difficilius eſt, ſemper & ars & virtus verſatur: quod enim bene fit, melius in eo eſt. quare propter hoc etiam circa voluptates & dolores totum negocium & moralis & ciuilis verſabitur. qui enim bene his vtetur, bonus, qui male, erit malus. virtutem igitur circa voluptatem & dolorem verſari, ab iiſdemq; à quibus fit, & augeri & corrumpi, cum ſcilicet non eodem modo exiſtunt, nec D *non circa eadem operari ex quib. ortum habet: ſatis dictũ ſit.*

Argumẽtatio manifeſta eſt. ſicut.n. artes circa difficiliora quę in eodẽ ſubiecto ſunt magis expenduntur. verbi cauſa, fabrilis artis ſolertia in lignis aſperioribus, & incongruẽtibus coaptandis magis perſpicitur: in quibus videlicet bene munere ſuo fungi, melius multo eſt, & ingenioſius: medicinæ item vis in morbis qui difficilius curationẽ admittunt, ſanandis magis quam in alijs cognoſcitur: ita etiã virtutes circa difficiliora verſarentur: at difficilima omnium affectio voluptas eſt: circa hanc igitur merito virtutes eſſe dicendũ eſt. eſtq; diuerſum à ſuperiore hoc argumentũ: ſuperius.n. difficilẽ eſſe voluptatẽ probabat, quæ aſſuetudine extergeretur, ex eo ꝙ nobiſcum ab infantia coaluiſſet. nũc ex eo idẽ confirmat, ꝙ fortior expugnatuq; difficilior, quã E ira eſt, vt Heraclitus dicebat. nam ira etiam adiunctam voluptatem habet, vt inquit Homerus,

Ira animusque viri qui longe melle fluente.
Dulcior, vt fumus generoſo in pectore glíſcit: ſuperari eadem de cauſa difficulter poteſt.

Quæ inter iuſta agere & iuſte agere differentia ſit?
Cap. IIII.

DVbitaret autem quiſpiam quo modo dicamus iuſtos iuſta agendo, temperata temperantes effici oportere. nam ſi agunt iam iuſta & temperata, iuſti iam ſunt, & temperantes: ſicut ſi grammatica & muſica, grammatici & muſici iam ſunt. An neque in artibus ita res ſe habet? quippe cum poſſit grammaticum quippiam aliquis facere vel ex A *fortuna, vel alio ſuggerente. nunc tamen erit grammaticus, ſi & grammaticum aliquid, & grammatice faciet: hoc eſt ex grammatica arte, quæ in ipſo eſt. Præterea neque ſimile hoc eſt in artibus & virtutibus. quæ enim ab artibus fiunt, id in ſe ipſis habent, quòd bene effecta ſint: ſatis ſiquidem illud eſt, vt quoquo modo efficiantur, quę vero ſecundum virtutes fiũt non ſi aliquo modo ipſa ſeſe habent continuo iuſte & temperanter aguntur: ſed ſi etiam qui agit, aliquo modo affectus agat, primum quidem, ſi ſciens: deinde ſi eligens; atq; eligens propter ipſa: tertio ſi ſtabili atque immutabili affectu præditus agat?*

Ex grammatica, inquit, arte quæ in ipſo eſt, ideſt ex proprio habitu qui eſt in ipſo. q̃ vero ex artibus proficiſcũtur B non ſimilia eſſe inquit, ijs quę ex virtute fiunt. nã in artibus opera ꝙ bene & artificioſe effecta ſint, in ſe habẽt, ex ipſiſque an, ſecundum artem an minime ſint effecta, ſolemus iudicare, vt ſatis ſit, ſi ipſa aliquo modo effecta fuerint, in his vero quæ ſecundum virtutem fiunt, non ex actionibus iudicamus, non.n. ſi iuſta actio fuerit, continuo & iuſte eã eſſe factam neceſſe eſt, ſed opus eſt, pręterquã ꝙ opera ipſa iuſta ſint, vt & ille qui agit, primum ſciens & non fortuito agat, deinde ita quodã modo affectus agat, ideſt cũ electione quæ non ob aliquid aliud extrinſecus ſit, ſed ob ea ipſa quæ agit, pręterea vt firmo atque immobili affectu, præditus agat, ideſt eo propoſito ac conſilio, vt nunquam facti eum pœniteat.

Hæc vero ad alias artes conſequendas connumerari non C *ſolent, ſed ipſa ſola cognitio ſufficit: ad virtutes autem cognitio parum, vel nihil valet, reliqua non parum, ſed multum ac totum conferunt, quippe quæ ex eo etiam comparentur, quòd ſæpe iuſta & temperantia aguntur. Res igitur iuſtę & temperantes dicuntur, cum fuerint tales, quales vir iuſtus vel temperans ageret, iuſtus vero vir & temperans eſt, non qui hæc agit, ſed qui etiam ita agit, vt iuſti & temperantes ſolẽt recte igitur ex eo quòd iuſta agit, iuſtus, & ex eo quòd temperata, temperans fieri dicitur, non agendo autem hæc ne futurum quidem eſſet, vt bonus quiſpiam euaderet.*

At hæc electio, hæcq; ſtabilitas immutabilitasq; propoſiti in artibus minime requiritur ad operis perfectionem iudicandam, ſed ſatis eſt, ſi ille qui ſecundum artem aliquam operatur, cognoſcat ac ſciat, neq; fortuito aut aliquo mo- D uente faciat. parum aũt dixit, vel nihil cognitionẽ ad virtutem conferre, propterea ꝙ morum præcipua vis in acquiſitione habituum conſiſtit, & quantũ ad agendũ attinet, nihilo amplius ex cognitione cauſæ, demõſtrationeq; aliqua inſtruimur: licet alioqui non omnino nullam vtilitatem conſequamur. Nam logici eſt rationeq; pręditi hominis cauſas eorũ quę agit, & ſcire, & reddere optime poſſe. cũ vero inquit, ad alias artes cõſequẽdas &c. vſ habitus cõmuniori vocabulo artes appellaſſe. neq; enim virtutes artes eſſe exiſtimat, id quod verbũ, alias, quod de eiuſdẽ generis rebus dici conſueuit videretur ſignificare. non agendo aũt & ſi cognouerit aliquis dummodo non bene aſſueſcat, ex virtuteq. operetur: nõ modo probus nõ euadet, ſed ne prope quidem ad probitatem conſequendam accedet.

E *Pleriq; tamen cum hæc non agant, ad diſputationem confugiunt, putantque ita ſe philoſophari, ac probos futuros: qui ſanè perinde faciunt, atque ægrotantes, qui cum medicos diligenter audiant, nihil tamen eorum quæ ab ipſis mandantur efficiunt, ſicut igitur neq; illi corpore unquam bene valeũt dum ita curantur, ſic neq; iſti animo, dum ita philoſophantur bene habebunt?*

Cũ ſuperiora hæc Ariſt. quaſi incitando atq; exhortãdo ad actionẽ virtutis homines dixerit, eos deinceps reprehendit ac carpit, qui neglecta operatione verbis ſolũmodo ac diſputationibus virtutẽ exercẽt, quaſi in eo philoſophãdi munus conſtitutũ ſit, vt quæ ſint honeſta, quæ turpia, quæ expetenda, quæ fugienda cognoſcamus, in quo itẽ iuſtitia aliæq; virtutes cõſiſtãt. neq;.n. ſi ſciẽtijs id ineſt, vt habitu

ſint

ſint immutabiles,ideq; virtutibus ineſſe conſpicitur:iccir- A
co neceſſe continuo erit,vt virtutes quoq; ſcientię ſint. nõ
enim illa ſcientiæ eſt propria definitio,vt immobilis,immu
tabiliſq; ſit:nã id vitijs quoq; cõmune eſt, nõnulliſq; tam
animæ affectibus qui auelli difficulter poſſunt,quàm cor
poris:cuiuſmodi eſt inſania,& tabes.neq; ſi habitus aliqui
ſunt,qui immutari à ratione difficulter queũt, cõtinuo &
erũt ſciẽtiæ:propriũ ſiquidẽ ſciẽtiæ illud eſt, vt habitus ſit
cognoſcẽdi per demõſtrationẽ:atq; inde firmitatẽ,ſtabili
tatẽq; habet.quo modo virtutes non eſſe manifeſtum eſt.

De affectu, facultate, habitu. & habitum eſſe genus vir-
tutis. Cap. V.

*POſt hac autem quid ſit ipſa virtus,conſiderandum eſt.
Quoniam igitur tria ſunt,quæ in anima efficiuntur, affe
ctus,facultates,habitus:aliquid ex ijs eſſe virtutẽ neceſ B
ſe eſt.affectus autem voco cupiditatem,irã,excandeſcentiam
timorem,fiduciam,inuidiam,gaudium,amicitiã,odiũ,deſide-
rium,æmulationem,miſericordiam:ea deniq; omnia quę volu
ptas vel dolor conſequitur facultates vero ſeu potẽtias eas
quibus idonei eſſe dicimur,vt his oĩbus afficiamur:ideſt qui-
bus vel iraſci,vel dolere, vel miſereri poſſumus ſed habitus
eos appello, quibus vel bene vel male ad affectus nos habe-
mus:vt ad iraſcendum,ſi vehementer aut remiſſe,male:ſi me
diocriter bene. ſimili modo ad reliqua.*

Quoniam qui aliquid definire vult, prius genus rei quã
definit,debet aſſumere:inquirit nũc quodnã virtutũ genus
ſtatuendũ ſit.& quia aĩę virtutes in aĩa exiſtũt, ea oĩa quæ
in anima efficiũtur aſſumit: vt in eorũ aliquo eſſe virtutes C
neceſſe ſit.tria igitur eſſe,inquit,quæ in anima efficiuntur
affectus,facultates ſeu potentias,& habitus.animam vero
hic eam dicit,in qua virtutes morales cõſiſtunt,hoc eſt ir-
rationalem eam quę rationi obtẽperat:cuiuſmodi eſt quę
appetendi vim habet. in hac.n.ea quæ hic commemorat,
ineſſe cõſpiciuntur.affectus quidem appetitiuæ facultatis
motio quædã ſenſitiua eſt, cũ boni vel mali opinione:qui
cuiuſmodi ſit, ipſe cum affectuũ quorundã exẽplo ſuppo-
ſito,tum eo manifeſte declarat,cum inquit:ea deniq; oĩa
quæ voluptas vel dolor cõſequitur.nã & paulo ſuperius &
ex affectibus & actionibus voluptatem & dolorẽ conſequi
dixit,nec minus ex appetitionibus ,propterea ꝙ cũ initia
actionum ſint,& ipſæ exiſtunt cũ perturbatione. potẽtias
aũt & facultates eas appellat,quibus idonei dicimur,vt his D
afficiamur.i. capaces affectuũ ſimus. niſi.n.facultatẽ ſuſci
piẽdorũ affectuũ haberemus, eſſemus impatibiles, affecti-
buſq; oĩbus vacui.habitus eos dicit quib.ad affectus vel be
ne vel male nos habemus : bene, ſi mediocritatem in his
ſeruamus,id quod eſt virtutis: male, ſi vel modum exce-
dimus, vel deficimus, quod proprium eſſe vitij inquit.

*Affectus igitur neq; virtutes neque vitia ſunt: nam neq;
ex illis boni vel mali dicimur,ſed ex virtutibus aut vitijs:ne
que ex illis laudari,aut vituperari conſueuimus,non.n.qui ti
met aut iraſcitur,laudatur: neq; qui iraſcitur abſolute, vitu
peratur.ſed qui quodammodo ita afficitur:ſed ex virtutibus
& vitijs & laudamur et vituperamur.prętereà iraſcimur et
timemus ſine electione:virtutes vero ſunt electiones quædã, E
aut non ſine electione exiſtunt. Ad hac,ex affectibus moueri
dicimur,ex virtutibus vero & vitijs non moueri, ſed quodã
mõ diſponi.propterea neq; facultates et potẽtię ſunt:quippe
cum neq; boni neq; mali ob id dicamur,quòd abſolute agere
poſſimus:neq; laudemur aut vituperemur.adde quòd faculta
te prędıti & potentes natura ſumus:boni aut mali, ſicut ſu-
perius diximus,natura minime efficimur. ſi ergo virtutes ne
que affectus ſunt neque facultates : habitus neceſſario ſunt.
quid igitur ſit virtus genere, ita dictum eſt.*

Poſteaquã tria hæc quæ in aĩa fiunt,connumerauit:in
quo ex his virtutes ſtatuendæ ſint,conſiderat.pluribuſque
oſtendit eas in nullo alio quam in habitu eſſe collocandas.
ita vt habitus genere ſint,atq; habitus optimi:vt deinceps
demonſtrat.propterea aũt inquit ex virtutibus non moue
ri nos,ſed diſponi.i.affectos quodam modo eſſe, quod eſt
διακεῖσθαι,quia ex quorundam opinione virtutes impaſſibi-
litates quædam ſunt,ac tranquilitates PROPTEREA ne
que facultates & potentiæ ſunt)ideſt ex ijs quibus virtutes
non eſſe affectus demõſtratum eſt,eaſdem minime eſſe po
tentias oſtenditur. neq; enim ob id dicimur aut boni aut
mali,quia abſolute agere poſſimus.in nonnullis ṁ exẽpla-
ribus non,agere,ideſt,ποιεῖν,ſed affici.i.πάσχειν reperitur
Boni autem aut mali natura non efficimur,ſed electione:
ea enim quæ natura ſunt,aliter immutari aſſuetudine nul-
lo modo poſſunt.vnde fit, vt neque natura neq; præter na-
turam ſint virtutes, ſed aſſuetudine comparentur.

De duplici mediocritate & virtutis ſubſtantia. Cap. VI.

*OPortet autem vt non ſolum ita dicamus,habitum eſſe
virtutem:ſed qualis nam habitus ea ſit,quoq; explice
mus.dicendum eſt igitur omnem virtutem & ipſum id
cuius eſt virtus,bene affectum reddere,& opus eius bene ef-
ficere.exempli gratia, oculi virtus & oculum ipſum, & opus
ipſius bonũ facit: quippe cum oculi virtute fiat, vt bene inſpi
ciamus.ſimili modo equi virtus & equum ipſum probum effi-
cit,& ad curſum,geſtandumq; ſeſſorem,ac ſuſtinendos hoſtes
idoneum. Quòd ſi in omnibus ita ſe habet res,virtus quoq; ho
minis nihil aliud erit quam habitus ex quo & bonus homo ip
ſe efficietur & bene opus ſuum reddet. quo modo autem id
fiet,& antea diximus,& nũc etiam eſſe manifeſtum poterit
ſi qualis nam ſit natura ipſius virtutis contemplemur.*

Cum genus virtutis eſſe habitũ definierit:differentias &
exquirere vult,q̃ ſpeciẽ conſtituunt.ſed prius tñ cõmuniõ-
rẽ quãdã virtutis definitionẽ aſsignat:deinde eã priuatim
hoĩ accõmodat,q̃ ei pcipuus ſcopus his in libris ac finis eſt

*In omni igitur re continua ac diuiſibili aliud plus,aliud mi
nus, aliud æquale accipere poſſumus: atque hæc vel quantum
ad ipſam rem attinet,vel quantum ad nos.ęquale autem inter
exceſſum & defectum medium quoddam eſt. ac rei quidem
medium id dico,quod ab vtroque extremo æque diſtat: eſtq;
vnum & idem omnibus.quantum vero ad nos,quod neq; mo-
dum excedit,neq; deficit:idq; non vnum & idem apud omnes
eſt,verbi cauſa,ſi decem plura ſunt,& duo pauca: ſex media
accipiunt quantum ad rem: quippe quæ ex æquo & ſuperent
& ſuperentur. id quod ſecundum arithmeticam rationem D
medium eſt.*

Cum ſuperius oſtẽderit virtutes eſſe mediocritates,idẽ
quoq; nũc apertius demõſtrat: inquit.n.in oĩ re continua
ac ſecabili amplius aliquid ac minus dari,ſiq; id: neceſſe eſ
ſe quoq; vt aliquid concedaf,quod æquale ſit.vbi vero hęc
ſatis per ſe manifeſta ſumpſit:æquale deinde ad medium:
plus & minus ad exceſſum & defectum refert: vt nominibus
ita tranſlatis cõmode ad id quod vult,confirmandũ deſcẽ
dat.Argumenti aũt concluſio talis euadit:in oĩ re diuiſibi
li & plus & minus & ęquale ſumere poſſumus, affectus aũt
& actiones diuiſibiles ſunt:in his igitur & plus & minus &
æquale & inueniri.deinde cũ ſumit, ſciẽtias mediũ quod
in ipſis eſt,cõiectare, virtutẽq; oĩ ſciẽtia eſſe exquiſitiorẽ:
colligit,virtutẽ quoq; medij quod in actionibus & affecti E
bus eſt,eſſe coniectricẽ,atq; inde mediocritatẽ. Sed q̃ren-
dum vr̃,quo modo,ſi in cõtinua ac diuiſibili re hæc conſi-
derantur,in affectibus & & actionibus inueniri poſsint,in
quib.virtus verſatur: quippe cũ affectus & actiones quãti-
tates minime ſint,ſed affectus qualitates ſint,actiones ſub
qualitatẽ & ipſę referãtur.adde ꝙ voluptas quã ex affecti-
bus & actionibus conſequi dicit, præter q̃ ꝙ neq; ipſa eſt
quãtitas,in nullo tẽpore circa ipſam verſaf quemadmodũ
viſio,vt neq; quantũ ad tẽpus attinet,admittere diuiſionẽ
poſsit.Huic dubitationi ita fortaſſe occurrẽda eſt,vt dica-
mus voluptatẽ,licet in tẽpore eſsẽtia ei⁹ nõ pficiaf,eã tñ to
tam atq; integrã in qualibet ſumpti tẽporis parte: vt qua-
tenus operationis naturalis perfectio ac finis eſt, non ſine
tempore eatenus ſit.prętereà id pſpicuũ eſt,omni actio-

ni in qua verſatur virtus, adiunctum eſſe tempus, quatenus A igitur eſt in tempore, & tẽpus continuũ eſt ac diuiſibile, eatenus ẽt ipſa diuiſionem admittet. Itẽ cũ dixerit ſm affectus nos mouerit, & motio quippe quæ in tẽpore efficitur diuiſionẽ patiatur: ſequetur, vt affectus quoq; in eo ꝙ motiones ſunt, diuidi ẽt ipſi poſsint. mouemur aũt ſm affect⁹ & vehementer, & leuiter. quinetiam actiones vel motiones quędã ſunt, vel per motiones exiſtunt. Quoniã igiƗ morales virtutes circa actiones & affectus verſanƗ: actiones vero & affectus cũ motu fiunt & in tẽpore: tẽpus aũt quantitas eſt & diuiſibile, ſimili modo motio quæ in ipſo fit: ſed in quantitate diuiſibili plus & minus & æquale inuenitur: efficitur procuIdubio, vt in affectibus & actionibus eadem diuiſio reperiatur.

Quantum ad nos vero non ita eſt accipiendum. non enim B *ſi alicui decem minas comedere multum eſt, duas parum: ſex ei Alipta comedendas præcipiet. nam fortaſſe id quoq; ei qui ſumpturus ſit, erit vel nimium vel parũ: Miloni quidẽ parum nimium autem ei qui exercitationem incipiat. Idem in curſu & lucta conſiderandum eſt. Ita igitur vnuſquiſque ſcientiæ alicuius particeps exceſſum & defectum fugiens, mediũ quærit, atque eligit: ac medium quidem non rei, ſed quod quantum ad nos medium eſt.*

Medium in virtute quantum ad nos conſiderari debet: id quod exemplo declarat, non. n. ſi alicui decẽ minæ multum, aut duæ parũ ſunt, ſex ei præcipiet alipta ſm arithmeticã proportionẽ: nã ẽt hæc alicui erũt nimiũ, illi. ſ. qui primũ incipit ſe exercere: alicui parũ, vt Miloni. Milonẽ Crotoniatã intelligit, qui viribus & robore corporis adeo oẽs ſuperauit, vt taurũ humeris geſtans per ſtadiũ ingreſſus fuerit. de eo. n. illud fertur, ꝙ cũ domus in quã cũ ſocijs pythagoricæ diſciplinæ cauſa ventitare cõſueuerat, parte quadã C repentino quodã caſu ſubruiſſet, ita vt oẽs iã eſſet oppreſſura: ipſe confeſtim ruinoſum parietẽ ſubierit, ſubnixusque corpore tantiſper labans tectũ ſuſtinuerit, quo ad oẽs incolumes fuerint egreſsi. tantũ tñ viriũ robur arboris cuiuſdam viribus reſiſtere non potuit. cũ. n. forte per ſyluã quãdã inter faceret, vidiſſetq; ſtipitẽ quendã quẽ lignatores diſcindere nequiuerant, cuneisq; adactis reliquerãt: ipſe viribus ſuis fretus eũ aperire aggreſſus eſt: magnoq; & manuũ & pedũ nixu nihil aliud effecit, quã vt diſsilirent cunei. qb. excuſsis lignum iterum magno impetu in ſe rediẽs eũ vehementer cõſtrictũ tenuit: atq; ita prædã feris miſerabilẽ præ D buit. huic igitur parũ eſſent ſex minæ, alteri nimiũ. nã in oĩ ſcientia mediũ non vnum eſt, ſed quod vnicuiq; eſt accommodatũ. verbi cauſa, ſutor non vnũ eſſe ſtatuit mediocrẽ calceum, ſed qui pedi meo aptus eſt, is mihi eſt mediocris, qui excedit, maior, qui deficit, minor quã pedi meo conueniat. Idem in ſingulis artibus, ſingulisq; perſonis cõſideraƗ.

Quia ſi omnis ſciẽtia ad medium ſpectans, atque ad ipſum ſua opera dirigens ita opus bene abſoluit: vt de bene abſolutis operibus illud dici cõſueuerit, vt neq; demi neq; addi quicquam poſſe fateamur: quaſi exceſſus & defectus quod bene eſt, corrũpat: mediocritas cõſeruet, ſi boni igitur artifices, vt nunc dicebamus, ad hoc ſpectantes operantur: virtus vero oĩ arte exactior eſt & melior, quemadmodum etiam natura: effi E *citur proculdubio vt ea medij coniectrix ac collimatrix ſit.*

Argumentũ eſt à minori. ſi. n. ars quæ inferior eſt virtute, ad accommodatũ vnicuiq; medium ſpectans bene opus ſuũ exequitur; multo magis virtus quæ oĩ arte melior, exquiſitiorq; eſt, idẽ faciet: ſicut ẽt natura. melior ſiquidem arte eſt etiã natura: ars enim imitatur naturam, ſed virtus tamen adhuc melior eſt: quippe cum nihil aliud ſit quam naturæ perfectio, naturaque ipſa quæ finem ſuum perfecte conſequuta fuerit. Quod ſi ita eſt, efficietur, vt virtus medij quod ad nos ſpectat, coniectrix ſit.

De morali loquor: hęc. n. circa affectus & actiones verſatur: in quibus exceſſus & defectus & medium eſt: vt & doleat & confidat aliquis, cupiat & abhorreat, iraſcatur et miſereatur, ac demũ lętetur & doleat magis et minus: atq; vtraque hæc non bene. nam quando oportet, & ob quæ, & erga quos, & cuius cauſa, & vt oportet, hæc facere medium eſt atque optimum: id quod eſt ipſius virtutis. Simili modo circa actiones eſt exceſſus & defectus & medium. at virtus circa affectus actioneſque verſatur: in quibus exceſſus peccat, defectus vituperatur, medium vero & laudem & rectam exequutionem conſequitur. Hæc autem vtraque ad virtutem pertinent. mediocritas igitur quædam virtus erit, cum medij ipſius coniectrix, collimatrixque ſit.

De virtute morali aũt intelligendũ eſſe inquit, quæ circa actiones affectusq; verſatur: in quib. exceſſus & defectus & mediũ reperitur: vt in intellectuali mediocritatẽ nullã eſſe oſtendat. non. n. oportet, vt mediocriter intelligamus. mediocriterq; ſciamus, exceſſũq; in cognitione vitemus, ſed quanto magis ſcire poſſumus tãto melius eſt. mediocritas ſiquidẽ in affectibus actionibusq; eſſe debet, quæ medium quãtum ad nos ſpectat, ex ipſis eliciat. poſſumus. n. timere & magis & minus, quorũ neutrũ bñ ſe habet: poſſumus ẽt mediocriter id quod virtuti aſcribitur, circũſtãtiasq; ſuas habet: vt qñ oportet doleamus aut lætemur, & ob quæ, & cuius cauſa oportet &c. in actionibus itẽ eſt exceſſus & defectus & mediũ. põt. n. quis ſupra modũ ẽt pecunias expendere, ſi plus quã oporteat largiaƗ: põt ẽt in ſumptu deficere ſi minus ꝗ debeat, expendat: põt & mediocriter, cũ & quãtum & quale debet, ſeruatis quoq; alijs circunſtantijs expẽdit, id quod ad virtutẽ ꝑtinet. mediocritas igiƗ quędã propterea eſt virtus quia medij ſcrutatrix, coniectatrixq; eſt.

Præterea peccare multis modis poſſumus: malum enim eſt infiniti, vt Pythagorici coniectabant, bonum autem finiti: recte agere vero vno modo tantum licet. atque idcirco illud facile, hoc difficile eſt. facile ſiquidem eſt à ſcopo oberrare, ſicut ipſum attingere difficile. ob id igitur exceſſus & defectus vitij eſt, virtutis mediocritas. nam ſimpliciter bonus eſt, ſed malus omnimode.

Vitium in exceſſu & defectu, virtutem in mediocritate cõſiſtere, aliter conatur demõſtrare: peccare. n. inquit multipliciter poſſumus, recte agere vero vno tm̃ modo, hocq; Pythagoreorũ auctoritate cõfirmat. illi. n. cum duos ordines ſtatuerent, bonorũ vnũ, alterũ malorũ, in hoc multa & infinita, in illo vnũ & finitũ collocabant. nã cum dixiſſet, malum. n. eſt infiniti, ideſt ordinis illius in quo infinitũ ponebatur, vt Pythagorei coniectabant, addidit, bonũ aũt finiti, vtpote quod ijdẽ illi opinabãtur: poſtea paucis his interpoſitis orationẽ continuat, recte agere vero inquiẽs vno tantum modo, hoc. n. refertur ad id quod dixerat, peccare multipliciter poſſumus. quia vero peccare multis modis licet facile eſt id facere, aberrare. n. à ſcopo facile eſt, dũ vel in dextram vel in ſiniſtram, vel in ſuperiorẽ, vel in inferiorem partẽ iaculamur: at cum ſcopum ferire vnico tm̃ modo poſsimus, aſſequi id longe difficilius eſt: ſic quoq; recte agere difficile eſt. hinc patet vitij exceſſum & defectũ, virtutis vero eſſe mediocritatem; quippe cũ mediocritas vna tm̃ ſit, exceſſus & defectus duo modi vitiorũ exiſtãt; quinẽt exceſſus vnuſquiſq; cõtingere multifariã poſsit, cũ vel augeƗ vel minuitur, itẽ defectus, cũ vel minus vel magis à medio ipſo deficit, mediocritas vero niſi vno tantum modo exiſtere non poſsit, vnum enim eſt medium, ſicut dictum eſt.

Virtus igiƗ eſt habitus electiuus in mediocritate quãtũ ad nos cõſiſtẽs: quæ quidẽ mediocritas rõne præfinita ſit: atq; ita vt prudens præfiniret: mediocritas autem duorum vitiorum, alterius per exceſſum, alterius per defectum, atq; eo ẽt quod vitia alia deficiũt ab eo quod fieri debet, alia exuperãt & in affectib. et in actionib. virtus vero mediũ et inuenit, et eligit.

Recte aſsignatã eẽ hãc definitionẽ ꝑſpicuũ eſt: habit⁹. n. eſt vt ſuperi⁹ demõſtratũ fuit, electiu⁹ vt à ſciẽtijs diſtinguatur, quæ licet habitus etiam ipſæ ſint, cauſam ſuam tamen in electionem minime referunt: in mediocritate conſiſtẽs partim vt circa quid negocium eius ſit, explicetur: partim

etiam

etiam vt à quibuſdam affectibus ſeparetur, qui in mediocritate quadam etiam ipſi conſiſtunt, non tamen duorum vitiorum: vt verecundia, & eiuſmodi, ſicut inferius etiam ipſe Ariſtoteles oſtendet. ſunt enim laudabiles, & in mediocritate quadam conſtituti, non tamen virtutes, aut vitiorū mediocritate quantum ad nos, vt eam ſeiungeret à mediocritate, quę in re conſideratur. cum vero poſtremo ſubiungit, quę quidem mediocritas ratione pręfinita ſit, à vitijs eā omnibus excludit. nam vitia quoque ex electione dependent, non tamen recta ratione præſcribuntur, vt inde mediocritatis nomen ſibi poſſint vendicare. ratio enim recta eſt quæ mediocritatis terminum in actionibus præfinit, vt neque citerius recedendum, neque vlterius progrediendū nobis ſit. atque hæc ſatis de definitionis abſolutionem, abundeq; faciunt: reliqua explanationis cauſa ſubijciuntur. B nam quia dixit virtutem in mediocritate cōſiſtere, quæ ratione præfinita ſit: qua ratione præfiniri debeat, exponit, ea procul dubio qua prudēs pfiniret. de qua deinde mediocritate intelligēdū ſit explicat: cā inquit, duorū vitiorū eā eſſe vnius per exceſſum, per defectū alterius: tū quomodo per exceſſum aut defectū vitia dicātur eſſe, declarat, eo ſcilicet ꝙ in actionib. & affectibus vitia vel modū excedunt, vel ab eo deficiunt, virtus verò mediū ipſum & inuenit & eligit.

Quapropter ſubſtantia quidem & ratione quæ quid ſit res exponit, mediocritas: quantum ad optimum autem ſpectat, & quod bene ſe habet: extremitas virtus eſt.

Quod hic ſequitur afferre quandam dubitationē poteſt. inquit enim ſubſtantia virtutē eſſe mediocritatē, quātū ad C optimū vero attinet, atq; id quod bene ſe habet, extremitatem. extremitas.n. eſſe ipſa virtutis ſubſtantia videtur, quippe quæ per mediocritatem inueniatur. ſed ſicut in demonſtrationibus præcipua vis in cauſa eſt, quę & medius terminus dicitur: ita quoq; in definitionibus ſiquis aſſumere eā poteſt, ob quā tale eſſe id quod definitur, oſtenditur, optime quidnam ſit vnumquodq; definiet, qua de re in poſterioribus reſolutorijs ſatis dictum eſt. cauſa.n. vt vnaquæq; virtus exiſtat, in affectibus & actionibus mediocritas eſt. ꝙ aūt extremitas ſit in eo quod bene ſe habet, illud vero non diſsimile ijs eſt qui ab ipſo Ariſt. ſυμπερασματικοὶ .i. concluſorij termini appellantur. exempli cauſa cum definimus quid ſit quadratio, cum .ſ. mediam lineā in proportione .i. quadratoriam inuenimus, eiuſmodi definitio cauſam red D dit, quā ob rem quadratio ſit, cū vero dicimus quadrationem eſſe, cū altera parte longiori figuræ æquale quadratū inuenimus, concluſionē afferimus. nā vbi demōſtrauit geometra, id quod à media linea laterum altera parte longioris reſultat quadratū, ęquale eſſe figurę quę ab eis ipſis lateribus continetur: inducit poſtea concluſionem hoc modo æquale igitur datæ figuræ altera partę lōgiori quadratum inuenitur. idē in virtutis definitionibus eſt. qui.n. eā in affectibus & actionibus mediocritatē eſſe inquit, is ſubſtantiā eius definit, curque virtus ſit, explicat, qui vero extremitatem in eo quod bene ſe habet eā eſſe dicit, quaſi cōcluſionē infert. nam quia in affectibus & actionib. mediocritas eſt, ex eo fit, vt extremitas quoq; in eo quod bene ſe habet, exiſtat. ſubſtantia.n. virtutis in mediocritate conſiſtens illius E extremitatis quæ eſt in eo quod bene ſeſe habet, cauſa eius quodam modo eſt: vt hęc definitio, cū dicimus virtutē eſſe extremitatem, quaſi concluſio ſit, illa prior, cauſam ēt contineat, ob quā extremitas ipſi aduenit, ſi in hunc modū dicamus. virtus eſt habitus electiuus mediocritatis circa affectus & actiones quæ recta rōne præfinita ſit, ipſius extremitati quæ in eo eſt quod bene ſe habet. Nonnulli vero ſunt, qui dubitent, quomodo virtutes eſſe mediocritates poſsint. nam ſi neque exceſſus neque defectus in affectibus & actionibus præfinitus eſt, & eorum quæ præfinita non ſunt, medium ſtatui, ac ſumi nullum poteſt: nullo modo virtus exceſſus & defectus qui eſt in actionibus & affectib. eſſe mediocritas poterit. neque enim vel audaciæ terminus aliquis præſcriptus eſt, quouſque progredi oporteat, vt A audacia ſit, vel timiditatis, & ignauiæ, vel alicuius ex alijs exceſsibus & defectibus. Sed iſti tamen non recte videntur dubitare, non enim medium eſt quantum ad rem attinet, illud circa quod virtus conſiſtit. nam id ab extremis ęqualiter diſtat, neque eſſe vllo pacto poſſet, niſi certo aliquo fine ac termino extrema cōcluderentur. hoc vero circa quod verſatur virtus, eſt reſpectu noſtri medium, reſpectuque noſtri neque excedit neque deficit, ſed mediocre eſt ac moderatum. ſed ſi quod deficit atque excedit, quātum ad nos non difficulter inueniri poteſt, medium quoq; quantum ad nos attinet, facile percipietur. Huc accedit, ꝙ cum virtus duorum vitij terminorum mediocritas dicatur, locum non habet eiuſmodi dubitatio: ſi dixerimus, ſi malus in exceſſu & defectu præfinitum modum non habet, vt certo B quodam fine terminetur: neq; medium eorum certum eſſe vllo modo poterit. non enim terminorum medium virtus quærit, ſed deflexionum, declinationumque ad terminos neque medium hoc ex miſtione extremorum medium dicitur, ut fuſcum: non enim omnia quæ media aliquorum ſunt, ex eorum miſtione conſtantur. nam in artibus mediū & quod recte ſe habet, nō miſtio extremorum, ſed additio & detractatio efficit: id quod etiam in virtutibus contingit. bonorum præterea & malorum medium neque ipſum ex cōmiſtione exiſtit: neq; qui incipit proficere, ex pbi & praui cōfuſione medius vtrorunq; eſt: neque ſex inter decē & duo ex eo medius eſt numerus, quia ex vtrorunq; contēperatione extiterit, ſed neq; in continuis mediū ex terminorū miſtione efficitur: neq; ēt circuli cētrum eius figuræ C mediū ex ambitus ſeu circūferentiæ cōmiſtione: vt ex his omnibus pateat, eſſe nonnulla media, quæ non ex miſtione extremorum, ſed ex ſua ipſorum quantitate media ſiunt.

Neque tamen omnis actio, omniſque affectus mediocritatem admittit. nonnulli enim ſunt affectus, qui ſtatim vel ipſo nomine cum prauitate implicantur. vt maleuolentia, imprudentia, & inuidia: & item actiones, vt adulterium, furtum, homicidium. omnia enim hęc & huiuſcemodi ita appellantur, quia non exceſſus ipſorum aut defectus, ſed ipſa mala ſunt: vt nullo modo poſſit quiſpiā in ipſis recte agere, ſed peccare ſemper neceſſe ſit: neque bene, aut non bene ſe gerat, dum quatenus & quando, & quomodo oportet, adulterium committit: ſed dum abſolute vnumquodq; horum facit, continuo peccet.

D Non omnes affectus neque omnes actiones admittere mediocritatem inquit: quia nōnulli affectus ſunt, qui quādo vt oportet, & quatenus & erga quos oportet, ſeruatiſq; alijs conditionibus ſiunt, in mediocritate conſiſtunt: quādo vero amplius quam oportet, & erga quos non oportet mouentur, & omnino circunſtantias aliquas ex his tranſgrediuntur, in exceſſu ſunt: ſicut in defectu, cum deficiunt minuſque quam debet aliquis afficitur. vt ſi iraſcamur quo modo, & quatenus, & erga quos oportet, mediocritas eſt: ſi amplius quam oportet, & erga quos non debemus, exceſſus, ſi minus quam oportet, & non erga quos debemus, defectus iræ eſt. Idē in actionibus contingit. nonnullæ enim & mediocritatem & exceſſum & defectum admittunt. vt, in dandis pecunijs poſſumus eſſe largiores quam deceat, hocque ad exceſſum pertinet: poſſumus item eſſe parciores E iuſto, quod eſt defectus, poſſumus etiam mediocritate vti, quod ſolius virtutis munus eſt. nonnulli vero affectus nōnullæque actiones vt inquit, admittere mediocritatem nō poſſunt, ſed ſtatim in nomine ipſo prauitatem præſeferūt vel maleuolentia, inuidia, impudētia in affectibus, in actionibus adulterium, furtum, & homicidium. non.n. inuenire inuidiam aliquam poſſumus, quæ aut mediocritas ſit, laudemq; mereatur, aut excedat modū, vituperationeq; digna ſit, ſed abſolute oīs praua eſt, ſimili mō maleuolētia & impudentia. Idem quoque in actionibus commemoratis manifeſtum eſt. neque enim in adulterio, aut homicidio aut furto modus aliquis ſeruari poteſt, quo & recte agere, & laudem conſequi valeamus, ſed abſolute quomodocunque ea faciamus, malum, & peccatum eſt. Neque

moueri quiſpiam debet, ſi quandoque inridit, vt adulteria quædam laude digna eſſe videantur: quemadmodum ſi quis rum tyranni vxore rem habeat, eaque ratione ad tyrannum interfiriẽdum, patriamque liberandam ſibi viam patefariat, non enim id adult-rium eſt exiſtimandum. neque de eo nunc Intelligit Ariſtoteles, ſed quando intemperantiæ voluptatiſque raula illigitime committitur. ſicut etiam homicidium non ille dicitur committere, qui quomodocunque hominem occidit, nam poſſet etiam iuſte aliqtuis id ſarere, hoſtem, aut latronem interimendo, ſed qui iniuſte & illegitime ocridit.

Perinde igitur eſt, ar ſiquis iniuſte, ignaue, intemperanterque agendo ponendam eſſe mediocritatem, exceſſumque et defectum renſeat: nam hoc modo exuperationis & defectionis mediocritas, exuperationis item exuperatio, & defectionis defectio inueniretur. Quemadmodum autem temperantia & fortitudinis nullus eſt exreſſus aut defectus, propterea quòd medium ipſum extremum etiam quodam modo eſt: ita neque illorum mediocritas vlla, aut exceſſus aut defectus eſſe poteſt: ſed vtcunque agantur, percatum eſt. omnino enim neque exuperationis aut defectionis mediocritas, neque mediocritatis exuperatio aut defectio vlla eſt.

Vt hoc quod modo dixit, clarius oſtendat Ariſtoteles, ad quoſdam habitus tranſit, qui manifeſte praui ſunt. ſicut enim iniuſte agendo aut intemperanter aut ignaue nulla mediocritas reperitur, nulluſque exceſſus aut defectus: ſed toti huiuſcemodi habitus praui ſunt ar peccant: ita in ſuperius comemoratis actionibus neque exreſſus aut defectus, neque mediocritas eſt. Se quærendum videtur, quomodo in iniuſte agendo & ignaue & intemperanter non eſſe mediocritatem, neque exreſſum, neque defectum dicat: cum remiſsio & intentio in his ipſis vitijs manifeſte contingat. eſſe enim ignauus & iniuſtus & intemperans alius magis alius minus poteſt: vt har ratione nihil vetet, quo minus & exuperationis exuperatio, & defectionis defectio reperiatur. Verum exceſſus & defectus in vitijs duobus modis conſideratur: vno, in ipſo eodem vitio: cum vel magis vel minus excedit, vel magis vel minus deficit: altero reſpectu mediocritatis & virtutis. priore modo fieri poteſt, vt dum intenduntur & remittuntur vitia alia alijs magis & minus vel exredant, vel deficiant, atque ita exuperationis exuperatio, & defectionis defectio concedatur. ſi ſecundo modo intelligamus ſpectando ad mediocritatem, exuperationis eſſe exreſſus & defectus nulla ratione poterit: ita enim fieret, vt in ipſo vitio, quod abſurdum eſt, mediocritas & virtus exiſteret. non eſt igitur neque exuperationis exuperatio, neque defectionis defectio. Idem ex virtutibus quoque rognoſrere licet. Quemadmodum enim intemperantiæ & fortitudinis & in omnis demum virtutis mediocritate inuenire exreſſum & defectum minime poſſumus: propterea quòd mediocritas ipſa, extremitas eſt quantum ad id quod bene ſe habet, rerumque habet præfinitionem: ita quoque in vitijs neque exreſſus & defectus neque mediorritas eſt, ſed quod ex vtraque parte virtutis conſtitutum eſt, alterum eſt totum exreſſus, alterum defectus. Temperantiæ autem & fortitudinis ſolius mentionem facit, & non aliarum virtutum ea de cauſa, quia maxime nereſſarij & naturales affectus ſunt, atque eiuſmodi qui maxime auxilio indigeant, in quibus hæ virtutes verſantur, earumque vſus in vita latiſ

A ſime patet. Cæterum ſicut affectus quidam & actiones nõnullæ probitatem non admittunt, nunquid ita quoque alij inueniuntur tam affectus quam actus, qui econtrario prauitate prorſus careant? nonnulla ſanè etiam huiuſmodi inuenire difficile non eſt. vt indignatio eſt & verecundia inter affectus, quæ laudem merentur, ſtrenuitas, & tyranicidium inter actiones, quæ probitatem vel nomine ipſo præ ſe ferunt.

Mediocritatum inter duo extrema diſpoſitio. Cap. VII.

B *At vero non oportet ſolum vniuerſaliter hæc dicere, ſed particularibus etiam accommodare. quæ enim de actionibus fiunt diſputationes, ſi vniuerſaliter tractantur, communiores: ſi particulariter, veriores ſunt: circa particularia enim actiones verſantur, quibus conſentanea eſſe debent quæ dicuntur.*

Quoniam vniuerſaliter de virtute iam dixit, quòd mediocritas ſit: vult nunc ſingulas virtutes & vitia deſcribendo virtutem mediocritatem, vitia alterum exreſſum, alterum defectum eſſe ſigillatim oſtendere. Cur vero dicat C communiores eſſe diſputationes quæ vniuerſaliter tractantur, inde eſſe manifeſtum poterit, quòd in ſcientijs quæ propriæ ſrientiæ ſunt, vniuérſales rationes non ex particularibus, ſed ex ipſis vniuerſalibus ſidem ſibi fariunt, ac confirmant. Geometra enim triangulum tres angulos habere æquales duobus rectis, non ex particularibus triangulis probat, inductione hoc modo vtens: hæc triangula figura tres angulos æquales duobus rectis habet: & hæc item nihilominus: & ſingulæ aliæ particulares: iccirco vniuerſale quoque illud enunriatum verum erit, quod omnem triangulum idem habere inquit, ſed econtrario demonſtratione vniuerſali hor ita eſſe confirmat. In acti- D uis vero vniuerſalium cõprobatio ex particularibus ſumi conſueuit, vt in medicina fit: in qua calidum remittere ac relaxare, frigidum contrahere & condenſare ex particularibus confirmatur. item veratrum bilem purgare ex eo cognoſcitur, quòd ex particularibus aliquis eius ſumptione fuerit purgatus. Eodem modo in virtutibus faciendum eſt. non enim ſufficit, ſi virtutem eſſe mediorritatem vniuerſaliter dixerimus, ſed oportet, vt vnamquanque etiam ex virtutibus perſequamur, eamque eſſe mediocritatem oſtendamus: alioqui vana erit omnis vniuerſalia tractatio, niſi ſingulis ar partirularibus fuerit accommo- E data: Iccirco deſcriptionem virtutum, vitiorumque quæ vtrinque ſingulis adiarent, faciendam eſſe cenſet, cũ inquit

Sumenda igitur hæc ex deſcriptione ſunt.

Videtur enim his verbis nihil aliud ſignificare, niſi deſcriptionem quandam eſſe ſubiungendam, in qua affectus quæ virtutum ſubiecta materia eſt, collocati propriam quiſque virtutem & vitia per exreſſum & defectum exorientia ſuppoſita habeat: quo virtutem eſſe mediocritatem definitionemque eius quam ſuperius poſuit, vnicuique ſigillatim eſſe accõmodatam per inductionem cognoſcamus. ad hoc enim confirmandum ſolummodo, hæc videtur deſcriptio fieri: nam quæ maiore aliqua tractatione indigent, repetita oratione poſtea in ſequentibus libris diligentius explicabit. Deſcriptio autem ſubiungi in hunc modum poſſet.

DEFE-

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS

Circa
Timorem — Fiduciam

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
Timorem: Audacia & intrepiditas	Fortitudo	Ignauia
Fiduciam: Ignauia	Fortitudo	Audacia

Circa
Dolorem & Voluptatem.

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
Stupiditas	Temperantia	Intemperantia

Circa
Dationem & acceptionem pecuniarum
Circa
parua — magna

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
parua: Illiberalitas ſeu Auaritia	Liberalitas	Prodigalitas
magna: Paruificentia	Magnificentia	Decori imperitia & Ineptitudo operaria

Circa
Honorem & ignominiam
circa
parua — magna

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
parua: Inambitioſitas	Innominata	Ambitioſitas
magna: Puſillanimitas	Magnanimitas	Inflatio

circa
Iram

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
Iræ vacuitas ſeu lentitudo	Manſuetudo	Iracundia

Circa
Verum

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
Diſſimulatio	Veritas ſeu veracitas	Arrogantia

Circa
Iucundum
In iocis — In ſeriis

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
In iocis: Ruſticitas	Facetudo ſeu vrbanitas	Scurrilitas
In ſeriis: Moroſitas & litigioſitas	Amicitia ſeu comitas.	Adulatio & Obſequioſitas

Circa
Verecundandum

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
Impudentia	Verecundia	Pauiditas

Circa
Dolorem & voluptatem ex ijs quæ alijs accidunt

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
Maleuolentia	Indignatio	Inuidia

Vnumquodque igitur ex hac deſcriptione & deſignatione, quam ſubintelligendam cenſet, breui quadam monitione declarat, ita inquiens.

Circa timores quidem & fiducias mediocritas fortitudo eſt. eorum vero qui excedunt, ille qui intrepiditate excedit, vacat nomine: multa enim ſunt, quę nomen non habent: qui confidendo exuperat, audax eſt. at qui & in timendo exuperat, & in confidendo deficit, is eſt ignauus.

Circa timores & fiducias mediocritatem fortitudinem ponit, quę vtrarumque actionum medium eligit, atq; agit, qui vero in exceſſu collocatur, audax plerunque appellari conſueuit; nunc tamen duos quoſdam ſtatuit qui excedant, alterum in non timendo, quem nomine carere inquit, alterum in confidẽdo quem audacem vocat. Sed quo modo vacare nomine eum dici qui intrepiditate exuperat, cum intrepiditas, i. ἀφοβία vitium, vitio prędítus ἄφοβος hoc eſt intrepidus appelletur? fortaſſe quia prius vſurpatũ nomen hoc non fuerit. nam quoniam nulli inueniebãtur huiuſcemodi, neque nomen quodpiam vitio inditum eſt. eſt autem qui uitio hoc laborat, ille qui nihil omnino timet, ne ea quidem quæ ſupra hominem ſunt, ut terræ motuum, ac fulminum terrificos aliquos impetus. nam in pleriſque quæ accidere ſępe conſueuerunt, etiam fortis intrepidus eſt. qui vero in vitio hoc conſtituitur inſania quadã vt ita dicam, correptus ne ea quidem quæ hominum naturam excedunt, pertimeſcunt, ſed intrepidus atque immotus omnia excipit. quanquam etiam audax eſſe intrepidus videtur, ſed diuerſo tamẽn quodãmodo: audax enim præterquam quòd nõ timet: exponit etiam ſe periculis, in terribiliaque pręceps fertur: at intrepidus in eo tantum conſideratur, quod nihil prorſus timet. & fortaſſe audax eſt & intrepidus, intrepidus uero nõ omnino audax, & præceps in pericula. At uero duobus exceſsibus intrepiditati, & audaciæ duos defectus minime opponit, ut alter in intrepiditate, alter in audendo deficiat, ſed vnum tantum, quę ignauia eſt: atque id propterea fortaſſe facit, quia cum ille qui excedit in timendo, in confidendo deficiat, & qui in confidendo deficit, prorſus in timendo exuperet, mutuaq; reciprocatione hæc cum timido conueniantur, fieri non poteſt, quia niſi unum uitium ex vtriſque his cõſtituũtur. In audaci vero non idem contingit, non enim qui in confidẽdo excedit, & deficit in timore, continuo eſt audax, nam eſſe etiam intrepidus poteſt, atque ita fit ut duo in exceſſu, unum uero tantum in defectu uitium hic inueniatur. fortaſſe etiam ob id tantum unum in defectu hic uitium oppoſuit duobus exceſsibus, ut oſtenderet fieri non difficulter poſſe, ut ſicut in una mediocritate unum exceſſum, vnũque defectum conſtituimus, ita quoque ſi diligenter uelimus cõſiderare, duos defectus, duoſq; exceſſus reperiam⁹.

Circa voluptates vero & ægritudines non omnes, ſed corporales, atque eas maxime quæ in tactu exiſtunt, circa ægritudines autem minus, mediocritas temperantia eſt: exceſſus intemperantia. at quia non admodum inueniri conſueuerũt, qui in voluptatibus deficiant, iccircò neque nomen aliquod huiuſcemodi homines adepti ſunt, ſed ſtupidi appellantur.

Circa dolores & uoluptates non omnẽs, ſed corporales eſſe inquit temperãtiam mediocritatem, neque etiam circa corporales omnes, ſed eas tantum quæ tactu percipiuntur, ut cibi & potus, ut uenereorum. circa dolores uero minus verſari hanc uirtutem, quàm circa uoluptates propterea dicit, quia à voluptate magis quàm a dolore & temperantia & uitia ei oppoſita formam accipiunt: operatioq; ipſius temperãtis circa uoluptates pręcipua eſt: dum quod in ipſis eſt medium, eligit. in eo autem circa dolores etiam eſſe dicitur, quòd ob abſentiam uoluptatum minime dolet. exceſſum intemperantiam uocat: defectum carere nomine ea de cauſa inquit, quia nõ admodum inueniantur, qui in uoluptatibus deficiant. ipſe tamen hos ἀναισθήτους, ideſt ſtupidos, ſenſuq; carentes nominat.

Circa dationem acceptionemque pecuniarum mediocritas eſt liberalitas, exceſſus & defectus, prodigalitas & illiberalitas ſeu auaritia, in quibus contrario modo excedunt & deficiunt homines, prodigus enim in largiendo excedit, in

A *accipiendo deficit, auarus contrà excedit in accipiendo, in dando deficit. Ac de his quidem nunc figura quadam ac ſummatim dicimus, hac ipſa breuitate contenti, poſtea accuratius de iiſdem pertractabimus ac definiemus. Iam circa pecunias alia quoque ſunt diſpoſitiones è quibus mediocritas magnificentia eſt. nam magnificus à liberali eo differt, quòd ille circa parua, hic circa magna verſatur. exceſſus eſt decori imperitia, ſeu indecorum, & ineptitudo operaria, defectus paruificentia, quæ vitia differunt etiam ipſa ab iis quæ circa liberalitatem ſunt, quo modo vero differant, poſterius dicetur. At vero circa honorem & ignominiam mediocritas eſt magnanimitas, exceſſus inflatio quę dicitur, defectus puſillanimitas. Sicut autem magnificentia liberalitatem correſpõ-*

B *dere diximus, vt in eo ab illa differret, quòd circa parua verſatur: ita magnanimitati quæ in magno honore verſatur, alia quædam virtus correſpondet, cuius circa parua officium eſt. fit enim, ut ſicut oportet, honor appetatur, & magis etiam vel minus quàm oportet. vnde qui in appetitione hac excedit, ambitioſus, qui deficit, inambitioſus dicitur, medius nomine vacat. diſpoſitiones quoque ipſę innominatæ ſunt: ambitioſi tantum, excepta, quæ ambitioſitas dicitur. hinc que euenit, vt extremi de media ſede decertent. & nos quoque mediũ interdum ambitioſum, interdum inambitioſum vocitamus: & modo ambitioſum, modo inambitioſum. Qua de cauſa vero id fiat, in ſequentibus dicetur. nunc autem de reliquis eo modo quo cæpimus, pertractandum eſt.*

C In dandis accipiendiſque pecunijs medium eligit liberalis, at vtrique extremi in utriſque his peccant. nam licet prodigus quemadmodum inquit, in erogando excedat, & in accipiendo deficiat; illiberalis uero contrà in dando deficiat, excedat autem in accipiendo, interdum tamen abſolute prodigalitas exceſſus, auaritia defectus appellatur. eſt enim circa vtraque, ut dictum eſt, liberalitas, dationẽ, & acceptionem, magis tamen in datione uirtus hæc elucet, quippe cum in ea præcipuam ſuam operationem exercet, nam acceptio ex conditione liberali contingit, ſi uideſicet magna aliqua indigentia opprimatur. in quo igitur præcipua eſt liberalis hominis operatio, in eo excedit prodigus, & deficit illiberalis. Sed quia de uirtutibus his & uitijs in ſequentibus libris diligentius pertractaturus eſt, dif-

D fuſius quoque nos de ſingulis his ſuis locis plura diſſeremus, nunc pauca hæc ſufficiant.

Circa iram igitur exceſſus, & defectus & mediocritas quoque eſt, ſed cum nominibus ferè careant, medium manſuetum, mediocritatem mãſuetudinem vocabimus. ex extremis vero ille qui excedit, iracundus ſit, & vitium iracundia: qui deficit, irę vacuus, & defectus irę vacuitas appelletur.

Poſt magnanimitatẽ de manſuetudine diſſerit, eo quòd etiam ipſa circa honorem verſetur. caſtigat enim iram mãſuetudo, atque id ob ignominiam, vnde merito poſt magnanimitatem collocatur, & non poſt fortitudinem: licet fortitudo circa iram, ſicut hæc quoque exiſtat. Quanquã fortaſſe nõ circa iram, ſi recte dicere volumus, verſatur fortitudo, nam ſi ita eſſet, iracundi fortes eſſent, vel audaces,

E id quod minime eſt. timidi enim ob puſillanimitatem maxime iracundi conſpiciuntur. præterea ſi fortis ob iram eſſet fortis, cum ira ſit uindictæ mutuæque offenſionis appetitio, efficeretur, vt fortitudo nõ per ſeſe, ſed ob aliud quid eſſet uirtus: at hoc abſurdum eſt: non eſt igitur ira, quę fortem hominem faciat. Quærendum autem eſt, quomodo mediocritatem circa iram & exceſſum & defectum nomine carere dixerit, cum tamen & mãſuetudo & manſuetus à Platone aliiſque antiquis philoſophis nominetur, & tã iracundia, quàm iracũdus antiquum nomen ſit, ira uacui item acleni, ideſt ἀόργητοι nonnulli à Græcis ſemper antea fuerint appellati. ſed hoc non iccirco inquit quòd hæc nomina ab ipſo fuerint innouata, nihil enim pręter ἀοργησίαν hoc eſt uacuitatem iræ finxit, ſed quia licet eſſent & apud ueteres hæc nomina, in aliud tamen ſignificatum ab ipſo

hic

hic tranſlata ſunt, nam cum manſuetudo diceretur virtus ea, qua tranquillo ac quieto animo aliquis eſt, neque quicquam iraſcitur, ipſe in eum ſenſum hoc vocabulum deflexit, ut mediocrem diſpoſitionem circa iram ſignificaret, cum & quando oportet, & ut oportet, cæteriſque circunſtantijs ſeruatis uel iraſcitur quiſpiam, uel non iraſcitur, manſuetumq; præditum hac uirtute nominauit. Cum itẽ iracundus ille appelletur, qui naturalem quandam iraſcendi procliuitatem, aptitudinemque habet, ipſe ad illũ transfert hoc nomen, qui habitu eo præditus eſt, ut ſupra modum ira corripiatur. defectumque iræ uacuitatem uocat. præterea in alijs uirtutibus uitia minime inueniũtur, quæ ab affectibus denominata ſint, circa quos uerſantur. In fortitudine enim qui deficit, δειλὸς id eſt ignauus, qui excedit, audax uocatur. nam licet audax qui græce θρασὺς dicitur, à fiducia nomẽ habere uideatur; ea eſt græce θάρσος: non ita tamen eſt; immutatum enim fuit, & pro θαρσεῖς θρασεῖς dicitur. non ſecus etiam in temperantia qui excedit, non uoluptuoſus ſed intemperans, qui deficit, ſtupidus nũcupatur ſimili modo in cæteris. at in manſuetudine cum habitus per exceſſum & defectum ab affectibus fuerint denominati, merito nomine uacare dicti ſunt.

Sunt autem etiam aliæ tres mediocritates quæ ſimilitudinem quandam inter ſe habent, ſed tamen differunt, cum enim circa ſermonum, actionumque communionem omnes verſentur, in eo ſunt diſsimiles, quòd vna circa verum quod in ipſis eſt, aliæ circa iucundum negocium ſuum habent, quod quidẽ iucundum duplex, alterum in iocis alterum in omnibus vitæ commercijs conſiſtit. Dicendum igitur de his quoque eſt, vt magis in omnibus mediocritatem eſſe laudabilem perſpiciamus, extrema vero neque recta, neque laudabilia, ſed vituperatione digna haberi. ex his vero pleraque nomine etiam ipſa vacant. ſed tentandum tamen ſicut in cæteris, nomina quoque his inuenire, quo & dilucidior fiat, & facilius intelligi oratio poſſit.

Cæterarum virtutum operationes excepta iuſtitia exercere per ſeſe vnuſquiſque poteſt. verbi cauſa temperãs, nõ ſolum in ſocietate aliorum, uerum etiam ſecum ipſe ualet temperanter ſe gerere, dum in uictu, in ueſtitu, in reliquis quæ ad uitam traducendam ſpectant, uirtute hac utitur: poteſtque id in agendo etiam tantum, ſine ulla loquutionis occaſione præſtare. Idem in fortitudine, & liberalitate, alijſque uirtutibus contingit, nam & liberalis eſſe per ſe unuſquiſque poteſt, dum circa ſeſe ut debet, pecunias expendit, & fortis, dum neque terretur aduerſis, neque ſecundis rebus facile perturbatur. Iuſtitia vero licet in commercijs uitæ omnino uerſetur, fieri tamẽ poteſt, ut etiam ipſa ſine loquutionis neceſsitate exerceatur. at uero hi tres habitus de quibus nunc agit, ideſt ueritas, amicitia, & facetudo in communitate loquendi & agendi ſpectantur, ut in ipſis enumerandis manifeſtat Ariſtoteles, dum inquit.

Circa verum igitur qui mediocris eſt, verax: mediocritas ipſa veritas ſeu veracitas nuncupetur. fictio vero ſi in maius quid quàm re vera ſit, tendit, arrogantia, & qui eam habet arrogans: ſin in minus, diſsimulator appelletur.

Cum uerum honorabile, maximeque affine naturæ philoſophiæ ſit, circa ipſum nonnulli recte ſe gerunt & re & uerbis, nonnulli peccant, atque errant. ſed in re quidem inæqualitas ipſa ſatis manifeſta eſt. qui enim neque magis neque minus quàm par ſit, ſua aut extollit aut deprimit, eſt mediocris. In uerbis uero quo modo laudabilis ſit qui mediocritatem in ueritate eligit, conſiderandum, quippe cum vbique & ſemper uerum dicere eligendum ſit, nullaque in hoc mediocritas ſeruanda eſſe uideatur, an forraſſe aliquando mendacio quoque vti oportet, vbi id medicamenti ac remedij, vt inquit Plato, vicem obtinet? quin etiã prædicare de nonnullis etiam uera quando non oportet, & apud quos non oportet, abſurdum eſt: vnde qui in his redundat, malus atq; arrogans erit, non ſolum qui in ma-

A ius quid mentitur. an non dicit eum veracem qui circa veritatis mediocritatem, uerſatur, ſed qui circa uerum virtutem ipſam, mediocremque habitum adeptus eſt, qui ſane ille eſt, qui uerum ſeruat, neq; id vel exceſſu uel defectu peruertit ac uitiat? an illum ueracem appellat, qui ea quæ ſibi inſunt in hominum conſuetudine ita ut ſunt, & uerbis & factis oſtendit, neque maiorem in modum quam oporteat, extollit, neque minora quàm ſint, efficit, propterea quòd anteponere omnibus ueritatem conſueuit? ex uitijs uero fictionem in maius, qui exceſſus eſt, tam uerbis quàm factis arrogantiam uocat, quiq; ea eſt præditus, arrogantem. cum enim, prius ἀλαζόνες apud Græcos dicerẽtur, ideſt arrogantes, qui vel diuinationem, uel uerſutiam ut ſophiſtæ, & omnino præſtigiatores profitebantur: ipſe

B ſignificatum huius nominis ad eos tranſtulit, qui quomodocunque bona quę in ſe habent, vltra quàm verum ſit, extollat. qui vero ſibi detrahunt; minuſque quàm habent, verbis præ ſe ferunt, malos etiam ipſos eſſe dicit, diſsimulatoreſque appellat: quippe cum omne mentiendi ſtudium prauitati coniunctum ſit. nonnulli tamen ſunt, qui diſsimulationem quam εἰρωνείαν dicit, non eſſe uitium putent diſsimulatorem fuiſſe Socratem aſſerentes. ſed fortaſſe minimè fuit diſsimulator Socrates, id quod argumento etiã eo conſtare poteſt, quòd à nullo ex amicis, ſed à quibuſdam alijs ingenium eius ignorantibus vt Thraſymacho, & Menone, hoc diſsimulatoris. i. εἴρωνος nomine fuerit appellatus. dicebat enim, vt par erat, ſe nihil eſſe, nihilq; ſcire, dum humanam ſapientiam diuinæ cõpararet: id quod

C in Platonis defenſione etiam cõtinetur. vel fortaſſe ita modeſte de ſe loquebatur, non mentiẽdi ſtudio, ſed euitandæ inuidiæ cauſa: quod cum ſit diſsimulationi minime vt detur aſcribendum. poſſumus quoque ita dicere, ut duos diſsimulationis modos ſtatuamus: vituperabilẽ alterum, cum mendacium affectamus, alterum elegantię ac modeſtiæ ſimilem, cum ne inuidioſa de nobis loquamur, noſtra imminuere conſueuimus.

Circa iucundum vero, ſi eſt in ioco mediocris facetus, & diſpoſitio ipſa facetudo, eius exceſſus ſcurrilitas, & qui ea eſt præditus, ſcurra: qui autem deficit, ruſticus quidam, & ruſticitas ipſa habitus dicitur. ſi eſt in cæteris vitæ commercijs, qui ſicut debet iucundus eſt, amicus, & mediocritas amicitia qui excedit, ſi nullius rei cauſa, obſequioſus, ſi ob vtilitatem

D *aliquam ſuam id facit, adulator: at qui deficit, in omnibuſque animo unde ſe gerit, litigioſus quidam & moroſus appellatur.*

Ex reliquis duabus mediocritatibus quæ circa iucundũ verſantur, altera in ioco eſt: quippe cum iocetur etiã probus vir, ſed mediocriter tamen, atque ita vt ſecum verſantes oblectet, neminem offendat: vocaturq; huiuſcemodi uirtus facetudo, & qui ea eſt præditus, facetus. cuius exceſſus ſcurrilitas eſt, cum quis ſupra modum ridiculis ac iocis neque ut debet, neque apud quos debet, utitur, ſed modo riſum moueat, omnes præſcriptos terminos tranſgredi minime veretur. defectum vero in hoc ruſticitatem vocat, cum quis omnem prorſus iocum fugit, ac reijcit. Altera mediocritas in reliqua iucunditate vitæ conſiſtit, appellaturq; amicitia, cum amicus ſuauiter ac iucunde pro loco

E ac tempore amici conſuetudine vtitur: in qua cum aliquis ſupra modum amicitiam ſimulat, vultque & ſemper & in omnibus iucunde ſe gerere, ſi nullum emolumentum inde ſperat, obſequioſitas ipſe habitus, quicunque eum habet obſequioſus: ſi lucri cauſa id facit, adulatio, & ipſe adulator nuncupatur. Qui vero per defectum peccat, litigioſus dicitur & moroſus.

Sunt quoque in affectibus, & in ijs quæ circa affectus sũt, mediocritates quædam. verecundia enim virtus quidem non eſt, ſed laudatur tamen, ſimili modo verecundus. nam & in his alius mediocris dicitur, alius excedens, alius deficiens. atque excedens quidem quaſi pauidus qui in omnibus verecundatur: deficiens qui nihil omnino veretur, impudens, mediocris verecundus appellatur.

Quæ-

Querendum videtur quo modo cum ſuperius dixerit quantum ad affectus attinet, neque laudari quempiam neque vituperari; nunc eſſe affectus quoſdam inquiat, qui laude & uituperatione digni ſint. Sed verecũdiam & indignationem earumque exceſſus & defectus non abſolute affectus, ſed diſpoſitiones quaſdam rectas uel prauas circa affectus ſolos conſiſtentes ita appellat, ut laudabiles quidẽ ſint, non tamẽ uirtutes. virtus ſiquidem non circa affectus ſolos, ſed circa actiones quoque verſatur. vt fortitudo circa timores & fiducias conſiſtens, qui affectus ſunt, in certando tamen & agendo conſpicitur. hæ vero mediocritates de quibus nunc agit, in ipſis tantum affectibus & non in actionibus exiſtunt. ut uerecundia & uerecundus mediocris: pauidus vero qui in omnibus verecundatur, hac affectione exuperans, qui in uerecundando deficit, impudẽs. B

Indignatio quoque inuidiæ mediocritas eſt & maleuolentia, qui quidem habitus circa illam ægritudinem & voluptatem verſantur, quæ ſuſcipitur ex ijs quæ alijs contingunt. indignabundus enim dolore afficitur, cum aliquos proſpero fortuna indigne vti videt. inuidus vero hunc excedens ex omnibus dolorem percipit. at maleuolus tantum à dolendo deficit, vt etiam gaudeat.

Indignatio quoque affectuoſa mediocritas ægritudo quædam eſt ex indigna improborum proſperitate ſuſcepta: exceſſus cuius eſt inuidia, quippe cum inuidus ex omnibus aliorum proſperitatibus ſiue digne ſiue indigne cõtingãt, dolore afficiatur. in defectu autem maleuolum ſtatuit, quem ἐπιχαιρέκακον vocat, ideſt lætantem ob mala eo C

A quòd tantum abeſt à dolendo ob aliorum calamitates, vt etiam gaudeat. Sed enim dubitaret quiſpiam, quo pacto indignatio inuidiæ & maleuolentiæ eſſe mediocritas poſſit. ad eundem enim uidetur pertinere, ut & ob bonorum proſperam fortunam doleat, & ob eorundem aduerſam lętetur, id quod etiam ipſe Ariſtoteles in rhetoricis oſtendit. qui enim dolorem ex bonorum proſpero ſucceſſu ſuſcipit, is proculdubio etiam ex bonorum infortunijs lætabitur. quod ſi ita eſt, inuidia & maleuolentia (ad eundem enim pertinebunt) nullo modo inter ſe ut exceſſus & defectus diſtabunt. ſi uero hæ non diſtent, neque indignatio eſſe earum mediocritas poterit. adde quòd neque in defectu eſſe ipſius maleuoli diſpoſitio videtur, ſed in exceſſu. nam ſi mediocris ob proſperam fortunam eorum tãtum B dolet, qui indigne boni aliquid conſequuntur, & exuperãs ob proſperam fortunam cuiuſcunque nullo habito delectu dolet: qui deficit, proculdubio is eſſe debet, qui ex nullius proſpera fortuna etiam ſi indignus ſit, dolorem ullũ concipit. Quocirca conſiderandum illud eſt, an excogitanda altera quædam mediocritas ſit, quæ indignationi correſpondens circa uoluptatem uerſetur, eiuſque hominis ſit, qui ob aduerſa gaudeat, quæ merito improbi patiuntur, cuius nomen tamen non inueniatur, circa quam maleuolus. i. ἐπιχαιρέκακος quaſi lætabundum ob mala dixeris, excedat, quippe qui male omnibus uelit ut non tam malorum, quàm bonorum etiam calamitatibus oblectetur, qui uero deficit, etiam ipſe nomine careat, ſitque ille qui C ex nullius infelicitate lætetur, etiam ſi digne aliquibus contigerit, hoc modo.

DEFECTVS	MEDIOCRITAS	EXCESSVS
	Circa Dolorem qui ex alienis commodis percipitur,	
Innominata	Indignatio	Inuidia
Non dolet ob commoda alicuius	Dolet ob commoda tantum indigne euenientia.	Dolet ob commoda omnium.
	Circa Voluptatem quę ex alienis incommodis percipitur,	
Innominata	Innominata	Maleuolentia
Non gaudet ob incommoda alicuius.	Gaudet ob incommoda digne euenientia.	Gaudet ob incommoda cuiuslibet.

poteſt tamen etiam maleuolus perinde atque inuidus indignabundo eſſe oppoſitus, quippe qui quibuslibet malis lætetur, in gaudendoque excedat. nam etiam ipſe Ariſtoteles in hunc modum videtur & inuidiæ & maleuolentiæ mentionem feciſſe, cum inuidum dicat ob cuiuslibet proſperam fortunam dolere, maleuolum ob cuiuslibet aduerſam lętari, neque ſupra modum dolere & immoderate lætari eiuſdem eſſe videatur.

Ac de his quidem alius erit diſſerendi locus. de iuſtitia quoque quia non ſimpliciter dicitur, poſtea diſtinguemus. ac vtraque quomodo mediocritates ſint, explicabimus. de virtutibus item rationalibus ſimili modo.

Quia iuſtitia circa communium diſtributionem eſt habitus & æqualitatis pro dignitate vniuſcuiuſque diſtributiuus, & inæqualitatis quæ in commercijs ab exuperatione iniquitateque proueniunt, emendatiuus, & propterea E longiore indigebat oratione, de ea quo modo mediocritas ſit, in ſequentibus ſe dicturum pollicetur.

De virtutum ac vitiorum mutua oppoſitione.
Cap. VIII.

CVM tres autem diſpoſitiones ſint, duo ſcilicet vitia, per exceſſum vnum, alterum per defectum, & virtus vna quę mediocritas eſt: omnes omnibus quodam modo opponuntur. extrema enim & media, & inter ſe contraria ſunt, media vero extremis. nam quemadmodum æquale ſi minori comparetur, maius, ſi maiori, minus euadit: ita quoque medij habitus tam in affectibus quàm in actionibus, ſi ad defectus ſpectemus, excedunt: ſi ad exceſſus, deficiunt. fortis enim reſpectu ignaui audax: reſpectu audacis contrà ignauus videtur. ſimili modo etiam temperans, ſi ad ſtupidũ referatur, intemperans, ſi ad intemperantem, ſtupidus: item

libera-

liberal s ad auarum comparatus, prodigus, ad prodigum vero auarus, vnde efficitur, vt extremi medium ad alterũ vterque expellant, & fortem quidem timidus audacem, audax timidum vocet. atque in alijs ſimili modo.

Bene inquit quodammodo, & non ſimpliciter, ſi enim ſimpliciter opponerentur, unum uni contrarium non eſſet. Quodam modo igitur omnes hi habitus omnibus, & non ſimpliciter opponuntur. nam quatenus ſunt contraria, plurimum inter ſe diſtant, & ijs, quæ plurimum inter ſe diſtant, extremum occurrere conſueuimus. nam cum ab vno extremo ad alterum per actiones, affectuſque pertranſimus, primo in medium, poſtremo in alterum extremum deuenimus, Iccirco exceſſus defectui hac ratione cõtrarium eſt, medium vero vt æquale quoddam intercedit, opponiturque extremis non eo quòd plurimum ab ipſis remotum ſit, proximum enim eſt, vt etiam ipſe inquit, extremiſque ſimilius quàm alterum extremum alteri, ſed in eo oppoſitio eius eſt, quod medium moderatum extrema immoderata, medium definitum, extrema indefinita ſũt: quippe cum medium definitum ſemper ac moderatum quantum ad nos attinet, ſcilicet, non quantum ad rem, eligat, extrema autem immoderatum atque indefinitum. vnde extrema medio, tanquam immoderationes opponuntur. facilius ſiquidem eſt ab exceſſu ad defectum, & econtrario à defectu ad exceſſum, quàm ab alterutro horum ad medium pertranſire, in eo enim, quòd immoderationes ſunt, ſicut communicationem inter ſeſe habẽt, ita medio repugnant, atque aduerſantur, id quod conſtare inde põt, quòd ignauus facilius audacter quid aget, quàm fortiter. Atque ita fit, vt ex moderatione & immoderatione extremorum cum medio, medijq; cum extremis repugnãtia ſit, ex defectu vero & exceſſu extrema ipſa inter ſeſe opponantur, atque iccirco omnes omnibus quodammodo & non ſimpliciter aduerſentur.

Cum hæc igitur ita inter ſeſe oppoſita ſint, extremis maior inter ſe quàm cum medio contrarietas eſt, quippe cum longius à ſe mutuo quàm à medio diſtent.

Dubitandum videtur, an recte dictum ſit, maiorem extremi inter ſe quàm cum medio eſſe contrarietatem: nam ſi quis ita leuiter conſideret, virtutem vitio maxime oppoſitam eſſe arbitraretur, ſi tamen exceſſum & defectũ qui in uitijs ſunt, diligenter perpendamus, facile maiorẽ uitiorum inter ſe quam cum uirtute diſtantiam eſſe inueniemus. ob exceſſum enim & defectum extremorum, prodigus auarum, & item auarus prodigum magis ſibi cõtrarium putat, quàm liberalem, quippe cum liberalis remiſſior utriſque eſſe uideatur. ad hoc uero confirmandum tribus argumentis utitur Ariſtoteles, cõparatione, cũ inquit:

Quemadmodum magnum à paruo & paruum à magno abeſt longius, quàm alterutrum ab eo quod æquale eſt;

Sicut magnum à paruo magis diſtat, quàm vtraque ipſa ab æquali, ita quoque exceſſus à defectu quàm à mediocritate longius abeſt: a ſimili, cum ſubiungit:

Adde quòd nonnullis extremis cum medio eſſe ſimilitudo quædam videtur, aut audaciæ cum fortitudine, & prodigalitati cum liberalitate, at extremis inter ſeſe maxima eſt diſſimilitudo.

Quippe cum medium magis ſimile extremis ſit, quàm ipſa inter ſeſe extrema. ab ipſa poſtremo contrariorum definitione, cum ait:

Quæ vero maxime à ſe mutuo diſtant, contraria eſſe definiuntur: quare fit, vt magis contraria ea ſint, quę magis diſtant. Iam vero medio in nonnullis defectus, in nonnullis exceſſus magis opponitur, exempli gratia, fortitudini nequaquam audacia quæ eſt exceſſus, ſed ignauia quę eſt defectus, magis aduerſatur, temperantiæ item non ſtupiditas quæ deficit, ſed quæ excedit, intemperantia magis oppoſita eſt. Id vero duabus de cauſis euenit, vna eſt ex ipſa re: nam quia propius eſt & ſimilius medio alterum extremum: iccirco non id, ſed contrarium magis opponimus, vt quoniam ſimilior eſſe fortitudini propiorque audacia videtur, ignauia vero diſſimilior: ignauiam fortitudini magis opponimus. quippe cum ea quę magis à medio diſtant, magis contraria eſſe videantur. atque hæc vna ex re ipſa cauſa eſt.

Cum contraria eſſe ea definiantur, quæ quàm longiſſime à ſe mutuo abſunt, exceſſuſque & defectus à ſe quàm longiſſime diſtare perſpiciantur, facile fit, ut extrema in quibus exceſſus & defectus ineſt, magis contraria inter ſe ſe eſſe confiteamur.

Altera eſt ex nobis ipſis. ad quæ enim nos natura quodãmodo magis ſumus affecti, ea medio magis eſſe contraria videntur, verbi cauſa, ad voluptates natura magis ſumus affecti, iccirco ad intemperantiam ſumus, quàm ad modeſtiam procliuiores. hæc igitur magis contraria eſſe dicimus, ad quę maius incrementum in nobis fit: ac propterea intemperantia quæ eſt exceſſus, temperantiæ magis contraria eſt.

Bene dictum eſt, ea magis contraria etiam uirtuti eſſe ad quæ nos ſumus procliuiores. nam quæ nobis, eadem & uirtuti magis aduerſantur. aduerſantur autem nobis ea ad quæ animo ſumus procliuiores, ſicut etiam corpori magis contrarij ſunt morbi, ad quos ſcilicet procliue corpus eſt.

De præceptis quæ ad ipſum medium ducunt. Cap. IX.

VIrtutem igitur moralem mediocritatem eſſe, atque id quo modo: mediocritatemque eſſe duorum vitiorum, quorum alterum per exceſſum, alterum per defectum ſit: necnon eiuſmodi eam eſſe propterea quòd medij cõiectrix eſt, quod in affectibus actionibuſque exiſtit, ſatis dictum eſt. iccirco probum eſſe etiam difficile eſt: quippe cum in vnaquaque re medium inuenire ſit difficile. vt circuli medium deprehendere non cuiuslibet, ſed ſcientis ſolummodo eſt, ſic quoque & iraſci, & dare pecuniam, & ſumptus facere cuiuslibet eſt, & facile: at cui, & quantum, & quando, & cuius cauſa, & quomodo oporteat eadem hæc facere, non cuiuslibet, neque facile eſt, ſiquidem recte facere, & rarum eſt, & laudabile, quemadmodum etiam honeſtum.

Quàm difficile ſit medium inuenire exemplo docet, mediumque ipſum quod in re conſtitutum eſt, ſumit. circuli enim medium deprehendere non cuiuslibet eſſe inquit, ſed periti & ſcientis, vt oſtendat ſane, ſi in ijs mediũ inuenire difficile eſt, in quibus vnum & idem medium ſemper apud omnes permanet, idem in agendis rebus inuenire longe eſſe difficilius, in quibus nullum certum medium, ſed prout unicuique conuenit, diuerſum ac varium eſt. Vnde etiam cum inquit, virtutem moralem eſſe mediocritatem atque id quo modo, idem hoc videtur ſignificare. quo modo enim mediocritas hęc intelligenda ſit, oſtendit, non in re ſcilicet, ſed quantum ad actionem noſtram ſpectat.

Quocirca oportet eum, qui medium coniectare vult, primum à magis contrario recedere, quemadmodum etiam Calypſo ita monebat, Sic procul a fummo, atque vndis cohibere carinam Sis memor. ex extremis enim alterum magis, alterum minus peccabile eſt. Quoniam igitur medium aſſequi ita exquiſite difficile eſt: ſecunda, vt inquiunt, nauigatione minima ex malis ſumenda ſunt. Id autem erit eo maxime modo, quo diximus. Spectandum vero eſt, ad quæ nos procliuiores ſimus: quippe cum alij ad alia natura propenſi ſint, id quod ex voluptate & dolore qui nobis euenit, facile perſpiciemus, atque in contrarium nos ipſos abſtrahendum, nam ſi procul à peccando nos ipſos remouerimus, ad medium deueniemus. id quod qui ligna diſtorta dirigunt, facere conſueuerunt.

His

His verbis Ariſtoteles oſtendit oportere, vt vnuſquiſq; ſe ipſum in moribus aſſueſaciat. nam educatio atque inſtitutio ab infantia eſſe penes alios videtur. Poſſumus uero etiam adulti nos ipſos aſſueſacere, præſertim cum ſciamus virtutis habitus non poſſe ſine huiuſcemodi aſſuetudinib. vllo modo comparari. aſſuetudines autem voluntariæ ſūt, & in noſtra poteſtate conſtitutæ, eſtque hæc exercitatio voluntaria quædam aſſuetudo, è nobiſque ipſis proueniēs. Vnde efficitur, vt is quoque qui ab infantia bene fuerit aſſuetus, à libera voluntate minime excludatur, vt voluntate nō neceſsitate uirtutem conſequutus eſſe videatur. Carmina vero hæc quibus Vlyſſes monetur, vt à fumo & vnda nauim arceat, Circe apud Homerum inquit, non Calypſo. fumo & vnde hic Ariſtoteles extremum id comparat, quod fugiendum eſt, quod etiam magis peccabile appellat, quod medio magis eſt contrarium, nullamque cū eo habet cognationem. nam minus peccabile eſt quod medio ſimile aliquantulum eſt, in quo minus peccamus. cui ſcilicet, dum aſſueſcimus, ab altero recedentes primū debemus accedere.

In omnibus autem à iucunditate & voluptate maxime cauendum eſt non.n. de ipſa incorrupti iudicamus. Quod ergo Troianorum proceres erga Helenam fecerunt, id nobis quoque erga voluptatem faciendum eſt: in omnibuſque voce illorum erga ipſam vtendum. ſi enim ita à nobis ipſum dimiſerimus, minus peccabimus. Hæc igitur facientes, vt ſummatim dicam, maxime medium aſſequi poterimus.

Voluptas autem in omnibus maxime vitanda eſt, erga quā ita nos gerere debemus, ut Troianorum proceres erga Helenam, qui eius conſpecta pulchritudine apud Homerum ita dicunt:

Quin fortes pro tam formoſa coniuge Achiui,
Dardanidæq; ſimul tanto diſcrimine rerum
Bella gerant: tantoq; diuperferre labores
Nil veriti, tam longa ſuorum funera cernant:
Nec mirum cuiquam, nec ſuccenſere decorum eſt.
Nanque hæc cœlicolas præſtanti corpore diuas
Atque oculis, atque ore refert. ſed ſic tamen ipſa
A nobis procul hinc, quamuis ſit pulchra, recedat:
Ne præſens nobis, noſtriſve neputibus obſit.

Hoc exemplo monet Ariſtoteles voluptatem eſſe fugiendam, non eo quod deformem ac turpem eam eſſe cognoſcamus, quæ enim turpitudini gratia ineſſe poteſt, quę prima ſtatim fronte odio ſui deterrere omnes conſueuit: ſed ob ſuauitatem ac pulchritudinem declinandam eſſe, ac repudiandam: ne iucunditate eius perinde atque Helenæ formoſa ſpecie illecti, atque attoniti decipiamur: breuique ac momentanea fruitione in longam aliquam miſeriam incidamus.

Quanquam id fortaſſe difficile admodum eſt, & præcipue in particularibus ac ſingulis. non enim facile definire poſſumus quo modo, & quibus, & ob quæ, & quatenus iraſcendum ſit, nos nanque interdum eos qui deficiunt, laudamus, & manſuetos vocamus, interdum qui exaſperantur, ipſos, ſ. qui ſunt, viriles appellamus. qui vero parum à recte agendo ſiue ad maius, ſiue ad minus declinat, non vituperatur, ſed qui multum excedit: is enim minime latet. quouſque autem & quatenus reprehendendus aliquis ſit, definiri ratione non facile pōt.

A Poſteaquàm omnia hæc dixit Ariſtoteles: poſtremo id quod ſemper aliàs ſolet etiam nunc ſubiungit: non poſſe inquiens, hac de re exacte quippiam definiri, nihil enim ſtatui à ſenſibilibus diuerſum poteſt. vnde id genus quoque argumentationum emanauit, quas aceruales ab aceruo, id eſt σωρείτας Græci vocant. ſi quis enim quouſque diues ſit exiſtimandus aliquis, præſiniat, vt videlicet decem

B talenta poſſideat, interrogabitur, quid? ſi drachma vna è ſumma ea detrahatur: quid ſi duæ, quid ſi tres, quid ſi quatuor? eritnè etiam diues? erit, inquiet. quid ſi quinq;, quid ſi ſex? atque ita gradatim progredi poterimus, quoad nihil è decem talentis penitus diuiti ei relinquamus. Ita de caluo & aceruo capiloſa hac interrogatione vti conſueuerunt, vt calua interrogatiuncula quoque ipſa, non ſecus atque acerualis nominetur. caluus, inquiunt, vnius ne capilli defluxu caluus efficitur? minime; nunquid duorum? nunquid trium? & ſic deinceps. ſimili modo de aceruo, exempli cauſa tritici. ſi penes vnum tritici granum aceruus neque eſt, neque dicitur: vnum id toties minutatim vel adde-

C tur, vel demetur, quoad vel aceruus ſine vllo grano, vel innumerabilia grana ſine aceruo cōſtituantur. Sed in huiuſcemodi interrogationibus ſicut nihil concedendum: ita præmonendus quoque aduerſarius eſt: eam eſſe rerum naturam de quibus eſt interrogaturus, vt nihil certum admittere ac præfinitum queat: non enim quot granorum aggregatione aceruus conſtruitur, ratio vlla ſtatuere poteſt. id quod etiam in agendis rebus vſu venit: ſicut enim in his uituperatur, non qui parum, ſed qui multum fines mediocritatis egreditur, ita illic nō parua additio, ſed magna aceruum efficit, licet quatenus vel parua, vel magna ſit exiſtimanda, nulla certa ratio præfinire poſsit.

D *Non enim ſtatui diuerſum quippiam a ſenſibilibus debet. talia vero in particularibus conſtituta ſunt. & in ſenſu iudicium eſt.*

Senſilium enim non in ratione, ſed in ſenſu iudicium eſt. actiones enim in quibus medium quæritur, particulares res ſunt, & inter ſenſilia, quorum ſenſus, non ratio ſibi iudicium vendicat. quanquam ſenſus hic pro perceptione actionum & affectuum, atque experientia ſumitur.

Hoc itaque tantum id declarat, medium habitum in omnibus eſſe laudabilem: oportereque modo ad exceſſum, modo ad defectum declinare: ita enim facillime fiet, vt medium, rectūque ipſum aſſequamur.

E Declinandum eſſe, inquit, in eadem ſcilicet actione, eodemque affectu ab extremo altero ad alterum: vt in quibus exceſſus medio magis contrarius eſt, ad defectum, in quibus defectus, ad exceſſum deflectere animum noſtrum ſtudeamus.

Finis Secundi Libri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER TERTIVS,

CVM EVSTRATII NICAENI EPISCOPI *explanatione, quæ etiam ipſa in incertum auctorem à nonnullis refertur.*

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

De ſpontaneo, & inuito. Cap. I.

CVM virtus circa affectus actionesque verſetur, cumque in ſpontaneis laudes & vituperationes, in inuitis venia, interdum etiam miſericordia exiſtat: neceſſarium fortaſſe eſt ijs qui de virtute conſiderant, ſpontaneum, & inuitum definire: id quod etiam ijs qui leges ſanciunt, ad pręmia, pœnaſque aſtituendas minime inutile eſt.

Proponit in hoc Tertio libro Ariſtoteles de ſpontaneo & inuito diſſerere. nam cùm virtus in affectibus & actionibus conſiſtat, in quibus ſpontaneum, ſi recte fiat, laudatur, inuitum veniam, & miſericordiam interdum conſequitur: neceſſe eſt, ut ij qui de uirtute pertractant, de ſpontaneo & inuito quoque definiant. addidit autem fortaſſe, non vt dubiam neceſsitatem intelligamus, neceſſarium.n. prorſus ſine ulla dubitatione hoc eſt, ſed vt ordinem ſolummodo dubium ſignificet, hoc modo: cum plura alia de virtutibus dicere neceſſe ſit, prius fortaſſe hoc pertractare neceſſarium eſt: prius, enim eſſe ſubaudiendum videtur. non enim ſicut de his definire neceſſarium eſt, ita ordo quoque hic eſt neceſſarius exiſtimandus. poſſumus etiam dicere non eſſe legendum fortaſſe, ſed ęqualiter: vt ſimili modo vt reliqua hæc quoque eſſe neceſſaria dicat. nam ἴσως Græcis, quo verbo hic vtitur Ariſtoteles, ſignificare tam fortaſſe quàm ęqualiter poteſt: æqualiter vero pro ſimiliter interdum ſumitur, vt apud Homerum quoque, vbi de Aiacibus loquitur: Inquit enim,

At veluti gemini coniuncti ad aratra iuuenci
Incedunt animis æqualibus. id eſt ſimilibus.

Quærendum præterea eſt, quomodo ſpontaneum in affectibus inueniri queat. nam in actionibus & ſpontaneum, & inuitum manifeſte apparet: at affectus inuiti eſſe tantù uidentur. ſed licet abſolute atq; ex natura ſua inuiti ſint: eatenus tamen dici ſpontanei poſſunt, quatenus homo ſponte ita ſe præparare aſſuetudine ac ſtudio valet, vt eos cohibeat, ac moderetur. adde quòd ea quæ ex ira vel aliquo alio affectu quiſpiam agit, modo ſciens faciat, ſpontanea eſſe dicuntur. nihil tamen obſtat, quo minus ſpontaneum & inuitum non ad affectus, ſed ad actiones ſolas referamus. Neceſſaria quoque eſt ciuili ac legum latori hæc, de ſpontaneo & inuito conſideratio: quippe cum, minime parua ea legum latricis pars ſit, quæ ad præmia, ac pœnas ſpectat: immo tota in his ciuitatum inſtitutio verſetur. nam ſcire quos oporteat punire, quibus ignoſcere, quibus item pręmia concedenda, quibus neganda ſint, nõ eſt niſi eius qui ſpontanei & inuiti peritia optime calleat. ciuili igitur & legum latori neceſſaria omnino hæc cognitio eſt.

A *Videntur vero inuita ea eſſe quæ aut vi, aut ignoratione efficiuntur.*

Hæc non videtur eſſe proprie definitio, ſed potius ſpecierum explicatio quædam: minime enim ſunt definitiones illæ quæ diuiſionibus conſtituuntur: vt, ſi dicamus, id eſſe ens quod vel agere poteſt, vel pati, hoc enim modo & æquiuoca admitterent definitionem. vt clauis quæ & ianuarum inſtrumentum, & partem corporis animalium, ideſt iugulum ſignificat, poſſet ita definiri: clauis, eſt quę vel fores aperit, uel collo innexa eſt. quibus tamen definitionibus vti interdum oportet, quando cõmunem ſpecierum rationem inuenire non facile valemus: ſicut hic in ijs B quæ uiolenter, aut ignorantia efficiuntur. commune enim his vtriſque inuitum eſt, videturque vniuoce de ipſis denũcupari. fieri tamen non poteſt, vt, id quod in ſpõtaneo eſt, ſicut paulo inferius patebit, in inuito quoque communẽ vnam rationem inueniamus. nam ſicut in amore & odio euenit, ut alterum, ideſt amare & ad corpus & ad animum relatum dupliciter dicatur, alterum, ideſt odiſſe abſolute ac ſimpliciter, ſic & in his quoque ſpontaneo ſcilicet & inuito contingit. ſemper enim aliàs eſt neceſſe vt ſi alterum ex contrarijs multipliciter dicitur, alterum quoque dicatur, vt in topicis habetur: niſi cum alterum ex contrarijs non habet quod ad vnumquodq; alterius ſubiectum poſ- C ſit opponere. ſpontanei autem natura vtraſq; inuiti partes tollit, ac deſtruit.

Id autem eſt violentum cuius principium extrinſecus eiuſmodi eſt, vt ei neque qui agit, neque qui patitur, quippiam conferat, quemadmodum ſi ventus aliquò, aut homines qui poteſtatem habeant, nos detulerint.

Cum dixerit inuitum eſſe quod vel vi vel ignoratione fit: prius quid ſit uiolentum definit, violentum id eſſe dicens cuius principium extrinſecus eiuſmodi eſt, vt ad id neque agens neque patiens quicquam conferat. nonnullis D extrema hęc definitionis pars ſuperuacanea uidetur: ſatis abſolutam fuiſſe definitionem inquiunt, ſi ita dixiſſet, violentum eſt cuius principium extrinſecus eſt: quippe cum in nobis quoque ſint principia eorum quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt. nam ſi me volentem, ac iubentem comprehendat aliquis, ac ſublatum ferat, huiuſce rei in me quoq; principium eſt. cum vero extrinſecus eſt principium, & me uiolenter comprehenſum aliquis tollit, id demum inuitum eſt, ac uiolentum. non ſine ratione tamen etiam reliqua definitioni fuerunt adiuncta, de ijs enim qui maio- E rum malorum timore inducti tyrannis, ac dominis turpia quędam miniſteria pręſtare non recuſant, dubitatio, quædam oboritur, de quibus paulo inferius conſiderat: ſpontaneaque eſſe huiuſcemodi, omnia magis quàm uiolenta iudicantur: plane enim uiolentum id eſt, cum & extrinſecus principium eſt, & nihil neque qui agit, neque qui patitur ad id confert. ſed ſunt etiam qui male hanc pu-

tur ad id confert. ſed ſunt etiam qui male hanc particulã, qui agit additam fuiſſe opinentur: nam ſi violentum aliquid eueniat, neque ad id quiſpiam conferat: is cui id euenerit, pati, non agere omnino dicetur: ſi, vt inquit, aut ventus aliquò, aut homines qui poteſtatem habeant, aliquem detulerint: deferri ſi quidem & uerberari pati eſt, nõ autem facere. at vero agere etiam violenter aliquis poteſt: ſi ab alio videlicet impulſus alium ipſe protrudat, ac ſternat inuitus. inuitus enim aget ac violenter, nihilque ad id conferet. Cum vero de inanimatis quoque violentum dicatur, nam & igni deorſum, & terræ ſurſum ferri uiolentum eſt: vniuocane, an æquiuoca ſit hæc appellatio conſiderandum videtur. nam violentia eſt in inanimatis, cùm præter naturam vel mouentur, vel ſtant: in animatis, nulla eſt præter naturam ipſorum motio, aut ſtatio, ſed inuita ac coacta, quippe cum animali in ingreſſu quoque inferri poſſit violentia, qui ei præter naturam minimè eſt. ſed nihil tamen obſtat, quin uiolentum omne uniuocum ſit. vna.n. & eadem definitio vtriſque conuenit tam ei quod in animatis, quàm quod in inanimatis conſideratur. cum enim violentum ſit cuius principium extrinſecus eſt, cui nihil vel agens conferi, vel patiens: principium extrinſecus etiã illis eſt, quæ ſecundum naturam mouentur, vimque nullam patiuntur, neque enim deorſum moueretur lapis, niſi principium motionis ab alio extrinſecus eſſet. conſequutus. reliqua vero definitionis pars, inanimatis quoque quę violenter mouentur, conuenit: quippe cum nihil lapidis natura ſurſum proijcienti conferat, ſicut deorſum. Ac de his hactenus.

Quęcunque autem vel timore maiorum malorum, vel ob honeſtum aliquod aguntur: vt ſi tyrannus aliquibus quorum parentes ac liberos in poteſtate haberet, turpe aliquid agere iuberet, quibus id agentibus illi ſalui eſſent, qui non agerent perirent, vtrum ſpontanea ſint, an inuita controuerſum eſt.

Dubitat hic Ariſtoteles an quę maiorum malorum euitandorum cauſa, ab honeſtum aliquod aguntur, ſpontanea ſint exiſtimanda, nec ne. qui ſanè in eo rectè videtur dubitare, ſpontanea ne ea ſint, quæ timore maiorum malorum efficiuntur: cum vero quærit, an quæ ob honeſtum aliquod fiunt, ſponte an inuitus quiſpiam agat: in eo uero ridiculus, abſurduſque eſſe meritò uideri poteſt. nam quæ virtutis honeſtique alicuius cauſa aguntur, laudabilia ac ſpontanea eſſe nemini dubium eſt. Vnde fortaſſe ita eſt intelligendum, vt dubitare Ariſtoteles dicatur, non an ea quę ob honeſtum aliquid fiunt, ſpontanea ſint: ſed quæ maiorum malorum timore magis quàm honeſtatis cauſa aguntur. ſi enim aliquis metu alicuius mali honeſtatem poſtponeret, de eo ambigi merito poſſet, ſpontenè an inuitus egiſſet. verbi cauſa, ſi tyrannus turpe aliquid agere alicui imperaret, eique parentes ac filios interficere minaretur, & ſi ille id ageret, ſalui eſſent: ſin minus, morte mulctarentur, & ille pro ſuorum ſalute honeſtatem non vereretur poſtponere, ac turpia perpetrare. id quod tamen Socrates facere nunquam eſt paſſus, nam cum ei à triginta tyrannis fuiſſet mandatum, vt ciuem quendam Leonem nomine ad mortem duceret, quo ſcilicet conſiliorum eorum particeps eſſe videretur, illis tum ſua, tum liberorum & uxoris ſalute poſtpoſita obtemperare nunquam voluit, vt honeſtatem nimirum & iuſtitiam inuiolatam ſeruaret. Poſſumus etiam ita ob honeſtum aliquod interpretari, ut dicamus: ſicut nonnullæ actiones ſunt honeſtæ, quæ non honeſte tamen fiunt: ſic quoque nonnullas eſſe turpes, quæ minime turpiter fieri poſſint. mendacium ſi quidem turpe eſt, & tamen ſi utilitatis cauſa dicatur, turpe eſſe iam deſinit: item rem habere cum aliena uxore turpe cum ſit, efficitur non turpe, ſi interficiendi tyranni cauſa fiat. hoc enim turpe quod honeſtatis cauſa agitur, facere unuſquiſque inuitus uidetur: ut dubitari merito de eo poſſit ſpontaneum nè an inuitum cenſeatur. tertia declaratio uerborum Ariſtotelis his adiungi poterit, ſi quod græce καλὸν dicitur, bonum non honeſtum interpretemur, hoc modo: QVAECVNQVE autem uel timore maiorum malorum, uel ob bonum aliquod aguntur) ut ſit ſenſus: cum aliquis uel mortis aut ſuæ aut parentum timore, uel conſequendæ alicuius utilitatis ſpe turpiter aliquid agit, ſponte nè an inuitus agere uideatur.

Tale quid etiam in iacturis contingit, quę in tempeſtatibus fieri conſueuerunt: nemo enim ſponte a ſalute ſua abijcit, ſed ob ſalutem tum ſuam, tum aliorum omnes, modo mentis compotes ſint, facere id videntur. miſtæ igitur huiuſmodi actiones enim ſunt, ſpontaneis tamen magis ſunt ſimiles: quippe cum & tunc cum aguntur, electione conſiſtant, & finis earum in occaſione ſit. & ſpontaneum igitur & inuitum, quando id agit quiſque, dicendum eſt: agit autem ſponte: principium enim mouendi inſtrumentarias partes in huiuſcemodi actionibus in ipſo eſt: at quorum principium in ipſo eſt, ea agere vel non agere in ipſo quoque eſt ſitum: ſpontanea igitur huiuſcemodi ſunt: ſimpliciter vero inuita: quippe cum tale quippiam per ſe eligat nemo.

Similia, inquit, hæc ſunt iacturis, quæ in tempeſtatibus fieri conſueuerunt, ſponte enim ſimpliciter nemo bona ſua è naui eijcit, ſed ob ſalutem vel ſuam uel ſociorum interdum id facit. ut in turpibus ac malis his actionibus ſpontaneum, & inuitum ineſſe uideatur. quatenus enim principium extrinſecus habent, id eſt tyrannum, vel dominum, uel periculum, inuitæ: quatenus vero in nobis eſt facultas, vt quodlibet potius detrimentum patiamur, quàm turpe quippiam perpetremus, ſpontaneę exiſtimantur. ſpontaneis tamen magis eſſe eas ſimiles aſſerit: eo quòd & cum electione fiunt, & finis earum in occaſione qua aguntur, iudicari conſueuit. de nulla enim actione in uniuerſum definire poſſumus, ſed tunc cum agitur unumquodque, qua de cauſa & quomodo actum ſit, iudicamus. quæ enim ſponte agimus, ea eligimus, & ut eligenda uolumus: deinde iudicium ſubſequitur vel ob hoc, voluntarie, uel ob illud, inuoluntarie: ſi quidem finis hæc quoque appellari poſſunt, ſed tamen vt conſequentia, non ut ſcopus, & finis is cuius cauſa cætera omnia exiſtunt. ſponte autem tunc unuſquiſque agit, cum alterum alteri anteponit, & aliquatenus ad actionem ipſam confert. nam & principium partium corporis mouendarum, quæ inſtrumenta animæ ſunt, in agente eſt quando agit: non enim à uento pellitur, aut uinctus à lictoribus ducitur, ſed ipſe, exempli gratia, tyranno iubente ut ciuem aliquem interficiat, alioqui ipſe interficiatur, manu ſua ſponte ſublata hominem perimit. ſpontanea igitur eſſe hæc uidentur, quorum principium in agentibus ſitum eſt, ſed quia tamen ipſa per ſe eligeret nemo, abſolute ac ſimpliciter dici fortaſſe inuita debent.

Ob actiones autem huiuſcemodi interdum etiam laudantur homines, cum pro magnis & honeſtis rebus turpe aliquid, aut moleſtum ſuſtinuerint: ſi vero econtrario, vituperantur. nam turpiſſima ſuſtinere nullius honeſta, aut mediocris rei cauſa, malum eſt.

Hinc etiam eiuſmodi omnia eſſe ſpontanea manifeſtũ eſt. laudantur enim homines ſi potius ſubire moleſtias aliquas uolunt, quàm tyrannis turpiter obtemperare, atque eo magis ſi pro ſalute patrię id faciunt, ut Zopyrus Perſa, qui pro ſuorum ſalute ac uictoria aures & naſum ſibi detruncauit, & Vlyſſes, ut inquit Homerus,

Qui ſibi deturpans inhoneſto vulnere corpus
Veſtibus induitur laceris, pannoſaque collo
Pallia circundat, ſeruoque ſimillimus urbem
Hoſtilem eſt auſus, Troianaque tecta ſubire:
Atque inde ad ſocios multorum corpora ferro
Obuia proſternens longe prudentior exit.

Dolon

Dolon vero ectrannrio vituperatur, qui timore perterritus hoſtibus omnia ſuorum conſilia prodidit. cum vero, inquit, turpia quoque ſuſtinenda eſſe: ſciendum eſt, de illis eum intelligere, quę non multam in ſe turpitudinem habeant, ſi inde tamen magna aliqua bona euentura ſint: vt ſi tyrannus grauem aliquem virum ſtola muliebri indutum prodire in publicum iubeat, minatus ſi id non faciat, patriam ſe eius euerſurum, parẽteſq; ac liberos interſecturum: bonus vir pro patriæ parentumq; ac liberorum ſalute ſi prauam hanc turpitudinem ſubeat, laudabitur: item qui vel mentitur officij cauſa: vel cum vxore tyranni liberandę patrię cupiditate conſueſcit, vt ſuperius diximus. hæc enim omnia licet turpia ſint. quando tamen non turpiter aguntur, laudantur. qui vero contrà nullius vtilitatis cauſa turpiſſima ſuſtinent, vituperio digni habẽtur: turpia. n. agũt & turpiter. ſed ſi laus & vituperiũ quę in ſpontaneis tantùmodo locũ habent, hæc conſequuntur, quin ſpontanea appellari debeant, nemini dubium eſt.

Ob nonnulla vero laus quidem minime, ſed venia exhibetur: cum ea quæ non debet, agit quiſpiam ob eiuſmodi quæ & humanam naturam excedunt, & à nullo ſuſtinerentur. quędam autem fortaſſe ſunt, ad quæ perpetranda nemo cogi, cõpelli'ue poteſt: ſed potius extrema quæque pati, ac mori conuenit. etenim ridicula ea ſunt, quæ Euripideum Alcmęonem ad matrem interficiendam compulerunt.

Interdum fit vt quædam actiones neque vituperio, ſed venia dignæ habeantur: id quod inuita eſſe huiuſcemodi omnia facile declarat. in inuitis enim venia, vt inquit, & interdum miſericordia exiſtit. neque mirum id eſt: nam cum miſtæ actiones hæ ſint, in eis modo ſpontaneum dominatur, quod laus & vituperatio conſequitur: modo inuitum, cui venia exhibetur. Cum enim turpe aliquid agit quiſpiam ob ea quæ naturam humanã excedunt, id eſt cum vel exuritur, vel ſecatur, vel vehementi aliquo huiuſcemodi tormento plectitur, ac cruciatur: tum demum ei ignoſcendum eſt. Nonnulla vero adeo grauia atque immania peccata ſunt, vt nihil ad ea perpetranda cogere nos debeat. in paruis enim venia habere locum videtur: in magnis ac nefarijs minime: ſed bono viro omnia tormentorum genera, ac mors demum atrociſſima ſubeunda potius eſt, quàm tale quippiam agendum: vt, & Anaxarchus, qui cum malleis ferreis tunderetur, tunde tunde Anaxarchi follem, clamabat: & Zeno, qui linguam ſibi mordicus arreptam abſcidit, atq; expuit prius, quàm arcana ſibi credita enunciaret, ac proderet. Nam Alcmæonem apud Euripidem nulla eſſe tam grauis cauſa potuit, quæ ad matris cædem committendam induceret. apud eum enim ira inquit Alcmæon.

Nam tunc me ad illud incitauit maxime
Facinus, equeſtre vehiculum inſcendens pater,
Thebas tumultu cum petebat bellico & cætera, quibus tum mandata paterna commemorat, & execrationes, ſi id non feciſſet, tum matris accuſationes perſequitur. quorum tamen nihil habere eam vim debet, vt ad tam nefarium ſcelus ac deteſtabile committendum aliquem inducat.

Sed difficile interdum eſt, iudicare, quale pro quali eligendum, ac quid pro quo ſuſtinendum ſit: difficilius etiam in ijs quæ decreuerimus, perſiſtere. vt plurimum enim quæ expectantur moleſta, quę vero cogunt, turpia ſunt: vnde & laudes & vituperia ijs contingere conſueuerunt, qui vel fuerunt, vel non fuerunt coacti.

Cum veluti in lancis æquilibrio & paribus momentis vtraque videntur eſſe conſtituta, ſiue malum quippiam agamus, ſiue non agamus, tunc ſanè qualia pro qualibus eligenda ſint, videre magnæ prudentiæ eſt, vt Achilli, vtrum, vt inquit Homerus,

In patria maneat, longoſq; inglorius annos
A Exigat: an ſacræ pugnans ad mœnia Troię
Ipſe quidem pereat, ſed viuat fama perennis,

Non enim poſſumus de his ſicut de alijs quæ in actionem cadunt, in vniuerſum quippiam definire, ſed oportet, vt occaſionibus, euentibuſque obſeruatis ita demum iudicemus. difficilius item eſt in ijs quę decreuerimus, perſiſtere. interdum enim fit, vt aliquis aut eum ipſe ſuſtinere vel quamlibet grauia ac moleſta decreuerit, vbi tormenta perſentiſ è ſententia dimoueatur, aut cum necem filij potius videre, quàm iniuſte quippiam aut turpiter agere propoſuerit, filium ad ſupplicia trahi conſpexerit, non patiatur, ſed mutandam eſſe ſententiam iudicet. atque id euenit, propterea quòd quæ cogunt, turpia, moleſta vero ſunt, quæ expectantur, ſi turpia facere noluerimus. vnde laudem conſequuntur, qui moleſta potius ſubire, quàm
B turpia perpetrare eligunt, contrà vituperantur, qui metus moleſtarum rerum turpia non verentur ſuſtinere.

Qualia igitur eſſe violenta dicenda ſunt? an ſimpliciter cũ & cauſa extrinſecus fuerit, & qui agit, nihil contulerit? quæ vero licet per ſe inuita ſint, nunc tamen & pro his eligenda fuerint, principiumque in agente habuerint: ea per ſe inuita, nunc autem & pro his ſpontanea ſunt: immo ſunt ſpontaneis ſimilia: actiones enim circa particularia ſunt: hęc autem ſpontanea ſunt, quoniam igitur differentiæ multæ in particularibus exiſtunt: qualia pro qualibus eligenda ſint, definiri non facile poteſt.

Violenta abſolute ac proprie ea ſunt dicenda, quorum cauſa extrinſecus eſt, cui nihil confert qui agit. quæ au-
C tem miſta eſſe diximus, per ſe quidem inuita ſunt, quippe cum nemo ea mentis compos eligeret, tunc tamen quando aguntur, & pro his, periculis ſcilicet ac moleſtijs pro quibus euitandis aguntur, ſpontanea magis ſunt exiſtimanda, vt mercium iactura, cuius ſuperius mentionem fecit. per ſe enim perinde eſt, ac ſi vniuerſaliter dicamus. in agendis autem rebus vana omnis vniuerſalis ratio eſt, actiones enim in particularibus ſunt, in particularibus vero ſpontaneæ conſpiciuntur. Quare conficitur, vt in quibus maximam vim habent actiones, vt vel ſpontaneæ dicantur, vel inuitæ, in his conſtitutæ ſpontaneæ magiſquam inuitæ ſint. fortaſſe etiam hoc verbum ſimpliciter ita eſt accipiendum, vt non in vniuerſum ſignificet, ſed ex ſe, vt intelligamus ipſas ex ſeſe actiones ſine vlla vel loci vel
D temporis circunſtantia eſſe inuitas, cum vero ingruunt terrores, effici ſpontaneas, eo quod actiones in particularibus tunc ſpontaneę iudicantur, cum qui eas agit, volens ac ſponte agit.

Quod ſi quiſpiam & iucunda & moleſta eſſe violenta ſe circo dixerit, quod extrinſecus ſint & nos cogant: is efficiet, vt ea ratione omnia ſibi eſſe violenta vnuſquiſque putet: quippe cum horum cauſa omnia omnes agant. violenter & inuiti moleſte: ob iucundum vero cum voluptate. Sed ridiculum ſanè eſt in externa potius cauſam referre quàm in ſe ipſum, quod huiuſcemodi rebus facile capiatur: & honeſta ſibi, turpia iucundis aſcribere.

Deridendi vero illi ſunt, qui violenta ea eſſe dicunt,
E quæ tam à voluptate quam à moleſtia inductus quiſpiam agit, nam cum extrinſecus ſint iucunda & nos cogãt, definitionem violentorum ſubire inquiunt. ſed hæc ratio ſanè efficiet, vt omnia peccata violenta exiſtimentur, omnes enim exceptis bonis & probis viris id eſt omnes qui peccant, horum id eſt iucundarum & moleſtarum rerum cauſa, has fugientes, illas ſectantes peccant, neque par eſt vt voluptatem potius, quam nos ipſos accuſemus, qui ita facile illecebris voluptatum capiamur, quippe cum in nobis & agendi & non agendi ſuum principium ſit, id quod in temperantibus & continentibus videre optime licet. hac tamen ratione neque eos qui honeſte quippiam agunt ſponte agere diceremus, quippe cum etiam ipſi ab honeſtis cogantur. Verum ſi honeſta nobis

aſcribimus, nihil eſt cur turpia quoq; nobis aſcribere non debeamus.hoc ad Platonē videtur ſpectare, q bonos ſpōte malos inuitos eſſici dicebat.nā nos in cauſa ſumus,vt boni eſſiciamur, & virtus ſpōtaneum quoddam eſt : ſpontaneū quoq; vitiū ſit,neceſſe eſt:atque ita mali ſponte etiā eſficię mur.tam enim honeſta,quàm iucunda & turpia extrinſecus ſunt.neq; par eſt,vt ſi honeſta ſponte,turpia inuiti agamus.Quare ſi boni nō neceſſitate,ſed ſpōte,atq; electione euaſimus:perſpicuū eſt in noſtra quoq; poteſtate ſuiſſe, vt contraria eligeremus . mali igitur ſponte etiā eſficimur.

Videtur autem violentum id eſſe, cuius principiū extrinſecus eſt,nihilq; ad id cōfert ille qui cogitur.at quod ob ignorationē ſit,nō ſpontaneū quidem omne eſt: ſed inuitum id eſt, quod vel dolorem vel pœnitentiam affert . qui enim cum ex ignoratione quippiam egerit,factum minime ægre fert: is ſanè neq; ſponte egit , id quod ignorauit: neq; inuitus cum non doleat.ex ijs igitur qui ex ignoratione agunt,quem facti pęnitet,feciſſe inuitus videtur:quē non pęnitet,quia tamen diuerſus eſt non ſponte egiſſe dicitur.nam quia differt, melius eſt vt nomen quoque proprium habeat.

Eius quod ex ignoratione ſit ſpecies duas eſſe inquit,alteram cognominem cum ſupremo genere,id eſt inuitum cum aliquis ex ignoratione aliquid facit, quod non debet, deīde vbi reſciuerit,dolore ac pęnitētia afficitur:tūc enim inuitum ſanè eſt quod factum ſuit. at vero ſi vbi cognouerit,neque pœnitentia vlla,neq; dolor,immo lætitia potius interdū ſubſequatur : minime inuitum id dicendum eſt : quippe cum ab eo ſponte factum eſſe videtur,licet ignorauerit.quia tamen ignorauit , aliud nomē imponēdum ipſi eſt,nec inuitum appellandum, ſed potius non ſpontaneū: vt in hoc ſola ſpontanei negacio ſufficiat . Quoniam vero diuiſio hæc ob æquiuocationes quæ inſunt , ſatis videtur obſcura , clarius explicanda eſt.ea in hunc modū ſe habet inuitum genus ſupremū eſt,q idē quodammodo eſt cum non ſpontaneo,cuius duæ ſpecies ſunt,violentū,& ex ignoratione : hæc ex ignoratione rurſus in duas alias diſtribuitur,in inuitum & non ſpontaneum:quorum vtrunq; cum ſupremo genere ęquiuocum eſt : illud cū inuito; hoc cum non ſpontaneo.

Diuerſum quoq; eſt ex ignoratione,& ignorantem agere: qui enim vel ebrius eſt,vel iratus,non videtur ex ignoratione agere: ſed ob aliud quippiam ex ijs quæ dicta ſunt:quippe cum non ſciens ſed ignorans agat .

Diuerſum præterea eſſe , inquit, ex ignoratione agere, cum principium actionis & cauſa non ignorantia eſt, ſed aliquid aliud:verbi cauſa,ebrietas, aut ira. non enim ex ignoratione , ſed ignorans agere is dicendus eſt,qui ita agit. nam qui ex ignoratione agit , etiam ignorans agit : qui autem ignorans agit,non prorſus ex ignoratione . qui enim ob ebrietatem aliquid agit , merito non egiſſe ex ignoratione dicendus eſt: non ſolum quia agendi cauſam habet ebrietatem,verum etiam propterea quod non ignorans in ebrietatem incidit : cum enim potuiſſet non tantum bibere vt inebriaretur , bibit . ſponte igitur inebriatus eſt : quare etiam ſponte egit, quæ in ebrietate committit, non ex ignoratione . Idem dicendum eſt de eo qui ira incitatus peccat:quippe cum in poteſtate ipſius ſimili modo fuerit, animum ſuum ita moderari , ne ab ira ad quippiam iniuſte perpetrandum exturbaretur.

Vnuſquiſq; igitur prauus quid agendū,à quibuſq; abſtinēdum ſit, ignorat:obque huiuſcemodi errorem iniuſti, & omnino mali homines efficiuntur . inuitus igitur dici debet,nō ſiquis ignorat id quod conducit : non enim ignoratio quæ in electione conſiſtit , inuiti eſt cauſa, ſed prauitatis: neque ea quæ eſt vniuerſalis : quippe cum ob eam homines vituperentur: ſed ea quæ circa particularia verſatur , in quibus & circa quæ actio exiſtit . in his enim & miſericordia &

A *venia locum habet. nam qui horum aliquid ignorat , is ſanè inuitus agit.*

Quod hic ſubiungit , poteſt & præcedentia ſubſequi . & per ſeſe etiam intelligi . inquit enim vnumquemque prauum hominem quæ agenda ſint , à quibuſque abſtinendum , ignorare: exque huiuſcemodi ignoratione iniuſtos & malos omnes euadere . nam cum omnes homines bonum appetant , ad iniuſta perpetranda inducuntur , non quod iniuſta ea eſſe ignorent , ſed quod decepti vtilia ſibi fore ea arbitrantur:quod cum faciunt , minime inuiti agere dicuntur.ignorant enim quæ conducunt, ignoratioque hæc in electione conſiſtit,eſtque vniuerſalis . ignorationē ſiquidē in electione vocat hic Ariſtoteles, quādo ex ignoratione conducturæ rei prauam electionem habuerit aliB quis : quam etiam vniuerſalem iccirco nominat,quia non circa vnam aliquam actionem huiuſcemodi ignorantia exiſtit: ſed conferentia omnia in vniuerſum ignorat , qui hac præditus eſt.quæ quidem ignorantia efficere minime poteſt, vt peccata aliqua inuoluntaria dicantur . Cuius rei id eſt argumentum , quod qui inuiti agunt,& à legibus,& à iudicibus veniam conſequuntur : qui hac morum ignorantia peccant , odio omnibus ſunt , & merito quidem : quippe cum ipſi talis ignorantiæ cauſa ſibiipſis eſſe videantur , qui cognoſcendis ijs quæ vere & vtilia, & damnoſa ſunt, nullum ſtudium adhibeant.Poteſt igitur hoc , vt dixi , ſuperioribus adiungi in hunc modum, vnuſquiſque prauus licet dici poſſit ignorare quæ agit , non tamen ex ignoratione agit quæ eſt in actionibus , ſed ex vniuerſaC li, & quæ in electione conſiſtit : quia quid conferat quid honeſtum , quid turpe , quid bonum , quid malum, quid item expetendum aut fugiendum ſit , in vniuerſum ignorat , ac ſponte id eligit . cum enim neſciat ea quæ in poteſtate eius erat diſcere , ſponte neſcit : ipſique ignorantiæ cauſa aſcribenda eſt. prauitatis ſiquidem, non inuoluntarij cauſa eſt, ea quæ ex prauitate electionis prouenit ignorantia . Poteſt etiam hoc idem per ſe ita accipi, vt aduerſus eos dicatur, qui inuoluntaria eſſe peccata omnia aſſeuerabant , eo quod vnuſquiſque qui peccat, quæ ſibi conducant , ignorare videatur . his enim occurrens Ariſtoteles , ignorare quidē prauos omnes quę D ſibi vtilia ſint , concedit : negat tamen eam ignorantiam eiuſmodi eſſe, vt actionem reddere inuoluntariam valeat .

*Melius autem fortaſſe eſt, vt hæc quęnam,& quot ſint explicemus. conſiderandum igitur eſt, quis , & quid,& circa quid,aut in quo agat: interdum etiam quo, vt inſtrumento: & cuius cauſa, vt ſalutis: & quo modo, vt ſenſim an vehementer:hæc enim omnia niſi inſanus ſit,nemo ignorat: ſed neq; ipſum agentē:quo pacto enim ſe ipſum ignorauerit quiſpiam?ignorare tamē id quod agit aliquis poteſt:exēpli cauſa cū lapſos ſe dicendo eſſe inquiūt, aut ignoraſſe arcanū eſſe:vt Aeſchylus myſteria.aut oſtendere volentes emiſiſſe,vt catapultā.exiſtimare etiā aliquis filium eſſe hoſtē poſſet,vt Me*E *rope:& mucronatam haſtam retuſam eſſe:& lapidem eſſe pumicem . poſſet item quis ſalutis cauſa verberans ac feriens interficere : & monſtrare volens quemadmodum faciunt ij qui ſummis manibus certant, percutere .*

Definit hic Ariſtoteles quæ nam, & quot ea ſint in quibus ignoratio particularis verſatur : ſunt autem hæc,quis, quid , circa quid vel in quo , quo , cuius cauſa , & quo modo . quæ tamen ignorari omnia niſi ab inſano non poſſunt : ſe enim ipſe qui agit , niſi inſaniat , nunquam ignorabit . quis etenim perſonam ſignificat quæ agit:quę licet ignorari non poſſit , hic tamen ab Ariſtotele iccirco poſita eſt,quia vnum etiam ipſa ex illis particularibus eſt, quæ ad actionem abſoluendam connumerantur . quid actionem indicat : in qua dicunt lapſos ſe eſſe qui loquuti ſunt , quod nolebant , vt Aeſchylus.videtur enim Aeſchylus in ſagittarijs (ita enim inſcribit fabulas quaſdam)

in ſa-

in ſacerdotibus, in Siſypho ſaxum voluente, in Iphigenia item, & Oedipode de Cereris ſacris curioſius quædam collegiſſe. de quo Heraclides Ponticus in primo de Homero libro ſcribit, parum abfuiſſe quin in ſcena ea de cauſa fuerit interemptus, quòd nonnulla de myſterijs prodere videretur: præſenſiſſe enim populi tumultum, inquit; atque ad aram Bacchi confugiſſe, cumque Areopagitæ interceſſiſſent, dicerentque nihil prius de eo temere conſulendum quàm iudicio ſuo fuiſſet decretum: in iudicium ita fuiſſe adductum, atque abſolutum, clementia iudicum maxime, veniam conſequutum, quod ſtrenue apud Marathoné pro patria pugnauerat. nam & fratri Cynegyro manus obtruncatæ fuerant: & ipſe grauiter ſaucius ex eo prelio fuerat exportatus. Cui rei carmen quoque eius ſepulcro inſcriptum atteſtatur:

Aeſchilus Euphorione patre, & patria ortus Athenis
Hic iacet, hoſtiles qui obruit igne rates.

Simili modo facti exemplum eſt: cum quis catapultam oſtendere amico volens, iaculum emiſit, amicumque vel vulnerauit, vel interfecit, aliud enim facere volens, aliud egit: ignorauit igitur quod fecit. Circa quid & in quo idem videtur eſſe: ſubiectum enim ſignificat, circa quod vel in quo actio conſiſtit: vnde etiam cum copula aut quaſi vna eademque res ſit, vtraque hæc fuerunt ab Ariſtotele coniuncta. in hoc ignorantia contingit, ſi filium hoſtem eſſe aliquis putet, & interficiat, circa quem actio eſt. id quod Meropæ apud Euripidem accidit in Creſphonte fabula, ibi enim Creſphontem filium quaſi hoſtem ex ignoratione inſidijs appetit mater. poſſumus etiam in quo ita interpretari, vt intelligamus locum ſignificari, in quo actio facta ſit, vtputa in ſacro, quem profanum aliquis exiſtimauerit. licet hoc minime ſpectare ad locum videatur, vt paulo inferius manifeſtius patebit. Quo autem, inſtrumentum ſignificat, quod ignorare aliquis poteſt quo modo ſe habuerit: vt, ſiquis haſtam mucronatam ac cuſpide præferratam, quam credat obtuſam eſſe, vel lapidem quem opinetur eſſe pumicem, in aliquem proijciat, atque eum imprudens interficiat. Cuius cauſa ignoratur, cum aliud facere volumus, aliud euenit: vt, ſi venenum alicui ſalutis cauſa exhibeamus, idque mortiferum eſſe ignorauerimus; feriamuſque aliquem mente exturbatum, vt reſipiſcat, vel cædamus curandi cauſa, ille autem pereat: cum tamen non ea de cauſa rius à nobis fuerit. At vero quo modo quis agat quippiam, poteſt ignorare: vt, cum leniter percutere putans, ictum vehementem inflixit, verbi cauſa oſtendere volens ac docere; ſicut faciunt ij qui ſummis manibus decertant; quod ἀκροχειρίζεσθαι græce dicitur, id eſt qui pugillantur, & ſine complexu ac prehenſione inter ſe exercendi cauſa dimicant, manu vehementius incitata percuſſit.

Cum in omnibus igitur his, in quibus eſt actio, ignorantia contingat: fit, vt qui aliquid ex his ignorauerit, inuitus egiſſe videatur. atque id in præcipuis maxime. præcipua autem eſſe ea videntur, in quibus ipſa actio eſt; & id cuius cauſa quippiam fit.

Qui igitur aliquid ex his ignorat, egiſſe inuitus videtur: atque id maxime, in præcipuis. præcipua vero ſunt ea in quibus actio ipſa, & cuius cauſa conſiſtit. in ijs auté actio eſſe dicitur, circa quæ aliquid fit; vt, circa filium, vel patrem, vel domeſticum, vel alienum, vel amicum, vel hoſté, vel iuuené, vel ſenem, & id genus cetera; atq; hinc cognoſcere facile poſſumus circa quid & in quo ſuperius ab Ariſtotele dictum fuiſſe, vt vnam eandemque rem, id eſt ſubiectum ipſum actionis ſignificaret, quod vero id quoq; cuius cauſa aliquid agitur, in ignoratione præcipuum ſit, inde apparet, quod qui ſe excuſant, ad hoc præcipue confugere conſueuerunt, dicuntq; agendi propoſitú côſiderá dum, vtrum ſeruandi, an interficiendi cauſa fecerit. & ferè

A reliqua omnia reduci ad hoc poſſunt. vt, qui ſcienter vulnerauerit, ſe iccirco id egiſſe inquiet, quod haſtam ferro carere crediderit, quæ tamen erat cuſpidata, quique grauius percuſſerit, ſimili modo ea de cauſa aſſeret ſe id perpetraſſe, quia oſtendere volebat exercitationis modum, & non ita grauiter percutere.

Oportet tamen, vt actio hæc quæ ex tali ignoratione inuoluntaria facta eſſe dicitur, dolorem ac pœnitentiam afferat.

Hæc tamen omnia tunc cenſentur inuita, cum dolore aut pœnitentia afficitur is, qui egerit, alioqui non inuita, ſed non ſpontanea dicetur. quærere autem aliquis poſſet, quo modo ſi inuitum eſt, quod ex ignoratione fit, non omne quod ex ignoratione agitur, ſit inuitum, id enim cuius genus eſt inuitum, ipſum quoque inuitum ſit, neceſſe

B eſt. an dicendum fortaſſe, prius generalius dixiſſe Ariſtotelem inuita ea eſſe quæ vel vi vel ignoratione agerentur, vnde etiam verbum videtur appoſuiſſe, quod communitaté quandam confuſam ſignificat, deinde vero planius diſtinxiſſe. non.n. quę ex ignoratione fiunt, abſolute inuita ſunt, ſed quæ preterquá quod inſcienter fuerunt facta, pœnitentiam quoque & dolorem afferre conſueuerunt.

Cum igitur inuitú ſit quod vel vi vel ignoratione agitur, ſpontaneum illud eſſe videbitur, cuius principiú eſt in eo qui agit, particularia cognoſcente in quibus actio conſiſtit.

Cum hucuſque de inuito dixerit, nunc ad ſpontaneum tranſit, neque id in duas ſpecies quemadmodum inuitum diuidit, ſed vna eademque definitionis ratio vtrique illi reſpondet. cuius enim principium in agente eſt, id non

C eſſe violentum conſtat, cum ité agens particularia in quibus eſt actio, cognoſcit, is ex ignoratione agere minime dicendus eſt. vtraq; enim hę particulæ ad ſpontaneum cóſtituendum neceſſariæ ſunt, vt ſcilicet & principium, ſit in agente: & agés particularia cognoſcat. nam & qui ex ignoratione agit, in ſe agendi habet principium & qui particularia cognoſcit, agere violentia inductus poteſt.

Fortaſſe enim non recte dicuntur inuita ea eſſe, quæ vel ex ira, vel ex cupiditate efficiuntur. Primum enim nullum ex alijs animalibus ſponte aget: ſed neque pueri.

Quoniam quæ ex ira vel cupiditate aguntur, ab eo fiunt qui principiú in ſe habet, & particularia cognoſcit, videntur que nonnullis eſſe inuita, non recte inquit eos exiſtimare, qui ita opinantur. addidit autem fortaſſe vt ſignificet

D hec quoque in ſpontanei definitione contineri. nam ſi ita eſſet, neque vllum ex alijs animalibus, neque pueri ſponte agerent: cum ex cupiditate & ira non ex ratione actio ipſorum omnis proueniat. ſed alia quoque animalia & pueri ſponte agunt. non ſunt igitur inuita quæ ex ira & cupiditate proficiſcuntur. quòd autem & alia animalia & pueri ſponte agant, perſpicuum eſſe inde poteſt, quod agere inuita non nulla cóſpiciuntur, cum vel vincta, vel aliquo alio modo coacta quippiam agunt, aut patiuntur. ſi vero inuita agunt aut patiuntur præter ſuam ipſorum incitationem, efficitur, vt quæ ſecundum ſuam ipſorum incitationem, appetitionemq; faciunt, ſponte faciant.

Deinde vtrum nihil ex iis quę vel ex cupiditate vel ex ira

E *agimus, ſponte facimus? an id ridiculum exiſtimandum eſt, cum vna cauſa vtrorumq; ſit? abſurdum fortaſſe etiam eſt, inuita ea eſſe dicere, quæ oportet appetere. oportet autem & ob aliqua iraſci, & nonnulla appetere, vt ſanitatem, & diſciplinā. videntur quę ea quæ inuita ſunt, moleſta: quæ ex cupiditate fiunt, iucunda eſſe.*

Adde quòd abſurdum nihilominus eſt, ſi quæ egregia ac præclara ex ira aut cupiditate acta à nobis fuerint, ſpótanea ea eſſe dicere, vt, ſiquis ira incitatus tyrannum interfecerit, patriamq; ita in libertatem aſſeruerit, vel diſciplinam aliquam, honeſtumq; aliquod ſtudiú appetiuerit, ſi vero contrà cupiditate aut ira perturbati quippiam turpe perpetrauerimus, inuita noſ id fecisſe exiſtimari. præterea qui fieri poteſt, vt quæ dolorem non afferunt, inuita eſſe

dicantur? qui. enim inuitus agit, dolet, moleſtiaq; afficitur: at quæ ex cupiditate agimus iucunda ſunt: non ſunt igitur inuita, quæ ex cupiditate efficiuntur. idem de ira dici poteſt: quippe cum etiam ea quæ ex ira aguntur, plerunque eſſe iucunda videantur: qui enim iram vindicando quaſi explent ac ſaturant, lætari quodammodo conſueuerunt, quia tamen id dubitationem quandam habere videbatur, de cupiditate ſolum Ariſtoteles hic meminit, iucunda eſſe ea inquiens, quæ ex cupiditate aguntur, ira omiſſa, quæ afferre dubium aliquibus potuiſſet.

Præterea quid intereſt inter ea quæ ex ratione, aut ex ira peccamus, ad hoc vt inuiti feciſſe videamur? fugienda enim ambo ſunt: videnturque irrationales affectus nihilo minus humani eſſe: affectionesq; ipſius hominis ab ira & cupiditate proficiſcuntur: vt abſurdum ſit inuita hæc exiſtimare.

Aliam abſurditatem ſubiungit Ariſtoteles: nam quæ differentia eſſet inter ea peccata quæ ex ratione, & ex ira aut cupiditate committimus? cur enim quæ ex ratione peccamus, inuiti feciſſe non dicimur? ſunt tamen nihilominus mala ac fugienda. quòd ſi quæ ex ratione committuntur, peccata ſunt voluntaria ac ſpontanea, quia ratio animæ hominis pars eſt, ſimili modo etiam de alijs dicendum eſt: quippe cum etiam ira & cupiditas animæ hominis partes ſint. hominis igitur peccata, ea quoq; quæ ab irrationali animæ parte committuntur, cenſenda ſunt; vtq; ea quæ à ratione proficiſcuntur, ita hæc quoq; ſpontanea ſunt exiſtimanda.

De electione. Cap. II.

Cvm quid ſit ſpōtaneum, quidq; inuitum definiuerimus, ſequitur vt de electione iam diſſeramus, quippe quę & virtuti maxime eſſe affinis, & magis quàm actiones mores ipſos indicare videatur. Electio vero ſpontaneū quoddam eſſe apparet: nō idem tamen prorſus eſt. ſpontaneū enim latius patet. nam & ſpontaneum cum pueris & reliquis animalibus commune eſt, electio minime: & quæ de improuiſo fiunt, ſpontanea ſunt, non autem ex electione.

Tractationem de ſpontaneo ſequi de electione diſſertatio videtur: nam & ſpecies ſpontanei eſt electio, quippe cum virtus & vitium in electione conſiſtat, & mores ipſi ex electione magis, quàm actione perſpiciantur. honeſta enim agere & forte fortuna aliquis poſſet, & alia quapiam de cauſa doloſe aliquid ſtruens: quemadmodum ſiquis depoſitum reddiderit, vt maius aliquid fidei ſuæ commendatum defraudare commodius queat, vel iudicij pœnam formidans. qui vero ex electione id agit, maximum morum argumentum exhibet. electio autem ſpontanei quidem eſt, non tamen idem prorſus eſſe cū ſpontaneo videtur. cōmunius enim & generalius ſpontaneum eſt: nam & pueris & brutis commune. at electionis, quippe quæ ratione efficitur, nullum aliud animal niſi homo, vbi ei rationis vſus acceſſerit, eſſe particeps poteſt. Item quæ improuiſo fiunt, ſpontanea ſunt, tamen ex electione non proficiſcuntur, vt ea ſunt, quæ ira repentino quodam impetu exprimit. triplex enim genus eſt eorum quæ ſponte & non ex electione agunt. nam alia ex electione non agunt, quia idonea ad id natura minime ſunt, vt bruta: alia, quia licet idonea natura ſint, nondum tamen, ætate ea prædita ſunt, qua electione vti poſſint, vt pueri: alia & idonea quidem ſunt natura, & electionis vſum iam habent, ſed quia repente ad actionē inducuntur, ex electione minime agunt: vt qui ira incitati prius quàm conſiderent atque eligant, repente ad agendum præcipites feruntur. dicere enim ſolent huiuſcemodi homines minime ſe ex propoſito & electione, ſed ira incitatos, aliqua ue alia cauſa repente exturbatos quippiam feciſſe. ſpontaneum igitur electionis genus eſſe manifeſtum eſt. ſi enim eſt electio, prorſus etiā

A ſpontaneum. ſi vero eſt ſpōtaneum, non continuo electio quoque erit ſubſtituenda.

Qui vero eam vel cupiditatem, vel iram, vel voluntatem, vel opinionem quandam eſſe affirmant, non recte dicere videntur: electio enim non eſt communis nobis cum brutis, ſed cupiditas & ira, eſt.

Quærit hic Ariſtoteles quid ſit electio. nam cum alij eam eſſe appetitum, alij opinionem dicant: neutrum verum eſſe oſtendit. ac prius diſtributo genere in ſuas ſpecies, id eſt appetitu in cupiditatem, iram, & voluntatem nullam ex his eſſe electionem demonſtrat. quòd enim neque cupiditas neque ira ſit, ex eo confirmat, quod brutis quoque & pueris hæ communes ſunt: electio vero eſſe nullo modo poteſt.

B *Et incontinens cum cupiditate quidem agit, non tamen cum electione: continens contrà cum electione, & non cum cupiditate.*

Idem ex continente & incontinente probat, incontinens enim, inquit, cum cupiditate agit, non cum electione, continens autem econtrario, non eſt igitur idem electio & cupiditas. Sed quærendum quo modo hic in incontinente & continente electionem accipiat, videtur enim hic eam ita accipere, vt ratiocinatio quædam ſine appetitu vllo eſſe intelligatur, ſecundum quam continens agat, at electio conſultatrix appetitio eſt, vt inferius clarius patebit. quapropter ſciendum eſt, continentem ex electione agere, eo quod ratiocinando, ac conſultando quod vtile futurum eſt, agit, voluntatemq; quæ etiam ipſa appetitio eſt, rationi obſequentem habet, contrà vero C incontinentē cupiditatē ſequi refragāte etiā voluntate ac ratione. poteſt quoq; incontinens iræ aliquis eſſe, & item continēs, vt eadem hac ratione electio non ſolū à cupiditate, verum etiā ab ira diuerſum quid eſſe oſtendatur. ſatis tamen fuit Ariſtoteli de incontinente ſecundum cupiditatem dixiſſe.

Adde quòd electioni cupiditas aduerſatur: cupiditas autem cupiditati minime.

Præterea, inquit, electioni aduerſatur cupiditas, vt in cōtinente iam patuit, cupiditas vero cupiditati minime eſt contraria. ſed hoc dubitationem quandam affert, videtur enim ſæpenumero incidere, vt cupiditas cum cupiditate pugnet. vt, cum aliquis pecunias accipere ab alio cupiat, D deinde gloriæ & honoris cupiditate erubeſcit, vel cum ſimul gloriam appetit quiſpiam, & lucrum, quorum altera magnos ſumptus, alterum pecuniarum parſimoniam requirit. Idem eſt quod inquit Plato, temperantes non eſſe eiuſmodi, vt legitimarum nuptiarum appetitione alienarum mulierum cupiditates frenent ac ſuperent, pugna enim in his manifeſta cupiditatum conſpicitur, quippe qui modo ab hac, modo ab illa diſtrahantur. ſed fortaſſe minime cōtraria ea ſunt dicēda quę aliquādo inter ſe ita affecta ſunt, ſed non ſemper, quemadmodum album & nigrum, bonum & malum, hæc enim non aliquando ſunt contraria, aliquando non, ſed ſemper. Ita quoq; bona electio malæ cupiditati ſemper eſt contraria, cupiditas vero glorię & pecuniarum non ſemper, in ſophiſta enim vtręq; hæ ſine vlla E repugnantia eſſe reperiuntur, quippe qui arroganti illa docendi oſtentatione & gloriam & lucrum ſimul aucupetur. Dicere etiā poſſumus, cupiditates eas minime inter ſe eſſe contrarias licet quandam repugnantiam præ ſe ferant, & quod contrarietas non in diuerſis ſed in eadem re conſiderari debet, cupiditates autem eiuſdem rei contrariæ inter ſeſe reperiri nullo modo poſſunt. quo modo enim fiet, vt idem & ali & non ali, & comedere & non comedere ſimul cupiat? nam ita quoq; electio cupiditati eſſe contraria dicitur, quoniam circa idem eſt. contraria ſiquidem ea definiuntur, nō quæ de contrarijs ſunt, ſed quæ de eadē re contrario modo accipiuntur, vt in libro de interpretatione declaratum eſt. Quoniam igitur cupiditas cupiditati contraria non eſt, electio vero cupiditati aduerſatur cupiditatem & electionem idem nō eſſe manifeſtum eſt

Cupiditas

Cupiditas præterea iucundi & moleſti eſt: electio neq; iucundi, neque moleſti. Sed ira quoque eſſe multo minus videtur: minime enim quæ ex ira fiunt, ex electione facta eſſe exiſtimantur.

Idem alia ratione confirmat, cum inquit; cupiditas iucundi eſt, & moleſti, id eſt circa iucundum verſatur & moleſtum: efficitq; vt illius præſentiam, huius abſentiam appetamus. vel quia iucunditatem affert, & moleſtiam. moleſtia enim quam ex abſentia rerum concupitarum ſuſcipimus, ex cupiditate ipſa eſt, & cupiditas nuncupatur. omne enim quod deficit, in eo quod deficit, moleſtiam ac dolorem affert: cupiditas autem deficit, iccirco non tam iucunditatis eſt, quàm doloris. at electio neque iucundi neque moleſti, ſed boni & mali, honeſti & turpis eſſe conſueuit: non eſt igitur electio cupiditas. ira vero, multo etiã minus: minime enim quæ ex ira fiunt, electione fieri videntur: quippe cum ea quæ ex electione efficiuntur, cum conſultatione: quæ ex ira, ſine conſultatione agantur. vt neque iram neque cupiditatem eſſe electionem ex his ſatis conſtet.

At vero neque voluntas vllo modo eſt. licet proxima ei eſſe videatur. electio ſiquidem eorum minime eſt, quæ fieri non poſſunt quæ ſiquis diceret ſe eligere, ſtolidus eſſe videretur: voluntas vero eſt: vt immortalitatis voluntas præterea eſt eorum etiam, quæ nullo modo ab eo qui vult, agi queunt: vt hiſtrionem aliquem, aut athletam victorem euadere. cuiuſmodi ſanè nihil quiſpiam eligit: ſed ea ſolummodo quæ ex ſe ſe fieri poſſe exiſtimauerit. voluntas præterea finis magis eſt: electio vero eorum quæ ad finem ſpectant vt, ſani eſſe volumus: eligimus vero ea, quibus ſani eſſe valeamus, felices quoq; eſſe volumus: atq; ita dicimus: dicere vero, eligimus felices eſſe, minime conuenit. omnino enim in ijs eſſe electio videtur, quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt.

Electionem neque voluntatem eſſe deinceps hic oſtendit. licet enim affinis electioni eſſe videatur voluntas, non eſt tamen electio: affinis autem eſt, primum, eo quod in rationali animæ parte exiſtit, vbi præcipue electio eſt, deinde quia pars quædam eſſe electionis videtur voluntas: nam vbi mens conſultans aſſenſione elegerit quippiam, voluntas quæ eſt appetitio ipſam conſequitur, ſimulque cum ea incitatur, vnde etiam in vſu quotidiano loquendi velle & eligere quaſi idem ſignificent, pro eodem accipere conſueuimus: vt cum dicimus, eligo ſeu propono agrum colere, id eſt volo. & voluntatem ſanè ille habet bonam: id eſt electionem & propoſitum. id quod nulla alia ex cauſa, niſi ex nominum vicinitate effectum eſt, ſed tamen nõ eſſe idem cum voluntate electionẽ, inde cognoſci poteſt, quòd nulla electio eorum eſt quæ fieri nequeant: nullus enim mortalis eſt, qui eſſe ſe deum eligat, niſi prorſus ſtolidus ſit. electio ſiquidem rerum quæ fieri poſſunt, voluntas eſt: voluntas autem etiam earum quæ non poſſunt. ſæpe enim ita dicere conſueuimus: vellem ſemper viuere: vellem eſſe immortalis eligere vero ſe id, diceret nemo: quippe cum eorum quæ in noſtra poteſtate non ſunt, eſſe electio nullo modo poſſit. at voluntas de ijs quoque dicitur, quę minime aguntur, ab eo qui vult: vt cum volumus victorem aliquem euadere. voluntas præterea eſt finis, vt valere: electio eorum quæ ad finem ſpectant, nam vt valeamus, hoc atque illud agere eligimus. ex quibus omnibus conficitur voluntatem minime eſſe electionem poſſe.

Verum neq; opinio eſt. opinio enim circa omnia verſatur, nec minus circa æterna, & quæ fieri nequeant, quàm quæ in noſtra ſita ſunt poteſtate: adde quòd vero & falſo, non bono & malo diſtinguitur: at electio his magis.

Poſtea quàm partes omnes appetitus exequutus eſt Ariſtoteles, ad opinionem tranſit: oſtenditq; neque eam eſſe electionem. circa omnia enim, inquit, verſatus opinio nõ

A ſolum quæ in noſtra poteſtate ſunt, verum etiam alia tam æterna & quæ fieri poſſunt, quam quæ non poſſunt. cum enim diametrum, id eſt dimetientem lineam opinamur nullam habere cum latere conuenientiam & proportionem, tunc de æternis opinamur. cum mundos eſſe infinitos, de ijs quæ fieri nequeunt, cum, bonam eſſe agriculturam, & fortaſſe ei nos daturos eſſe operam opinamur, tunc opinionem habemus de rebus quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt. at electio neque de æternis, neq; ijs quæ fieri nequeunt, ſed de ſolis illis eſſe conſueuit, quæ in nobis ſunt, nam neque diametrum lateri non eſſe proportione æquabilem, neq; mundos eſſe infinitos eligere quempiam dicimus. opinio præterea vero & falſo diſtinguitur, veram enim vel falſam eſſe opinionem dicimus, electionem au-
B tem bonam vel malam.

In vniuerſum vero eſſe idem cum opinione electionem fortaſſe neq; diceret quiſpiam, ſed ne cum aliqua quidem in particulari. bona etenim aut mala eligendo qualitate quadam affecti ſumus: opinando autem minime.

Cum iam non tam de vniuerſalibus, quam particularibus eſſe opinionem dixerit, electionem vero circa particularia tantummodo verſari, id eſt ea quæ in actionem venire conſueuerunt, fortaſſe, inquit, electionem eſſe opinionem in vniuerſali quidem aſſeret nemo, ſed in particulari non eſſe diuerſam ab opinione aliqua, quæ ſcilicet agendarum rerum fuerit, exiſtimare electionem quiſpiam poſſet. Verum neque in particulari eſſe idem inuenietur, eligendo enim bona vel mala quales quodã modo efficimur, di-
C cũtur enim qui bona eligunt, boni, qui mala, mali, opinando vero minime. nam neque ſi de æternis, ijſque quę fieri non poſſunt, opinemur, ob id qualitate quadam afficimur, neque ſi de agendis opinio nobis ſit, iccirco qualitas etiam in moribus nobis continget. fieri enim poteſt, vt qui iuſtitiam & fortitudinem bonam eſſe opinatur, ipſe neque iuſtus, neq; fortis ſit. non enim opinando ſed eligendo virtutes vel vitia acquiruntur, id quod in incontinente manifeſtum eſt, qui licet recte opinetur, male tamen eligit, vitioſuſque ex electione & fit, & dicitur.

Et eligimus capere aliquid, aut fugere, aut eiuſmodi quippiam: opinamur vero quid ſit aliquid, aut cui, aut quo modo conferat, ſed accipere vel fugere no admodum opinamur. &
D *electio quidẽ laudatur, eo quòd eius eſt, cuius eſſe magis oportet, aut quod recta eſt: opinio, quia eſt vera.*

Capere ſanè eligimus quæ videntur eſſe bona, quæ videntur mala, fugere, atque euitare, vel eiuſmodi quippiam. non enim ſolum euitare aut apprehendere eligimus, ſed abire aliquò, ſed legere, ſed dare quippiam alicui, & ſimilia, quorum nihil in opinionem cadit. ſed quid ſit vnumquodq;, opinamur, quid virtus, quid materia, quid diuitiæ, aut cui quidq;, & quomodo conducat, vt, ægrotantibus tenuem victum eſſe vtilem ob concoctionis facilitatem, item ijs qui atrabile laborant, dulce exhibendum eſſe alimentũ, neq; id ſimul vniuerſum ſed paulatim diſpertiendum. quæ ſanè omnia non eligere dicimur, ſed
E opinari. item electio laudatur, cum bonarum rerum electio eſt, ſicut oportet, opinio autem cum vera eſt.

Quæ item maxime ſcimus eſſe bona, eligimus: quæ non admodum ſcimus, ea opinamur. videnturque non ijdem optima & eligere & opinari: ſed nonnulli ſunt, qui melius opinantur, ob vitium tamen ea quæ non decet, eligere conſueuerunt.

Sed hac de re dubitare quiſpiam poſſet, non enim omnes ea eligunt, quæ maxime ſciunt eſſe bona, ſed nonnulli decipiuntur, vt mali, quippe qui ignorant ea eſſe mala quæ eligunt. at enim dicendum, omnes ea eligere quę cuiuſmodi ſint, cognoſcere maxime ſe exiſtimãt, licet ſpecie recti aliquando decipiantur, opinamur vero ea, quæ non admodum ſcimus. de multis enim ita opinamur, vt fateamur nobis non plane exploratum quippiam eſſe, ſed ita ca

men ſentire, quoad melius aliquid nobis viſum fuerit. accedit ad hoc, quod non qui optime eligunt, iidem optime etiam opinantur: nonnulli enim ſunt, qui cum bene opinentur, male tamen ob improbitatem eligunt, vt, ſi quis iuſtitiam bonum eſſe opinatus, iniuſtitiã tamẽ ſibi vtilem futuram exiſtimet, atque ob id eligat, huicque exiſtimatione conſentientem appetitum habeat.

Antecedat autem an ſequatur electionem opinio, nihil intereſt: non enim id nunc conſideramus: ſed an idem cum opinione aliqua electio ſit.

Non oportet autem vt aliquo modo perturbemur ſiue electioni omni antecedat opinio, ſiue ſubſequatur: non enim hoc quærimus. non enim ſi antecedit, vel ſequitur, idem quoq; ſit neceſſe eſt. antecedit autem opinio electionem, cum cogitatio ita aſſenſione quadam ducitur, vt eligendũ eſſe aliquid opinetur, deinde ſubſequitur appetitio, atq; electio fit. ſubſequitur, vero opinio, cum appetitu rei alicuius illecti eligimus, deinde ex electione bonũ id quoque eſſe opinamur. his omnibus efficitur, vt electio non idem eſſe cum opinione manifeſte oſtendatur.

Quid igitur aut quale eſt electio, quando nihil eorum eſt quæ dicta ſunt? ſpontaneum ſane eſſe quoddam videtur. non omne tamen ſpontaneum eligibile eſt: ſed id ſcilicet, quod eſt præconſultatum: quippe cum electio ſeu propoſitum cum ratione, et cogitatione exiſtat id quod ſignificare nomen etiam ipſum videtur, quaſi id quod eligitur ſeu proponitur, ex alijs legatur, ponatur ve ante alia.

Quoniam igitur neque ira neque cupiditas neque voluntas neque opinio eſt, quid ſit electio indagare conatur Ariſtoteles, eſſeque eam ſpontaneum præconſultatum inquit. ſpontaneum enim genus ipſius videtur, præconſultatum differentia, quæ efficit, vt definitio hæc non niſi præditis ratione conueniat. bruta ſiquidem ſponte quidem agunt, ſine vlla conſultatione tamen, ſed ſoli appetitioni iræ & cupiditati obſequentia, ſimili modo etiam pueri: quin etiam adulti ſæpe quippiam repentino quodam impetu ad agendum inducuntur nulla adhibita conſultatione, quorum nihil cum electione fieri dicitur. nam illi eligere dicuntur, qui vbi aliqua de re conſultarint, eique aſſenſum adhibuerint, eam ſubſequente etiam voluntate amplectantur, atque appetunt. dum inquit autem electionem ſpontaneum eſſe præconſultatum, id ſignificat, non ſolum ratione & conſilio fieri electionem: ſed prius conſultare oportere, deinde appetere, vt in ſpontaneo ineſſe appetitum oſtendat, cui anteire debeat conſultatio. vnde inquit electio cum ratione ac cogitatione exiſtit, non ex ſolo appetitu: ſpontaneum vero ex ſolo appetitu interdum, vt ſuperius patuit. id quod nomen etiam ipſum προαιρέσεως, id eſt electionis ſeu propoſiti videtur declarare. cum enim quiſpiam quid ex multis eligat, conſultat, ad vnum demum, tanquam eligendum propendet, eoque & aſſenſum, & appetitum incitatum habet. vt id ex alijs omnibus eximere & legere, alijſque omnibus anteponere, hoc eſt πρὸ ἑτέρων αἱρεῖσθαι, id eſt ante alia ſumere videatur. atque in hunc modum ratio progredietur, id eſt proponendum atque eligendum, quod ante alia ponitur, ſed quod ante alia ponitur, ex præconſultatione & conſilio ponitur: conſultatio autem ex ratione eſt & cogitatione, ex ratione igitur & cogitatione electio ſit, neceſſe eſt.

De conſultatione. Cap. III.

Verum conſultant ne de omnibus homines, quodlibetque eſt conſultabile: an de quibuſdam non eſt conſultatio? ſed fortaſſe conſultabile id dicendum eſt de quo mentis compos vir, non quiuis vel ſtolidus vel inſanus conſultaret.

De quibus conſultent homines, quæque ea ſint, quæ in

A conſultationem cadant, hic inquirit Ariſtoteles. non enim de omnibus conſultant, neque quodlibet conſultabile eſt. plurimum autem conſultabile eſſe ſtatuit, non id de quo quilibet conſultaret, vt inſanus, quo modo ſcilicet faciendum ſibi ſit, vt inteligat, aut in cœlum aſcendat.

De æternis autem nemo conſultat: vt de mundo, aut diametro & latere, quòd nulla inter ſe æquabilitate conueniant: at neque de ijs quæ in motu quidem ſunt, ſed ſemper tamen circa eadem verſantur, ſiue neceſſitate, ſiue natura ſiue aliqua alia de cauſa: vt de ſolſtitijs, atque ortibus, neque de ijs q aliàs aliter eueniũt: vt de ſiccitatibus, & imbribus. neq; itẽ de ijs quæ fortuna contingunt: vt de theſauri inuẽtione.

Sciendum eſt ex rebus alias eſſe æternas, ſemperque eo-B dem modo ſeſe habere, alias vero non ſemper quidem eſſe, eodem modo tamen ſemper euenire, alias ſecundum naturam fieri, ſed inordinatius tamen, alias ſorte fortuna contingere. Aeternæ ſunt, vt mundus ingenitus, atque æternus, & dimetiens linea lateri quadratæ figuræ minime conueniens: de quibus nulla vnquam conſultatio fit: nemo enim eſt qui quo pacto dimetiens commetiens fieri queat, conſultet, ſed ſi modo vult, quærit atque inueſtigat, an ita ſit, non conſultat. Semper eodem modo eueniunt, licet æternæ non ſint: ortus ſtellarum, & occaſus, & ſolſtitia, atque id genus cætera, quorum nihil ſemper eſt, licet ſemper ſimili modo eueniant. quocirca neque de ipſis vlla eſſe poteſt deliberatio. hæc autem ex neceſſitate ſeu natura, ſeu alia aliqua de cauſa C fieri inquit, neceſſitatem intelligens, non eam quæ vim infert, nulla enim violentia in cœlo eſt, ſed eam quæ à prouidentia inducitur, omnia ſemper certo quodam ac rato modo mouente ac gubernante, eo quod ſemper omnino mouentur cœleſtia, neque fieri poteſt, vt alio modo moueantur. quod enim alio modo eſſe non poteſt, neceſſarium dicitur. atque hac neceſſitate ſtellarum motiones, ortus & occaſus, necnon ſolſtitia efficiuntur, fiunt etiam ſecundum naturam, quæ enim in cœlo ſunt, natura ſunt, vel potius vtroque modo, id eſt & neceſſitate, & natura mouentur, quippe cum naturæ eorum quæ mouentur, mouentis prouidentia maxime conueniat ac conſentiant, quò etiam fatum videtur eſſe referendum. Secundum naturam, ſed inordinatius tamen fiunt, ea quæ non ſemper eodem modo ſed vt plurimum eueniunt, vt ca-D norum & dentium procreatio, imbres & ſiccitates, de quibus quoque conſultare nullo modo homines poſſunt. Fortuna autem fiunt, quæ non plerunque, ſed raro contingere conſueuerunt, vt theſaurorum inuentiones, atque id genus cætera: de quibus nemo conſultat. non enim ex conſultatione inueniuntur theſauri, ſed ſorte & caſu oblati reperiuntur.

Sed neque de humanis omnibus conſultamus: verbi cauſa quomodo Scythæ optime adminiſtrare rempublicam poſſint, nullus ex Lacedæmonijs conſultat. nihil enim ex his eiuſmodi eſt, vt agi per nos ipſos valeat, conſultamus autem de agẽdis rebus, atque ijs quæ in noſtra ſitæ ſunt poteſtate: hæ enim reſtant: quippe cũ cauſæ nullæ aliæ eſſe videantur, quam natura, E *& neceſſitas, & fortuna: mens præterea, atq; omne id quod per hominem agit: vnuſquiſque autem de ijs quæ per ipſum agi poſſunt, conſultet.*

Conſultamus vero de humanis rebus tantummodo, neque humanis omnibus, non enim de Scytharum republica deliberare Lacedæmonijs conuenit, ſed vnuſquiſque de ijs delinerat, quæ in ſua poteſtate ſunt. hæ enim ex omnibus alijs rebus videntur reſtare, ad cuius comprobationem diuiſione quadam vtitur, atque inquit: omnium rerum aut neceſſitatem, aut naturam, aut fortunam, fortunæ nomine caſum etiam intelligens, aut mentem in cauſa eſſe, ac demum ea quæ per hominem operantur, id eſt cupiditatem, iram, voluntatem, atq; omnino appetitum: quæ omnia cum in homine ſint, multarũ rerũ

cauſa

cauſa eſſe conſpiciuntur. quoniam igitur neque de ijs quorum neceſsitas, neq; de ijs quorum natura, aut fortuna in cauſa eſt, eſſe conſultationem oſtendit, reſtat, vt de ijs tantum conſultatio ſit, quorum agendorum vel mens humana, vel appetitus cauſam affert. de ijs ſiquidem habere conſultationem poſſumus, quorum cauſam & principium in nobis habemus.

Ac circa quidem exquiſitas ac certas ſcientias, eaſque quę ex ſeſe ſibi ſufficiunt, nulla conſultatio eſt, vt de literis, non enim dubitamus, quo modo ſcribendum ſit.

Quoniam quæ in artibus & ſcientijs exercendis efficiũtur, per nos fieri, & ex humana mente proficiſci videntur; iccirco hęc quoque ab illis hic ſeparat, quæ in conſultationem cadunt. quibuſcunque enim præfinitum, ac certum eſt, quid agi debeat, ea conſultationem non admittunt. exquiſitas & certas ſcientias eaſ appellat, quæ ex neceſſarijs rationibus progrediuntur, ex ſe ſufficientes autem, quæ definita habent theoremata, id eſt præcepta, nullaque extrinſecus indigent neque conſultatione, neque fortuna: vt geometria & grammatica, & reliquæ huiuſmodi, nullus enim eſt, qui de triangulo an tres angulos habeat duobus rectis æquales, aut vt eos habeat, conſultare conſuerit. de ijs enim conſultamus, quæ & facere & non facere in noſtra poteſtate conſtitutum eſt: ad trigoni vero angulos nihil neque noſtra conſultatione, neque fortuna opus eſt: ſed perpetua atque æterna de ipſis theoremata definita ſunt. ſimili modo neque grammatica vlla vtitur deliberatione, quo modo ſcribendum ſit, quippe cum definitas ac certas literarum notas omnes habeat, neque vllam dubitationem in elementis exarandis admittat.

Sed de ijs, quæcunque per nos fiunt, neque ſemper eodem modo eueniunt, conſultamus, vt de ijs quæ ad medicam artem ſpectant, & pecuniariam: atq; eo magis etiam in gubernandi arte deliberamus, quã exercitatoria, quãto minus exactis atq; exquiſitis rationibus conſtat. ac ſimili modo de reliquis.

Artes non certę, neq; ex ſeſe ſufficientes ſunt illæ, quæ non ſemper neceſsitate quadam, ſed plerunq; finem ſuum conſequuntur, fortunaque adiutrice aliquando indigent: vt medicina; & mercatura, quam χρηματιστικήν, id eſt pecuniariam vocat. nam neque medicus certum aliquod præceptum habet, quo ſanari omnino valeamus, ſed illud profitetur, ſe hac vel illa viuendi, ac medendi ratione plerunque hominibus ſanitatem allaturum: neque mercator ſi hoc vel illo modo fuerit negociatus, ſe prorſus eſſe lucraturum ſatis exploratum habet: ſed fieri ita plerunq; cognoſcit, ex fortunæque auxilio dependet. atque ex his quoque aliæ alijs certiores, exactioreſque habentur, gubernatoria enim minus exquiſitis rationibus conſtat, quã exercitatoria magiſque fortunæ ſubiecta eſt.

Magis etiam in artibus quam in ſcientijs conſultatio eſt, eo quod in ijs magis ambigere conſueuimus.

Vel in artibus magis quàm in ſcientijs, vel in opinionibus magiſquam in ſcientijs: vtroque enim modo legitur: atque vtrunque eandem vim ferè habet. nam cum oſtenderet conſultationem in ijs eſſe, circa quæ artes non admodum exactæ exquiſitæque verſantur, nunc ea conſultationem magis admittere inquit, de quibus ſolummodo opinamur, de quibus enim opinamur, & ſcientiam non habemus, ea maxime in conſultationem venire conſueuerunt, vt intelligat vel de ijs quæ licet ſciri poſſint, à nobis tamen opinione ſola comprehenduntur: nam quoad nullam certam ſcientiam habemus, dubitare ſolemus ac conſultamus, vel de ijs quæ ſuapte natura opinabilia ſunt, neque certo aliquo argumento innituntur, in quibus res agendæ à nobis collocatæ ſunt. verum ſi etiam in artibus dicat magis, quam in ſcientijs eſſe conſultationem, nihilo minus ſenſus eſſe manifeſtus poterit, quippe cum & ſcientiæ circa æterna verſentur, artes circa ea quæ corruptioni, & generationi obnoxia ſunt:

A & artes proprie dicantur, quæ effectrices ſunt, ſcientiæ, quæ contemplantur, & in æternis & contemplatione; nulla opus ſit conſultatione: in alijs ſine conſultatione fieri recte nihil poſsit.

Conſultatio autem de illis eſt, quæ vt plurimum quidem fiunt: incerta tamen ſunt quo modo euadãt: & in quibus indeterminatio exiſtit. ad magnas vero res conſultores etiam adhibere conſueuimus nobis ipſis diffidentes, quaſi ſufficere ad diſcernendum ſoli nequeamus.

Cum oſtenderit in artibus quæ certæ ſunt & exquiſitæ, nullam eſſe conſultationem, in quibus ea verſetur, nunc ſubiungit, eamque eſſe inquit non in neceſſarijs, ſed ijs quæ euenire aliter poſſunt, atque ex his ipſis ea in conſultationem cadere, quæ vt plurimum fieri conſue-
B uerunt. de ijs enim quæ raro eueniunt, conſultat nemo, quippe cum in ſola fortunæ temeritate conſtituta ſint. non enim ſiquis ſæpius multa ingurgitando forte fortuna conualuerit, conſultare medicus ſolet, an idem ægrotantibus reliquis faciendum præcipiat, ſed de ijs deliberat, quæ prodeſſe plerunque conſueuerunt, an pro occaſione ac morbo exhiberi alicui debeant, nec ne, eo quod aliquando inciderit, vt nocumentum attuliſſe videatur. Idem & gubernator, & orator facit. nam de ijs conſultat vnuſquiſque, quæ & plerumque eueniunt, & euentus etiam incertos habent, ſuntque indefinita. vnde quando magnæ res ſunt, ob maiorem dubitationem quæ ex ipſis oritur, maiuſque periculum quod impendet, ſi fruſtremur, adhibere alios in conſilium ſolemus ſo-
C la noſtra deliberatione minime freti, eo quod id quod ex deliberatione propoſitum fuerit, agere in noſtra poteſtate ſit, periculoſum autem, ſi non recte conſultando quod optimum ſit, elegerimus.

Conſultamus quidem non de finibus, ſed de ijs quæ ad finem tendunt. nam neque medicus ſanare, neque orator an perſuadere: neq; ciuilis an bene legibus inſtitutam patriam reddere debeat, neque ex alijs quiſpiam de fine conſultat. ſed omnes cum finem quendã ſtatuerint, quo modo ac per quę euenire is poſsit, deliberant, ſiq; is per plura fieri poſſe videatur, per quod nam facillime atque optime fieri queat, conſiderant. ſi per vnum, quo modo per id effici recte valeat: & illud item per quid, atque id tantiſper, donec ad primam cau-
D *ſam deuenerint, id quod in inuentione extremum eſt.*

Cõſtituto prius fine vnuſquiſq;, verbi cauſa medicus ſanitate, mercator lucro, orator perſuaſione, athleta corona imperator victoria; poſtea de eo cõſultat, quo ad eum cõſequẽdũ facere poſſe videatur. Si plura ſint, quę ad vnũ & eũdẽ finẽ ſpectent, conſiderat, per quod potiſsimũ ex ipſis potiri fine ipſo optime valeat. vt, Imperator cum victoriam ſibi propoſuerit, eamq; & pedeſtribus, & nauticis, & equeſtribus copijs conſequi ſe poſſe confidat. quærit ac conſultat quonam ex his prælij genere ſuperare hoſtem & faciliime & tutiſsime queat, ſi autem vnicus modus tantum appareat, qui vel ex alijs electus fuerit, vel à principio conſultationis extiterit, qua ratiõe eo vti poterit ad finẽ conſe-
E quẽdũ cõſiderat, verbi cauſa, ſi cõſtiterit, proſperũ belli euẽtũ equitatu poſſe cõciliari, is quibus rationibus cõparetur, in quęſtionẽ venit, tũ vbi pecunijs ad id opus eſſe cognouerit, de pecuniarũ expeditione cõſultat, ac poſtremo eo deuenit, vt tributũ imponẽdũ ciuibus cenſeat, atq; ita actionẽ ab eo auſpicatur, quod in contemplatione, inuentioneq; fuerat extremũ. Simili modo qui domum extruere vult, domum tanquam finem ſibi proponit, quam abſq; ædificatore, & lapidibus, & lateribus, & lignis extruere nullo modo licet, at hæc, ſine emptione ſuppetere nequeunt, emptio autem abſque pecunijs non fit, ſuper eſt igitur, vt de pecunijs conſiderandum ſit. atque ita pecuniarum expeditio quæ vltima in inuentione fuit, affectionis principium efficitur. atque hoc reſolutioni delignationum mathematicarum perquam ſimile eſt.

Qui enim conſul at, quærere videtur et reſ lucre prædicto modo, quemadmodum deſignationem.

Cum oſtenderit conſultationem quæ à fine proficiſcitur, quem aſſequi conſultamus, reditum quendam eſſe ad principium, vnde agere ea incipimus p quæ propoſiti finis cōpotes nos fore ſperamus, ſimilē eſſe eam nunc, inquit deſignationum mathematicarū inquiſitioni ac reſolutioni. Geometræ enim reſolutionem in deſignationibus ſuis hoc modo facere conſueuerunt: ſumpta concluſione demonſtrationis primum ea quę continenter ac proxime ad hāc confirmandam adhibita fuerint, aſſumunt: deinde quæ ijs proxime antecedūt, tum ſuperiora alia, atque ita deinceps progrediuntur, quoad ad principiū ipsū aſcēderint, ex quo rurſus deſcendendo ijſdem illis theorematis ac propoſitis quæ in reſolutione aſſumpſerunt, compoſitionem faciunt. atque hæc in deſignationibus mathematicis reſolutio nihil aliud eſt, quam à fine ad principium aſcenſus, cuius principium concluſio eſt, qui fuerat finis in compoſitione. ſic quoq; in agendis rebus contemplationis finis principiū euadit: vt, & in domo extruenda, & in victoria cōparanda, vt ſuperius diximus, pecuniarum expeditio. Vnde patet cōſultationem eſſe inquiſitionem.

Non quælibet autem quæſtio conſultatio eſt, vt mathematicę: ſed quælibet tamen conſultatio, inquiſitio eſt, & quod extremum eſt in reſolutione, in generatione eſſe primum videtur. atque hi cum in rem quæ fieri nequeat, inciderint deſiſtunt: vt ſi pecunijs opus ſit, earumque expeditio nullo modo appareat: ſi vero fieri poſſe res videatur, eam aggrediuntur. fieri autem poſſe ea dicuntur, quæ per nos fieri poſſunt: nam quæ per amicos fiunt, per nos quodammodo fieri videntur: quippe cum principium in nobis ſit.

Non omnis inquiſitio eſt conſultatio: fieri enim ſolent inquiſitiones de rebus q̄ agēdę nō ſunt, neq; principia habēt in nobis ſita, vt, de mathematicis, an dimetiens linea lateri ſit cōmetiens, id eſt proportione æquiparabilis, & de æternis, an ſol globus ſit: & id genus cætera, de quibus nulla cōſultatio eſt. conſultamus.n. de ijs quæ in nobis ſunt, quæ cū inquirimus, reſolutione vtimur, & extremum in reſolutione, primum in generatione .i. actionis ipſius exequutione facimus. vt autem oſtendat, ea de quibus conſultamus, in noſtra eſſe poteſtate, tunc inquit à conſultatione nos deſiſtere, cum in ea inciderimus, quæ fieri non poſſe videatur quæ enim poſſunt fieri, in noſtram proculdubio facultatem veniunt. nam quæ per amicos fiunt, inter ea videtur referre quæ in nobis ſunt: per nos enim quodam modo etiam ipſa fieri dicuntur, quippe cum principium & cauſa quæ amicos ad faciendum quippiam incitat, in nobis ſit, quod petentibus nobis fiat, non fiat autem ſi non petiuerimus.

Quæruntur autem interdum inſtrumenta, interdum vſus ipſorum. ſimili modo quoq; in reliquis, interdum per quod, interdum quo pacto, aut per quem quippiam fieri debeat.

Quærimus vero interdum inſtrumenta, interdum quo modo eis vtendum nobis ſit. vt, medicus ad aperiendū abſceſſum medicamētum ne, an inciſionē adhibeat, deliberās quo inſtrumento ad id vti debeat, deinde vbi de inſtrumēto ſatis conſtiterit, vſus eius inquiritur, ſic ſcapello ſecandum eſſe cenſeat, qua forma, & qua altitudine plaga ſit adigenda. ſimili modo de medicamento, conſiderat, quale & quantum, tum quo modo affecto homini, & qua ratione exhibendum ſit. Idem in agendis rebus fit, quærit enim imperator aliàs pedeſtribus ne an equeſtribus copijs inuadendus hoſtis ſit, aliàs quo modo pedeſtribus ad victoriam conſequendam vti debeat.

Videtur autem, quemadmodum dictum eſt, homo eſſe actionum principium: conſultatio vero de ijs eſſe, quæ ab ipſo homine agi queunt: actiones autem aliorum. non eſt igitur conſultabilis finis. ſed ea in conſultationem veniunt, quæ ad finem ipſum ſpectant: neque hæc tamen particularia: vt, an panis hoc ſit, vel ſubigatur, vel fiat, vt oportet: ad ſenſum enim hæc pertinent. nam ſi ſemper conſultaret quiſpiam infinite progrederetur.

A Ex ijs quæ ſuperius dixit, patet propriarum actionum principium eſſe hominem, neque omnia ex neceſſitate ac fato euenire. nam ſi conſultat homo, & inquirit, & eligit, in poteſtate eius id eſſe perſpicuum eſt: alioqui conſultatio ac conſideratio de agendis rebus omnis tolleretur. quoniam vero vnuſquiſque eorum quæ agit, principium & cauſa eſt, de ſuiſque actionibus conſultat, actiones autem aliorum cauſa, id eſt finis & boni efficiuntur, conſtat etiam finem minime eſſe conſultabilem, ſed illa tantummodo quæ ad finem ſpectant: atque ea quidem vniuerſalia. nam de particularibus quæ ſub ſenſum cadunt, nulla conſultatio eſt. de ijs enim quæ ignota quodam modo ſunt, conſultamus, at particularia ſenſibus, quibus ſunt expoſita, B percipiuntur. quod ſi de his quoque nobis eſſet conſultandum, neque quippiam ex ſeſe notum eſſet, ſed omnia alterius confirmatione indigerent, efficeretur, vt in infinitum conſultatio procederet. id quod in poſterioribus reſolutorijs etiam dictum eſt.

Conſultabile autem & eligibile idem planè eſt: niſi quòd eligibile definitum iam eſt: quippe cum nihil aliud ſit, quā id quod ex deliberatione propoſitum fuerit. deſinit enim vnuſquiſq; tunc inquirere quo modo ſibi agendum ſit, cum in ſe ipſum principium reduxerit, in eamque ſui partem, quę principatum obtinet: ea enim eſt quæ eligit:

Conſultabile autem & eligibile abſolute ac ſimpliciter non eſt idem, generalius enim eſt conſultabile. omne C enim eligibile eſt conſultabile, ſed non econtrario, quippe cum de multis conſultemus, quæ tamen omnia non eligimus. vnum enim eſt quod ex alijs lectum ex conſultatione anteponitur. atque hoc eſt, quod inquit, eligibile definitum iam eſſe. quoad namque conſultamus in dubio adhuc res eſt, & indefinita, cum eligimus vero, ſtatuimus ac definimus quid agendum ſit: ac tum demum conſultare deſiſtimus cum in nos ipſos principium reduxerimus, id eſt cum inuenerimus principium aliquod rei illius agendæ de qua conſultamus, quod in noſtra poteſtate fuerit, noſque ipſos eſſe poſſe illius rei agendæ cauſam, in nobiſque agendi facultatem eſſe cognouerimus. neque ſolum in nos ipſos reduxerimus, ſed in eam etiam noſtri partem quæ principatum obtinet, id eſt mentem in D tellectumque actiuum. vbi enim intellexerimus agendum nobis id eſſe, quod mens conſultauit, & elegit, vnà cum ratione appetitio quoque incitatur, ac definit deliberatio.

Hoc autem ex antiquis etiam rebus publicis manifeſtum eſt, quas Homerus imitabatur. nam reges ea quę elegerant, ad populum referebant.

Huius rei exemplum eſſe inquit veteres reſpublicas quas Homerus imitatur. Homerus ſiquidem reges ea quæ elegerant, ad populum referentes inducit. apte autem reges hic rationali ac conſultatrici animæ parti comparare videtur Ariſtoteles, populum vero appetitioni: nam ſicut illi populorum domini ſunt, ita mens in nobis in reliquas animæ noſtræ partes ratione vacantes imperi- E um obtinet. vbi igitur mens noſtra quaſi rex conſultauerit ac decreuerit quippiam, appetituiq; tanquam populo decretum ſuum communicauerit, & ille aſſentiens approbarit, tum demum electio facta eſſe dicitur.

Cum igitur eligibile nihil aliud ſit quam conſultabile appetibile eorum quæ in nobis ſunt: & electio quoque eorum quæ in nobis ſunt conſultatiua appetitio erit.

Inquit autem eligibile eſſe conſultabile, quod ex conſultatione iam fuerit definitum, item appetibile propterea quod id quod eligitur voluntatis appetione eligi conſueuit. quod cum inquit, declarat quo modo ratio hæc electionis accipienda ſit, non enim eſt exacta definitio: quip-

quippe cum genus electionis minime ſit neque conſultatio per ſeſe, neque appetitio, ſed quod ex vtriſque compoſitum fuerit, id eſt autem conſultatio appetibilis. idcirco ſubiungit.

Simul enim atq; conſultauimus, iudicamus: atq; inde ſecundũ cõſultationẽ appetimus, circa quæ igitur verſetur electio quodq; eorum ſit, quæ ad fines tendunt, figura dictum iam ſit.

Secundum conſultationem appetimus, inquit, eo ꝙ precedente cõſultatione ſubſequatur appetitio, qua cõſentiẽtẽ electio efficiat. tametſi altera eſt & fortaſſe ſanctior lectio, quæ nõ ſecundum conſultationẽ, ſed ſecundum voluntatẽ habet: quæ appetitum hunc volũtatis ab alijs duobus ira. ſ. & cupiditate recte diſtinguit: preſertim cũ verba ipſa greca & βούλησις & βούλευσις facile errorem ex ſimilitudine inducere potuerint. huic electionis definitioni perſimilis eſt B animalis illa definitio, q̃ inqt, animal eſſe corpus animatũ: nã neq; illic corpus eſt genus animalis, neq; anima, ſed ꝙ ex corpore & anima cõſtat. vnde quia deſcriptio magis videtur eſſe, q̃ definitio, ſubdit: CIRCA quę igitur verſetur electio, quodq; eorũ ſit, quæ ad fines tendunt, figura dictũ ſit.) id eſt non exacte admodũ & exquiſite, vel etiam figura poteſt ita accipi, vt vniuerſaliter dictũ eſſe intelligamus. circa quę verſetur electio, id eſt agẽda, & conſultabilia: ipſãq; eſſe non finitum, ſed eorum quæ ad fines ipſos conducunt.

De voluntate & eo quod eſt voluntate appetibile. Cap. IIII.

Voluntatem vero finis ipſius, eſſe dictũ iã eſt: quę ſanẽ nonnullis videtur boni ipſius eſſe, nonnullis apparẽtis boni. ſed euenit, vt & illis qui bonum eſſe volũtate appetibile aſſerunt, id quod vult is, qui nõ recte eligit, nõ ſit voluntate appetibile: nam ſi eſt voluntate appetibile, erit continuo etiam bonum: at malum forte eſt: & illis qui bonũ apparens voluntate appetibile eſſe inquiunt, nihil ſit natura voluntate appetibile: ſed quod vnicuique ita viſum fuerit, at aliud alijs videtur: & aliquando etiam ſi ita inciderit, contraria apparent. C

Quoniam nõnulli vere bonũ appetunt, nonnulli id ꝙ ſibi bonũ videtur. effectũ eſt, vt alij veri boni, alij ꝓ apparẽtis tantum boni voluntatẽ eſſe opinẽtur. ſed vtrorũq; abſurda ſentẽtia eſt, illorum, quia id ꝙ vult prauus aliquis, q non recte appetit, minime diceretur eſſe voluntate appetibile: horum, quia ſequeretur nihil eſſe eiuſmodi ſuapte natura, vt voluntate appetatur, ſed prout vnicuiq; apparet. apparent autẽ quibuſdam cõtraria interdum: quippe cum alijs labor bonum eſſe videatur, vt illi, qui ita inquit, Bonum labores afferunt mortalibus, & itẽ illi, qui ait: Dij laboribus oĩa bona vendere nobis conſueuerunt, alij voluptatẽ bonum eſſe arbitrẽtur, vt Callicles, qui apud Platonẽ oĩa cauſa voluptatis eſſe agenda aſſerit: & Epicurus, qui in voluptate ſummũ bonum ſtatuebat. ſed ex hac opinione quid aliud quæſo, quam Protagoræ decretum introduceretur? qui nihil eſſe per ſeſe quippiam aſſerebat: ſed tale vnumquodq; eſſe, quale vnicuique eſſe videretur.

Quòd ſi hæc non placent, nunquid dicendũ, ſimpliciter quidẽ ac re vera voluntate appetibile eſſe id quod eſt bonũ: vnicuique vero id quod videtur vnicuique: ac probo quidem, quod re vera etiam eſt, videri: improbo, quodcunq; inciderit. quemadmodum etiam in corporibus euenit: bene enim affectis ſalubria ea ſunt, quæ re vera ſunt eiuſmodi: morbo corruptis diuerſa. ſimili modo amara, & dulcia, & calida, & grauia. & id genus reliqua. ſingula enim probus vir recte iudicat, & in ſingulis verum ipſi apparet. E

Quòd ſi hæc inquit non placent, id eſt nihil eſſe ſua ipſius natura eiuſmodi, vt voluntate appetendum ſit, illud ſupereſt, vt dicamus bonum ipſum ſimpliciter eſſe voluntate appetendum: vnicuique vero id quod vnicuique bonum videtur. Verum cur hæc placere non debeant? diceret A quiſpiam, neque enim eſſe quippiam ſuapte natura eiuſmodi, vt voluntate appetatur, ſed bonum eſſe natura, voluntate autem appetendum id quod vnuſquiſque vult, quemadmodum exemplo ſalubrium quod ipſe poſuit, facile perſpici poteſt. cibos enim & potus qui natura bene affectis corporibus accommodati ſunt, ſalubres dicimus, qui quidem ſimpliciter boni ſunt, non tamen ſimpliciter ſalubres, ſed ita eſſe bene affectis natura videntur, ſuntque male affectis & ægrotantibus inſalubres, idem de eo quod voluntate appetimus, dicendum eſt: non eſt enim ſimpliciter voluntate appetendum, quod probus vir vult, ſed ſimpliciter tamen bonum, quippe cum in omni re probus vir recte iudicet, ac tanquam regula & menſura vniuſcuiuſque naturæ ſit.

B *In vnoquoq; enim habitu propria quædam & honeſta & iucũda ſunt. & in ſingulis plurimũ fortaſſe probus vir in dignoſcendo eo quod verum eſt, differt: quippe qui tanquam regula ac menſura ipſorum ſit: pleriſque autem e vulgo hominibus deceptio ſurrepere ob voluptatẽ videtur: quibus ſcilicet voluptas, licet nõ ſit, bonũ tamen apparet. eligunt enim iucũditatem quaſi bonum, dolorem quaſi malum fugiunt.*

In vnoquoque habitu tam animæ quam corporis propria eſſe & honeſta & iucunda quædam videtur: poſſumus namque accipere habitum hic facultatum appetitiuarum, quæ ad guſtum, & auditum alioſque ſenſus pertinent, vt honeſtum æquiuoce intelligatur. vel de virtutibus eſt intelligendum, vt temperantia, iuſtitia, & fortitudine, quippe cum ſingulæ virtutes propria quædam & iucunda C & honeſta in ſe habeant. Melius tamen eſt, vt dicamus communis ab Ariſtotele habitum hic poſitum eſſe, vt nõ tam ad ſenſus & virtutes, quam ad artes poſſit referri: quę etiam ipſæ & habitus ſunt, & honeſta & iucunda quædam propria habent. in ſingulis vero probi viri & improbi opinio longe differt, qui enim rectas ac moderatas appetitiones habent, ijs honeſta & iucunda ea ſunt, quæ eiuſmodi etiam ſunt natura, praue autem affectis alia quædam eſſe honeſta & iucunda videntur, quam re vera ſint. plerique enim e vulgo ob voluptatem decipi videntur, quodque eſt apparens bonum, bonum abſolute eſſe arbitrantur voluntque, atque eligunt voluptatem tanquam, dolorem fugiunt, vt malum. ſed quæ voluptas ea eſt, qua in errorem inducti decipiuntur? nõ bona ſanè, ſi enim bona eſſet, D nullo modo errorum cauſam illis afferret, qui eam tanquam bonam ſectantur. prauæ ſiquidem ac vituperabiles illæ ſunt voluptates, quæ prauas operationes conſequuntur: quippe cum magna voluptatibus quæ fines ſcilicet ſunt, cum operationibus ex quibus proueniunt, cognatio ſit, vt de voluptate poſtea dicetur.

De ijs quæ in noſtra ſunt poteſtate. Cap. V.

Cum igitur volũtate appetibilis finis ſit, cõſultabilia autẽ & eligibilia ea quę ad finẽ ſpectant, actiones quę circa hęc ſunt, & ex electione, & ſpontaneę etiã procul dubio ſunt. at virtutũ operationes circa hæc verſantur efficitur igitur, vt virtus quoq; in nobis & ſimiliter vitium ſit. E

In noſtra eſſe poteſtate vt & boni & mali efficiamur, ex ijs oſtendit Ariſtoteles, quæ de conſultatione & electione ſuperius dicta iam ſunt. nam ſi virtutum operationes circa actiones verſantur, quæ ad finem ipſum tendunt, ad felicitatem enim omnes ducunt: actiones vero hæ electiuæ & ſpontaneæ, & in nobis ſunt: ſunt enim conſultabiles, quippe cum electio rerum earum ſit, quæ in conſultationem cadunt, de illis autem quæ in noſtra ſunt poteſtate, conſultatio eſt, in noſtra igitur poteſtate virtutum quoque operationes ſunt. inquit enim actiones quæ circa hæc fiunt, id eſt circa conſultabilia, hæ enim ſunt electiuæ, ſi autem electiuæ, etiam ſpontaneæ: nihil enim aliud eſſe electionem demonſtratum eſt, quam ſpontaneum præconſultatum, ſi igitur actiones quæ circa

ca conſultabilia fiunt, ex electione, & in noſtra ſunt facultate, virtutum vero operationes fiunt circa conſultabilia: efficitur vt virtutum actiones ſpontaneæ, & in noſtra facultate collocatæ ſint. at quarum rerum operationes ſpontaneæ ſunt & in nobis ſitę, earum rerum habitus quoque qui ex operationibus acquiruntur. ſpontaneos atq; in nobis eſſe perſpicuum eſt, vt etiam ipſe Ariſtoteles progrediendo ſubiungit, cum inquit:

In quibus enim in noſtra poteſtate ſitum eſt agere, ſitum eſt etiam non agere: & in quibus nō agere, ſimili modo etiā agere. quapropter ſi agere id quod honeſtum eſt, in noſtra eſt poteſtate, non agere quoque id quod turpe eſt, in nobis erit collocatum: ſi item quod honeſtum eſt, non agere in nobis B *eſt, agere quoque id quod turpe eſt, erit noſtræ facultatis. Quòd ſi honeſta agere & turpia, & ſimili modo non agere in noſtra eſt poteſtate, id autem eſt, vt boni & mali ſimus: in noſtra poteſtate quoq; erit. vt & frugi ſimus, & nequam.*

Tam virtutē q̃ vitiū in noſtra eſſe poteſtate cōfirmatur. nā ſi eſt virtus, vitiū quoq; ſit neceſſe eſt: quippe cū I quib⁹ rebus agere eſt in noſtra facultate, in ijs non agere quoque in nobis ſit: nam ſi in nobis nō eſſet, ſed coacti nō ageremus, nihil eſſet, quo min⁹ coacti quoq; agere deberem⁹.

Nam dicere nem. nemi neque ſponte improbum, neque inuitum beatum eſſe, alterum falſum eſſe, alterum verum videtur: quippe cum beatus nemo inuitus euadat: improbitas C *vero ſpontanea ſit.*

Nonnulli ſunt, qui hic improbum ita accipiendum putent, vt de laboris ac miſeriæ potius, quam de vitiorū improbitate intelligatur: vtpote beatitudini contraria, quam ſignificationem accentus ſedeſ immutata apud atticos facit: nam cum πονηρὸς communiter malum ac patuum ſignificet, ipſi tranſlata in primam ſyllabam vocis intellectione πόνηρον laborioſum ac miſerum appellare conſueuerunt. quod verbum apud Heſiodum quoque in hac ſignificatione vſurpatur: cum in ſcuti fabrica Alcmenam ad filium Heculem ita dicentem inducit:

O nate, inſelix nempe es, longe optimus omnium
A Ioue progenitus, necnō longe improbus idem. & item D
Optimus ô nate es, necnon longe improbus idem
Redditus à fatis: hoc eſt ærumnoſiſſimus: quod poeta ipſe ſuo idiomate πονηρότατον inquit. Sed locum habere hic minime videtur huiuſcemodi lectio: quippe cum laboris & ęrumnæ improbitas inuoluntarium quoddam fit iuxta prouerbium: hæc vero voluntaria dicatur. prouerbium enim vetus eſt, quo vtitur etiam Epicharmus vbi in Hercule furente ita inquit.

At vero ad omnia hæc agenda me cogit neceſſitas.
Nec ſponte quēquā eſſe improbū vel ęrūnoſū duxerim: id eſt πόνηρον, labore & miſeria oppreſſum. ſed hic nō eo modo ſumendum prouerbium eſt, ſed vt Ariſtoteles vult. beatus enim, inquit, nemo eſt inuitus, improbitas vero id eſt prauitas ſpōtanea eſt. beatitudo. n. cū in operatione virtutis cōſiſtat, eſt in noſtra poteſtate, ſimili modo & vitium. E nam ſi honeſtum, etiam turpe quoque agere in nobis eſt.

Alioqui ijs quæ nunc dicta ſunt, repugnandum eſt: dicēdumque hominem principium minime eſſe: neque actionem ſicut filiorum eſſe generatorem. Quod ſi hæc videntur, neq; in alia principia referre actiones noſtras poſſumus, quam in ea quæ in nobis ſunt: quorum principia in nobis ſunt, etiam ipſa in nobis eſſe, & ſpontanea neceſſe eſt.

Siquis autē eſt, q aliter ſentiat, ijs q̃ ſuperius dicta ſunt, aduerſet, neceſſe eſt, neq; hominē actionū ſuarū prīcipium eſſe aſſentiatur, ſicutq; eſt filiorū, ita earū eſſe procreatorē: nam cætera quoq; animalia eſſe principia ſingula eorū videntur, quæ ex ipſis naſcuntur, actionis vero minime: quippe cum nullam cum actione communicationem habeāt, at homo, quemadmodum filiorum procreator eſt, principiumque in ſe eorum generandorum habet, quæ ex ipſo oriuntur, ita quoque actionum ſuarum principiū eſt. qua- A rum autē rerū principia in nobis ſunt, eas in nobis quoque eſſe manifeſtum eſt. ſuperius enim neq; naturam neq; fortunam neq; caſum neq; neceſſitatem eſſe virtutū cauſam dixit, ſed hominem, humanumque intellectum.

His atteſtari & priuatim ſinguli, & ipſi legūlatores vidētur qui eos qui mala perpetrant, caſtigant ac puniunt, ſi tamen neq; vi coacti ea egerint, neq; ex ignoratione, cuius ipſi ſibi cauſam non exhibuerint: eos autē qui honeſta agunt, honoribus proſequūtur: vt & hos incitent, & illos prohibeāt.

Quòd virtutes & vitia in nobis ſint, cum ſingulorum, tum legumlatorum exemplo comprobat, ac concluſio rationis ferè huiuſmodi eſt, Si inuiti peccarent homines, B legumlatores minime punirent eos, qui mala perpetrant, puniunt autem, homines igitur inuiti non peccant. poſtea quàm vero dixit legumlatores punire eos qui mala perpetrant, ſubiungit, SI TAMEN neque vi coacti, ea egerint, neque ex ignoratione cuius ipſi ſibi cauſam non exhibuerint) eo quòd ipſi interdum ſibi ignorationis cauſa ſint, vt, vel ebrij, vel qui ea ſunt negligentia, vt vniuerſalia quæ ſcire vnuſquiſque & poteſt & debet, ignorant.

Atqui ad ea quę neq; ſpontanea ſunt neque ſunt in nobis, agēda hortatur nemo: quippe cum nihil antiquum ſit, vt perſuaſi ſimus aut caleſieri, aut dolere, aut eſurire, aut quodnis aliud eiuſmodi. nihilo enim minus ea patiemur. Nam ob C *ignorationem etiam puniunt, ſi ſibi ipſe ignorationis cauſa quiſpiam fuiſſe videatur.*

Vniuerſalem rationis propoſitionem hic ſubiūgit Ariſtoteles, qua & virtutē & vitium eſſe in nobis probat. nullus enim, inquit, neque propinquus aut amicus priuatim, neque legumlator publice ad ea nos incitat, atque hortatur, quæ in nobis non ſunt, ſed ad virtutem capeſſendam, declinandumq; vitium omnes nos hortari conſueuerunt; tam virtus igitur quam vitium in noſtra poteſtate eſt. nam ſi ad ea quæ ad facultatem noſtram non pertinent, hortarentur, vana omnis hortatio eſſet, nihilq, proficeret. quod enim inquit; antiquum, id atticę eſt loquutionis. illi enim πρὸ ἔργου id eſt ante opus dicunt, cū amplius, aut pręcipuū, D aut vtile, aut demū eius momēti ſignificare quippiā volūt, quod antiquum eſſe debeat, & operi alicui anteponēdum ſit, multique faciendum. quo in ſignificatio etiam πρὸ ὁδοῦ ideſt ante viam dicere videntur, quaſi antecedenter, hoc eſt, præcipue, & ante alia, vt Homerus, quemadmodum legunt nonnulli;

Si bini ſimul ire parent, aduertere poſſunt
Ante viam quid ſit melius. ſi aduerterit autem,
Et tarde, nec tam prudenter conſulit vnus.

Et itē Lucianus in Hermotimo. Semper aliquid agens, & id quod ad diſciplinas tibi ante viam ſit ideſt proſit. Nihil igitur, inquit, prodeſt, ſi hortemur cum ad ignem aliquis eſt, vt caleſiat, cum fame laborat, vt eſuriat, cum moleſtia aliqua afficitur, vt doleat, & triſtetur, nā id ſine vlla adhortatione & incitatione neceſſario conſequitur. vnde effici- E tur, vt ea ad quæ incitamur atque hortamur, in noſtra poteſtate ſint. cum ergo ad virtutem amplectendam fugiendumque vitium incitemur, in noſtra poteſtate eſſe vtraq; manifeſtum eſt.

Vnde ebrijs duplices pœnę inſtitutę ſunt. in ipſo enim qui inebriatur principium eſt: cum ſit quiſque in eo dominus, ſit vt non inebrietur: id quod ignorationis eſt cauſa.

Vnde ebrijs quoq; duplices pœnę à legumlatoribus inſtitutæ ſunt. id autem Pittacus vnus ex ſeptem ſapientibus feciſſe prohibetur, eo quòd cum peccant ebrij licet ignorantes peccent; ſponte tamen ignorationis illius cauſam ſibi ipſi præbuerunt.

Eos quoq; puniūt, qui aliquid eorum ignorāt quæ ad leges pertinent, quæ autem & ſciri debeant, & difficilia nō ſint;

Puniunt etiā ſiquis in ijs peccauerit, quę legibus cōtinēt neq; adeo ſunt difficilia, vt cognoſci à quolibet nō valeāt. nam cum interdictum legibus ſit, nequis patrem verberet,

ret, nequis ſacrilegium, nequis homicidium faciat, & reliqua eiuſmodi: debet vnuſquiſque hæc, & poteſt etiam facile coganoſcere: neque ſi ignoraſſe quippiam horum ſe dixerit, veniam impetrabit. de iure tamen affinitatum, cognationum, hæreditatum venia habet locum, alijſque id genus, quæ paulo ſunt difficiliora, magiſque ad legum ac iuris peritos videntur ſpectare.

Simili modo etiam in alijs, quæcunq; ignorare per negligẽtiam videtur, eo quòd in ipſis ſit non ignorare: quippe qui adhibendæ diligentiæ domini ſint, ac poteſtatem habeant.

Si per negligentiam quoque ignoraſſe quiſpiam videatur, puniri conſueuit: verbi cauſa, ſiquis in bello iaculando in hoſtes amicum forte vulneret, quem ibi eſſe nunquam exiſtimaſſet, ei ignoſcendum eſt: at ſi prope manentem amicum, aliquid agendo per iniuriam pulſet, nulla adhibita diligentia, atque animaduerſione, vt cognoſceret: is pœna dignus cenſetur: quippe qui amicum ibi eſſe cognoſcere facile potuerit, & neglexerit. Item cum quis ſagittandi artem ibi exercendo, qua hominem tranſiturum opinabatur, caſu quodam prætereuntem ferit: dignus venia eſt: præter opinionem enim id euenit. qui vero iaculatur in via, qua multi præterire conſuerunt, hominemque negligenter ita interimit: nullam excuſationem is habet, quam afferre merito poſſit. cum enim in eo eſſet, vt aduertere, & cauere poſſet, per negligentiam noluit.

Sed fortaſſe eiuſmodi aliquis eſt, vt diligentiam non adhibeat, at vt eiuſmodi ſint homines, atque & iniuſti & intemperantes euadant, ipſi in cauſa ſunt: dũ & diſſolute ac remiſſe viuunt, & maleficia perpetrant, & in cõpotationibus, talibuſq; alijs libidinibus ætatẽ degũt. operationes enim quæ circa ſingula ſunt, tales homines reddunt. atq; hoc ex ijs eſſe manifeſtum poteſt, qui ad quodlibet certamen, aut actionẽ ſeſe exercent: id enim operari aſſidue ſolent. ignorare igitur ex operationibus circa ſingula habitus exiſtere, valde ſtupidi hominis eſt.

Obiectionem hic ſibi facit Ariſtoteles fortaſſe enim dicere aliquis poſſet, natura eſſe aliquos ita negligentes, vt naturæ potius quam ipſis peccati cauſa aſcribenda eſſe videatur. ſed ſolutionem ſtatim ſubiungit, cum inquit, ſibi quemque eſſe in cauſa, vt negligens efficiatur. nam qui remiſſe nimis ac ſine vlla cura & ſtudio vitam traducit: eum habitum acquirit, vt nulli rei quam debet, diligentiam adhibeat. quo modo etiam & iniuſti, & intemperantes homines euadunt; quorum vitia non naturæ, ſed ipſis ſine vlla dubitatione imputantur. quia enim aſſidue in maleficijs iniurijſque inferendis verſantur, iniuſti, qui compotationibus vero ſemper talibuſque alijs libidinibus vacant, intemperantes fiunt, ex frequentibus operationibus, ſicut in virtutibus euenit, vitiorum habitu contracto. nam ſimili etiam modo qui in concertationibus excellere in ſingulis conantur, ij aſſidue meditantur, atque exercent ea in quibus præſtare voluerũ; vt ex aſſidua operatione habitum adipiſcantur. id quod profecto niſi ſtupidus ſit, atque omni ſenſu careat ignorat nemo. ſi igitur ex his operationibus talis efficitur vnuſquiſque, quarum principium in ipſo eſt, quippe qui & agendi & non agendi poteſtatem habeat, vt ſit talis, vnuſquiſque ipſe in cauſa eſt, eſt autem, ſi ita incidat, malus, malus igitur ſponte eſt.

Abſurdum præterea eſt, & eum qui iniuſte agit, iniuſtum eſſe nolle: & eum qui intemperanter, intemperantem. ſed ſiquis non ignorans ea agit, ex quibus iniuſtus efficitur: ſponte iniuſtus eſt. non tamen ſi voluerit, iniuſtus eſſe deſinet, & iuſtus erit.

Tacitæ alteri obiectioni hic reſpondet Ariſtoteles, quã inferre aliquis ita potuiſſet, ſi in nobis eſſet, vt iniuſti eſſemus, in nobis quoque eſſet, vt deſiſtere ab iniuſtitia poſſemus, cum vellemus, deſiſtere autem in noſtra poteſtate

A minime eſt, cum multi ſint qui nollent eſſe iniuſti aut intemperantes, & nequeunt tamen non eſſe, neque eſſe, igitur, atque euadere iniuſtos in noſtra poteſtate eſt. inquit ergo ad hoc Ariſtoteles, abſurdum eſſe ſiquis dicat eum qui iniuſte agit aut intemperanter, eſſe aut iniuſtum aut intemperantem nolle, & ideo non eſſe ſponte intemperantem. nam ſi ſponte euaſit, ſponte eſt. aduertendum autem non dicere hic Ariſtotelem, eum qui iniuſtũ quippiam agit, aut intemperans & flagitioſum, eſſe continuo vel iniuſtum, vel intemperantem, ſibi enim ipſe aduerſaretur. quippe cum, vt ſuperius dictum eſt, fieri poſſit, vt & inuitus aliquis, & ignorans horum quippiam agat, atque iccirco neque intemperans, neque iniuſtus ob id appellari merito debeat. ſed iniuſte agentem inquit, & intemperanter agentem, id eſt ſponte & ſcienter. aliud enim eſt, ſiquis dicat iniuſte agere, & iniuſtum quid agere, id quod Græ-
B ci melius vno verbo exprimunt. ἀκολασταίνω ſiquidem dicunt intemperanter agere, & ἀδικεῖν iniuſte agere, quod ſanè non dicitur, niſi de ijs qui ſponte, & ſcienter operantur. abſurdũ igitur re vera eſt dicere eũ qui ſponte vel iniuſte, vel intemperanter agit, nolle eſſe vel iniuſtum, vel intemperantẽ: nam ſi volens & ſciens ea agit, quibus habitum vel iniuſtitiæ vel intemperantiæ contraheret, ſponte & volens vel iniuſtus, vel intemperans eſt.

Nam neque qui ægrotat, ſanus efficitur: licet, ſi ita contigerit, ſponte ægrotet, tum intemperanter viuendo tum medicorum præceptis non obtemperando: verum tunc quidem licebat ei non ægrotare: vbi tamen ſemel neglexit non amplius licet.

Nequaquam, ſi cum vult quiſpiam deſiſtere non po-
C teſt, quo minus vel iniuſtus vel intemperans ſit, id ſatis argumenti habet, vt in poteſtate vniuſcuiuſq; non eſſe videatur, vt vel vitijs his ſeſe dedat, vel ab ipſis abſtineat. Nam idem quoque in morbis vſu venire conſueuit: in quos plerumq; ſponte incidunt homines, cum vel nimis diſſolute viuunt, prauiſque alimentis replentur, vel medicorũ præceptis non parent: id quod in poteſtate ipſorum ſine vlla dubitatione erat. vbi vero ſemel ægrotare cœperint, non ita facile poſtea liberantur, neq; cum volunt, reſtitui in priſtinam valitudinem poſſunt.

Quemadmodum neq; qui lapidem proiecit, reſumere eum amplius poteſt, quamuis in eo emittendi ac proijciendi facultas fuerit: principium enim in ipſo erat: eodem modo quoque & iniuſto & intemperanti à principio licebat non
D *eſſe eiuſmodi, vnde ſponte eiuſmodi ſunt: vbi vero ſemel tales euaſerunt, non amplius non eſſe tales eis licet.*

Simili modo vel cum ſponte lapidem proiecerit, reuocare ictum amplius nequit, vel cum ſe è rupe aliqua demiſerit, ſe ſuſtinere, cum vult, minime poteſt, licet ſe demittere à principio in poteſtate ipſius fuerit. neque ſequitur, vt vel quæ ſpontanea ac voluntaria exercitatione acquiſiuimus, ab ijs ſponte quoque ac voluntarie liberari valeamus, vel quorum liberatio inuoluntaria eſt, id eſt non eſt in noſtra poteſtate, eorum quoque acquiſitio inuoluntaria, neque in noſtra poteſtate collocata ſit.

Sed neque animi ſolum vitia ſpontanea ſunt, verum corporis etiam in nonnullis, quos ſcilicet increpare conſueuimus:
E *qui enim natura deformes ſunt, eos reprehendit nemo: ſed illos qui per ocium & negligentiam tales euaſerunt, ſimili modo ſi turpitudo vel ex infirmitate, vel ex mẽbri alicuius mutilatione contigerit. nullus enim ei qui vel natura vel ex morbo, vel ex vulnere factus ſit cæcus, cæcitatẽ exprobrabit, ſed miſerebitur potius: at eũ obiurgãt omnes, qui ex temulentia, vel aliaquapiã intemperantia excæcatus fuerit. atq; ita fit, vt vitia corporis quę in noſtra poteſtate ſunt, vituperentur, quæ non ſunt, minime. quòd ſi ita eſt, in alijs quoque vitia quæ reprehenduntur, in noſtra erunt poteſtate.*

Neque animi ſolummodo, ſed corporis quoq; vitia nõ nulla noſtræ voluntati aſcribuntur, quæ videlicet vel ex

A ocio,& negligentia,vel ex libidinum intemperantia contraximus: quæ ſaneòmnes non commiſcratione, ſed obiurgatione ac vituperatione proſequi conſueuerunt: licet eis liberari in noſtra poteſtate amplius non ſit. Quôd ſi quæ in corpore vituperantur, noſtræ voluntati attribuuntur: Idem fieri in animi vitijs multo magis debet. vt quęcunq; vituperantur in noſtra eſſe poteſtate manifeſtũ ſit.

Quòd ſi quis dixerit: omnes id appetunt, quod bonum eſſe ipſis videtur: viſionis dominium habet nemo: ſed talis vnicuique finis apparet, qualis quiſque eſt.

Eorum rationẽ hic ponit, qui nihil eſſe ſpontaneũ confirmare conabãtur, à viſionibus,imaginationibuſq; ſumptam, quam tamen omiſſa vniuerſalitate ad vitia & pecca- B ta tantummodo applicat, ac ſoluit. quia enim demonſtrate ꝓpoſuerat vitia quoq; perinde ac virtutes in noſtra eſſe poteſtate, quaſi virtutes eſſe voluntarias omnes concedant: oſtendit neque hanc rationem, quæ è rerum natura ſpontaneum tollit, illis quicquam opitulari qui inuoluntaria eſſe peccata aſſeuerant. nam ſi inuoluntaria peccata ob id ſunt: inuolũtaria quoque eſſe cætera omnia neceſſe eſt. ſed ſi non tollit hæc ratio, quin virtutes in nobis ſint: neq; tollet etiam quin vitia ſpõte noſtra non acquirantur. tota autẽ illorũ ratio in hunc modum conſtituitur. Si viſionũ ac ſpecierũ illarum rerũ quæ bonæ nobis apparẽt, domini minime ſumus, quas ſequuti talia ac talia agimus, C neque talia ac talia agere in poteſtate noſtra erit. at ſpecierum quæ nobis occurrunt, atque animum noſtrum pellunt, domini non ſumus, quales enim ſumus, tale etiam bonum, ac finis ipſe nobis apparet: natura enim ſumus tales ac tales: quippe cum alius eiuſmodi naturali affectione prædicus ſit, vt vere bona poſſit dignoſcere, alius non ita: natura igitur vt bonæ nobis ſpecies rerum appareant, in cauſa eſt. ſi natura, nos nullum in ipſas ius, nullumque dominuim habeamus, neceſſe eſt. nõ eſt ergo in noſtra poteſtare vt boni vel mali ſimus. atque hæc integræ rationis concluſio eſt: quæ non tam è vitijs quàm è virtutibus ſpõtaneum tollit. Ariſtoteles autem hic ex parte eam ſoluit, id eſt quòd a vitijs tantummodo ſpontaneum non exclu- D dat: propterea quòd hanc illi maxime afferre cõſueuerãt, qui vitia ſolummodo inuoluntaria eſſe probare nitebantur. dicebant enim, omnes bonum id appetere quod ipſis videretur: vt autem tale aut tale aliquid videatur, neminem eſſe in cauſa, ſed naturalem animæ perſpicientiam quandam ac quaſi viſum, qui in alio admodum perſpicax eſſet atque eiuſmodi, vt exacte res quales eſſent, diſcernere valeret; in aliquo imbecillis atque obtuſus, ita vt allucinaretur ſæpe, & vera bona dignoſcere non poſſet. quæ quidem animæ vis ac facultas ſi inuoluntaria eſt, ac natura exiſtit, perſpicuum eſſe omnia peccata ab hominibus tum committi, cum vel id quod bonum eſt, nõ eſſe bonum opinantur: vel malum ſub ſpecie boni cernunt, atque eligunt: vt hoc modo actiones quamuis peſſimæ ſint, venia tamen dignæ haberi iccirco debeant, quia E omnia agunt homines ex appetitione eius quod ipſis bonum videtur. vitia igitur non eſſe in noſtra poteſtate. ſi vero eſſe ea dicere aliquis vellet, ſpecies quoq; ipſas ac viſiones, id quod eſt abſurdum, eſſe oportere.

Verum ſi vnuſquiſq; habituum ſibi quodam modo in cauſa eſt, viſionis quoque quodam modo erit: ſin autem nemo ſibi eſt in cauſa, vt mala faciat, ſed ex ignoratione finis ea agit ex iiſq; ſummum bonum ſe conſequuturũ exiſtimat: appetitio vero finis minime ſpontanea eſt, ſed oportet vt vnuſquiſque idoneus natus ſit, habeatque quaſi viſum, quo recte valeat diſcernere, & id quod vere bonũ eſt eligere: ſicq; is eſt bono ingenio prędi tus, cui bona hęc naturę affectio inſita eſt: quod enim maximum eſt, & pulcherrimum, quodq; ab alio accipere aut diſcere nullo modo licet, id quale natura eſt, tale ipſe habebit: atq; ita quidem bene & recte natura eſſe affectum ipſa erit perfecta ac vera natura habilitas atque aptitudo.

A Hoc ad corroborandam aduerſariorum rationem ſubiungit: quaſi abſurdum ſit, ac fieri nullo pacto queat, vt viſionum facultas in nobis ſit, atque iccirco neq; vitia quæ habitus ſunt, è viſionibuſque promanant, eſſe oporteat. reliqua item quę inſert ad eandem comprobationem ſpectant: bonum ſcilicet ingenium, facultatemque dignoſcẽdi natura hominibus eſſe inſitam, eumq; bene eſſe natura affectum, qui viſum in anima acutum, atque exquiſitum adeptus eſt, id quod maximum eſt ac pręſtantiſſimum ad bonorum electionem, dignotionemque faciendam, neq; ab alio quopiam aut accipi aut diſci vllo modo poteſt: ſed quale natura eſt, id eſt naturale atque innatum oportet B habeamus. atque eam demum perfectam naturalem aptitudinem eſſe, quę cum in noſtra poteſtate minime ſit, cõficiebant, vitia quoq; in quæ ex iudicij huius naturalis partis errore incurrimus, ſponte noſtra non comparari.

Si inquam hæc vera ſunt, cur magis virtus quàm vitium ſponte acquiratur, non video. vtrinq; enim tam bono, quàm malo ſimili modo finis vel natura vel quomodocunq; & apparet, & ſtatuitur: ad quem poſtea cætera referentes quomodocunq; agunt. ſiue igitur finis non natura vnicuiq; apparet, qualiſcunq; is ſit, ſed aliquid etiam apud ipſum eſt: ſiue naturalis quidem finis eſt, quia tamen reliqua probus vir ſponte agit, virtus ſpontanea eſt: nihilo minus vitium quoq; C ſpontaneum ſit, neceſſe eſt. nam ſimiliter quoq; malo in actionibus ineſt facultas, vt ex ſeſe agat: etiamſi in fine non ſit.

Eorum rationi Ariſtoteles primum ita occurrit, vt dicat licet quam maxime vera ſint, quæ ab his afferuntur, nihilo tamen magis effici, vt vitium, quam virtus quoque inuoluntaria eſſe videatur: quippe cum finis eodem modo vel natura vel quomodolibet tam bono quam malo appareat, ad quem cætera omnia referendo vnuſquiſq; agit. Quare ſi virtus eſt voluntaria, etiam vitium erit, ſi vitium item inuoluntarium, virtus quoque ita eſſe eſt exiſtimanda. ſiue igitur finis minime natura apparet vnicuique, ſed mẽtiuntur qui hoc introducunt: quippe cum vt hoc vel illo modo appareat, magnum momentum apud ipſum etiã D hominem à principio ſit, dum aut quæ non debet, operatur, ſiue natura quidem apparet vnicuique finis, vt dicunt iſti, virtuſq; eſſe ſpontanea ob id dicitur, quia cætera quæ ad finem & verum bonũ ſpectant, ſponte probi viri agũt, vtroque modo efficietur, vt vitium ſimiliter ſpontaneum ſit, cum ſimili ratione facultas etiam prauo eſſe debeat in actionibus, vt ex ſe agere poſſit. licet finem in poteſtata eius non eſſe conceſſerimus.

Si ergo quemadmodum dicitur, ſpontanea ſunt virtutes, habituum enim coauctores quodam modo nos ſumus, ex eoq; quòd ſumus qualitate quadam affecti talem etiam finem ſtatuimus: vitia quippe quę ſimili ratione efficiantur, ipſa etiam ſpontanea erunt.

Poſteaquàm rationem iſtorum communem non tam E vitijs quam virtutibus etiam eſſe oſtendit, atq; ita ipſorũ argumentationem refutauit, nunc maniſeſtius ſentẽtiam ſuam declarans veriorem ſolutionem ſubiungit. ex eoque virtutem eſſe ſpontaneam inquit non ſolum quòd ex quotidianis exercitationibus ſponte operando eam acquirimus, verum etiam quia ex huiuſcemodi exercitationibus idonei ad dignoſcẽdum finem quodam modo efficimur: vt eodem modo vitia quoque eſſe neceſſe ſit. reſpondetq; ad id quod in confirmanda aduerſariorum oratione poſuerat, cum diceret: ſi vnuſquiſq; habituum ſibi eſt cauſa, viſionis quoque erit, & apparitionis. inquitque habituum noſtrorum ex quibus talis nobis ac talis finis apparet, nos quoque eſſe coauctores. demonſtratum .n. ſuperius eſt, ex aſſuetudine tales ac tales nos reddi: bona agẽdo bonos, praua prauos. cũ ſumus autẽ boni, tales quędã nobis res videntur. cũ praui, diuerſæ. nã ſicut dixit, vniuerſalis ignoratio nõ inuoluntarij, ſed prauitatis in cauſa eſt. coauctores autẽ habituũ nos eſſe id eſt συναιτίους, nõ abſolute auctores dixit, naturæ

xit, naturæ fortaſſe aliquid tribuens: quippe cum naturalẽ quandam propenſionẽ habere nos quoq; manifeſtum ſit, ſed hæc tamen tantã habet vim, vt correctionẽ prorſus nõ reſpuat. fortaſſe etiam coauctores dixit. vt fortunæ aliquid concedẽdũ oſtẽdat, cũ à principio educationis noſtræ vel in bonos vel in malos pædagogos incidamus. maiorem tamen partẽ in hoc electio noſtra atq; exercitatio obtinet. nã multi honeſte ac bene & nati & educati prauis moribus aſſueſcendo nullam neq; à natura, neq; ab educatione vtilitatẽ cõſequuti ſunt, vt probi euaderẽt, contrà nõnulli malis orti parẽtibus, illiberaliterq; educati, vbi tamen ad bonas ſeſe exercitationes tranſtulere, boni effecti ſunt.

Ac communiter quidem de virtutibus à nobis dictum eſt; genusq; ipſarum figura quadam, id eſt ipſas mediocritates eſſe, atque habitus: & à quibus item fiant: ad ipſaſque agendas idoneos eſſe homines ſecundum ipſas: in nobiſque etiam eas eſſe; & ſpontaneas: atque ita demum, vt recta ratio B præſcripſerit.

Cum duo genera virtutis hic ponere videatur, quærendum eſt an vtraque idem ſint, an alterum ſub altero ſubſtituatur: poſſumuſque dicere mediocritatem ſub habitu eſſe collocandam, quippe cum habitus generalius quoddam ſit: omnis enim mediocritas eſt habitus, non autẽ contrà. multi ſiquidẽ ſunt habitus, vt vitia, quæ tamẽ nõ ſunt mediocritates. ſed fortaſſe melius eſt, vt dicamus Ariſtotelem hic vtrunq; hæc poſuiſſe, quaſi totum quoddã, atq; vnũ genus: vt ex mediocritate & habitu mediũ quẽdã habitũ intelligeremus. nihil enim aliud eſt virtus q̃ habitus in mediocritate conſiſtẽs, genusq; eius eſt habitus mediocris, non abſolute mediocritas. nam ſi quis recte conſideret, neque omnis mediocritas eſſe habitus perſpicietur C verecundia enim & indignatio licet ſint mediocritates, habitus tamen nullo modo eſſe poſſunt. Adde quod Ariſtoteles ipſe etiam ſignificare hoc videtur, cum in ſingulari numero genus hic dixerit, nõ genera. Dictum præterea eſt à quibus fiant, id eſt, à nobis, à noſtraq; aſſuetudine, & electione. ſed legitur hic etiam in aliquibus non à quibus, id eſt ὑφ' ὧν ſed ἐξ ὧν. id eſt ex quibus id quod etiam poſſumus admittere, vt intelligamus ex operationibus noſtris effici ipſas virtutes. ipſarũ aũt virtutũ vel operationũ effectores exequutoreſq;, id eſt idonei ad ipſas agendas homines ſunt ſm ipſas: agẽdo enim iuſta iuſti, tẽperantia tẽperantes, fortia fortes efficimur. adiungitur autẽ ſm ipſas ea de cauſa, vel q̃ fieri poteſt, vt fortis temperanter quippiam agat, qui tamen non vt fortis tũc, ſed vt tẽperans, agit. licet D enim omnibus virtutibus fuerit præditus, omniaq; agat, ſingula tamen ſm vnamquanq; virtutẽ aget, fortiter quidẽ facta ex operationibus, quibus fortis euaſit, atq; id quatenus fortis, ac per ſe, iuſte autẽ facta aut temperanter ſm accidens: non ſanẽ quatenus fortis. accidit enim forti, vt & iuſtus & temperans idem ipſe ſit. vel quia aliquando euenit, vt contraria inſtitutis noſtris faciamus, ratione tamen iubente atque eligente: vt, temperans ſecundum quidem ipſam temperãtiam nunquam cum aliena vxore conſueſcet, ſed tamen ublata occaſione vt liberare patriam à Tyrannide poſſit, cum Tyranni vxore rem habebit, atque id rationem ſequutus, non cupiditatem ac libidinem. id tamen faciet ſecundum accidens, non per ſe, vt temperans.

Non ſimili autem modo actiones ſpontaneæ ſunt, atq; habitus. actionum enim à principio vſque ad finem domini ſumus, cum ſingula queq; cognoſcamus: at habituum principij tantum facultas in nobis eſt: ſingulorum autem additio non nota: quemadmodum in ægrotationibus. quoniam tamen in noſtra erat poteſtate vel ita, vel non ita vti: etiam habitus ipſi ſpontanei ſunt.

Actiones autem & habitus non ſimili modo ſpontanei ſunt. nam in actionibus à principio ad finem vſque agit vnuſquiſque, pergitque ac deſiſtit quandocunque voluerit, habituum vero principij tantummodo facultatem habemus, incrementi ac finis non ita. additio enim & in- A crementum eorum ignoratur ac non aduertitur, quippe cum ſenſim ac latenter augumentum accipiant, atque vlterius aliquando in improbitate ac vitijs progrediantur nonnulli, quàm voluiſſent. vt in ebrietatibus ac libidinibus videre licet; in quibus quandoque paulo liberius homines atque incautius progredientes, quaſi in noſtra poteſtate ſiturũ ſit habitus acquirere, habitum continuatis actionibus imprudenter contraxere. id quod in ægrotationibus etiam contingit, vbi enim quis intemperantia ac prauo victu, aut aliqua alia cauſa morbo occaſionem præbuit, licet progreſſionem eius minime aduertat, creſcit tamen ille paulatim, atque augetur, eatenus interdum, quatenus nunquam aliquis ſperaſſet, vt in poteſtate eius amplius non ſit, etiamſi velit, non ægrotare. Eodem modo eſſe in noſtra poteſtate habitus dicuntur, ratione principij: eo ſcilicet quod eorum initia in nobis ſunt, poſſumuſq; eis & hoc & illo modo vti, neque in vitijs ſolum ad B ditamenta atq; incrementa non percipiuntur, ſed in virtutibus quoque profectus ipſi latenter fiunt, vt aduertere, niſi vbi profecerit, queat nemo:

De fortitudine, & forti. Cap. VI.

Sed iam repetita oratione de ſingulis virtutibus, quænã ſint, & quales, & quo modo, diſſeramus: ita enim fiet, vt etiam quot ſint, facile conſtet. ac primum dicamus de fortitudine: quam quidem eſſe mediocritatem quę circa timores, fiduciaſque verſetur, ſuperius dictum iam eſt.

Poſteaquam de ſpontaneo & inuito abſoluit tractationem, de ſingulis virtutibus diſſerere aggreditur, à forti- C tudine exordio ſumpto, quæ licet mediocritas dicatur eſſe circa timores ac fiducias, non eodem tamen modo vtroſque hos affectus admittit, ſed fiducia plurimum, timore minimum vtitur, magiſque fortis vir ex eo agnoſcitur, quod intrepidus plerunque ſit, timoreque vacet, quàm quod timeat, quia tamen vtriſque his affectibus moderationem præſcribit fortitudo, circa vtroſque hos verſari dicitur. ſed verba ipſius Ariſtotelis diligentius examinemus. de ſingulis virtutibus diſſeramus, inquit, quæ nam ſint, & quales & quo modo. cum quæ nam ſint dicit, de ſubſtantia ipſarum, cum quales circa qualia ſubiecta verſentur, actiones ſcilicet, & affectus, cum quo modo, quemadmodum exiſtant, medium vnum eligendo, extrema que, exceſſus videlicet & defectus fugiendo, declaraturum ſe pol- D licetur. quæ ex re facile etiam elucebit, quot ſint ipſæ virtutes, id eſt morales de quibus præſens conſideratio eſt. Primum autem à fortitudine ea de cauſa fortaſſe incipit, quia circa id verſatur maxime, quod eſt maxime laudabile, quodque proprium eſt virtutis, id eſt in laboribus moleſtijſque tolerandis. quippe cum longe difficilius, vt ipſe etiam inquit, ſit, perferre laborioſa ac moleſta, quàm à voluptatibus abſtinere, atq; ob id maiore etiam laude dignum habeatur. vnde etiam de ijs quæ terribilia ſunt, longius pertractat, in quibus ſcilicet magis conſiſtere fortitudo videtur.

Timemus autem ea ſcilicet quæ terribilia ſunt. ea vero ſunt, vt ſimpliciter dicamus, mala, vnde etiam timorem expe- E ctationem mali eſſe definiunt. ac timemus quidem mala omnia: vt infamiam, paupertatem, morbum, ſolitudinẽ amicorũ, mortem. non circa omnia tamen eſſe vir fortis videtur: quippe cum nonnulla omnino timere debeamus, quę & timere honeſtum, & non timere turpe eſt, vt, infamiam. qui enim eam timet, modeſtus ac verecundus. qui non timet, impudens eſt. à nonnullis tamen per tranſlationem fortis appellatur, cum ſimile quid cum forti viro etiam ipſe habeat. nam etiam fortis intrepidus quidam eſt, timoreque vacuus.

Quoniã ea quæ timorẽ incutiũt, terribiliaq; ſunt, timemus, quęnã terribilia ſint, prius definiendũ ducit, vt inde pateat, quã in re terribili fortis vir intrepide ſe gerens laudem

dem mereatur, hæc autem ex timoris definitione manifeſta erunt. timorem vero mali expectationem eſſe definiunt, mala igitur ſunt ea quæ timemus. deinceps circa cuiuſmodi mala vel contemnenda, vel formidanda fortis vel ignauus eſſe quiſpiam dicatur, conſiderat. non enim qui quælibet mala non timet; fortis eſt exiſtimandus; quippe cum nonnulla omnino ſint timenda; nonnulla minime; infamia ſiquidem etiam forti viro timẽda eſt. vir.n. fortis verecundus eſt, nõ impudens: atq; iccirco quantũ in ſe eſt ſummopere cauebit, ne in infamiam dedecuſque incidat. nam qui id negligit, inuerecundus, impudentiæq; vitio obnoxius eſt: ſolitudinam quoq; amicorum id eſt amicorũ priuationem, viduitatemq; hominum neceſſariorũ, quàm ἐρημίαν græce dicit, in numero eorum quiſpiam eſſe diceret, quæ timeri etiam à viro probo & forti debeant.

Paupertatem autem fortaſſe timere non decet, neq; morbum, neq; omnino quippiam quod neque à vitio proficiſcatur neque per nos ipſos fiat. ſed neque qui in his eſt intrepidus, fortis eſt, ſed ex ſimilitudine tamẽ fortis dicitur. nonnulli ſi quidem ſunt, qui licet in bellicis periculis ſint timidi: liberales tamen ſunt, & in abijciendis pecunijs fidẽter ſe gerunt. Neque præterea ſi quis filiorũ aut vxoris contumeliam, aut inuidiam, aut tale quippiam timet: is timidus eſt: neq; fortis, ſi flagris cædendus confidit.

Paupertas vero, aut morbus & cætera eiuſmodi quæ vitium nullum in ſe includunt, timenda fortaſſe non ſunt, fortaſſe addidit, vt oſtendat eſſe quidem hæc mala, quatenus fieri poteſt, à nobis declinanda ac vitanda, niſi id dedecus aliquod nobis allaturum ſit: non tamen timenda, non enim omnis euitatio ac declinatio timorem arguit, aut ex timore proficiſcitur, ſiquidem quæ in conſultando repudiamus ea declinamus, & nõ agimus, nec tamen timamus, quæ item euitamus ne inquinemur, timere minime dicimur. deceptores etiam & impoſtores euitare ac declinare conſueuimus, quos tamen nullo modo pertimeſcimus. verum ſi etiam timorem hunc quodam modo quiſpiam appellet, non eſt tamen eiuſmodi, vt terribiles res efficere valeat. paupertas igitur timenda non eſt, qui tamẽ eam non timet, non continuo fortis eſt appellandus. multi enim ſunt qui in rebus bellicis timide ſe gerunt, in expẽdendis vero pecunijs, atq; erogãdis ſplẽdidi admodũ ſunt omnique cunctatione, ac metu vacant. Sicut neque qui quælibet quę timenda ſint, timuerit, vt vxoris, aut liberorũ contumelias, vt inuidiam, & cætera eiuſmodi, timidus eſt dicendus: neq; fortis qui flagellãdus, id quod ſerui plerią; faciunt, confidentia animi præditus eſt.

Circa qualia igitur terribilium fortis verſatur? an circa maxima? nemo enim tolerantior malorum eſt. mors autem maxime omnium rerum eſt horribilis: quippe cum terminus ſit: nihilque amplius homini mortuo neque bonum, neq; malum eſſe videatur.

Cum oſtenderit non circa omnia terribilia verſari fortem virum, nunc circa quæ verſetur, manifeſtat, fortemq; eſſe eum dicit, qui circa maxima quæque pericula ac mala intrepidus permanet. maxime autem horribilem omniũ eſſe mortẽ: quippe quæ terminus vitę ſit, ſenſuq; omni tã boni quàm mali homines priuet: vnuſquiſque autem maxime formidat nõ eſſe, vitæq; priuationẽ abhorret, vt qui interritus hac in re fuerit, fortis merito cenſendus ſit.

Sed neq; circa mortem quamlibet verſari fortis videtur: vt ſi in mari, vel morbo contigerit. circa qualem igitur verſabitur? an circa eam quæ in pulcherrimis rebus cõtingit? cuiuſmodi ſunt, quæ in bello oppetuntur, in maximo ſcilicet & pulcherrimo periculo.

Sed neque tamen in omni mortis genere fortitudo ſpectatur. neque enim vel qui in mari occumbit, vel qui morbo tabefactus interit, ſi eam mortem ſine timore obeat, fortis erit dicendus, fortis enim vir, licet in his quoque timore omni ac formidine vacaturus ſit: non tamen

A. huiuſcemodi moriendi genera affectabit, atque appetet, ſed euitabit potius, niſi honeſtas aliqua, ac decus in his ſufferendis ineſſe videatur, præclaræ autem atque honeſtæ mortes illæ ſunt: quæ in bello oppetuntur, pericula que bellica magnam in ſe habere gloriam videntur, ſi pro patriæ ſalute, pro legibus, pro amicorum propinquorumq; libertate, pro aris demum ac focis ſubeantur in quibus omnibus, mortis, vt ita dixerim, impauiditas ac contemptio propria fortis viri eſt.

His conſentiunt etiam honores, qui & à ciuitatibus, & à regibus instituti ſunt. Ille itaque proprie vir fortis dicetur, qui circa præclaram mortem impauidus fuerit, circaq; ea quæ mortem afferunt, cum proxima ſunt. eiuſmodi autem maxime ſunt, quæ in bello incidere conſueuerunt.

B. Huic rei teſtimonio eſſe honores inquit, qui & in rebus publicis legibus inſtituti ſunt & in regnis à regibus exhiberi ſolent ijs, qui fortiter pugnando pro patria ſtrenue ſe geſſerunt. nam qui hæc pericula intrepide ſubeunt & viuos magnificis honoribus excipiunt, & mortuos celebribus funeribus, ac laudationibus proſequuntur. cuiuſque enim virtutis finis honeſtas eſt. vnde pro honeſtate fortis vir mortem eligit, ad eamque oppetendam intrepidus accedit, neque mortem ſolummodo non timet, verum etiam ad ea ſubeunda promptus, paratuſque eſt, quæ mortem eiuſmodi inferunt, cum ſcilicet in proximo ſunt, præſenſq; periculum intentant. nam ad mortem quæ ex longinquo expectatur, ſuſtinendam quilibet, etiam ſi non ſit fortis, longa meditatione aſſueſcendo præparare C. animum poteſt, mala vero, quæ repente ingruunt, fortiter tolerare non, niſi fortis viri eſt, atque eius, qui habitum fortitudinis adeptus iam ſit.

Et [illegible] tamen & in mari & in morbis vir fortis impauidus eſt, non ita tamen, vt maritimi homines: hi enim deſperata ſalute ſic ægre huiuſmodi genus mortis ferunt, illi bona ſpe ob nauigandi peritiã freti ſunt. fortes præterea in ijs viriliter ſe gerũt: in quibus vires ſpectantur, aut præclarum eſt mori: quorum neutrum in talibus generibus necis exiſtit.

Præcipue igitur ac proprie ad mortem honeſtam ac præclaram, qualis maxime in bellicis periculis contingit, obeundam fortis vir intrepidus eſt. D. conſequitur tamen poſtea vt & in quolibet alio mortis genere metu omni vacet, vt in morbo & mari. non enim eadem de cauſa in mari eſt impauidus fortis vir, qua maritimi homines, qui in mari verſantur, nauicularij, rerumque maritimarum periti. fortes ſiquidem deſperantes de ſalute ægre genus illud mortis ſubeunt, quippe qui nollent fruſtra ita ſine præclaro facinore vita excedere, ferunt tamen fortiter, ac generoſe, nullo timore perteriti. nauicularij vero nauigandi peritia freti nihil mali euenturum ſperant, atque ob ſpem ſalutis, non ex habitu aliquo virtutis timore vacui ſunt, vt ſi quis huiuſmodi hominibus ſpem ſalutis eriperet, trepidare eos nihilo minus quàm cæteros in periculis maritimis conſpiceret. at vero fortes, licet præ ſe ferre fortitudinem ſoleant, vbi vires id eſt præclara geſta ac generoſa ſpectantur, E. præclarumque eſt mortem oppetere, in mari autem & morbo neutrum horum ſit, nullum enim glorioſum facinus, nullaque præclara actio in huiuſcemodi mortibus elucet, vnde etiam non mortes ſed neces & corruptiones, id eſt φθοράς eas hic appellat Ariſtoteles. licet igitur ita ſit ob animi tamen habitum ac præparationem etiam has fortiter ſuſtinet.

De terribilium diuerſitate & fortitudinis extremis. Cap. VII.

Id autem quod terrorem incutit, non omnibus eſt idem: dicimuſq; aliquid ſupra hominem eſſe: quod quidẽ vnicuique ſanę mentis homini terribile eſt. at quę hominem non excedunt, & magnitudine differunt, & eo quòd magis vel minus efficiuntur. ſimili modo ea quæ fiduciam nobis afferunt [illegible]

Non

Non idem autem eſſe vnicuiq; terribile inquit. nõ enim idem & forti, & audaci terrorem infert, ſed vt quiſque animo eſt affectus, ita timet. vel aliud alij formidabile eſſe in eam ſententiam accipiẽdum eſt, vt dicamus auaro paupertatem, pecuniarumq; iacturam, ambitioſo infamiam, honoriſque priuationem: voluptuoſo voluptatum detractionem ac dolorem, vitæ cupido mortem eſſe terribilem ac formidabilem. ſupra hominem autem ſunt, terræ motus, fulminum ictus, diluuia, incendia, terræ hiatus, atq; id genus cætera, quę cum omnibus ſanę mentis hominibus terribilia ſint, etiam forti viro quatenus eſt homo, ſenſuque humano non caret, erunt formidanda. quæ vero humana ſunt, ea magnitudine differre inquit, quatenus maiora sũt vel minora: vt ſi magnus exercitus hoſtium, optimeq; inſtructus inuadat, maiorem terrorem inferet, quàm ſi paruus, parumque inſtructus, ſique maiores copiæ vehementius ingruant, magis erunt timendæ, quàm ſi minores, quę remiſſiorem pugnam exerceant, id quod Aiaci apud Homerum contigit: inquit enim:

At Telamone ſatus ſaxis iaculiſque petitus
Amplius haud manſit: nam inſtabat Iuppiter, atque
Troum denſa phalanx ſine fine ſpicula iactans.
Horret dum galea crebris, clypeuſq; ſonabat
Ictibus, hirſutęq; labábant vertice criſtę:
Pugnandique dabat feſſo mora nulla quietem:
Anxius at toto manabat corpore ſudor
Vndiq; ſic labor vrgebat nouus vſque laborem.

Ita magnitudine malorum ingruentium Aiax ceſſit. ſimili modo quoq; maiorem vel minorẽ fiduciam afferunt res ipſæ, prout magnę vel paruę fuerint. vt, ſi longe ſuperiores nos eſſe aduerſariis videamus, magis confidimus: ſi vel pares, vel paulo ſuperiores, minus.

Fortis autem vir vt homo, erit interritus: timebit tamen etiam ipſe huiuſmodi mala: ſed vt oportet tamen, & vt ratio præſcribit, honeſtatis cauſa ſuſtinebit, ac feret, quippe cum hic finis virtutis ſit. efficitur autem vt magis & minus hęc timeamus: item vt ea quę non ſunt terribilia, quaſi terribilia ſint timeamus.

In his omnibus fortis vir erit interritus, ſed interritus tamen vt homo, timebit enim etiã ipſe aliquãtulũ terribilia ea humana q̃ magnitudine exceſſerint, ſed tolerabit tamẽ honeſtatis cauſa. confidet itẽ ſicut oportet, & quãdo oportet. ſicut igitur res ipſæ differunt, vt magis vel minus terribiles ſint, eadẽ quoq; in hominibus differẽtia eſt. vt magis vel minus timeant. qui enim neq; fortes ſunt, neq; ignaui, ſed medij: ij alter altero magis, vel minus timere cõſueuerunt. nonnulli etiã ſunt, qui ea quæ non ſunt terribilia, perinde ac ſint, formidẽt, vt ſoricis ſtrepitum, bõbumq; aquarum: cuiuſmodi ſunt, qui timiditate excedunt.

Peccataque committuntur, cum timemus vel ea quę non oportet, vel nõ ſicut oportet, vel quãdo nõ oportet, vel aliquid eiuſmodi: ſimiliter quoq; circa ea quæ fiduciam afferũt.

Quoniam non quemadmodum virtus omnibus his numeris, diſtinctionibuſq; indiget, & vt & quo modo oportet, & cum quibus, & cuius cauſa oportet, exerceatur, ita quoq; vitium: ſed ſatis eſt, vt in vna ſola re peccatum ſit, idcirco inquit peccata circa ignauiã ac timiditatem cõmitti: aliud, cum ea timemus quæ non oportet, aliud, cũ nõ vt oportet & c. modo in aliqua ex his diſtinctiõibus facta trãſgreſſio fuerit. neq; ſolum in timore hoc fit, verum etiã in fiducia, ſi enim vel quando non oportet, vel cum quibus non oportet, confidimus: in audaciæ vitium incidimus.

Qui igitur ea quæ oportet, & cuius cauſa oportet, & vt oportet, ſuſtinet, ac timet, & ſimili modo etiam confidit: fortis eſt: quippe cum † pro dignitate & ſicut ratio præſcribit, fortis vir & patiatur, & agat.

Qui igit̃ oẽs has diſtĩctiones definitioneſq; ſeruauerit, fortis eſt. & pręcipue ſi cuius cauſa oportet vel timuerit, vel confiderit. vir enim fortis pro dignitate ipſarum rerũ, quæ

A vel timorẽ vel fiduciã afferunt, ita timet vel confidit. quãquã legitur etiã non κατ᾽ ἀξίαν, ſed κατ᾽ ἕξιν, vt intelligamus fortem virum nõ pro dignitate, ſed pro habitu ſeu ex habitu operari: cui lectioni ſubſequẽs ſententia reſpondere magis videtur. ſequitur enim:

Finis autem vniuſcuiuſque operationis eſt qui ſecundum habitum exiſtit: at viro forti fortitudo ipſa honeſta res eſt: talis igitur erit etiam finis: quippe cum fine ſingula definiãtur: honeſtatisq; cauſa fortis vir ſuſtineat atq; agat ea quæ ex ipſa fortitudine ſunt.

Nam ſi habitus eſt honeſtus, finem quoq; eſſe honeſtũ neceſſe eſt. omnis enim quæ ex habitu virtutis fit operatio honeſtatis cauſa fit. fortis igitur vir omnia & aget & tolerabit, vt fortis, honeſtatiſq; cauſa. vnaquæq; autem actio ex fine vel honeſta eſſe, vel turpis videtur: at fortitudo honeſtum quid eſt: fortitudinis igitur finis, cuius cauſa exer-
B cetur, honeſtus ſit, neceſſe eſt.

Ex illis vero qui exuperant, qui intrepiditate excedit, nomine vacat: multa enim huiuſmodi nominibus vacare ſuperius à nobis dictum eſt: poſſet tamen eſſe inſanus quidam atq; indolens, ſiquidem neq; terræ motus neq; vndationes timeat: id quod Celtas facere dicunt.

Vitia per exceſſum & defectum fortitudinis quę etiam prius poſuit, plura hic explicat, quo ipſorum mediocritas clarius eluceſcat: ac prius eum qui intrepiditate excedit, nomine vacare inquit, eo quod nullos ſolemus appellare intrepidos idest ἀφόβους, quemadmodum audaces, vocari tamen is inſanus atque indolens poſſet, id eſt ἀνάλγητος qui ita eſt ſtupidus, vt nullum ſenſum doloris habeat, etiã in ijs quæ omnibus quoque fortibus dolorem afferre con-
C ſueuerunt: nam ea quoque quæ ſupra hominem ſunt, non timent.

At qui cõfidẽdo in terribilibus rebus excellit, audax eſt: qui quidẽ audax & arrogans eſſe, & fortitudinis affectator videtur. ſicut enim ille circa formidabiles res ſe gerit, ita hic ipſe videri vult: in quibuſque poteſt, illum imitatur: vnde efficitur, vt pleriq; ex ipſis timidaudaces ſint: in his enim audacter ſe gerentes formidoloſa non ſuſtinent.

Qui confidẽdo excedit audax eſt, videturq; idem quoq; eſſe arrogãs arrogãtes. n. eos vocamus, q ea quæ nõ habẽt, affectant, ac ſibi vendicant. id quod etiã audax facit, fortitudinem quam non habet, ſibi arrogans. imitari ſiquidem fortem virum vult, ſed non aſſequitur, anteq̃ enim pericula inciderint, audacter ſe gerit: vbi in ea incurrit, ſuccum-
D bit, nec tolerat, timiduſq; eſſe deprehẽditur: vt θρασύδειλος, id eſt timidaudax merito appellandus ſit. Cuius exemplo eſſe poſſunt barbari, qui apud Homerum cum clamore & tumultu ingredientes inducuntur: inquit enim:

At Troiana phalanx ingenti fuſa tumultu
Cum magno ſonitu ſimul, & clamore ruebat:
Non ſecus, ac volucres, quæ cum clangore per auras
Inſtantes fugiunt imbres: nam frigidus annus
Vrget, & oceani tranſmittere cœrula cogit
Aequora, Pygmeis cædes, & bella ferentes.

ante tempus enim tumultuarę & clamare, iactabũdi, atq; audacter ſe gerentis hominis eſt: fortes vero ante pericula quieti ac taciti ſunt: in ipſis autem periculis obeundis fiduciam ac fortitudinẽ præ ſe ferunt. Id quod Græci apud
E Homerum faciunt. Ita enim canit:

Verum parte alia tacitis ingreſſibus ibat
Viribus atque animis Danaorum inſtructa caterua.

& item alibi:

Sic denſa in pugnam longo tunc ordine graium
Agmina agebantur. dux hortabatur euntes
Quiſque ſuos: illi nullo clamore ſubibant:
Vt tantum populi numerum ſine voce frequentis
Voce carere putes. gradientum fulgida circum
Arma micant, horrentq; hirſutæ in vertice criſtę.
At Troiani ſicut oues, quæ plena frequentes
Diuitis in ſtabulis mulgentibus vbera præbent:

Agnorum

Iſ certe nullæ poterit ratione cauere,
Quin auibus, canibusque obiectus prçda voretur. & qui imperant: & ſi receſſerint, verberant, idem faciunt, nec non qui ante foſſas, vel tale quippiã acies inſtruunt: omnes enim cogunt. *Verum non ob neceſſitatem, ſed ob honeſtatem fortem eſſe oportet.*

Quinetiam ſub ciuilem fortitudinem reducuntur, qui à principatum obtinentibus coguntur, nam hi quoque mandato principis perinde ac legi obtemperãt, licet prioribus ſint inferiores, quippe qui metu mortis, ac pœnę, nõ ex pudore, aut honoris cauſa fortiter ſe gerant. Illi etiam ad hanc fortitudinem homines inducunt, qui imperant militibus, vt vlterius progrediantur, ſi vero retro cedant, minis territant, verberibusque afficiunt: vt apud Herodotum Perſæ. hoc enim modo eos cum Græcis ad Thermopylas pugnaſſe memoriæ prodit. Qui item ante, ideſt vltra foſſas exercitum in aciem ad confligendum producunt, ſimilibusque locis, quæ reditus & fugę ſpem pugnantibus eripiunt, ij quoque occaſionem militibus præbent, vt fortes euadant. Id quod Lacedęmonij in ea pugna quam cũ Meſſenijs geſſerunt, feciſſe memorantur, cuius etiam Tirtæus meminit.

Videtur autem vniuſcuiusque etiam rei experientia fortitudo quædam eſſe: vnde etiam Socrates fortitudinem eſſe ſcientiam exiſtimabat.

Alterum genus fortitudinis ponit, quod in experientia cõſtitutum eſt, vt de maritimis hominibus ſuperius dixit qui enim maris experientia callent, intrepide pericula tẽpeſtatum ſubeunt. qui aurigandi periti ſunt, in domandis equis, curruque moderando metu omni vacant. medici item in morbis quos nonnulli incurabiles putant, fidẽter ob rei peritiam ſe gerunt, neq; ita facile deſperant. in vnoquoque demum ſtudio atque arte illi maxime in periculis confidunt, qui periti maxime fuerint. Vnde etiam Socratem inquit fortitudinem eſſe ſcientiam exiſtimaſſe, eo quod in Lachete apud Platonem eos qui experti periculoſas ac terribiles res ſunt, ſcientes eſſe earundem putat: fortitudinemque eſſe inquit rerum periculoſarum, & nõ periculoſarum ſcientiam. in Protagora quoq; quoniam inquit, ſcientis eſt in ijs quæ ſcit, eſſe confidentiſsimus, fortis quoque eſt confidentiſsimus, atque ita ſcientem eundem eſſe cum forti oſtendit, non admodum ratiocinatorie colligens, quaſi conſequatur ſcientes & peritos eſſe confidentes, & confidentes peritos, atque ob id fortitudinem cognitionem eſſe, ac peritiam quandam. Conſiderandũ tñ an alij quoq; Socratis ſocij ita dicãt de fortitudine.

Ac tales quidem alij alijs in rebus ſunt: in bellicis vero milites, quippe cum multa vana res belli eſſe videãtur, quas ipſi maxime exploratas habent. vnde ob id fortes videntur quia cuiuſmodi res illę ſint, alij ignorant. atque ita & ſubire eas & nihil pati ex peritia militari maxime poſſunt. Item & cauere, & percutere, cum armis vti valeant, eaque habeant, quæ & ad faciendum & non patiendum maxime idonea ſunt. vt cum alijs quaſi inermibus armati, & quaſi certandi imperitis athletæ ipſi decertent.

Tales ſunt, inquit, alij in alijs rebus, ideſt periti, ac propterea confidentes, in ſubeundisque periculis prompti. in bellicis autem rebus milites, illi videlicet qui aſsidue ſtipendia faciunt. hi enim quia ſæpe prælia ineunt ac ſuſtinent, ob peritiam eſſe fortes videntur. quæ autem ſint, quę eos ad pericula bellica ſuſtinenda ita promptos reddant, deinceps commemorat, primum enim vanas res quæ in bello occurrunt, optime intelligunt, quæ ſcilicet quamuis formidoloſę ignaris videantur, nihil tamen pertractantibus experientibusque periculi afferunt, atque idcirco vanæ appellantur, extrinſecus enim plurimum terroris præ ſe ferunt, intus nihil habere inueniuntur, deinde ob peritiam & euitare ictum aduerſarij, & petere ipſum, quemadmodũ boni pugiles optime poſſunt, ſuntq; in armis peritia

A cẽtãdis exercitati: prçterea armis optime inſtructi cum ſint tanquam athletę ac certandi periti cum rudibus pugnãt.

In huiuſcemodi enim certaminibus non fortiſſimi quique pugnaciſſimi etiam ſunt, ſed qui robore maxime præditi ſunt corporaque optima habent. Nam milites timidi tunc efficiuntur, cum vel creſcit periculum, vel copijs & apparatibus, deſtituuntur, primi enim fugiunt. at ciuilis exercitus manet mortemque oppetit.

Nam in huiuſcemodi certaminibus, ideſt gymnicis nõ qui ſunt fortiſsimi, ſunt maxime idonei pugnatores, ſed qui valent viribus &c. plerique enim ex ijs qui militiam exercent, & robuſti, & corpore ætate maxime florido eſſe conſueuerunt, vnde efficitur, vt fortes eſſe videantur, cum tamen non honeſtatis cauſa ſed peritia freti periculis ſeſe
B exponere non vereantur, arguuntur enim cum vel in prçſens periculum inciderint, vel deſtitutos ſe copijs, inferioresque aduerſarijs futuros ſe viderint: nam primi omniũ fugiunt. id quod minime faciunt, qui ciuili fortitudine præditi ſunt, manent enim hi, & morti potius, quam ſaluti ita turpiter fugiendo conſulere patiuntur. atque hinc patet ciuilem fortitudinem longe eſſe meliorem ea quæ ex peritia comparatur.

Id quod in Hermæo contigit, huic enim turpe eſt fugere, morsque huiuſcemodi ſaluti anteponenda. illi vero initio tanquam ſuperiores periculis ſeſe exponunt: cognita deinde re fugiunt, mortem magis quam turpitudinem metuentes. ſed vir fortis talis minime eſt.

Horum vtraque in Hermæo Coroneæ Bœotiæ vrbis lo
C co olim contigiſſe viſa ſunt, nam cum arcẽ vrbis per proditionem captam Onomarchus Phocenſis occupaſſet Coronei acceptis à Bœotijs auxiliaribus militibus in campeſtri vrbis loco qui Hermęus appellabatur, cum Onomarchi copijs conflixere, occluſisq; portis ne fugæ aditus cuipiam pateret, fortiter pro patria decertarunt, omnesq; ibi interfecti ſunt. milites vero ſtatim à principio vbi Chaeonem ex ducibus ſuis vnum in prçlio cecidiſſe audiuerunt in fugam ſunt verſi. De hac pugna meminerunt Cephiſſodorus in ſecũdo Hiſtoriarum libro de ſacro bello, & Anaximenes in quarto rerum geſtarum à Philipo, & Ephorus quoque in trigeſimo. non igitur ob virtutem milites, ſed ob peritiam fortes videntur.

D *Et iram quoque in fortitudinem referunt. fortes enim videntur eſſe illi etiam qui iracunde perinde ac feræ cõtra vulnerantes feruntur, propterea quòd fortes iracundi eſſe conſueuerunt. ira enim eſt maxime ad pericula ſubeunda † perrectrix, ac præcipitatrix, vnde etiam Homerus: vires iniecit ira &, animos iramque ciebat, &, per nares acris ſubijt furor, &, ſanguis ferbuit intus, omnia enim eiuſmodi excitationem atque impetum iræ ſignificant. ſed fortes quidem honeſtatis cauſa agunt, ira tamen ipſos adiuuat. feræ autem ob dolorem, propterea quòd enim vel percuſſæ ſunt, vel timent incitantur, nam ſi in ſyluis vel ſaltibus ſuis fuerint, non irruunt.*

Tertiũ genus hic ſubiungit fortitudinis quę per ęqui
E uocationẽ dr̃, quæ eſt iracundia, feræ ſiquidẽ quę iracũdæ ſunt, ferunturq; furioſe cõtra moleſtãtes, fortes vocari cõſueuerunt. qui.n. fortes ſunt, ſunt plerũq; iracũdi vt Romani, & oẽs occidentales nationes, iraq; eſt, quæ ad pericula ſubeũda maxime incitat, atq; impellit. eſt.n. maxime perectrix, ideſt maxime efficit, vt homines audẽtiores cõtra pericula ipſa pergãt, incitatiq; ac pcipites ferantur. quod grçce [illegible], ideſt quod maxime ad eundũ, pergẽdũque impellit, vel [illegible], ideſt qđ maxime mouet atque incitat dicitur, vtrunque enim in quibuſdam exemplaribus reperitur. vnde Homerus & ſanguis, inquit, ferbuit intus, eo ꝙ ira feruor ſanguinis circa cor eſſe definitur: &, per nares acris ſubijt furor: id quod de Vlyſſe dictũ eſt, in vltimo Vlyſſeæ libro. nam cum ibi Vlyſſem Homerus induxerit in agrum ad Laterem patrem profectum

cum eoq; ſimulata hoſpitis perſona colloquentem, dicentemque ſe Vlyſsis amicum, ac quintum iam annum eſſe, ex quo eum incolumem è patria ſua dimiſerit: deinde ita ſubiungit:

Dixerat: aſt illi mentem tenebroſa doloris
Oppreſsit nubes: imo vt ſuſpiria ducens
Corde ſenex, manibus terram iactaret viriſque,
Spargeret & canos inhoneſto puluere crines.
Talibus at ſeſe genitorem vt vidit Vlyſſes
Afflictare modis: animo turbatur: eique
Per nares acris ſubijt furor. amplius haud ſe
Continet: at poſito peregrini nomine, in illum
Irruit, amplexoſque ſenem, danſque oſcula ſatur. & in Iliade etiam ita inquit:

Aegida per Graias quatiens Tritonia turmas,
Aegida, quæ centum circundator orbibus aureis,
Errabat ſe unctiſque animos, iramque ciebat. & multa alia huiuſmodi. cum dixerit autem fortes eſſe iracundos, id poſtea quodam modo videtur exponere. non enim ob irã agunt fortes viri ſicut feræ, ſed ob honeſtatem: ira vero tanquam adiutrice vtuntur, quæ impetum in periculis obeundis & quaſi furorem quendam in animos eorum inducit. fortis igitur ira quidem incitatus fortiter agit: eſt enim ira ad agendum admodum efficax: non tamen vnuſquiſque qui cum ira agit, continuo eſt fortis: ſed per æquiuocationem ita appellatur. ira etiam in forti viro improprie accipienda eſt: quippe cum nulla mẽtis exturbatio ſit, ſed quędam potius iraſcibilis partis rationis iuſſu excitatæ obtemperatio. non enim ſimilem vim in agendo fortiter, aggrediendiſque periculis habemus, cum vel remiſſo, vel ira incitato animo accedimus.

Non igitur fortes ſunt: quippe quæ dolore & ira in periculum impulſa feruntur, nihil mali ac maleſtri prouidentes. nam eo modo etiam aſini eſſent fortes, cum eſuriunt: qui ſi etiam verberentur, à pabulo minime recedunt.

Beſtiæ vero cũ vel timore, vel moleſtia iritatæ nulla imminentis periculi animaduerſione inuadant, fortes minime ſunt: neque illi omnino, qui ex affectu aliquo atque animi perturbatione periculis ſeſe audacter exponere non dubitant. nam eo modo aſini quoque fortes eſſent exiſtimandi, cum eſuriunt, ac ventris cauſa verbera toleranter ſuſtinent. At Homerus fortem Aiacis in prælio tolerantiam ignauę huic aſinorum patientię comparat, licet vt videtur velit ea comparatione non magis obſtinatam quandam ac pertinacem fortis viri virtutem, quam ingruentium ac ſine vlla intermiſsione ferientium Troianorum imbecillitatem defatigationẽq; exprimere, in hunc modũ inquiens
Non aliter, quam cum à pueris agitatus aſellus
Segnis, cui circa dorſum ſtimulantia ligna
Franguntur: fugiens tendit violenter in arua t
Atque illic lætas ſegetes depaſcit. at illi
Fuſtibus haud ceſſant certatim tundere: verum
Debilis haud multum puerorum proficit ictus.
Huncque niſi ſaturum depellere gramine poſſunt.
Sic tunc Aiacem magnum Telamone creatum
Magnanimi Phryges, & ſimul auxiliaria circum
Agmina conſtiterant, iaculis quocunque ſequentes
At latus crebris ſonitum dabat ictibus vmbo.

Quin etiam adulteri multa ob libidinem audacia perpetrant. non igitur ſunt fortes, qui ex dolore, aut ira in periculum impelluntur.

Simili modo etiam adulteri ob cupiditatem multa audacia facta aggrediuntur. neq; igitur qui ob cupiditatem neque qui ob iram pericula ſuſtinẽt fortes re vera ſunt, ſed illi ſolummodo qui honeſtatis cauſa idem faciunt.

Maxime autem naturalis eſſe hęc videtur, quę eſt ex ira videturque eſſe fortitudo, vbi electionem, & id cuius cauſa faciendum vnumquodque eſt aſſumpſerit. & homines etiam cum iraſcuntur, dolent: lætantur cum vlciſcuntur. qui autem ob hæc faciunt quippiam. pugnaces quidem ſunt, ſed non fortes: quippe cum non honeſtatis cauſa, neque vt ratio præſcribit, ſed ob affectum agant: ſimilitudinem tamen quandam habent.

Eſt tamen, vt inquit, hoc fortitudinis genus, quod per iram exiſtit, maxime naturale: ex omnibus enim his quinque generibus optima eſt ciuilis, vt ſuperius demonſtratũ eſt, hæc autem maxime naturalis: propterea quòd ira natura hominibus eſt inſita. nam cum iraſcuntur, dolent, videtorque homines naturali affectu vltionem eorum appetere, à quibus iniuria fuerint affecti, idque conſequuti lętantur, id quod iræ proprium eſt. iccirco igitur quia eſt naturalis hæc affectio, ſi electionem aſſumpſerit, finemq; eum ſibi propoſuerit, vt honeſtatis cauſa agat, in veram fortitudinem euadet. nam cum morales virtutes in affectuũ moderatione, mediocritateque conſiſtant, ira aſſumptis his, ideſt electione bona ex aſſuetudine, & recta ratione ad mediocritatem redigitur, virtuſque efficitur. ſubſeruit igitur fortitudini ira, ſimilitudinemque quandam habet cum fortitudine in eo, quòd homines ira incitati contra pericula etiam ipſi audenter ſeſe inferunt, atq; obiectant, videnturque in hoc ſpeciem quandam præ ſe ferre fortitudinis.

Neque etiam illi qui bene ſperant, fortes ſunt: nam propterea in periculis confidunt, quia & ſæpe & multos vicerunt: ſimiles tamen ſunt eo quòd vtrique ſunt confidentes. ſed fortes ob antedicta confidunt: ii autem quia ſe ſuperiores eſſe, nihilq; mali viciſſim perpeſſuros exiſtimant: id quod ebrij quoque facere conſueuerunt: in bonam enim ſpem inducũtur: cum vero ipſis talia non contingunt, quæ ſperauerant, fugiunt.

Quartum genus fortitudinis quæ per æquiuocationem dicitur, eorum eſt qui bene ſperant, eo quòd ſæpe & multos ſuperarunt, qui ſanè etiam ipſi vere fortibus in eo ſimiles ſunt, quòd pericula cum fiducia adeunt, non ſecus ac fortes viri, licet non eadem cauſa vtriſque fiduciam afferat Hi enim quia ſuperiores ſe aduerſarijs putant nihilque mali paſſuros ſe eſſe ſperant, bono ſunt animo, audenterq; periculis ſeſe obiectant. Vnde etiam ſimiles eos eſſe inquit ebrijs hominibus. ſicut enim illi ex ebrietate læti, beneq; ſperantes plerunque reddi cõſueuerũt: ita hi ex bona ſpe, animique alacritate inebriare quodam modo videntur, ac propterea confidunt. nam ſi res aliter eueniat atque ipſi ſperarint, ſtatim aufugiunt.

At vero fortis viri erat, ea quæ terribilia homini et ſunt & videntur, ea de cauſa ſuſtinere, quia id facere honeſtum: non facere turpe eſt.

Fortis vero ea quæ non tam ſunt quam videntur etiam homini terribilia ideo tolerat, quia honeſtum ac præclarum ea ſuſtinere, non ſuſtinere turpe exiſtimat. Nam quæ ſupra hominem ſunt, vt terræ motus, diluuia, hiatus, ſicut ſuperius dictum eſt, etiam fortis timet.

Ideo eſſe etiam fortioris videtur in improuiſis terroribus intrepidum, imperturbatumque ſeſe præſtare, quam in conſpicuis: ex habitu enim id magis proficiſcitur, minuſque ex præparatione. Nam quæ antea palàm ſiunt, ex conſideratione quiſpiam eligere ac ratione poteſt: quæ repente accidunt, non niſi ex habitu.

Cum dixerit, fortis viri eſſe ea quæ terribilia homini ſunt, non formidare: ſubdit, fortioris eſſe ijs quæ inopinato ac repente eueniunt, non perturbari, ac terreri: propterea quòd qui fortis re vera eſt, ex fortitudinis habitu eſt eiuſmodi: habitus vero ad agendas res promptos paratoſque homines reddit: quemadmodum in alijs quoque videre licet. qui enim rhetorices habitum adeptus eſt, is orare ex tempore etiam poteſt ſine vlla præmeditatione: at ſi præpararit ſe, præmeditatuſque ad dicendum accedat quiſpiam, præſtare idem poterit, licet nondum,

habitu

habitu prædit9 ſit. pari modo qui fortitudinis habitu in- A ſtructus eſt, facile omnia, licet repentina ſint, ſuſtinet: ſubitoque agnoſcit, quæ agere ſe ac ſufferre oporteat. Sed quęrendum videtur quomodo fortiores hos eſſe dicat, an quia temitu & metendi fortitudo ipſa poſsit: ac fortes quidem ſunt, qui ex præparatione etiam periculoſas res ſuſtinent quas ante præuiderint: fortiores tamen, qui in improuiſis ita ſe gerunt. an non dixit eſſe, ſed videri fortiores? videntur enim fortaſſe illi eſſe fortiores qui ex habitu agunt fortiter: ſed re vera tamen ſoli ipſi fortes ſunt.

Fortes etiam videntur eſſe illi qui ignorant: & ſanè non longe abſunt à bene ſperantibus: in eo tamen ſunt peiores, quod hi nullam habent ſui exiſtimationem: illi habent. vnde etiam aliquandiu manent, hi vero decepti ſi vel cognouerint aliud quid eſſe, vel ſuſpicati fuerint, fugiunt. B

Poſtremo omnium quintum genus eorum hic enumerat, qui fortes videntur: ſuntque illi qui ob ignorationem confidunt. cum videlicet cum alijs ac paucioribus quam ſint, ſe congreſſuros eſſe opinantur: expertique non ſunt imminentia pericula, atque ob id ea fidenter ſubeunt. vnde etiam prouerbium id emanauit.

Dulcis inexperto belli væſana cupido: qui profectò non multum, vt inquit, diſtant à ſuperioribus, qui bona ſpe fieti erant. nam & hi ex ignoratione in bonam ſpem inducuntur: & illi ex bona ſpe nihil mali ſe paſſuros opinabantur, deteriores tamen ſunt, quia nullam habent ſui exiſtimationem & auctoritatem, quod ἀξίωμα inquit, ideſt nulla dignitate, atque auctoritate, inſtructi confidunt, vt cognitis omnibus eſſe dignos ſe putent, qui non timeant, contemnántque aduerſarios. C At illi quia ſæpe bene rem geſſerunt ac vicerunt, elato animo ſunt, opinioneque fortitudinis ſpiritus quoſdam iam concepere: atque inde fit, vt in periculis aliquandiu perſiſtant. Hi vero ignoratione decepti, ſtatim vbi animaduerterunt & alios eſſe quàm putarant, & potentiores eos quibus cum pugnandum eſt: in fugam ſeſe conijciunt.

Id quod Argiui fecerunt, cum in Laconas quaſi eſſent Sicyonij incidiſſent. Quales igitur ſint fortes viri, & qui videantur fortes, dictum iam eſt.

Argiui cum Sicyonijs ſe rem habituros eſſe opinati in Lacedæmonios incidere. inquit, enim in ſexto græcanicæ hiſtoriæ Xenophon, cum ſuperati ab argiuis fuiſſent Si- D cyonij Paſimachum præfectum Lacedæmoniorum qui paucos ſecum equites habebat, ſumptis Sicyoniorum ſcutis ſuos armaſſe, æquiſque illic ad arbores quaſdam alligatis contra Argiuos proceſsiſſe, Argiuos vero cum ex ſcutorum inſignibus Sicyonios eos eſſe exiſtimaſſent, ac cótemnerent, fidẽter in pugnam ob ignorationem iuiſſe: poſtea autem vbi experientia cognouerunt quo cum hoſte ſibi eſſet negocium, confeſtim in fugam fuiſſe conuerſos.

De proprietatibus fortitudinis. Cap. IX.

QVamuis autem circa fiducias et timores verſetur fortitudo: non ſimili modo tamen in vtriſque, ſed in timẽ- E dis rebus magis ſpectatur. qui enim in his imperturbatus fuerit, ſicut que debet, ſe geſſerit: is magis eſt fortis, quam qui in illis quæ fiduciam afferunt. Tolerandis igitur moleſtis rebus homines, ſicut dictum eſt, fortes dicuntur. vnde etiam moleſta res eſt fortitudo, & merito laudatur: quippe cum moleſta ſuſtinere, quam à iucundis abſtinere difficilius ſit.

Circa timores magis verſari inquit fortitudinem, non q ſępius timeat vir fortis, quam confidat, nam hoc modo nó magis circa fiducias verſaretur, quam timores, ſicut ſuperius diximus, ſed quia in terribilibus eſſe intrepidum atque imperturbatum proprium fortis viri eſt. licet enim vtraq; ad fortem virum ſpectent, & fiducia & timor, magis tamé impauiditas eſt, & in pericula fidenter facta perrectio, quę A virum fortem informat atque exprimit. atque iccirco moleſta quædam res videtur eſſe fortitudo, quia mala, & dolores patienter ſuſtinet, & merito laudatur, alijſque nonnullis virtutibus anteponenda eſt, cum plures in ſe moleſtias quam iucunditates habere videatur.

Veruntamen fortitudinis finis iucundus quidem eſſe videri poteſt, ſed obſcurari tamen ab ijs quæ circum ipſum accidunt: quemadmodum in gymnicis certaminibus euenit. Pugili enim iucundus ſanè finis eſt, cuius cauſa agit, coronę videlicet & honores: verbera vero cum ſit carneus, dolorem afferunt: atque omnis denique labor moleſtus eſt. quia autem hęc multa ſunt, finis ipſe cuius cauſa certamen ſubijt, parua res cum ſit, nullam in ſe habere iucunditatem videtur.

B Finis enim fortitudinis cuius cauſa omnia agit vir fortis, & ſuſtinet, ſuauis quidem eſt, ſed moleſta & laborioſa ſunt illa, quæ circum ipſum contingunt, ideſt actiones perpeſsioneſque innumeræ, per quas ad finem ipſum peruenitur, vulnera inquam & mortes, quorum omniũ acerbitate & dolore ita finis ſuauitas obrui, atque obſcurari videtur, vt à pleriſque è vulgo hominibus nó agnoſcatur. id quod tamen finis iucunditatis euidentiſsimum argumentum eſt, nam ſi illius appetitione tam aſpera ac grauia ſuſtinere fortis non veretur, quin iucundus ſit, fieri nullo modo poteſt. non enim horum perpeſsio forti viro ſuauis eſt ſed quia honeſtum ſuſtinere, nó ſuſtinere turpe eſſe exiſtimat. Exemplo autem pugilum hoc comprobat, quibus coronatio & honor iucũdus finis eſt propoſitus, ea vero qui- C bus finis hic comparatur, iniucunda ac moleſta, verbera ſcilicet & vulnera, quæ cum plura ſint & maiora, ſuperarẽ coronarum voluptatem videntur. finis enim hic ſi tot ac tantis laboribus conferatur, exiguum quid eſt.

Si igitur circa fortitudinem idem eſt, mors et vulnera moleſta quidem erunt forti viro, & inuito contingent: ſuſtinebuntur tamen quia id facere honeſtum: non facere turpe eſt. Ac quo magis omni virtute ornatus, & felicior fuerit eo magis ob mortem dolebit: quippe cum eiuſmodi vir maxime dignus ſit, qui viuat: maximiſque bonis ſe ſcelus priuetur quod dolorem affert. nihilominus tamen fortis erit: & fortaſſe etiam magis, quia honeſtatem in bello omnibus bis anteponit.

D Ita quoque forti viro vulnera & mortes moleſta ſunt & laborioſa. neceſſe enim eſt, cum ſit homo, vt dum pugnat, dum vulneratur, dum interimitur, ſi ita contingat, moleſtia ac dolore afficiatur. quin etiam inuitio hæc omnia ipſi contingunt, quippe cum non propter ſe pericula ac labores ſubeat, ſed cauſa honeſtatis, quantoque eſt felicior, virtutibuſque excellentior, tanto maiori ob mortem dolore afficietur, neque id iniuria, cum multis ac magnis bonis moriendo tum ſeipſum, tum patriam & amicos priuet. Vnde mortes eas quæ nullius honeſtatis cauſa ſubeuntur, vt in mari, in incendio, in terræ motu alijſque huiuſmodi fortunis maxime cauebit.

Non igitur in omnibus virtutibus ineſt, vt cum iucundi- E tate operemur: niſi quatenus finem ipſum attingimus. Nihil autem fortaſſe prohibet, quin milites optimi ſint illi qui non modo tales, ſed etiam minus fortes, & nullo alio bono præditi ſunt: hi enim prompti ſunt ad pericula obeunda, vitamque cum paruo lucro commutant. Ac de fortitudine quidem hactenus dictum ſit nam quid ea ſit, ex antedictis figura quadam comprehendere non eſt difficile.

Quia in ſecundo ſuperius eum eſſe fortem dixerat, qui cum ſuſtinet terribilia, vel gaudet, vel certe non dolet ideo hic huiuſce rei cauſam ſubiungit: fieri non poſſe inquiens vt in omnibus virtutibus cum iucunditate operemur. niſi quatenus finem ipſum attingimus. nam liberalitatis, temperantiæ, aliarumque huiuſmodi virtutum operatio ſuauitatem iucunditatemque in ſe habet: in fortitudine vero omnia quæ ad finem tendunt, laborioſa, ac moleſta

ſunt,quod niſi eſſet, non contingeret,vt labore doloreque A deterriti à rebus honeſtis agendis deſiſteremus. Milites autem etiam ſi non ſint fortes,nihil obſtat,quin optimi,vtiliſsimique ſint illis à quibus fuerint conducti. immo iſto ſunt meliores,quanto minus fortes, quantoque paucioribus virtutibus præditi fuerint, cum enim nullum bonum habeant,cuius cauſa vitam habere cariorem debeant,eam negligunt ac pro paruis ſtipendijs commutant,pręcipitesque in periculis adeundis,inconſideratique ſunt, vt vel leui de cauſa vitam profundere non vereantur. fortes enim non niſi magna in occaſione vbi periclitari honeſtum eſt, pro patria,pro aris ac focis morti ſeſe exponent. Poſuit autem,fortaſſe, Ariſtoteles hic, ut oſtendat fieri poſſe etiam aliquando,ut fortis uir inter milites connumeretur,quando uidelicet magna aliqua neceſsitas,fortunaque vrgeat. B Ex his uero omnibus facile quid ſit fortitudo, colligi poteſt. eſt enim habitus in mediocritate circa timores & fiducias conſiſtens,qui homines ad pericula & mortes ſubeundas tolerantes reddit.

De temperantia. Cap. X.

POſt hanc autem dicamus de temperantia:hæ enim irrationalium partium eſſe virtutes videntur. ac temperantiam quidem mediocritatem eſſe circa voluptates à nobis dictum iam eſt:nam minus, nec ſimili modo circa dolores verſatur. in his etiam intemperantia exiſtit.

Cum de fortitudine dixerit, ad tractationem de temperantia deſcendit,curque de his prius differat rationem ſubiungit,quia hæ ſcilicet irrationalium animæ partium eſſe uirtutes uidentur. atque hoc inquit,non quòd hæ ſolæ in affectuoſa animę parte exiſtát,nam cęteræ etiam omnes morales eiuſmodi ſunt, ſed quia hę ſolæ philoſophis qui ante ipſum fuere,earum partium uirtutes eſſe uidebantur, ſiquidem Plato fortitudinem iraſcibilis,temperantiam cócupiſcibilis opinatus eſt. Quòdque hac de cauſa hoc dicat Ariſtoteles vt antiquorum opinionem ſignificet, patere inde poteſt,quòd irrationalium partium eas eſſe inquit:id quod ad Platonem referendum videtur, qui animæ has facultates non ſolum partes appellabat, verum etiam locis inter ſe diſtinctas eſſe arbitrabatur. De his autem ante alias quoque agit,quia præcipuæ ac principales vtræq; hæ ſunt D magnumque ad vitam humanam momentum afferunt: altera audentem in periculis confidentemque hominem, doloribusque ac terroribus inuictum reddens, altera modeſtum ac temperatum, voluptatumq; illecebris minime ſuccumbentem. hi enim duo animi affectus ſi moderati ac caſtigati fuerint,vitæ humanæ conſtantiam tranquillitatemque afferunt: ſi incaſtigati remanſerint,turbulentas omnes actiones noſtras beſtiarumque in modum effrenatas efficiunt:vt merito & virtutes quæ in his exiſtunt, pręſtantiores alijs magisque expetendæ,& vitia deteriora,magisque fugienda habeantur. eſt igitur temperantia mediocritas circa voluptates. nam circa dolores eatenus verſatur temperans quatenus abſentia voluptatum minimę dolet.

Circa quales vero ſit voluptates definiendum eſt:animæque ac corporis voluptates diſtinguendæ:vt ambitioſitas, & ſciendi cupiditas. vterque enim ex his ea re gaudet, cuius eſt cupidus:corpusque minime, ſed cogitationem potius affectam habet. atque hi qui in talibus voluptatibus conſtituti ſunt, neque temperantes, neque intemperantes dicuntur. non ſecus etiam qui in alijs ſunt, quæ ad corpus non ſpectant. qui enim fabularum,narrationumque ſtudioſi ſunt, & de quibuslibet rebus colloquendo dies conterunt:nugaces appellare cõſueuimus, non. intemperantes: neque eos intemperantes. dicimus,qui vel pecuniarum, vel amicorum cauſa dolore, afficiuntur.

A Quemadmodum cũ fortitudinẽ dixiſſet circa fiducias & timores conſiſtere, circa quales fiducias & timores verſaretur,poſtea declarauit,ita quoq; nunc facit,circa quales voluptates mediocritas ſit temperantia,diuiſione quadam voluptatum vſus hunc in modum oſtendit. Voluptates aliæ ſunt corporis,aliæ animæ. animæ illæ ſunt, quibus ipſa ſola per ſe anima oblectatur,corporis,quæ ſenſibus corporis percipiũtur. vt ambitioſitas,ideſt honoris ſtudium, & diſcendi cupiditas animæ ſunt. vterq; enim horum hoc eſt tam ambitioſus, quam diſcendi cupidus nihil affecto corpore,ſed cogitatione potius gaudet. Sed quærendum quo modo hos lætari cogitatione dicat,non enim lætitia, & voluptas in cogitatione, quæ διάνοια à Græcis dicitur ſed in affectibus obnoxia animæ parte exiſtit. vel igitur B cogitationem hic pro anima ſumit communiori, ſignificatione, vel mentis notiones affectiones appellat. ſicut in principio libri de interpretatione facit:dum inquit,ea quę ſunt in voce earum quæ ſunt in anima affectionum indicia eſſe,diſpoſitiones enim proprie,ideſt διαθέσεις, non affectiones,ideſt νοῦ mentis ac cogitationis operationes ſunt, vt hoc modo intelligendum ſit,vt dicamus hos qui his voluptatibus afficiuntur,lætari quidem affectuoſa animi parte,nullam tamen in corpore affectionem habere,ſicut in corporis voluptatibus fieri conſueuit, ſed in cogitatione, dum cogitant ſcilicet ſe vel honorem,vel diſciplinam fuiſſe conſequutos,aut certe conſequuturos. ex hac ſiquidem cogitationis motione, quam affectionem vocat, voluptas in affectibus obnoxia animæ parte ſubſequitur. Qui igitur C in animæ voluptatibus conſtituti ſunt, neque temperantes dicuntur:neque item qui vel ob pecuniarum amiſsionem, amici ue mortem dolent, vel econtrario ob opum acquiſitionem, aut amicorum proſperam fortunam lętantur.

Sed circa corporis voluptates temperantia ſolummodo verſatur:atque eas non omnes. Qui enim ijs gaudent,quæ viſu percipiuntur,vt colore,figura,pictura: neq; temperantes neque intemperantes dicuntur. licet eſſe videantur, & vt oportet,etiam his,& per exceſſum, & defectum gaudeant. Simili modo in ijs quæ ad auditum. neq; enim quiſpiam vel eos qui ſupra modum cantibus, aut fabularum actione oblectantur intemperantes:vel eos qui vt oportet,idem faciunt, temperantes appellerit:neq; item eos qui odoribus gaudent D niſi ſecundum accidens.

Cum oſtenderit temperantiam circa animę voluptates minime verſari: nunc eam neque circa omnes corporis exiſtere oſtendit,quod vt clarius pateat,corporis voluptates diuidendæ ſunt. Corporis igitur voluptatum tot ſunt ſpecies,quot etiam ſenſuum. nam aliæ viſu,aliæ auditu,olfactu quædam,nonnullæ guſtatu, aliæ tactu percipiuntur non verſatur autem temperantia circa voluptates nec viſus,nec auditus,nec olfactus,reſtat igitur, vt in his tãtummodo ſit,quę guſtatu & tactu oblectationem afferũt quas cum brutis habemus communes. nam licet viſione rerum iucundarum & ſicut oportet, ideſt mediocriter affici aliquis poſsit, & vel modum excedere, vel minus quam deceat oblectari,non tamen vel temperans,vel intemperans E vel ſtupidus appellari ob id debet,quia tamẽ quod vt oportet,& cum modo fit, virtutis, quod cum exceſſu aut defectu,vitioſum eſſe opus videtur,quænam in videndo virtus quæ item vitia ſint, facile non eſt explicare. an dicendum non eſſe virtutes neque vitia hæc, ſed habitus quoſdam, qui in mediocribus etiam hominibus ineſſe poſsint,qui ſi modum ſeruent,laudabiles ſin minus vituperabiles ſint?an moderati hi habitus ad prudentiam: immoderati ac peccantes ad imprudentiam ſunt referendi?an potius ad temperantiam? per ſe enim temperantia, vt progrediendo declarabit,circa eas voluptates verſatur,quę ad tactum ſpectant,ex accidenti tamen etiam cæteræ aliorum ſenſuum ad eam reduci queunt. nam ſicut temperantem conſequitur, vt in videndi voluptate eatenus procedat, quatenus

decet

decet, ſeruetque alias diſtinctiones quæ in virtutibus & vi- A
tijs conſiderantur: ſic & intēperantem vt modum non habeat, ſed excedat in omnibus, & ſtupidum vt in omnibus deficiat, ſequi neceſſe eſt. tametſi hoc dubitationem quandam habere videatur: nam idem quoque eſſet dicendum, de iis quæ vel auditu vel olfactu percipiuntur. circa quas neque temperantiam, neque intemperantiam verſari manifeſte hic aſſerit, cum inquit:

Nam qui malorum, vel roſarum, vel ſuffimentorum olfactu delectantur, minime vocamus intemperantes, ſed eos potius qui vnguentorum, aut opſoniorum odore illiciūtur, quippe cum his propterea oblectentur intemperantes, quia per hæc in recordationem concupitarū rerū venire conſueuerūt.

Eos inquit non eſſe appellandos neque temperantes, ne- B
que intemperantes qui malorum vel roſarum ſimiliumq; rerum odore oblectantur: ſed illos tantum qui vnguentorum vel opſoniorum olfactu gaudent: atque eos quidem propterea quia ex ea libidinum ſuarum recordatione afficiuntur: vt vnguentis meretricum luxuriam: ex opſoniis comedendi ſuauitatem memoria repetentes. hi enim non ob olfactus iucunditatem his odoribus oblectantur: ſed quia ex his & venereorum & epularum voluptas eis offertur, cui præcipue dediti ſunt. Nam circa alios etiam ſenſus per accidens oblectari intemperans poſſet: dum enim vel videt meretricem, aut dapes, vel audit vocem meretricis, aut de epulis colloquentes aliquos: in libidinum ſuarum cogitationem inducitur, ac gaudet.

*Videre enim etiam quoslibet alios licet, cum eſuriunt, ciba- C
riorum odoribus oblectari. at vero talibus oblectari intemperantis eſt: ab eo enim concupita res eiuſmodi ſunt. Adde quòd neque cæteris animalibus ex his ſenſibus voluptas percipitur, niſi ex accidenti: nam neque canes odore leporum, ſed comeſtione gaudent: ſenſum vero odor præbuit: neque leo bouis voce, ſed eſu lætatur: ex voce autem prope eum eſſe cū ſenſerit, ea videtur oblectari. ſimili modo neq; ſi viderit, aut inuenerit ceruum, vel ſyluestrem capram, voluptate aliqua afficitur, niſi quia cibum inde habebit.*

Non eſt tamen aut viſus aut auditus voluptas appellanda, niſi is qui vel videndo vel audiendo afficitur, ad nullam rem aliam ſpectet, quā ad id quod vel viſu vel auditu percipit: hoc eſt vel ad colores ipſos & figuras, vel ad voces & modulationes, in illiſque acquieſcat. idem in olfactu con-
tingit. per ſe enim odores iucundi ſunt, quando ad nihil D
aliud reſpicimus, quam ad ipſam odoris ſuauitatem: vt, cū floribus olfaciēdis oblectamur. At ſi ad comeſtionem ſpectemus, ex accidenti ea iucunditas eſt. nam alij quoq; omnes cum eſuriunt, ciborum odore gaudere conſueuerunt: cum ſaturati ſunt, non amplius oblectantur. vt patere inde liquido poſsit non per ſe, ſed ex accidenti hanc in odoribus ineſſe iucunditatem. Ex his autem ſenſibus idest viſu auditu, & olfactu neque à cæteris animalibus vllam percipi voluptatem inquit, niſi ex accidenti. non enim ita leporum odore gaudent canes, vt florum homines, neque leo vel voce bouis ita oblectatur, vt homo cantilenis: vel inuenti cerui aut bouis voluptate ea afficitur, qua homo dum colorum, formarumque concinnitatem contemplatur, ſed his omnibus ſenſibus eatenus belluæ iucunditatem percipiunt, quatenus vel ciborum, vel venereorum recordatione incitantur.

Circa eiuſmodi igitur voluptates temperantia & intemperantia verſatur, quæ cæteris quoque animalibus communes ſunt. ſeruileſque ob id ac ferinæ habentur, hæ autem ſunt & tactus & guſtatus.

Euidenter admodum hic intemperantium voluptates carpit ac vituperat, quippe qui iis tantum oblectationibus ſtudeant ac dediti ſint, quas cum reliquis animalibus habemus communes, quæ ſcilicet guſtatu & tactu percipiuntur, quæque ob id vilium mancipiorum, ac beſtiarum potius quam ratione vtentium hominum eſſe videantur.

Sed guſtatu parum vel nihil vti videntur: quippe cum guſtatus iudicium ſaporum ſit. id quod faciunt ij qui vel vina explorant, vel opſonia condiunt. at non admodum his oblectātur, vel non quatenus intēperantes, ſed fruitione ipſa quę tota per tactum efficitur in cibis, in potibus, & iis quæ venerea nuncupātur. vnde gulę deditus quidam Philoxenus Eryxius guttur ſibi longius gruis collo dari optabat: vtpote qui tactu oblectaretur. tactus autem ſenſuum eſt maxime communis, circa quem intemperantia verſatur.

Quod inquit hic guſtatu parum vel nihil vti, id vel de ſolis intemperantibus, vel de temperantibus, etiam intelligēdum, vt dicamus moderate temperantes, immoderate intemperantes ſaporibus oblectari. melius tamen eſt, vt de intemperantibus ſolis dictum accipiamus, vt ex his quæ ſequuntur, coniicere poſſumus. intemperantes enim non admodum guſtu vti videntur, eo quòd parua is afficere voluptate conſueuit, quippe cū munus eius ſit ſapores tenuis alicuius particulę exploratione iudicare. id quod faciunt illi, qui habitum quaſi quendam contraxere, vt vinum auſterum ne ſit, an dulce, validum, an imbecillum ac demum eius omnes diuerſitates leuiter ſumma lingua tentando dignoſcere valeant, quique in epulis condiendis verſantur, eaſque ſapiant ne an ſatuæ ſint, ſimili quadam guſtatione pertentant. quæ iudicia ſanè non curare admodum videtur intemperans, ſed fruitionem ipſam conſectatur, quæ tactu percipitur. quęrere enim diutius aſsidua tactione ſuauitate repleri gaudentis eſt non guſtatu, & iudicio, ſed repletione. Vnde Philoxenus quo diutius eſculentorum, poculentorumque iucunditatem ſentiret, tactuque oblectaretur, perinde longam ſibi eſſe gulam ac gruis collum optabat. tactu enim magis quā guſtu ciborum potionumq; voluptas ſentitur, atque ita fit, vt omnes intemperantium voluptates in tactu conſiſtant, tam ciborum & potuum quam eorum quoque quę venerea nuncupātur. ita inquit, Philoſophica vſus modeſtia, vt cognoſcamus ſcilicet, non ipſum venereis nomē hoc imponere, ſed ab antiquioribus impoſito vti. Cum dixerit autem maxime ſenſuum omniū communem eſſe tactum, quippe qui primus omnium animalibus innaſcatur, vt in libris de anima demonſtratum eſt: poſtea ſubiungit.

Et merito eſſe vituperabilis videri propterea debet: quia nobis ineſt, nō quatenus homines, ſed quatenus ſumus animalia. Talibus igitur oblectari, & acquieſcere ferinum eſt.

Sed hoc dubitationem quandam habet. intemperantia enim, ac demum omne vitium proprium eſſe hominis videtur nam nullum aliud animal intemperans dici, niſi per tranſlationem poteſt, quare intemperantes non quatenus animalia, ſed quatenus homines, eſſe videremur. Sed ita quod inquit hic Ariſtoteles, eſt intelligendum. vituperabilis intemperātia eſt, propterea quod non quatenus ſumus homines, ſed quatenus animalia voluptatibus iis oblectamur, quæ ipſam efficiunt. intemperantiæ enim effectrices voluptates ſunt, quæ per tactum percipiuntur: hæ autem communes cum brutis nobis ſunt. talibus igitur oblectari & acquieſcere ferinum eſt.

E *Nam voluptates quæ maxime liberales per tactum efficiuntur, exceptæ ab his ſunt, vt illæ ſunt, quæ in gymnaſiis per frictionem calefactionemque fieri conſueuerunt. non enim circa totum corpus, ſed circa partes quaſdam intemperantis tactus verſatur.*

Poſtea quam autem temperantiam & intemperantiam non verſari circa voluptates animæ oſtendit, ſed circa eas quæ ad corpus ſpectant atque has non omnes, ſed circa guſtum & tactum ſolummodo, atq; ex iis circa tactum præcipue, poſtremo vt exactius rem explicet, neque circa omnes tactus voluptates verſari has declarat. in voluptatibus enim athletarum in ludis quæ ex frictione corporis, vncti neque, & calefactione efficiuntur, nulla eſt neque temperantia, neque intemperantia. non enim ex tactu totius corporis intemperantium volu-

ptas exiſtit, ſed quarundam ſolummodo partium, gulæ ſcilicet, & pudendorum, in quibus partibus omnis ingluuies ac libidinis luxuria ineſt.

Diuerſas cupiditatum ſpecies eſſe, Cap. XI.

AT uero cupiditatum alię communes videntur eſſe, alię propriæ, atq; appoſititiæ. vt alimenti cupiditas naturalis eſt: ſiccum enim vel humidum alimentum, vel etiam vtrunque, cum indigeat, omnes cupiunt: quin etiam appetit & iuuenis, vt inquit Homerus, florenſque cubile: tale vero ac tale, vel eadē nō omnes. idcirco noſtrū eſſe videtur.

Cum velit deinceps Ariſtoteles intemperantium differētias manifeſtare, cupiditatum hic prius diuiſionem quandam ponit, quas conſequuntur voluptates. totidem enim voluptatum genera ſunt, quot cupiditatum. ſi autem voluptates manifeſtæ erunt, intemperantiæ genera manifeſta quoque ſint, neceſſe eſt, quippe cum alia circa aliam voluptatem intemperantia verſetur. Epicurus quidem, eiusque ſectatores cupiditates ita diuidere conſueuerunt, vt alias ex ipſis eſſe neceſſarias dicant; alias naturales & non neceſſarias, alias neque neceſſarias neque naturales, ſed quę ex vana quadam opinione exoriantur. Alimenti & veſtitus cupiditas neceſſaria eſt: venereorum naturalis, ſed non neceſſaria: talium vero ciborum, taliumq; veſtium ac taliū venereorum, neq; naturalis neq; neceſſaria. At Ariſtoteles breuius ac clarius bipartita diuiſione vſus omnia hæc tamen nihilominus complectitur. diuidit enim eas in communes & proprias atque appoſititias, communes appellans naturales omnes tam neceſſarias, quam non neceſſarias, cum eorum quibus indigent homines, repletionem appetunt, ſicci videlicet, atque humidi alimenti, vel concubitum, qui iuuenili ac florido corpore ſunt. proprias vero eas, quæ ex prauis moribus, vanaque opinione præter naturam exiſtunt, quas appoſititias etiam vocat idcirco quia non ab ipſa natura eas inſitas habemus, ſed extrinſecus appoſitas, adiunctasque acquiſiuimus. Hæc autem diuiſio fieri etiam in hunc modum poteſt, voluptates aliæ ſunt naturales, aliæ propriæ, propriæ autem aliæ ex naturalibus deprauatis exiſtere, aliæ præter naturam penitus ſunt.

Habet tamen & aliquid naturale: quippe enim alia aliis iucūda ſint, & omnibus ſuauiora quædam ſint cæteris quibus libet. In naturalibus igitur cupiditatibus pauci: atque hi in vno, id eſt nimio peccant, qui enim comedit vel vilia quælibet, aut bibit, quoad ſupra modum repleatur: is multitudine naturalis cupiditatis terminos excedit: naturalis enim cupiditas indigentiæ repletio eſt: atque idcirco huiuſmodi homines ventri furentes appellantur: propterea quòd vltra quam decet, ventri replendo ſtudent. ac tales quidem euadunt ii qui ſeruili admodum ingenio præditi ſunt.

Naturale proprie eſt, cum quis alimento indigens repletionem abſolute appetit, in quo, vt inquit, vno modo peccatur, cum ſupra modum repleri cupiunt nonnulli, non lautis quidem atque opiparis dapibus, ſed interdum viliſſimis quibusque, qui ſanè pauci ſunt, illiberali admodum ac ſeruili natura prędіti, quos Græci γαστριμάργους. i. ventri furentes vocāt eo, quòd furioſe ventri replendo vacant, eluones ſcilicet quidam ab eluendis omnibus cuiuſcunque generis cibarijs, quandoque etiam γάστρεις hoc eſt ventres ſeu ventrioſos nominant, eo quòd nihil aliud ſtudent, quam vt ventrem curent ac repleant. At ex proprijs voluptatibus aliæ ſunt ex naturalibus vt diximus, deprauatis, quæ non peccant in nimia repletione, ac multitudine, ſed in auida ac vehementi cupiditate, cum non quælibet ſed talia, ac talia concupiſcimus, id quod ſanè noſtrum iam eſt, à noſtraque prauitate introductum. Illi enim ſimpliciter repletionem nullo epularum habito delectu appetunt lautæne & delicatæ, an viles cœnæ apponantur, modo adſit copia, nihil prorſus curantes, hi opiparis ſumptuoſisque opſonijs ac potibus tantummodo ſtudent eisq; toti dediti ſunt, quod proprium ac ſuum cuiuſque eſt, quippe

A cum in vniuſcuiuſque poteſtate fuerit, his vel illis aſſueſcere, atque ex aſſuetudine prauę voluptatis habitum contrahere. neſcio quid tamen, inquit, in his naturale etiam eſt, nam cum alij alijs oblectentur, & peculiaria ferè quędā habeat vnuſquiſque, quibus afficiatur verbi cauſa, vt ad ſapores alij dulces alij auſteros propenſi ſint. nonnullos acria quoſdam amara delectent, hoc à natura eſſe nemo eſt qui dubitet. vt vero adeo vehementer erga vnumquodque horum affecti ſimus, id iam à nobis eſt, atque addititium. ad quod ſpectans Ariſtoteles fortaſſe in vno tantum peccare eluones dixit, quaſi hæ quoque cupiditates inter naturales reponendæ ſint, vel quia vt diximus, illi in copia tantum; hi & in copia, & in appetitus vehementia videntur peccare. Intelligendæ tamen ſunt cupiditates quędam, quæ licet

B naturales ſint, quia tamen quadantenus naturæ terminos tranſgrediuntur, propriæ atque oppoſititię euadant. vt ipſe procedendo manifeſtius declarat.

Circa vero proprias cupiditates multi, ac multis modis peccant. nam cum tales cuiuſdam rei ſtudioſi homines dicantur, quia oblectantur vel quibus non oportet, vel magis quam plerique faciant, vel non vt oportet, uel non quo oportet: in omnibus ſanè intemperantes excedunt: quippe qui & gaudent nonnullis quibus non oportet, quæ odio profectò digna ſunt. & ſi aliquibus gaudendum eſt, magis quam oportet, quamque plerique gaudeant, id facere conſueuerunt. atque exceſſum quidem circa voluptates intemperantiam eſſe ac uituperabilem perſpicuum eſt.

C Hic duas ſpecies ponere voluptatum videtur, alteram eorum qui illis oblectantur quibus non oportet, quæ præter naturam penitus eſt, neque ſine honoris pręfatione nominari debet alteram eorum qui magis quam oportet, aut plerique alij faciant, naturali re aliqua gaudent, quæ vtræque proprię ſunt cupiditates ac voluptates, circa quas multos ac multis modis peccare inquit. Cum enim qui immoderato affectu aliquid proſequuntur, ex eoq; φιλοτοιοῦτοι. i. talicolæ denominātur, hoc eſt talis cuiuſdam rei cultores, atque amatores, vt coturnicolæ, equicolæ, vinicolę, qui coturnicibus, equis, uinis nimium ſtudium adhibent, & cæteri eiuſmodi, cum hi omnes, inquā, varijs modis peccare queant, fit, vt intemperans varijs modis exiſtant, vel enim oblectantur quibus non oportet, vt marium concubito, at

D que ex eo puericulę nuncupātur, inter hos obſcęnorū patratores etiā ſunt, quę res vt ipſe etiā inquit, odio digna ac deteſtanda merito eſt, vel magis quā plerique alij gaudēt aliquibus, ut uinicolæ, atq; ebrioſi, nec non mulіericolæ, peccare autem aliquis poſſet gaudendo non vt oportet, ſi verbi cauſa, nimio amore filios ſuos proſequens diſcere quippiam non permitteret veritus ne moleſtia aliqua afficerentur: idem etiam non quo oportet, oblectari diceretur.

Circa autem dolores non quemadmodum in fortitudine, ita hic ſuſtinendo temperans, non ſuſtinendo intemperans dicitur, ſed intemperans unuſquiſque eſt, dum propterea quòd iucunda non conſequitur, magis quam oportet, dolet: dolorēque ipſi affert uoluptas: temperans, dum abſentia, abſtinentiaque uoluptatis nullo dolore afficitur. Intemperans igitur

E *iucunda omnia appetit, uel ea quę maxime iucunditatem afferunt, duciturq; à cupiditate adeo, vt ea omnibus alijs anteponat: atq; ita fit, ut doleat, dum & uoto fruſtratur, & cupit, quippe cum non ſine dolore cupiditas ſit. dolere autem ob uoluptatem abſurdum uidetur.*

Fortitudo & ignauia circa dolores verſari dicebat, quia in tolerandis doloribus periculisq; obeūdis fortis, in nō ſuſtinendis ignauus cognoſcebat: in tēperantia vero & in intēperantia non eadē rō eſt. non. n. ſimili mō tēperans & intēperans circa dolores verſant vt fortis & ignauus. fortis. n. non in abſentia, ſed præſentia rerum terribilium non dolet, ignauus dolet: temperans autem propterea dicitur, quia abſentia voluptatum non dolet, intemperans quia dolet: dum & voto fruſtratur, & cupit. cupiditas enim

omnis

omnis cum dolore eſt. intemperans enim voluptates adeo A vehementer cupit, vt reliquis omnibus eas anteponat, hoc eſt parentibus, patriæ, honeſtati, legibus, ac cæteris eiuſmodi: voluptasq; hæc ipſi effectrix doloris eſt, vt abſurda, admirationeq; digna eius affectio eſſe videat, q̃ ob voluptates doleat abſurda n̄ minime eſt: non.n. dum fruitur voluptatib. dolet, ſed dũ eas cupit, ſeq; eis carere ęgre patitur. Simul oſtendit intemperantium vitam moleſtijs ac doloribus eſſe plenã, licet in voluptatibus tota verſari videatur. nam ſi dum cupiunt, moleſtia ac dolore afficiuntur: nunquam aũt non cupiunt, reſtat, vt ſemper in moleſtijs ac doloribus cõſtituti ſint: ac dum nimio ſtudio voluptatẽ affectant, in contrario voluptatis.i. dolore plerunque vitam traducant.

B *Atqui deficiãt circa voluptates, minusq; quam oporteat, illis oblectentur, non fere inueniuntur: talis enim ſtupiditas humana non eſt. nam cætera animalia cum delectum ciborum habeant, alijs oblectãtur, alijs minime. ſi vero quiſpiã ſit, cui nihil ſit iucundum, nullaq; inter hunc & illum cibum differẽtia ſit: is ſanè procul eſſe ab hominis natura videtur. Quocirca quia eiuſmodi homines non admodum eſſe conſueuerunt, effectum eſt, vt ne nomen quidem vllum conſecuti ſint.*

Qui vero circa voluptates deficiant, non prorſus exiſtũt nõ.n. neq; hominis eſt, neq; alterius cuiuſpiã animalis hæc ſenſuum ſtupiditas, nã cætera quoq; aĩalia iucundũ & moleſtum in cibis diſcernere conſueuerũt: vt nullũ habere voluptatis ſẽſum potius inanimatorum, quam animaliũ ſit. Vnde quia non admodum eiuſmodi homines inueniũtur C neque vitij ipſius nomẽ inuenitur. appellat tamẽ ipſos hos Ariſtoteles interdum ἀναισθήτους, hoc eſt inſenſibiles quoſdam, ac ſtupidos: qui ſenſu ſcilicet voluptatum nullo præditi ſunt.

Temperans autem circa hæc mediocriter ſe habet: nã neque ijs oblectatur, quibus intemperans maxime cõſueuit, ſed potius ægre afficitur: neq; omnino ijs gaudet quibus nõ oportet: neque vlla aliqua huiuſmodi re vehementer oblectatur: neque ſi abſit, dolet: neque cupit niſi mediocriter: neque magis quam decet, quapiam re, neque quando non decet, afficitur: neque demum tale aliquid appetit: ſed ea duntaxat moderate iucunda, quę vel ad ſanitatem, vel ad bonam habitudinem faciunt.

At vero temperans mediocritatem in omnibus ſeruat: D neque.n. ijs oblectatur, quib. intemperans, ille ſiquidẽ voluptatũ exceſsibus gaudet, hic ijs eiſdẽ moleſtatur, atq; ęgre afficitur, tantumq; abeſt temperans, vt ijs quibus nõ oportet, voluptatẽ capiat, vt immoderationes omnes intra etiã naturæ terminos fugiat: quæ vero pręter naturã ſunt, prorſus abhorreat, ac ne audire quidem patiatur: neque quippiam appetat, niſi quod & neceſſarium eſt, & vel ad ſanitatem, vel ad bonum corporis habitum facit.

Atque ea quidem mediocriter, & ſicut decet, & cætera etiam quæ his impedimento non ſint, vel pręter honeſtatem vel ſupra facultates. nam qui ita facit, magis tales voluptates amat, quam dignum ſit. At temperans non eiuſmodi eſt, ſed ſicut recta ratio præſcribit.

Atque ita moderate omnia appetit temperans, vt nihil E admittat, quod vel pręter honeſtatem, vel ſupra facultates opum ſuarum videlicet, ſit: nam etiam hoc temperantis eſſe proprium videtur, vt in fruendis voluptatibus facultates ſuas minime excedat. Duplex autem lectio hic eſt, altera, ſi legamus, præter honeſtatem, & ſupra facultates, ideſt, παρὰ τὸ καλὸν, ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν, vt dictum eſt, altera ſi, quantum ad honeſtatem, vel facultates ſpectat, ideſt, περὶ τὸ καλὸν, ἢ περὶ τὴν οὐσίαν, ſed vtrarunque idem ſenſus eſt. nam ſic quoque intelligimus, temperantem voluptates etiam quaſdam alias admittere quæ ſanitatem & bonam habitudinem non impediant, quantum ad honeſtatem & facultates ſpectat. i. modo intra honeſtatis & facultatum ſuarum terminos contineantur.

A De temperantiæ extremis. Cap. XII.

INtemperantia vero ſpontaneo magis ſimilis, quam ignauia videtur: quippe cum hæc ex voluptate, illa ex dolore exiſtat: ex quibus altera eligenda: alter fugiendus eſt. Ac dolor quidem exturbat & corrumpit naturam eius, qui eo afficitur: voluptas autem nihil tale facit.

Comparat hic Ariſtoteles inter ſe ignauiam & intemperantiam, oſtenditque intemperantiam longe eſſe deteriorem, magisque vituperandam: eo quod magis ſponte comparari quam ignauia poſſe videatur. voluptatem enim ſponte eligimus: intemperantia vero in earum voluptatum electione conſiſtit, quæ honeſtatem excedunt. nemini igitur dubium eſt, quin ſponte intemperans vnuſquiſ-B que efficiatur. at cum dolorem nemo niſi inuitus ſuſcipere videatur, dolorque ſit qui ignauiam efficiat: ignauia quoque contingere non niſi inuito videbitur. dolor ſiquidem e natura propria hominem exturbat, animumq; eius conſternat, ac quodam modo corrumpit: voluptas vero non ita, licet enim à voluptate nonnulli deijci aliquatenus de mente videantur, non adeo tamen exturbantur, vt è naturali ſtatu excedãt, id quod in dolore & timore cõtingit.

Magisque ſpontanea eſt: atque iccirco maiori opprobrio proſequenda. Nam & aſſueſcere his rebus cum plures infinita hominum eiuſmodi ſint, facilius eſt: & aſſuetudo ipſa periculo uacat. in formidoloſis autem rebus contrarium eſt.

Cũ igitur intẽperantia magis ſponte nr̃a acquiratur, iccirco maiori opprobrio digna merito eſt licet enim cæte-C ra omnia vitia ſpontanea ſint, hoc tamen magis in intemperantia conſpicitur, vt ſponte eſſe videatur, quippe cum facilius ſit, vt voluptatibus ſuperandis aſſueſcamus, cum in vita innumerabiles hinc inde offerantur, atque id ſine vllo periculorum diſcrimine facere poſsimus. Colligi autem argumentationes in hunc modum queunt, voluptas eligenda eſt, dolor fugiendus, at ſpontaneum magis eſt, quod eſt eligendum, quam quod fugiendum, eſt igitur voluptas, & quæ ex ea prouenit intemperantia, magis ſpontanea, quam dolor atque ignauia. dolor præterea è natura & mente hominem exturbat, voluptas non ita, magis igitur eſt dolor violentius, quam voluptas: quæ autem immiſtã habent violentiam, minus ſpontanea ſunt quam ea quibus nulla ineſt violentia, ignauia igitur inuito homini D magis, quam intemperantia contingit. Accedit, q̃ ſi vituperijs & opprobrijs ea tantum quæ ſponte noſtra fiunt, proſequi conſueuimus, ea quæ maiori opprobrio digna ſunt magis etiam ſpontanea ſint neceſſe eſt, maiori opprobrio autem digna eſt intemperantia, quam ignauia, nam ſæpenumero incidit, vt ignauis ac timidis etiam miſereamur, magis ſpontanea igitur intemperantia eſt. Quin etiam ea quæ in noſtra magis ſunt poteſtate, magis ſpontanea ſunt ea autem magis in noſtra ſunt poteſtate, quibus aſſueſcere facilius poſſumus, at circa voluptates aſſueſcere quilibet poteſt, cum multæ iucundæ res in vita contingant, aſsidueq; ſuppetant, vt indigere eis minime valeamus, formidoloſa enim non ita multa, nec ſemper occurrunt, intemperantia igitur magis ſpontanea eſt. Illis item aſſueſcimus facilius, E quæ vacant periculis, quã illis quæ non ſine periculis exerceri poſſunt, in iucundis autem rebus tuta eſt, & ſine periculo aſſuetudo, in triſtibus & moleſtis pericoloſa, voluptatibus igitur facilius poſſumus aſſueſcere. Quod ſi ita eſt, efficietur, vt voluptas & intemperantia magis ſpontanea quam dolor & ignauia eſſe concedatur.

Ignauia etiam non ſimili modo ut particularia eſſe ſpontanea videri poſſet: ipſa enim doloris eſt expers: res autem particulares dolore adeo exturbant, ut & arma abijcere, & cætera indecore gerere homines non uereantur: atq; iccirco eſſe etiam uiolentæ uidentur. At intemperanti econtraria euenit. particularia enim, quippe cum ea concupiſcat, atq; appetat, ſpontanea ſunt, totum autem atque uniuerſum minus, nemo enim eſt, qui intemperans eſſe cupiat.

Poſteaquam intemperantiam magis eſſe ſpontaneam oſtendit, quam ignauiam, aliam diuerſitatem eius ſubiungit: nec ſimili modo eſſe ſpõtaneam ignauiam ſicut intemperantiam declarat, quantum ad particularia & actiones ipſas ſpectat. Habitus enim ipſe ignauię ac timiditatis dolore vacat: nullo ſiquidem dolore afficitur, qui in eo pręditus eſt: atq; iccirco eſſe ſpontaneus videtur. particulares autem res circa quas operatio ipſius verſatur, terribiles adeo ſunt ac moleſtæ, vt hominem de mente exturbent, atque abijcere arma, aliaq; indecore agere compellant, ac propterea non ſpontaneæ ſunt, ſed inuitæ ac violentę. inuitus enim facit, qui perterritus nulla decori habita ratione & fugit, & arma abijcit. In intemperante autem contrarium reperitur. particulares enim actiones, iucundæ ac ſpontaneæ, quippe cum ex cupiditate & appetitione exiſtant: totum vero ipſum, ideſt ipſe intemperantiæ habitus minus ſpontaneus eſt: eſt enim moleſtus. nam qui eum habẽt, ob infamem ac vituperabilem vitam dolent, moleſtiaq; afficiuntur. vnde inquit, nemo enim eſt qui intemperans eſſe cupiat, vt ex hoc nullam ineſſe in habitu iucũditatem pateat. Sed nullus eodem modo eſt, qui eſſe ignauus ac timidus cupiat. Verum Ariſtoteles hic ita dixit, comparãdo habitum ad res particulares, in quibus actiones conſiſtunt. cũ enim in intemperantia res particulares ſpõtaneas magis propterea eſſe demenſtraſſet, quia cupienti atque appetenti homini contingerent: non eſſe eodem modo ſpontaneum habitum ipſum intemperantiæ inquit, quia intemperãtiam nemo eſt qui cupiat, ſicut res ipſas quibus intemperantes homines euadunt. Idem è contrario dici de ignauia ac timiditate etiam poteſt: neminem inqnam eſſe qui ex ignauiæ ac timiditatis habitu dolorem percipiat, quemadmodum ex rebus formidoloſis, atque actionibus, atque iccirco non ſimili modo ſicut res ipſas, habitum quoq; eſſe inuoluntarium ac violentum.

Nomen autem ipſum intemperantiæ ſeu incaſtigationis de puerilibus peccatis dicere cõſueuimus. vtrũ vero ab vtro dicatur, nihil ad præſens negocium refert: poſterius enim à priore dictum eſſe ſatis conſtat: ac non male videtur fuiſſe tranſlatum. nam quod turpia appetit, incrẽmentumq; magnũ accipit, caſtigandum eſt ac temperandum, huiuſmodi autem maxime eſt & cupiditas & puer, quippe cum & ex cupiditate viuant pueri, & maxime in ipſis voluptatis vigeat appetitio. Si igitur non obediens, neq; imperanti ſubditum id fuerit, longe lateque efferetur, inſatiabilis ſiquidem rerum iucundarum appetitio eſt, & ſtulto vndecunque occurrit. cupiditatis præterea operatio quod cognatum ſibi eſt, auget, & ſi magnæ vehemẽteſque fuerint cupiditates, rationem extru-
A *dunt. Quapropter mediocres eas eſſe oportet, ac paucas, rationique minime aduerſantes. Atq; id quod tale eſt, obediẽs ac caſtigatum temperatumque appellamus.*

Poſtremo de nomine intemperantis conſiderat, quem Græci ἀκόλαστον vocant, quaſi incaſtigatum dixeris. κόλασις enim non eſt proprie vltio & vindicta, ſed punitio quædã ideſt caſtigatio ac cohibitio quædam appetitionis. Inquit igitur nomen hoc de puerilibus etiam peccatis dici ſolere pueri enim incaſtigati ſeu intemperantes dicuntur, qui pędagogis ſuis minime obtemperantes multa puerilia pec-
B cata committunt. Vtrum autem nomẽ hoc à pueris ad intemperantes, an econtrario ab intemperantibus ad pueros deductum ſit: nihil ad pręſentem diſputationem referre inquit: modo ſatis conſtet, quod poſterius eſt, à priore fuiſſe nominatum: poſſumus autem dicere vel à puero incaſtigato & intemperante ad virum tranſlatam fuiſſe nominationem: eo quod puer prior viro eſt: vel à viro ad puerũ: quippe cum prius id abſolute ac ſimpliciter dicatur, quod eſt perfectius: perfectius autem vir puero ſit. Caſtigatione igi-
C tur indigent & pueri & cupiditas. Hęc enim cũ ſępenumero turpia appetat, niſi cohibeatur ac caſtigetur, magnum incrementum accipit, pueri autem cum ex cupiditate viuant, magnum etiam ipſi in vtranq; partem momentum habent, & ad probitatem ſi caſtigentur ac temperentur, & ad vitium, ſi in caſtigati permanſerint.

Sicut enim puerum ad pædagogi præceptum viuere oportet: ita concupiſcibilem animæ facultatem rationis imperio obtemperare: neque ideo temperantis cupiditas cum ratione conſentiat, neceſſe eſt, quippe cum vtriuſque propoſitus ſco-
D *pus honeſtas ſit. nam & temperans cupit quæ oportet, & quando oportet: & ratio quoque ita præſcribit. Atque hæc de temperantia dicta à nobis ſint.*

Quocirca oportet cupiditatem atque appetitionem in pueris quidem pædagogis ac magiſtris: in viris rationi eſſe obtemperantem ac ſubditam. in hoc enim puerorum & virorum intemperantia ſimilis eſt, quòd vtrique imperanti inobedientem habent cupiditatem, quam obedientem eſſe oportet, ac moderatam, alioqui adeo interdum profuſa effertur, vt in viris rationem extrudat, hoc eſt obſtruat, at-
E que inutilem reddat. caſtigatum autem id eſſe dicitur ac temperatum, cum & puer ſecũdum pædagogi præceptum & vir ſecundum rationis imperium vitam traducit. Temperantis vero cupiditas rationi concors, conſentienſq; eſt: neque dominio rationis ſubiugata ducitur, vt in continente, ſed ita caſtigata eſt atq; erudita, vt nihil niſi quod oportet, & quemadmodum oportet, cæteriſque circunſtantijs ſeruatis cupiat, id quod & ratio ipſa pręcipit ac præſcribit.

Finis Tertij Libri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER QVARTVS,

CVM EVSTRATIJ NICAENI EPISCOPI explanatione, quam Aſpaſio nonnulli attribuunt.

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

De liberalitate & eius extremis. Cap. J.

NVNC dicamus de liberalitate: circa pecunias autem eſſe mediocritas videtur. liberalis enim nō in bellicis rebus, neque in ijs in quibus temperans, neque item in iudicijs, ſed in datione, acceptione que pecuniarum, ac magis in datione laudē meretur. pecunias autem omnia ea dicimus quorum æſtimationem nummus metitur.

De liberalitate hic Ariſtoteles acturus prius explicat circa quæ hęc virtus verſetur, ac ſimul modum quendam ac viam nobis tradit, qua circa quæ reliquæ etiam virtutes mediocritates ſint, inuenire facile poſsimus. in quibus.n. vnaquæque virtus laudatur, in ijs ipſius operatio eſt: in quibus autem exercet operationem, circa eadem vnaquæque mediocritas dicitur. verbi cauſa, temperantia in voluptatibus corporis fruendis circa quas omnis eius operatio eſt, laudem conſequitur, atque iccirco circa eaſdem voluptates mediocritas eſt. Idem ſimili modo in cæteris virtutibus videre licet. Cum igitur liberalitas neque in formidoloſis & bellicis rebus, vt fortitudo, neque in voluptuoſis, vt temperantia; neque in iudiciis, vt iuſtitia, ſed in dandis accipiendiſque pecunijs laudetur, circa eaſdem eam eſſe mediocritatem conſtat. Pecuniarum autem nomine quæ græce χρήματα dicuntur, omnia ea continentur, quæ in nūmi menſuram cadunt, vt ædes, mancipia, ſupellectilia, vaſa, pecudes, & cętera id genus. quanti enim quicque horū æſtimandum ſit, pecunijs metimur. Communiori tamen ſignificato χρήματα omnes res appellantur: vnde etiam χρηματίζειν verbum deducitur, quod idem eſt, quod agere, adminiſtrare, ac negociari. qua in ſignificatione non ſolum ea quæ commemoraui, quę in peculij rationem veniunt, verum etiam virtutes, amicitiæ, parentes, patria, & reliqua eiuſdem modi χρήματα poſſunt appellari, at priore illo modo nō poſſunt, quippe cum nemo queat ſtatuere, quot nūmis horum æſtimatio metienda ſit. Verum hæc pecuniarum definitio non ſatis accurate videtur fuiſſe aſsignata: nam nummus ipſe, & argentum nūmo minime æſtimatur. integra igitur fortaſſe atque abſoluta pecuniæ definitio eſſe talis debet. Pecunia omne idest vel quod eſt nūmus, vel cuius æſtimationem nūmus metitur. tametſi pecunia de ſolo etiam nūmo accipiatur, quod eſt eius maxime proprium ſignificatum, vt cum dicimus, pecunias aliquem, hoc eſt χρήματα fœnore accepiſſe, aut expendiſſe, aut eiuſmodi quippiam.

Prodigalitas autem & illiberalitas exceſſus & defectus circa pecunias ſunt. atque illiberalitatem quidem illis ſemper attribuimus, qui magis quàm decet, pecunijs ſtudent, at prodigalitatem complicantes alijs interdum adiungimus: nā & incontinentes, & eos qui in intemperantiam opes conſumunt, prodigos vocare conſueuimus. iccirco huiuſmodi homines eſſe improbiſsimi videntur, propterea quòd multa ſimul vitia habeant, non tamen proprie ita appellantur. Debet.n. prodigus eſſe is qui vno tantum vitio ſit præditus, vt ſcilicet fortunas ſuas conſumat. prodigus enim ſeu inſeruatus eſt, qui per ſe ipſe perditur. nam eſſe ſui ipſius perditio videtur etiam bonorum diſsipatio: vtpote cum ea ſint, ex quibus vitam traducamus. Atque ad hunc modum ſanè prodigalitatem accipimus.

Illiberalitatem & prodigalitatem defectus & exceſſus circa pecunias eſſe inquit, recte utraſque & exceſſus & defectus communiter appellans, propterea quòd vtręque eſſe & exceſſus & defectus poſſunt. prodigalitas enim dando excedit, deficit accipiendo, illiberalitas vero ſeu auaritia contra in dandis pecunijs parca ac deficiens, in accipiendis nimia eſt. Sed licet exceſſus & defectus vtriſque conueniat, plerunque tamen prodigalitatem, auaritiam defectū propterea vocat, quia cum liberalitatis uis in moderata datione magis conſpiciatur, in ea excedit prodigus, auarus deficit, ut ad pręcipuas liberalis operationes ſpectando prodigalitas exuperatio, auaritia & illiberalitas defectio merito eſſe uideatur. Nam ſi quis etiam exacte vtrarunque rerum naturam ac ſubſtantiam conſideret, auaritia eſſe habitus quidam uidebitur magis quàm decet, pecuniarum cupidus atque auidus, econtrario autem prodigalitas earundem conſumptrix, ac diſsipatrix. vnde etiam nomen à prodigendis, ideſt profundendis, porroq; adigendis pecunijs conſequuta eſt, & prodigus quaſi porroadigus quidam nūcupatur, qui ſeipſum bonis fortuniſque exturbat. quod tamen melius uerbo greco exprimitur, ἄσωτος enim lingua eorum uocatur, hoc eſt inſeruatus ac perditus. nam cum uita ſuppetere ex pecunijs videatur, qui eas profundit ac perdit, ſeipſum quodam modo etiam perdit. Ac proprie quidem ita prodigalitas accipitur, ſed interdum tamen illos etiam appellare prodigos conſueuimus, qui vel incontinentes ſunt, vel in intemperantiam opes cōſumunt, duo inter ſe uitia intemperantiam & prodigalitatem complicantes. ut hoc modo improbiſsimi eſſe prodigi uideantur: quippe qui multa ſimul uitia incontinentiam, intemperātiam, ac prodigalitatem complexi ſint.

Iis autem quorum eſt vſus aliquis, & bene & male vti licet, at diuitiæ ex vtenſilibus ſunt, optime vero vnaquaque re vtitur is, qui virtutem vnicuique rei conuenientem habet, & diuitijs igitur is optime vtetur, qui ea virtute erit præditus, quæ circa diuitias verſatur. atque hic ipſe vir liberalis eſt.

Deinceps

Deinceps liberalitatis munus in dando magis quam accipiendo conſiſtere oſtendit. nam cum liberalitas circa pecunias vtendas verſetur, & vſus in diſtribuendo magis ac largiendo, expendendoq; exiſtat: in dando, & erogando liberalem magis verſari neceſſe eſt. χρείαν autem quo nomine hic vtitur, pro χρῆσιν, id eſt vſu ponit: dum inquit, illis & bene & male vti nos poſſe, quorum aliquis eſt vſus vt puta pecuniæ vſus quidam eſt, beneq; & male vti ipſa licet. ſimili modo, mancipio, ædibus, ſupellectili, atque huiuſcemodi omnibus vti & bene & male vnuſquiſque poteſt. Sed de virtute & vitio fortaſſe dubitaret quiſpiam, cum his vtriſque vti homines dicantur: & tamen neque male virtute, neque bene vitio vti quiſpiam poſsit. cui dubitationi ita occurrendum eſt, vt dicamus non idem eſſe vſum, & vtenſile. vſus enim, illud cum χρείαν ſiue χρῆσιν appellemus, is eſt, ſecundum quem aliquibus rebus vti ſolemus: vtenſile autem ſiue vtile, id eſt, χρήσιμον, illud quo ſecundum ipſum vſum vtimur. artes vero & demum habitus omnes, inter quos virtutes ac vitia connumerantur, vtenſiles minime ſunt: ſed potius eiuſmodi, vt vel rebus aliis vtantur, uel certe utenſilium, id eſt omnium quibus vti poſſumus, vſus ipſe ſint, ſecũdum quem homo reliquis omnibus uel bene vel male vtatur. ſecundum enim fabrilem artem faber, ſecundum muſicam muſicus, ac denique ſecundum vnamquanque artem ſubiectis arti ſuæ quiſq; rebus uti conſueuit, ita etiam ſecundum vnãquanque virtutem, & vnumquodque vitium rebus illis vtimur, circa quas & uirtus & uitium verſatur: male, ſecundum vitium, & turpiter: ſecundum uirtutem, bene atque honeſte: vt vitij & uirtutis reliquorumque habituum, nullum eſſe uſũ, ſed ipſos cæterorum omnium vſum eſſe manifeſtum ſit. Atque hac potiſsimum de cauſa effectum eſt, ut nonnulli ſolam virtutem bonum, & ſolum vitium malum, diuitias vero & reliqua quæ ut facultates bona appellantur, neque bona neque mala eſſe affirmarint, propterea, quòd uidelicet fieri nõ poteſt, ut uel uirtute male, uel uitio bene quiſpiam utatur: reliquis & bene & male uti poſſumus. ſed abſurda eorum ſententia eſt: ac dupliciter peccant. Primum enim uirtutis & uitij ne uſus quidem prorſus ullus eſt, ut neque bene neque male nos uti ipſis dicendum ſit, non.n. his utimur, ſed per hæc ipſa reliquis. reliqua uero in uſum cadunt: quæq; in uſum cadunt, ſunt eiuſmodi, ut & bene & male uti ipſis ualeamus. Deinde neque ex iis quæ aſſumũt, recte id colligunt, quod opinantur. nam ſi ea quibus bene utimur, bona: quibus male, mala ſunt: nemini dubiũ eſt, quin concedamus, ut ea quibus & bene & male uti poſſumus, & bona & mala ſint. non enim ita aſſumunt, ut dicant ea quibus bene utimur, non eſſe mala: ea item quibus male, non eſſe bona, ſic etenim neque uirtus bona, ſed non mala, neque uitium malum, ſed non bonum eſſe demonſtraretur. Adde quòd abſurdum etiam eſt, ut pro utentiũ ratione rerum ipſarum natura immutetur. ſi nanque id, quo quis male uteretur, uel eſſet malum, uel neque bonum neque malum: conſequeretur, ut & Socrates quo Athenienſes male uſi ſunt, uel malus, uel neque bonus neq; malus fuerit, & Anaxarchus, nam eo etiam Nicocreon Tyrannus male uſus eſt: & Zeno item, & complures alij. Sed hæc hactenus. Ratio autem Ariſtotelis talis eſt: iis quorũ uſus aliquis eſt, & bene & male uti poſſumus: diuitiæ eiuſmodi ſunt, & bene igitur, & male uti ipſis poſſumus. at unaquaque re bene ille utitur, qui uirtute ea eſt præditus, quæ circa unamquamque rem uerſatur, nam lyra bene utitur, qui lyram pulſandi uirtutem callet, qui eſt muſicus: equo, qui equitandi uirtutem adeptus eſt, qui eſt equeſtris uir: ſic diuitiis ille bene utetur, qui uirtutem eam habuerit, quæ circa diuitias utendas uerſatur, qui autem hac uirtute eſt præditus, liberalis eſt. Atque hic, dum inquit ea re unumquemque bene uti cuius uirtutem habuerit, uirtutis nullum eſſe uſum manifeſte declarat. nam ſi uti etiam bene uirtute quiſpiam poſſet, uirtus alia eſſet inuenienda, ſecundum quam uirtute uti poſſemus: illius item alia, atque ita

A deinceps, quoad infinite progredi cogeremur. Aduertendum etiam non abſolute hic Ariſtotelem dixiſſe diuitias eſſe unum ex ijs quorum eſt uſus, ſed eſſe ex utenſilibus: propterea quòd non omne cuius eſt vſus, eſt etiam utenſile: quippe cum & paupertatis & morbi vſus quidam ſit, quorum nihil tamen utenſile eſt. ſed illa quibus uti conſueuimus, quibuſque præcipue uir probus, & in naturali ſtatu conſtitutus uteretur, utenſilia, ſiue utilia nuncupantur, ut hac ratione quoque eſſe bona uideantur.

Vſus autem pecuniarum ſumptus ac datio, acceptio vero & conſeruatio eſſe poſſeſsio potius videtur: atque iccirco liberalis viri magis eſt dare quibus oportet, quàm accipere vnde oportet, & non accipere, vnde non oportet. magis enim B *beneficio afficere, quàm affici, & honeſta agere, quàm non agere turpia, virtutis proprium eſt. At obſcurum non eſt ex datione conſequi vt beneficia conferamus, honeſtaque agamus: ex acceptione vero vt beneficijs afficiamur, non agamuſque turpia. gratia item ei qui dat, exhibetur, non ei qui non accipit, & laus etiam magis.*

Cum igitur circa uſum pecuniarum liberalis uerſetur, uſus autem pecuniarum nihil aliud ſit quàm ſumptus & datio, acceptio uero & conſeruatio poſſeſsio ipſarum ſit: liberalis in dando magis quàm accipiendo uerſabitur. Virtutis præterea magis in beneficijs collocandis, quæ accipiẽdis conſiſtit, dando autem illud, hoc accipiendo efficitur: dare igitur quàm accipere liberalitatis magis proprium C eſt. Honeſta item agere magis ad uirtutem ſpectat, quàm non agere turpia, at honeſta agimus dando ut oportet, accipiendo autem unde non oportet, non agimus turpia, liberali igitur magis dare quàm accipere conuenit. Illud et cuius alicui gratia habetur, magis eſt proprium uirtutis, ſed beneficij gratia habetur ei qui dat, in dando igitur quã accipiendo liberalitas magis conſtituta eſt. Adde quòd in eo quod laudatur, eſt uirtus, at datio laudatur, ex acceptione uero etiam honeſta laus nulla conſequitur: efficitur ergo, ut dare magis quàm accipere ad liberalem pertineat.

Non accipere præterea quàm dare facilius eſt: ſuum enim quiſque magis non profundere, quàm alienum non accipere conſueuit. liberales quoque illi dicuntur qui dant, qui autem D *non accipiunt non liberalitatis, ſed iuſtitiæ non minus laudem conſequuntur, qui vero accipiunt, ne prorſus quidem laudantur.*

Quin etiam cũ in difficilioribus virtutis munus ſpectetur (nam ea de cauſa maxime etiam fortitudo uirtus eſt) difficiliuſq; ſit, ſua erogare, quam aliena non accipere, officium liberalis in dando quoque magis, quàm in non accipiendo uerſabitur, quippe cum non accipere commune cum iuſto et ſit: non minus q.n. id eſt magis ob iuſtitiam laudem meretur, qui non accipit unde non oportet, neque permittit ſe muneribus ſubornari & corrumpi, ſed iuſtitiam pecunijs anteponit. Quamquam neque omnes iuſtitiæ cauſa id faciunt, ſunt enim qui non accipiunt, tenacitatis potius cauſa, ne ſcilicet ſi acceperint, dare poſtea et E ipſi cogantur. Nam ut, in republica inquit Plato, homines non ut iniuria non afficerent alios, ſed ne iniuria ipſi afficerentur, leges de iuſtitia inſtituerunt. dare autem liberalis eſt proprium, circa id igitur uerſari liberalitatẽ cõſtat, quod ipſius proprium eſt. Neque tamen Ariſtotelem ita hic dicere exiſtimandum eſt, ut & in non accipiendo unde non oportet, & in accipiendo unde oportet, uerſari liberalitatem neget, nam hęc à liberali uiro minime excludit, ſed in eo potiſsimum eſſe officium eius aſſerit, ut det & largiatur. qui enim non accipit unde ſcilicet non oportet, iuſtus potius uidetur eſſe quàm liberalis, qui uero accipit, non ſolum laudem non meretur, uerum etiam uituperio affici conſueuit.

Qui etiam liberales maxime omnium ferè qui virtute qua

piam

piam alia præditi ſunt, amari conſueuerunt, vtilitatem enim A *afferunt, at id in datione collocatum eſt.*

Aliam rationem poſtremo ad idem confirmandum ſubiungit quæ eiuſmodi eſt: illi amari maxime conſueuerũt, qui proſunt maxime: maxime aũt amantur liberales: liberales igitur maxime omnium proſunt. proſunt uero maxime qui dant & largiuntur; in dando igitur & largiendo liberalis officium magis quàm in accipiendo uerſari neceſſe eſt. Quia autem liberales maxime amantur, ſatis perſpicuum eſt. nam cum iuſti interdum odio habeantur, prudentes uero ſapientes apud pleroſque inuidioſi ſint, temperantes quoque nonnulli importunos, ſimulatoreſque eſſe exiſtiment, liberales uno conſenſu omnes amore ac beneuolentia proſequuntur. adeo enim accipere homines gaudent, ut non ſolum erga liberales affecti omnes mi- B rum in modum ſint, uerum etiam eos qui quomodocunque in pecuniis expendendis largi fuerint, propterea amẽt quia ſimilitudinem quandam cum liberalibus habere uideantur. Quod autem hic de liberalibus dicitur, non ſine exceptione quadam dictum eſſe intelligatur. nam iccirco addidit, ferè, ut ſignificaret aliquos, id eſt fortes eſſe excipiendos. fortes enim quia utilitates maiores afferunt, utpote qui parentes, patriam, aras focoſque defendant, opeſque ipſas tueantur, ut liberalibus ac magnificis ſuppetere ad exercendas uirtutes poſsint, maiori amore etiam quàm liberales ſine dubio proſequendi ſunt.

At vero omnes ex virtute actiones & honeſtæ ſunt, & honeſtatis cauſa fiunt, & liberalis igitur honeſtatis cauſa C *dabit, & recte. dabit enim & quibus, & quacunque, & quando oportet: reliquiſque alijs modis, qui rectam dationem conſequuntur: atque id vel iucunde, vel ſine dolore. quod enim ex virtute fit, id vel cum uoluptate, uel ſine dolore certe efficitur, minime autem moleſtum eſt. nam neque qui uel ijs quibus non oportet, uel non honeſtatis, ſed alia quapiam cauſa dat, eſſe liberalis dicetur, ſed alius quidam: neque qui moleſte dat: is enim pecunias honeſtis actionibus anteponeret, at hoc minime liberalis eſt.*

Poſteaquam in dando abſolute magis conſiſtere liberalis munus probauit: deinceps declarat quo modo dare liberalem deceat. Nam cum uirtutũ actiones honeſtæ ſint, honeſtatiſque cauſa exerceantur: liberalis in dando eum D ſcopum ac finem ante oculos habeat neceſſe eſt, vt omnes eas circunſtantias ſeruet, quæ ad rectitudinem, mediocritatemque actionum requiruntur: hoc eſt, vt ijs quibus oportet, largiatur, & tunc quando opus eſt, & ea quę debet, & quatenus debet, & cuius cauſa debet, & cætera eiuſmodi incidere enim poteſt ut in dando quis modum excedat, vel ſi eum ſeruet, non ob honeſtatem tamen id faciat, ſed gloriæ interdum & honoris cauſa, dum erogationem ſuã oſtentando coram frequenti populo venditat, quandoq; ob id, vt maius aliquod lucrum aucupetur, aliquando etiã ob timorem. Liberalis autem non ſolum ita non faciet, verum etiam iucunde, & ſine vllo dolore dabit: quippe cum omne quod ex virtute fit, vel iucundum ſit, vel dolore ſaltem vacet, id quod ob fortitudinem dictum uidetur. nam E ut ſuperius declaratum eſt, non omnes fortis uiri operationes cum iucunditate fiunt, ſed paruam quandam moleſtiam in ſe habent, quæ tamen à voluptate quæ ex honeſtate proficiſcitur, ſuperari conſueuit. At enim neque omnis datio quæ iucunde fit, liberalis eſt, nam & intemperantes & prodigi qui neque quibus conuenit, neque honeſtatis cauſa dant, iucunde & cum uoluptate opes ſolent profundere. qui autem ita dant, minime liberales dicuntur ſed alio quodam nomine appellari conſueuerunt, vel enim intemperantes, vel prodigi, vel glorioſi & ambitioſi, vel timidi, vel callidi negociatores nuncupantur. Verum neque ille dici liberalis debet, qui dat quidem, ſed non ſine dolore, ut ſunt nonnulli, qui uel publice patriæ contribuunt, vel priuatim amicis donant, ęgre tamen & moleſte. liberalis enim hominis eſt ut magis dando lætetur, quàm alij accipiendo. at ille qui moleſte dat, pecunias etiam videtur, vt moleſtia careat, honeſtati eſſe antepoſiturus.

Sed neque accipiet vnde non oportet: non enim eius qui non magni facit pecunias, talis acceptio eſt, neque erit petax: non enim ad eum ſpectat qui beneficia in alios confert, vt facile beneficijs afficiatur, vnde autem oportet, accipiet, ex proprijs videlicet poſſeſſionibus, non quia honeſtum id ſit, ſed quia neceſſarium, vt habeat quod det, neque res ſuas negliget, quippe cum ex ipſis velit aliquibus ſuppeditare, neque dabit quibuslibet, vt habeat quod det quibus oportet, & quando, & vbi honeſtum eſt. Liberalis viri etiam valde eſt ita in dando excedere, vt pauciora ſibi relinquat, quippe cum ad ſe minime reſpicere liberalis proprium ſit.

Proprietates quaſdam liberalis perſequitur, ac primo quo modo in accipiendo ſe geſſurus ſit, oſtendit. neque. n. inquit, accipiet, vnde non decet, id enim eſt hominis pecunias magni æſtimantis. neque erit petax, hoc eſt promptus ad petendum, propterea quòd qui alios beneficijs afficere conſueuit, accipere beneficium ab alijs non facile patitur. nam licet utraque tam bene facere quàm bene affici ad liberalem ſpectet, magis tamen uirtus in beneſaciendo elucet, quippe quæ eſſe diuinum quoddam videatur, deique aſsimulatio quædam. afficere autem beneficijs, non affici dei proprium eſt. Quocirca non accipiet niſi vnde oportet, id eſt ex proprijs facultatibus, atque id neceſsitatis cauſa, vt habeat vnde dare, hoc eſt exercere liberalitatis operationem valeat. Quod uero ſubiungit, liberalem ſuas opes minime eſſe neglecturum, facit illud quidem ad eandem bonorum conſeruationem, vt ad dandum ſuppetant: nihilo minus tñ ad tollendã falſã liberalitatis opinionem utile eſt. nam qui priuatas opes ſuas negligunt, ſpeciem quãdam virtutis præ ſe ferunt, ut non recte conſiderãtibus eſſe liberales videãtur: id autem minime eſt. nam ſi curam ſuarum rerum non haberent liberales, quo pacto ex ipſis opẽ ferre indigentibus poſſent? Quocirca œconomica quædã ac diſpenſatrix virtus eſt, qua efficitur, vt vnuſquiſque virtute aliqua pręditus eius rei curam habeat, qua in exercenda virtute ſua uti conſueuit. Sic fortis uir roboris ac uiriũ ſuarum curam habet, ut eis ad fortiter agendum uti poſſit. Sic liberalis opibus cõſeruandis ſtudet, vt habere queat vnde liberaliter operetur. perindeque eſſet ſi liberalis opes, & vir fortis vires negligeret: ſiquidem ex his & liberalitatis, & fortitudinis operatio exiſtit. Pauciora tamen ſibi interdum relinquet liberalis ita præſcribente ratione: quippe cum non ad utilitatem propriam magis quàm ad honeſtatem ſpectet, neque ſuum commodum alienæ neceſsitati anteponat.

Liberalitas tamen pro facultatibus dicitur, non enim in multitudine eorũ quæ dantur, ſed in habitu eius qui dat, actio liberalis conſiſtit, qui quidem habitus eſt, qui dat pro facultatibus: Vnde nihil vetat, quin liberalior aliquis ſit, qui pauciora dederit, ſi modo ex paucioribus etiam fuerit elargitus.

Liberalitas autẽ non multorum diſtributione, ſed vniuſcuiuſque facultatibus metienda eſt. non enim qui multa dat, eſt liberalis: ſed qui ita dationem moderatur, ut & dandi facultatem non excedat, & indigentium neceſsitatem non deſerat. Dabit enim interdum pauca, quia paucis indiget ille, qui accipit, ne ſi plura dederit, quàm opus ſit, aliorum inopiam defraudare videatur: interdum quia pauca habet, & nihilominus tamen honeſtum eſt, quia ab habitu proficiſcitur, qui antedictas circunſtantias præſcriptioneſque tam in multis quàm in paucis ſeruat: id eſt quando, & quibus, & cuius cauſa, & quatenus. Quatenus autem dandũ eſt, ille tranſgreditur, qui pro bonorum facultate non erogat, ſed uel minus dat, uel amplius quàm facultas eius patiatur. atque iccirco fit, ut liberalior ſit interdum, qui ex minori opum copia pauciora dat, quam qui ex maiori plura, ſi videlicet minus quàm facultatibus ipſius conueniat,

ueniat, dare videatur. & ſimili modo qui ex paucioribus re A
bus plura dederit, quàm pro facultate eius ſit, nihil uetat,
quo minus prodigus eſſe potius quàm liberalis cenſeatur:
qui autem pauciora fuerit elargitus, liberalis, ſi modo pro
facultatum ratione datio extiterit. Nunquid igitur ita di
cendum eſt, ut in imperfectis uirtutibus intentionem &
remiſsionem reperiri còcedamus, cum reliquis omnibus
obſeruatis in uno peccauerint, verbi cauſa, ne à liberalita-
te longius abeamus, ſi obſeruatis circunſtantijs & quan-
do, & quibus, & cuius cauſa oportet, & cæteris, in quantita
te alter excedat, alter deficiat, nunquid alter altero libera-
lior eſſe exiſtimandus eſt? Sed non ita inquit Ariſtoteles:
nam ſolet hoc modo comparatione interdum vti, vt pru-
dentiorem alterum altero appelles, qui magis ſit ad con-
ſultandum idoneus, licet neutrum prudentem re vera eſ-
ſe concesſerit.

*Illi autem eſſe liberaliores videntur, qui non ipſi acquiſi-
uerunt facultates, ſed ab alijs accepere: propterea quòd indi
gentiam experti minime ſunt, & omnes ſua ipſorum opera,
vt parentes, & poetę, magis amare conſueuerunt.*

Liberaliores eos eſſe qui non acquiſiuerunt, ſed ab alijs
partas facultates accepere, non in vniuerſum, ſed plerunq;
eſſe verum conſueuit, eo quòd qui ita accipiunt, neque in
digentiam antequàm acquirerent, neque labores in acqui
rendo experti ſunt, vt amare quaſi opera ſua opes debeant.
ſed ſæpe tamen aliter euenit. Eodem modo quoque dictũ
videtur, non eſſe facile vt liberalis diues ſit: nam ſæpe in C
contrarium res cedit. nam cum liberalis & diligentiam cõ
ſeruandis bonis ſuis adhibet, & non dat quibus non opor
tet: facile ſit, ut opes ad mediocres neceſſarioſque vſus ſup
petentes habeat.

*At vero facile non eſt, vt liberalis diues ſit, qui neque ac-
cipiendi, neque conſeruandi, ſed erogandi potius eſt ſtudio-
ſus: neque pecunias propter ipſas, ſed dandi cauſa æſtimat.
Atque iccirco crimini dari fortunæ conſueuit, quòd qui ma-
xime digni ſunt, minime ditescant. id autem non abſque ratio
ne accidit: quippe cum fieri minime poſsit, vt habeat pecu-
nias is, qui nullam diligentiam adhibet, vt eas habeat. id
quod in cæteris etiam rebus fit.*

Quia tamen liberalis ad dandum eſt quàm accipiendũ D
& conſeruandum propenſior, interdum accidit vt eſſe di-
ues non poſsit: cuius argumentum eſt, quòd accuſari for
tuna tanquàm iniuſta à nonnullis ſolet: quæ diuitias ijs
qui digni ſunt, ipſiſque uti optime ſciunt, non exhibeat. id
autem non vitio fortunæ, ſed rei natura ita euenit, ratio-
ni quippe eſt conſentaneum, vt qui viribus acquirendis
nullum ſtudium adhibet, viribus præditus non ſit, & qui
ſanitati non conſulit, neque dat operam vt ſanus eſſe poſ-
ſit, non ſit ſanus, ſic quoque abſurdum minime eſt ſi is di-
uijs careat, qui vt eas habeat, non curat, euiuſmodi eſſe li-
beralis videtur. Non enim accuſanda in hoc eſt fortuna,
neque ab ea quaſi merces quædam pro virtute exigenda
eſt: cum neque pro alijs bonis eam requiramus, vt pro ſa-
nitate, & robore, ſanitatis enim ſatis idonea merces eſt ſa- E
nitas, roboris item robur, ſic virtutis locupletiſsima mer-
ces virtus ipſa eſt.

*Non dabit tamen quibus non oportet, neque quando non
oportet, & reliqua huiuſcemodi, alioqui non ageret ſecundũ
liberalitatem, neque ita expenſas pecunias poſſet in ea quæ
debet, expendere. Sicut enim diximus, is eſt liberalis, qui pro
facultatibus, & in ea quæ debet, ſumptus facit, qui vero ex-
cedit, prodigus. atque ideo tyrannos prodigos non dicimus:
facile enim eſſe minime videtur, vt donationibus & ſumptibus
excedere opum multitudinem poſsint.*

Cum igitur liberalis pro facultatibus debeat alijs imper
tiri, qui ſupra facultates id facit, non liberalis ſed prodigus
eſt. Quia vero tyranni ideſt reges opum copia adeo abun-
dant, vt nulli ſumptus ſint, qui eam excedere poſſe videan
A tur, prodigi minime dicuntur, ſed econtrario potius quòd
in dando deficiant, vituperari conſueuerunt.

*Cum igitur liberalitas mediocritas ſit, quæ circa pecunia
rum dationem acceptionemque verſatur: liberalis dabit &
expendet in ea quæ oportet, & quotcunque oportet, tam in
paruis, quam in magnis: atque id iucunde faciet. accipiet item
& vnde oportet, & quotcunque oportet. Nam cum virtus
circa vtraque ſit mediocritas, vtraque vt debet, faciet. mo-
deratam enim dationem talis acceptio conſequitur, quæ au-
tem non eſt talis, contraria eſt. quæ igitur conſequuntur, in
eodem ſimul contingunt, quæ vero ſunt contrariæ, minime.*

Quemadmodum artes non ſecus in paruis ac in magnis
operibus perſpiciuntur, verbi cauſa, Polycletus, & Praxite
les, & Myron tam parua quàm magna aliqua ſtatua affa-
bre facta ſpecimen artis ſuæ oſtendebant: ita virtute præ-
ditus uir in paruis & magnis eandem actionis honeſtatem
præ ſe feret. Idem quoque liberalis faciet, nam & in paruis
& magnis rebus non modo dabit vt oportet, verum etiam
vnde oportet, accipiet: quippe cum moderatam dationem
acceptio moderata, iniuſtam, iniuſta cõſequatur. id quod
in prodigis uidere licet, qui cum immoderate & iniuſte
profundant, vt ſuppetere ipſius diuitiæ poſsint, aliena fu-
rantur, latrocinia conſtituunt, à nulloque iniuſtitiæ gene
re abſtinent. Nunquam enim fit, vt vel qui ita iniuſte acci-
pere non veretur, bene ac iuſte diſpenſet, vel qui ita immo
derate profundit, bene atque honeſte accipiat. namque ſi
C prodigus qui nullum in dando modum ſeruat, in accipien
do moderatione vti vellet, cito in anguſtiam redactus nõ
haberet vnde prodigalitatem ſuam poſſet exercere. Quæ
igitur ſe mutuo conſequuntur dationes ſcilicet & accep-
tiones, in eodem contingunt, in probo uiro, ſi honeſtæ, in
prauo ſi malæ & turpes ſint. licet enim dationi in uniuer-
ſum acceptio eſſe contraria uideatur, quippe cum illa in
compendio, hæc in diſpendio conſiſtat, illa bonorum ac-
quiſitio, hæc abiectio ſit atque alienatio, non tamen re ve
ra eſt. nam ſicut neque moderata atque honeſta datio, eſt
abiectio atque alienatio bonorum, ſed vſus, neque hone-
ſta ac moderata acceptio eſt acquiſitio & poſſeſsio abſolu
te, ſed ad uſum opportunum facultatum comparatio: ita
neque immoderata datio eſt uſus, ſed abiectio, neque im-
D moderata acceptio eſt acquiſitio, ſed ad abijciendum &
profundendum reſeruatio. Vt hoc modo datio & acce-
ptio, ſi uel moderatæ uel immoderatæ utræque fuerint,
inter ſe minime ſint contrarię, ſed ſe mutuo conſequãtur,
in eodemque exiſtant, ſi autem altera moderata, altera im
moderata ſit, tunc uero contrariæ ſint, neque ſe mutuo
conſequi, neque conſiſtere in eodem poſsint.

*Quòd ſi inciderit, vt præter quàm deceat, & bene ſe ha-
beat, expenderit, dolebit quidem ſed moderate, et ſicut debet.
nam ob quæ oportet, & ſicut oportet, & lętari & dolere ad
virtutem ſpectat. Eſt etiam liberalis quantum ad pecunias
attinet, in ſocietate vitæ perfacilis. iniuria enim affici poteſt
cum magni pecunias non æſtimet. magiſque ęgre fert, ſi quid
quod oportuerit, non expenderit, quàm dolet, ſi quid expen-
E derit, quod minime debuerit. neque Simonidi aſſentitur. pro
digus vero etiam in his peccat, nam ob quæ oportet, & ſicut
oportet, neque lætatur, neque dolet, id quod progredientibus
manifeſtius patebit.*

Si liberalis pręterquam deceat atque honeſtum ſit, quip
piam expenderit, vel à tyranno aliquo vel ciuitate etiam
in ſpectacula & ludos aut viſcerationes, aut naumachias,
aut tale quippiam ſumptus facere coactus, dolebit quidẽ,
ſed moderate tamen, & ut decet, neque ob ſumptum, ſed
quia non vt oportebat, eum fecerit. Quia uero nonnulli
ſunt, qui nullam ęgritudinem nullumque dolorem cade-
re in ſapientem ac uirtute præditum opinantur, ideo ſub-
iungit, virtutis eſſe, id eſt uirtute prediti hominis, ut & læ
tetur, & doleat, ſicut opus eſt: ideſt cum ratione. nihil au-
tem quod cum moderamine rationis iuſtuque efficitur, F

ſe uitioſum poteſt, cuiuſmodi eſt dolor, qui à Stoicis non dolor, ſed contractio animi appellatur. Nam ſi probus vir neque lætitia, neque dolore vllo afficeretur, eandem in reliquis omnibus tranquillitatem & quietem animi eum ſeruare neceſſe eſſet, ut ne ad uirtutum quidem operationes moueri vllo modo poſſet. quod fieret, neque probus eſſe cõcederetur. affectus enim animi ſunt, qui ad actiones incitare homines conſueuerunt, nam ratio & iudicium ſatis non eſt: ſenes enim ad res gerendas iuuenibus minus idonei ſine dubio ob id ipſum eſſe perſpiciuntur. Adde quòd cum uirtus habitus electiuus ſit, electio vero habitus conſultatiuus, appetitio autem affectus, nullo modo operari ſecundum uirtutem ſine affectu poſſemus. Dolebit igitur liberalis, ſi ſumptus præter honeſtatem aliquos feciſſe uidebitur, & multo magis etiam, ſi non dederit, cum erat opus quàm ſi dederit, cum non oportebat, atque in hoc Simonidis ſententiam minime approbabit. De Simonidis enim Lyrici poetę auaritia cum alij nonnulli: tum Theophraſtus meminit & in libro de moribus, & in eo quem de diuitiis inſcripſit.

Dictum a nobis eſt prodigalitatem & illiberalitatem exceſſus eſſe & defectus, atque eas in duobus datione & acceptione conſiſtere, nam etiam ſumptum in dationem reponimus. Prodigalitas enim in dando & non accipiendo excedit: in accipiendo autem deficit. illiberalitas contra in dando deficit, in accipiendo excedit ſed in paruis tamen.

Abſoluta mediocritatis pertractatione ad uitia oppoſita explicanda deſcendit. ac quia ſuperius prodigalitatem & auaritiam eſſe exceſſus & defectus dixerat, atque vtraſq; in datione & acceptione verſari: nunc quo modo id ſit, declarat, docetque primum debere unumquemque ſumptũ in dationis rationem uenire. atque id ob prodigos dictum uidetur, qui non proprie dant ac donant, ſed quomodocunque in immoderatos, inhoneſtoſq; ſumptus pecunias ſolent profundere. Prodigalitas enim in dando ac profundendo excedit, in accipiendo deficit: illiberalitas in dando deficit, in accipiendo excedit: cæterum in paruis rebus. cuiuſmodi ſunt, qui paruos quæſtus ſordide cõquirunt, paucorumque compilatores ac raptores dicuntur. nam qui in magnis accipiendis excedunt, ut ſunt tyranni, inſatiabiles potius alienorum vſurpatores & iniuſti, atque impij, quã illiberales & auari appellarentur.

Ac quæ ad prodigalitatem quidem ſpectant, non admodũ coaugeri conſueuerunt, quippe cum facile minime ſit, vt qui nulla ex parte accipit, omnibus largiatur. cito enim priuatos eos homines qui dant, facultas deſerit, qui quidem prodigi eſſe etiam videntur: ideſt inſeruati. Nam qui huiuſmodi eſt, nõ paulo melior illiberali eſſe videretur, cum & ab ætate, & inopia curari facile poſſit, atque ita ad medium redire. cum.n. ea habeat, quæ ſunt liberalis, quippe qui det quidem & non accipiat, ſed neutrum tamen neque vt debet, neque bene faciat, ſi ad hoc tantum vel aſſueuerit, vel aliquo alio modo fuerit mutatus, liberalis euadet. fiet ſi quidem vt & det quibus oportet, & non accipiat vnde non oportet. vnde neque eſſe moribus prauus videtur. in dando enim & non accipiendo excedere non mali & ignobilis, ſed ſtolidi potius hominis eſt. Qui autem hoc modo eſt prodigus, longe illiberali & auaro, cum ob ante dicta, tum propterea eſſe melior videtur, quia ipſe multis, illiberalis nemini, prodeſt, immo ne ſibi ipſe quidem vtilis eſt.

Cum dixerit prodigum in dando & non accipiendo eſſe nimium, ac propterea in accipiẽdo deficere: ſubdit vtraque hæc in prodigalitate ſimul eſſe ac perſeuerare non admodum ſolere: vt multa ſcilicet aliquis det, & nihil accipiat. qui enim ita facit, cito in pecuniarum inopiam incidit, ſi fuerit priuatus, quippe qui cum ἄσωτος ideſt inſeruatus ſit, ac ſeipſum perdiderit, proprie prodigus dicitur. nã regibus & tyrannis, etiam ſi multa dent, deficere opes minime ſolent: vt hac de cauſa hi neque eſſe prodigi poſſe uideantur: cum, ſicut dictum ſuperius eſt, ob pecuniarum prouentuumque copiam nullos ſumptos facere ſupra facultates ſuas queant. Qui tamen ita eſt prodigus, qui re vera eſt prodigus, vt utraque hæc habeat, ut & in dando excedat, & deficiat in accipiendo, is duabus de cauſis illiberali longe melior eſt: primum quia corrigi non difficulter poteſt, cuius rei duæ quoque ſunt cauſæ, una, quòd cum in iuuentute contingere huiuſcemodi vitium conſueuerit, quo magis ætate unuſquiſque prouehitur, eo parcior, rerumque ſuarum ſtudioſior redditur: altera, quia ad egeſtatem cito huiuſmodi homines deducti reprimuntur: à nimiaque opum profuſione coguntur deſiſtere: atque ita fit, vt ab his vtriſque & ętate & inopia caſtigati, melius aſſueſcant, eaque aſſuetudine id quod habent, quod liberalis eſt proprium, hoc eſt vt dent & non accipiant, licet deprauatum id ſit, ad mediocritatem dirigant, atque emendent. præſertim cum uere prodigus neque malus moribus videatur, neque ignobili & abiecto animo, magnanimitate enim quadam eſt præditus vt & bona ſua communicare cum alijs uelit, & nihil lucri cupiditate minime afficiatur, ſtolidusque eſſe, ideſt ſtulte & imperite potius facere ſit ęxiſtimandus. Quocirca facile fiet, ut ſi uel ætate uel inopia reſipuerit, didiceritque quis ſibi in largiendo modus ſeruandus ſit, mutetur, & ad mediocritatem redeat. Deinde uero in eo quoque illiberali eſt melior prodigus, quòd hic quomodocunque profundendò multis, ille nemini, ne ſibi quidem ipſi utilis eſt: quippe qui, ut prouerbio dicimus, iuſculo ſolo ſibi uiuendum propoſuerit.

Plerique tamen prodigi ſicut dictum eſt, etiam vnde non oportet, accipiunt: atque in hoc ſunt illiberales, qui ideo ad accipiendum prompti efficiuntur, quia cum velint expendere, facere id facile nequeunt. cito enim ipſis opes deficiunt: vt aliunde ſibi comparare eas cogantur. quoniam præterea nullam honeſtatis curam habent, vndique nullo habito delectu accipiunt. dare enim cum cupiant, quo pacto & vnde id faciant, non curant. Quapropter neque liberales eorum dationes ſunt, cum non ſint honeſtæ, neque huius ipſius cauſa, neque vt oportet, efficiuntur: immo interdum eos quos oporteret eſſe pauperes, diuites reddunt, atque ijs qui moderati ſunt moribus, nihil, adulatoribus autem & cæteris qui aliam quãpiam voluptatem ipſis ſubminiſtrant, multa largiuntur. vnde efficitur, vt plerique ex his intemperantes etiam ſint. nam & quia facile expendunt, in intemperantias etiam profuſos ſumptus faciunt, & quia non ad honeſtatem ſpectantes viuunt, ad voluptates quoque declinant. Prodigus igitur ſi incorrectus permaneat, in hæc tranſit, ſi curationem admittat, ad mediocritatem deuenire, honeſtatemque poteſt.

Atque hic quidem prodigus in quo utraque hęc cõcurrunt, vt det & non accipiat, illiberali & auaro longe melior eſt. plerique uero ſunt qui non ſynceram habent prodigalitatem ſed commiſtam cum illiberalitate, ac confuſam: qui & dant quibus non debent, adulatoribus ſcilicet & flagitioſis hominibus: & vnde non debent, nulla honeſtatis habita ratione quocunque uel turpi modo accipere, ac rapere non verentur, quo in ſumptibus inhoneſtis voluptuoſiſque poſsint perſeuerare, qui ferè ſunt intemperantes. Nã eum præcipue prodigum appellare homines ſolent, qui ut libidinibus, intemperantibuſq; uoluptatibus fruatur, opes ſuas diſsipat, ac conſumit. cuiuſmodi hominum uaria genera reperiuntur. alij enim in venereas uoluptates, & meretrices, alij in potationes, alij in epulas patrimonia dilapidant. Venereis dediti, libidinoſi, uino, temulenti atque ebrioſi appellantur. Qui autem epulis uacant, pro uario ipſarum ſtudio uaria etiam nomina ſortiuntur. Qui enim cibi ſumendi præſcripta tempora ob auiditatem anteuertunt, nec expectare quippiam patiuntur, eſuritores ac fameliſcoſi dicuntur: ὀξύπεινοι Græci, ideſt qui cito fame irritantur. Qui multo opſonio veſcuntur, opſoniatores atq; edaces dixeris: quos Græci ὀψοφάγους appellant. Qui curioſe au

tem

A tem nimis varia ciborum condimenta, nimiaſque lautitias ac cupedias requirunt, ij lauti, ac cupediarij nuncupantur: λίχνοι à Græcis nominati. Ganeones vero & guloſi, qui ex quouis edulio ſuauiſsimum quodque excerpunt atque affectant: hi ſunt qui τένθαι à Græcis dicuntur. At ventres & eluones qui multa edere quomodocunque, & ventrem replere ſtudeant: ſicut obliguritores & lurcones, qui in edendo voracitatem quandam & furiam ac celeritatem præ ſe ferunt: illos γάστριμαι & λαιμάργους hoc eſt ventrioſos, & ventrifurentes: hos λαιμάργους, ideſt guliſurentes Græci vocãt.

At illiberalitas incurabilis eſt. nam & ſenectus & omnis imbecillitas reddere illiberales videtur: magiſque quàm prodigalitas, hominibus natura inſita eſt, nam plerique ſunt pecuniarum cupidi magis, quàm ad dandum prompti, & late patet, multiformiſque eſt.

B Vitium per exceſſum. ideſt prodigalitas curari & corrigi, vt dixit, non difficulter poteſt: cum ob alia, tum quia ab ætate progrediente adiuuatur. illiberalitas uero & auaritia eſt incurabilis, ideſt curari facile nequit, quippe quæ cũ ætate creſcat. nam ſenectus reddere homines auaros conſueuit. Cuius ideſt argumentum, quòd omnis imbecillitas id facit. qui enim corpore infirmiores, imbecillioreſque ſunt, auari etiam magis & illiberales plerunque efficiuntur, pecuniarumque cupidiores, quibus maxime ſibi opus fore exiſtimant. At ſenectus imbecillitas quædam eſt & impotentia, vt inſitum natura hominibus hoc uitium eſſe uideatur, quippe quod & ſimul cum ætate adoleſcat, & homines ad ſe propenſiores habeat. quod uero natura ineſt, C curari atque amoueri difficulter poteſt. Dictum ſiquidem ſuperioribus in libris eſt, magis ea eſſe incurabilia ad quæ eramus procliuiores, quibuſque capi atque allici facilius poteramus. ad auaritiam autem pecuniaſque acquirẽdas, vnuſquiſque videtur eſſe quàm ad dandas procliuior.

Multi enim modi eſſe illiberalitatis videntur. nam cum in duobus conſtituta ſit in dandi exceſſu, & defectu accipiendi: non omnibus integra adeſt, ſed interdum ſeparatur. atque ita fit, vt nonnulli in accipiendo excedant, alij in dando deficiãt. nam qui his nominibus præditi ſunt, vt dicantur parci, tenaces, retracti & reſtricti, omnes in dando deficiunt. Non appetunt autem aliena, neque accipere volunt alij ob probitatem quandam, turpiumque rerum euitationem. videntur enim aliqui, vel certe dicunt, propterea conſeruare, ne aliquando agere turpe aliquid cogantur. Inter hos eſt etiam cuminiſeca, D *& vnuſquiſque alius huiuſmodi, qui nomen ſortitus eſt ab exceſſu, quod nemini quicquàm daturus ſit. Alij ob timorem ab alienis abſtinent: propterea quòd facile minime eſt, vt ſi aliquis aliena acceperit, alij ab eo quicquam non accipiant: atque ideirco neque accipere, neque dare ipſis his placet.*

Hæc ipſa autem auaritia multas habet ſpecies: nam parci dicuntur, qui in ſeruandis rebus ſuis nimis excedunt. Qui uero pauca quædam exhibent ac minuta retracti appellantur ac reſtricti: quos κίμβικας hic appellat Ariſtoteles, quia huiuſmodi homines κινοῦνται ἐκ, ideſt, ui mouentur, & ad dandum impelluntur. necnon cuminiſcæ, ut qui etiam comini granum ſecare, nec concedere integrum uelint uocantur hi etiam à Græcis γρῖπες & σμικροί. ideſt ob- E ſtippi, & minuti. Qui uix dant, ac difficulter, γλίσχροι, ideſt tenaces, qui cum contentione & ira, μικρολόγοι, hoc eſt ſordidi ac paruipenduli nominantur, utpote qui parua magni pendant atque æſtiment. Atque hi ſanè omnes in dando deficiunt. aduertendum autem, quod inquit hic nonnullos uideri uel dicere ſe conſeruare ne turpe aliquid facere cogantur, id duobus modis intelligi poſſe, nam Græce eſt φυλάττω tantummodo, quod poteſt ſignificare conſeruare, & hoc modo ſubintelligetur ſuas opes, aut, pecunias: ne ſi inopes euaſerint, aut furari, aut peierare, aut calumniari, aut quippiam aliud huiuſmodi turpe cogantur perpetrare. Poſſumus etiam interpretari φυλάττω attendere & obſeruare ne quippiam ab aliquo accipiant, ne ſubſi- A cet accipiendo, aſſueſcant & unde non debent, & quantum non debent, poſtea accipere.

Nonnulli vero in accipiendo excedunt, dum & vndecunque & quodcunque accipere non verentur: vt ſunt, qui illiberalia opificia exercent, & lenones, & id genus cæteri, & fœneratores, qui etiam parua magnis cum vſuris accipiunt. qui quidem omnes neque vnde debent, neque quantum debent, accipiunt. Communis autem his omnibus turpis quæſtus videtur: cauſa enim lucri omnes, atque eius parui, opprobria ſubeunt. Nam qui magna vnde non oportet, & quæ non oportet, accipiunt, vt tyrannos qui vrbes populantur, & templa diripiunt: non illiberales, ſed improbos potius, ſed impios, ſed iniuſtos appellare conſueuimus. At aleator, & fur ſeu ſpoliator, B *& latro ex illiberalibus etiam ipſi ſunt: cum turpi lucro dediti ſint. vtrique enim lucri cauſa negociantur, & opprobria ſuſtinẽt. & hi quidem pericula maxima acceptionis cauſa ſubeunt: illi ab amicis quibus dare deberẽt, lucrantur. vtrique igitur cum vnde non oportet, velint lucrum comparare, turpi lucro dediti ſunt. atque omnes huiuſcemodi acceptiones ſunt illiberales. Merito vero illiberalitas contraria liberalitati propterea eſſe dicitur, quòd maius malum quàm prodigalitas eſt: magiſque in ea peccant homines, quàm in prodigalitate, de qua ſuperius iam diximus. De liberalitate igitur, & oppoſitis viſis hactenus dictum ſit.*

Alij ſunt qui in accipiendo exuperant, qui vndecunque C ſibi eſſe accipiendum, nihilque quòd quæſtuoſum ſit, turpe exiſtimant. ut lenones qui meretrices alunt ac lucri cauſa proſtituunt. publicani, & fœneratores non abſolute quidem omnes, ſed qui præcipue parua, magnis cum uſuris accipiunt. Quamquam hic duplex lectio reperitur. altera τοκισταὶ, καὶ τὰ μικρὰ ἐπὶ πολλῷ, ideſt fœneratores etiam paruæ magno cum fœnore, ut ſubintelligatur uel accipientes, uel dantes, ut non omnes hoc in genere eſſe dicantur fœneratores, ſed qui uel dant parua magnis cum uſuris, uel parua accipiunt magnis cum uſuris, ideſt paulatim accipiendo magnas tamen vſuras conficiunt. cui interpretationi altera quoque lectio uidetur aſſipulari quæ huiuſmodi eſt. καὶ τοκισταὶ κατὰ μικρὸν καὶ ἐπὶ πολλῷ, ideſt & fœneratores qui paulatim & magnis cum uſuris accipiunt. Turpis autem lucri cauſa iſti ſubire quodlibet opprobrium patiũ- D tur. accipiuntque unde non debent, lenones, quantum nõ debent, fœneratores. ſunt etiam nihilominus huiuſmodi latrones & aleatores, quamuis eſſe ſuorum bonorum profuſi uideri poſsint, nam & illi, ideſt latrones & ſpoliatores ob paruum lucrum magnis periculis ſeſe exponunt, & aleatores ab amicis lucrantur, quibus cum uerſantur & degũt, gaudentque ſi eos nudos, pecuniiſque exhauſtos dimiſerint, quos magis iuuare beneficiiſque afficere deberent. Ex his omnibus fit, ut auaritia maius malum ſit quàm prodigalitas, atque ob id magis contraria liberalitati eſſe cẽſeat.

De magnificentia & eius extremis. Cap. II.

E *SEqui videtur, vt de magnificentia ſeu magnidecentia diſſeramus. nam etiam ipſa eſſe quædam virtus videtur, quæ circa pecunias verſatur: non in omnes tamen quæ ad pecunias ſpectant, actiones, ſicut liberalitas, diffunditur, ſed in ſumptuoſas tantum, atque in his liberalitatem magnitudinẽ excellit. nam ſicut nomen ipſum ſignificat, in magnitudine decens ſumptus eſt. magnitudo autem eſt ad aliquid. non enim aut triremus, aut ſupplicationum præfecto idem ſumptus eſt; ſed qui eſt decorus & ipſi, & in quo, & circa quod fit.*

Cum tractatus de magnificentia diſſertationem de liberalitate ſubſequatur, eam uel tanquam ſpeciem genus, uel tanquam partem totum ſequi manifeſtum eſt. utro modo ſequatur conſiderandum uidetur. ſed prius in quo di ſtat

differat à liberalitate magnificentia explicabimus. liberalitas circa dationem & acceptionem verſatur: magnificentia circa dationem tantum. Liberalitas præterea tum in magnis quam in paruis dationibus ſpectatur: magnificẽtia vero, quemadmodum hic ab ipſo Ariſtotele ex nomine definitur, quæ μεγαλοπρέπεια, hoc eſt magnidecentia græce dicitur, nihil aliud quam in magnitudine decens ſumptus eſt, ſeu decentium in magnitudine ſumptuum effectio: vt circa magnas dationes, magnoſque ſumptus verſari eam tantum neceſſe ſit. Cum igitur ſit eiuſmodi, ſpecies ne liberalitatis eſſe, an pars dicenda eſt? nam ſi eſt ſpecies, cũ nullum genus ſpeciem vnam tantummodo habeat, ſed plures quomodo liberalitas diuidi in plures ſpecies poterit? an ita liberalitatem diſtribuemus, vt alteram eius ſpeciem dicamus eſſe, quæ in accipiendo conſiſtat: eum eam quę in dando verſatur, in duas etiam ipſam diuidi, vnam, quæ circa magnos ſumptus: alteram, quę circa paruos conſideretur: ex quibus ea quæ circa magnos ſumptus eſt, magnificentia vocetur, altera nomine careat? Sed abſurdum videbitur ſi acceptionem & dationem duas liberalitatis ſpecies faciamus: primum quia liberalitas in ſola datione magis conſiſtit: ſimul enim atque aliquis in dando peccauerit, liberalis non eſt, etiam ſi recte acceperit: nam præter quàm ꝙ recte accipiat, recte etiam det neceſſe eſt eum qui liberalis nomine appellandus ſit. Deinde ob id abſurda eſt hæc ſpecierum liberalitatis diuiſio, quòd cum liberalitatis definitio ſit, vt tam in dandu quam in accipiendo recte ſe gerat, ea vtriſque ſpeciebus conuenire minime poterit. Quocirca melius eſt, vt partem liberalitatis eſſe magnificentiam aſſeramus. nam cum liberalitatem in omnes quæ ad pecunias ſpectant, actiones diffundi dicat: quærendum eſt, an in eas etiam, circa quas verſatur magnificentia. ſi enim in eas nõ pertingit liberalitas, falſum erit, quod hic dixit Ariſtoteles: ſin pertingit, vel eodem modo quo magnificentia in ipſis vel diuerſo expendet: ſi diuerſo, ſumptus proculdubio ſecũdum decorum & rectam rationem minime faciet neque vt oportet, neque quantum oportet: atque ita efficietur, vt cum indecore impendat, neque eſſe modiocritas & virtus poſsit. ſi vero eodem modo quo magnificẽtia, pecuniis vtetur, reſtat vt magnificentia pars liberalitatis eſſe videatur. nam ſic quoque ſequitur id quod inquit, ſiquis magnificus ſit, eſſe etiam liberalem, ſiquis autem ſit liberalis, non prorſus quoque eſſe magnificum. perinde ac ſiquis diuiſa in tres partes medicina in medicamentalem, in victualem, & manualem, hoc eſt φαρμακευτικὴν, διαιτητικὴν, & χειρουργικὴν, ſiquis ſit medicamentarius eſſe etiam medicum dicat, non autem ſiquis ſit medicus eſſe etiam prorſus medicamentarium. Verum ſi has eſſe ſpecies medicinę quiſpiam concedat, nihil erit, quo minus magnificentiam quoque liberalitatis eſſe ſpeciem concedendum ſit. Quãquam poſſumus etiam ita intelligere, vt dicamus circa omnes pecuniarum vſus communes ſcilicet & conſuetos verſari liberalitatem, circa ſumptuoſos vero ſolummodo magnificentiam, id eſt eos qui ad ſumptus ſpectant, qui tamẽ largitate maiore, ac ſplendore indigeant: vt duæ ſint virtutes, quæ circa pecunias verſentur, quarum altera in conſuetis omnibus & communibus: altera in ſumptuoſis tantum ac maioribus actionibus ſuo officio fungatur. vt in eaſdẽ etiam circa quas magnificentia conſiſtit, extendatur quidem liberalitas, ſed ita tamen, vt proprietates ſuas minime excedat. proprium autem eius eſt, vt honeſte & ſecundum rectam rationem ſumptus faciat. at ſpectare ad euentum ſplendoremque & excellentiam ex ſumptuoſa actione requirere, illud vero totum magnificentiæ, ſeu magnidecentię eſt: quippe quæ non ſumptum abſolute, ſed decorum quendam ſumptum faciat. Cum vero inquit in his, id eſt ſumptuoſis pecuniarum vſibus magnificentiam magnitudine excellere liberalitatem, non id ſignificat, vt in iiſdem prorſus ſumptuoſis rebus verſari & liberalitatẽ & magnificentiam intelligamus: nam ſi eędem prorſus res eſſent, quę non niſi magnos ſumptus exigerent, in ipſis liberalis mini

A me pro dignitate ageret: atque ita ſe gerendo neque liberalis prorſus eſſet. ſed cum dixerit in ſumptuoſis tantum verſari magnificentiam, oſtendere vult qua re, id eſt magnitudine qui in talibus ſumptuoſis verſatur, excedat liberalem cuius in minoribus & conſuetis negocium eſt. Sed fortaſſe etiam in eum ſenſum Ariſtotelis hæc lectio eſt accipienda vt licet circa eadem verſetur liberalitas, magnificentiam tamen non in eo differre dicamus quòd ſecundum rationẽ expendat, ſed in eo quòd magnos ſumptus ac ſplendidos faciat. magnitudo autem eſt ad aliquid hoc eſt alicuius eſt magnitudo, eſtque alterius rei alia, atque alia. vt non idem ſit ſumptus trierarcho qui inſtruẽdæ triremi pręfectus eſt & architheoro qui publice vel ad ludos Græciæ cum ſacrificijs, vel ad deos ſciſcitatum oracula, aut ſupplicatum mitti

B conſueuerat. Magnificus igitur decorum ſpectabit & quantum ad ſe, & quantum ad id attinet in quo, & circa quod operabitur, in quo, & circa quod, autem idem per diuerſa videtur ſignificare, in qua re videlicet & circa quam rem ſumptus facturus ſit. aliud enim decorum eſt, ſi templum extruat, aliud, ſi patriã muris cingat, aliud, ſi ædilitatem, aliud, ſi gymnicorum ludorum præfecturã gerat, in quibus omnibus ita ſeſe moderabitur magnificus, vt magnitudinem in ſingulis accommodatam ſeruet.

At qui in paruis aut mediocribus pro dignitate ſumptus facit, magnificus minime dicitur, vt id, Mendico panem poſcenti ſæpe ferebam: ſed qui in magnis. nam qui eſt magnificus liberalis etiam continuo eſt, liberalis autem, non cõtinuo ma-

C *gnificus. Huius vero habitus defectus paruificentia ſeu paruidecentia, exceſſus decori imperitia & ineptitudo quædam operaria appellatur. & eiuſmodi cæteri habitus, qui non excedunt magnitudine circa quæ oportet, ſed in quibus nõ oportet, & ſicut non oportet, ſplendorem affectant. Verum de his poſterius dicemus.*

Manifeſte hic differentiam magnifici & liberalis oſtendit, cum inquit, qui in paruis & mediocribus pro dignitate expendit, eum minime eſſe magnificum, in paruis enim & mediocribus ſumptibus liberalitas, in magnis magnificentia conſiſtit, illius enim eſſentia in eo eſt, vt recte, huius, in eo, vt magnifice & excellenter ſumptus faciat. atque hinc patet liberales actiones poſſe etiam ab illis qui non ſunt diuitis, nihilo minus exerceri, magnificas autem omnino diuitijs indigere. Sciendum vero, ſicut paruificentia ab aua

D ria, & decori imperitia, ineptitudoque operaria à prodigalitate differt, ita magnificentiã à liberalitate eſſe diuerſam. ſunt aũt inepti operarij quos βάναυσοι Græci vocãt, ſordidi ac viles opifices, qui ſedentarias manualeſque artes exercent, proprie tamen fabri qui ad ignem & caminos operãtur, ab eo dicti, quòd caminos incẽdant, αὔειν enim incendere, βαῦνος caminũ ſignificat. quia vero huiuſmodi homines plerunque præter dignitatem efferuntur, ſuiſque opificijs quaſi magnis ac pręclaris gloriari conſueuerunt: inde factum eſt, vt hoc nomen ad eos etiam trãſferatur, qui maiora quàm ipſis conueniant, indecore aggrediuntur. Ariſtoteleſque hic vitium magnificentiæ per exceſſum oppoſitum hoc nomine appellat, quæ eſt affectatio quædã magnitudinis & ſplendoris in ſumptibus pro dignitate ac de

E coro faciendis, in quibus minime oportet.

Magnificus autem ſeu magnidecens eſſe ſcienti ſimilis videtur, quippe qui & quod decet contemplari, et magnos conſonè facere ſumptus poſſit. quemadmodum enim in principio diximus, habitus operationibus definitur, & iis quorum habitus eſt: magnifici vero ſumptus, & magni ſunt, & decentes talia igitur erunt etiam opera. ita enim fiet, vt ſumptus & magnus, & operi decorus euadat. vt & opus ſumptu & ſumptum opere dignum eſſe oporteat, vel etiam excedere.

Magnificum hic ſcienti ſimilem eſſe inquit, aut quia eſt decentium ſumptuum in magnis rebus contemplator, cõtemplari autem ſcientis proprium eſt, vnde etiam ſciẽtias contemplatiuas appellant. nam in paruis dignitatem rei

aduertere

aduertere haud difficile, in magnis non admodum facile eſt. Qui igitur in magnis ſumptibus faciendis, magnitudinem vnicuique rei accomodatam poteſt aduertere, atque obſeruare, is merito eſſe ſcientia quadam præditus videtur: præſertim cum fieri etiam poſsit, vt licet magnos ſumptus quis faciat, propoſitæ tamen rei magnificentiam non aſſequatur, aut ſcientem, artificem vocari hic dicendum eſt: vniuſcuiuſque enim artificis eſt, rei eius decorum contemplari ac ſpectare, quę arti ſuæ ſubijcitur: verbi cauſa, ſutoris munus eſt, id ſpectare vt vel viri, vel mulieris, vel pueri, vel adulti pedibus accommodatos calceos conficiat: pictoris, vt heroem regem, priuatum, lętantem, aut dolentem pro dignitate vniuſcuiuſque coloribus exprimat, atq; effingat: ita quoque ad magnificum pertinet, vt id attendat & ſpectet, vt pro magnitudine vniuſcuiuſque rei conuenienter, ac magnifice expendat. ſuperius vero & ex operationibus habitus etiam inueniri dixit: quales enim ſunt operationes, talis habitus eſt, ex quo operationes proficiſcunt: & ex rebus illis, quarum eſt habitus, ſeu contemplatiuum, ſeu effectiuum, ſeu actiuum volueris. exempli gratia, ædificatorię artis operationes quædam eiuſmodi ſunt, quæ ad ædificandum pertinent, quas nimirum ipſa ars ædificandi exercet: ſubiectū autem eius ſunt ligna & lapides, quibus tanquam materia ad operationes efficiendas vti conſueuit. ſimili modo in virtutibus quoq; res ſeſe habet. ſicut enim paulo ſuperius liberalitatem verſari circa pecunias demonſtratum eſt, propterea q; & operationes eius circa pecunias eſſe, & ſubiectum eius eſſe pecuniæ conſpiciebatur, ita cum magnificentiæ operationes ſumptus ſint & magni, & decentes, ſubiectum vero magna opera atque excellentia, his habitus quoque eius definitur, ideſt notatur, atque agnoſcitur eſt enim ea quæ magnos ſumptus ac decentes, magniſque operibus ac pręclaris accommodatos facit. Vel igitur hoc quod inquit habitum operationibus definiri, ita eſt intelligendum: vel altero etiam modo: vt ſenſus talis efficiatur. Quemadmodum in principio diximus, habitus moralis non certam quandam ex ſe habet præſcriptionem, ſed ex incidentibus atque occurrētibus ſigillatim operationibus definitur, exq; ijs quorum ſubinde eſt operator, nō enim virtutum ipſarum, ſed noſtri tantum ratione habita medium in virtutibus ac mediocritas & eſt & dicitur, ſic magnifici hominis ſumptus non certam habent magnitudinem, ſed ita magni ſunt, vt vnicuique magnæ rei decenter ac pro dignitate accommodentur, ſuntq; ita magna opera, perinde ac præſens neceſsitas, atque vſus requiſiuerit, ac ſui reſpectu vnumquodque. ea enim ratione potiſsimū fit, vt & ſumptus magnus, & decens opus euadat, cum & opus ſumptu, & ſumptus opere dignus eſt, vel etiam excedit exuperat ſiquidem in ſumptibus faciendis aliquando magnificus, neque eos rebus ſtudet nimis exacte adæquare, id quod parci ac ſordidi potius eſt, vt per eum non ſtet quo minus opus magnum ac ſplendidum efficiatur.

Atque huiuſmodi ſumptus magnificus honeſtatis cauſa faciet: commune enim hoc eſt virtutibus: iucunde etiam & large: eo quòd nimis exacta ratio paruifici eſt: conſiderabitque magis quo modo pulcherrimum ac decentiſſimum opus efficiatur, quàm quanti conſtet, quo modoq; fieri minimo precio poſſit. Neceſſe vero eſt, vt magnificus ſit etiam liberalis. nam & liberalis expendet & quæ oportet, & ſicut oportet. in his tamen quod eſt magnum, magnifici eſt: vt magnitudo.

Magnificus etiam eum finem ac ſcopum habet, qui cæteris quoque virtutibus propoſitus eſt, primum, vt honeſtatis cauſa agat, deinde vt iucunde, quippe cum virtutum operatio iucunda eſſe conſueuerit, tum id adiunget, vt large ac profuſe, non ad exactam rationem expendat.

Si circa eadem liberalitas ſit, etiā ab æquali ſumptu opus magnificentius faciet. non enim eadem & poſſeſſionis & operis virtus eſt. nam poſſeſſio anteponitur, quæ eſt digniſſima ac precioſiſſima: opus, quod magnum & pulchrum eſt. talis enim rei ſpectatio eſt admirabilis. quod autem eſt magnificum eſt, admirabile: operiſque magnificentia virtus in magnitudine eſt.

Adde quod ab æquali ſumptu malus opus efficiet magnificus, quàm liberalis. ſi enim oporteat ſumptu centum talentorum patrię ipſum quippiam extruere ac fabrefacere, non id faciet paruum, quod auri tamen & gemmarum margaritarumque æſtimatione precioſius ſit, ſed dabit operam, vt magnitudine præcipue excellat. Nam & Pericles Iouem Olympium poterat iiſdē ſumptibus ſicut minorem, ita auro & gemmis precioſiorem conſtituere, ſed magnificum opus minime fuiſſet, quippe cum nō eadem ſit virtus operis & poſſeſsionis. Poſſeſsio enim id habere debet vt plurimi conſtet, atque æſtimetur, poſsitque, licet mole & magnitudine eſſe exigua videatur, plurimum valere, cuiuſmodi eſt aurum, gemmæ, vniones, & id genus cætera. at opus quo maius & præclarius, eo precioſius eſt atque excellentius, nec non vnicuique ſpectanti atque inſpicienti admirabilius, cuiuſmodi eſſe id quod magnificum eſt, debet. magnificentia enim eſt virtus operis quæ in magnitudine conſiſtit.

Ex impenſis autem quas honorabiles dicimus, illæ ſunt, quæ ad deorum donaria, ędificationes, & ſacrificia pertinent quæque ad omne denique geniorum numen ſpectant. quæ itē ad publicam munificentiam glorioſæ ſunt; vt, ſicubi vel ludorum edendorum, vel triremium extruendarum, vel epuli ciuitati exhibendi ſplendide gerendam præfecturam exiſtimant.

Sunt inquit, honorifici ſumptus, ideſt magnifici, qui ad deos ſpectant, & genios. geniorum autem numen hic appellat, quod græce δαιμόνιον dicitur, vel genus quoddā gentiliciorum deorum, ac tutelarium, qui ſecundum patria vniuſcuiuſque gentis inſtituta coluntur, vel defunctorum manes, quos Gręci μακάριοι, ideſt indigetes nuncupant qui aliqn publicis quibuſdam ceremonijs placandi ſunt.

In omnibus autem, ſicut dictum eſt, ad agentem quoque haberi relatio debet, quiſnam, & ex quibus facultatibus agat. digni enim his eſſe ſumptus debent, & non ſolum operi, verum etiam facienti decenter eſſe accommodati: atq; idcirco pauper nequaquam eſſe magnificus poteſt, cum ea non habeat, ex quibus ſumptus decēter faciat. nam qui id aggreditur, ſtultus eſt, præter dignitatem enim aget, pręterque id quod oportet: id autem ſecundum virtutē eſt, quod recte fit:

In omnibus, ſicut etiam ſuperius dixit & perſonæ, & facultatum, & operis decorum in ſumptibus à magnifico ſeruandum eſt. quocirca pauper eſſe magnificus nō poteſt quantum ad operationem ſcilicet magnificentiæ attinet, non quantum ad habitum. Nihil enim vetat, quin vnuſquiſque etiam ſi ſit pauper, habitu magnificentiæ præditus ſit: operari tamen is, cum deſint pecuniæ, magnifice non poterit. quòd vero de operatione hic intelligat, ex ijs conſtat, quæ ſubiungit. nam qui ſumptus facere, cum nō adeſt facultas, aggreditur, ſtultus eſt, quippe cum præter dignitatem ac decorum agat. Sicut enim nobilis & generoſus ille eſt, qui è bono genere, honeſtiſque parentibus eſt ortus, ita magnificentiam eum habere operatorem neceſſe eſt, qui & genere & diuitijs ſplendorē præ ſe ferat.

Decent etiam eos huiuſmodi ſumptus, quibus tale aliquid pręceſſit vel ab ipſis factum, vel à maioribus, vel ab ijs qui ad ipſos pertinent: nobiles itē, & illuſtres, & qui ſunt huiuſmodi. omnia nanque hæc magnitudinem in ſe habent & dignitatem.

Decorum autem ſeruant in magnificis ſumptibus etiā ij, qui vel ipſi tale aliquid magnifice antea geſſere, vel tales habuerunt maiores, eoſque qui ad ipſos pertinent, ideſt, cognatos & domeſticos debet enim magnificus, qui cognatos & domeſticos huiuſmodi habeat, ab eis non degenerare. Eum quoque qui nobilis eſt & illuſtris etiam ſi nullū huiuſmodi factū pręceſſerit, magnifice agere deceA

Ac maxime quidem talis magnificas eſt: in talibuſque impenſis magnificentia, ſicut dictum eſt, verſatur: quippe quæ & maxima ſint, et honorificentiſſima. ſed ex priuatis tamen etiam illa ad magnificum ſpectant, quæ ſemel fieri conſueuerunt: vt nuptiæ, & ſiquid tale eſt: & ſi alicui rei vel tota ciuitas ſtudet, vel qui in dignitate conſtituti ſunt; quæ etiam ad hoſpitum ſuſceptiones, & dimiſſiones attinent, ad munera item & remunerationes. non enim magnificus in ſuum, ſed in publicum decus ſumptuoſus eſt. munera autem quandam cum templorum donarijs habeant ſimilitudinem.

Ac maxime quidem in his expenſis verſatur magnificus, quæ videlicet ad publicam gloriam ſpectant. licet in nonnullis priuatis quandoque etiam munus eius requiratur: vt in nuptijs vt in vijs quibus vel tota ciuitas vel digniſſimi quique ſtudent & uacant. quo ſi armorum aut equorum ſtudio teneantur, ipſe in iiſdem quoque magnificentiam præ ſe ferat. Circa ſuſceptiones item hoſpitum, & munera, & remunerationes, magnifici ſumptus faciendi ſunt. Dum autem inquit remunerationes, magnificum dona accepturum quoque eſſe ſignificat. neque mirum eſſe id debet: cum enim in magnis ſumptibus, magniſque operibus verſetur magnificus, bonuſque ſit, accipere munera non verebitur, vt longe maioribus eos, à quibus acceperit, poſtea remuneretur. Quoniam vero magnificus non in ſuum, ſed in publicum decus, atque vt dictum eſt, in deorum donaria eſt ſumptuoſus: munera autem cum deorum donariis habent ſimilitudinem: in munera etiam ſumptus ſplendide faciet. re enim vera munus quod recte datur, ſonis præſertim amicabilis, aut hoſpitalis gratia, nullius donarijs ac dedicationibus poſtponendum eſt.

Magnifici etiam eſt, ita ædes extruere vt diuitijs conueniant: quippe cum etiam hoc ornamentum quoddam ſit, et in ea opera ſumptus magis facere, quæ ſunt magis diuturna: pulcherrima enim hæc ſunt. & in ſingulis decorum ſeruat: nam non eadem ſunt dijs & hominibus, aut ad templum & ſepulchrum ornandum accommodata. Et quoniam vnuſquiſque ſumptus ſuo in genere eſt magnus, magnificentiſſimus eſt ille, qui in magna re eſt magnus.

Magis præterea in ea opera expendet magnificus, quæ diutius durant, vt templa, & deorum ſimulacra, & mœnia quam in ludos & certamina, atque eiuſmodi cætera, quæ tantummodo ſumptus ſunt, nulumque habent effectum opus quod perſeueret, in omnibus autem his id dabit operam, vt decorum ſeruet: neque ſimilem ſumptum in templum ac ſepulchrum faciet. nam cum ſumptus in proprio genere quique magni ſint, illi ſunt magnificentiſſimi, qui in magnis rebus magni ſunt, id eſt qui vel ad Deos, vel ad rempublicam ſpectant, vbi ſcilicet & opus ſumptibus, & ſumptus operi in dignitate correſpondent.

Hic vero, qui in his magnus eſt. eſtque inter magnitudinē quæ eſt in opere, & eam quæ eſt in ſumptu, differentia. pila enim & lecythus pulcherrima puerilis quidem doni in ſe habens magnificentiam. huius tamen rei pretium paruum eſt & illiberale, atque iccirco magnifici eſt, vt in quocunque genere quippiam fecerit, magnifice id faciat. quod enim eiuſmodi eſt, & ſuperari non facile poteſt, et ita ſe habet, vt ſumptus dignitas poſtulat: Ac magnificus quidem talis eſt.

Hic vero, id eſt in quacunque re peculiari, ſumptus qui in his fiunt, proprij ſcilicet atque accommodati, magni habentur. magnitudo enim operis & ſumptus inter ſe differunt, vt nihil prohibeat, quin licet res ipſa magna ſit, ſumptus tamen parui efficiantur, vt in pila & lecytho vaſculo, puerilis doni magnificentia conſpicitur, cum tamen res ipſa parua ſit, ac parui conſtiterit. Hoc autem intelligi duobus modis poteſt: vel enim dicemus, ſi puer puero pilam pulcherrimam aut lecythum donarit, magnificentiam hæc res quatenus ad puerum ſpectat, magnificentiam, licet in puero nec

A quemagnificentia eſſe, neque aliqua alia virtus proprie queat, vt totū hoc de virtute puerili dictum accipiamus. vel ſi magnificus vir puero pulcherrimā pilam aut lecythum dederit, donum quidem eſſe magnificum, ſi ad puerum reſpiciamus, ſi ad precium ipſum & ſumptum, videri poſſe paruum atque illiberale. hoc autem exemplum eo ſpectat, vt in vnaquaque re oſtendat magnum quid pro generis ratione poſſe reperiri, quando in puerilibus quoque donis, quæ parua ſunt, quandam magnificentiam ineſſe conſpicimus. nam ſicut in his magnitudo quædam ab expendente attenditur, ac ſeruatur: ita in vnoquoque rerum genere propria quædam magnitudo eſt, & accommodata.

At qui excedit ineptuſque eſt, ſumptus faciendo ſupra
B *quàm deceat, excedit, ſicut dictum eſt. in paruis enim rebus multa impendit: ſplendoremque abſone affectat: vt qui et ſodales qui ſymbolum dederunt, nuptiali conuiuio excipit: et ædilitatem gerens comœdis in tranſitu purpuram exhibet, ſicut Megarenſes conſueuerant: atque hæc omnia non honeſtatis ſed oſtentandarum diuitiarum cauſa faciet, vt inde in admirationem ſui homines adducat. atque vbi multa oporteat expendere, pauca: vbi pauca, multa expendet. at paruificus in omnibus deficiet: nam & ſi magnos ſumptus fecerit, in paruo deficiendo poſtea honeſtatem perdet: & quodcunque fecerit, cunctando faciet, ſpectandoque id, vt quam minimum expendat: conquereturque inſuper, ac maiora quam deceat ſe facere omnia exiſtimabit. Ac ſunt quidem habitus*
C *hi vitia: non tamen huiuſmodi, vt opprobria afferant: propterea quod neque alijs nocent, neque deformes admodum ſunt.*

Vitium per exceſſum magnificentiæ oppoſitum, vt ſuperius dixit, ἀπειροκαλία eſt, id eſt decori imperitia, ſed βαναυσία, quam ineptitudinem operariam, ſeu ineptificentiam dicimus, quæ ſplendorem abſone affectat, hoc eſt, vt græco dicitur παρὰ μέλος, id eſt ſi verbum ex verbo exprimere vellimus, præter modulationem & cātum, ita enim ſum pta tranſlatione à cantoribus dici de ijs prouerbialiter ſolet, qui non apte neque accommodate quippiam faciunt, ſicut ἐμμελῶς. i. conſone, de ijs qui rei conuenientiam optime ſeruant, id quod ſuperius magnifico attributum eſt.
D Splendorem autem & munificentiam abſone affectat, qui ſicut inquit, vel ἐρανισταῖς, id eſt contributarijs ſodalibus conuiuium apparatu nuptiali factum exhibet, vel comœdos, hoc eſt hiſtriones comicos purpureis ſtragulis in ſcenam inducit, cum tamen in comœdia non è purpura, ſed è cilicis ſtragula fieri conſueuerint. Carpuntur autem Megarenſes in comœdia quòd purpureis veſtibus in ea vti ſoleant, quòdque importuni, inſulſi, ineptique in ea habeantur, cuius inuentionem ſibi vendicant. Suſarion enim qui comœdiam auſpicatus eſt, fuiſſe Megarenſis perhibetur. Quos quidem taxans Myrtilus in ea fabula quam Titanum filios inſcripſit, ita inquit:

Grauiter audis Hercules:
Hoc eſt tibi dicterium petulans ac Megaricum,
Item Ariſtophanes in veſpis:
E Et frigide admodum irrides: puerulos aſpicis,
Debens expectare nunc nil maximum
A me: nec vt de Megarico huc riſum afferam
Raptum ſolo ad vos.

Ecphantides quoque antiquiſſimus veterum comœdiarum ſcriptor,

Præterea, inquit, carmen Megaricæ comœdiæ,
Nam me pudet facere Megaricam fabulam.

Quibus omnibus inſulſa Megarenſium importunitas videtur notari. Verum hæc vitia decori videlicet imperitia & ineptitudo, quia non ſicut iniuſtitia, intemperantia, & auaritia, & cætera fere omnia damnoſa alijs ſunt, neque opprobrio eſſe admodum ſolent.

De magnanimitate & eius extremis, Cap. III.

IAm vero magnanimitas circa magna vel ex nomine verſari videtur. circa qualia autem verſetur, primum aſſumamus. qua in re nihil refert, habitum ne ipſam, an eum qui ſecundum habitum eſt, conſideremus. Eſſe ſanè magnanimus is videtur, qui cum magnis ſit dignus, magnis quoque ſeſe dignum eſſe exiſtimat: nam qui non pro dignitate id facit, ſtolidus eſt: at virtute præditus neque ſtolidus, neq; ſtultus eſt quiſpiam. Atque eſt quidem magnanimus hic quem dicimus.

De magnanimitate acturus prius circa quę verſetur huiuſmodi virtus, definire vult: ad quod faciendum nihil referre inquit, B ſiue de habitu magnanimitatis loquatur, ſiue de eo qui ſecũdum habitum eſt, id eſt de magnanimo qui ex habitu ipſo agit. quia enim facilius hoc conſpici in magnanimo poterat, iccirco in eo rem ipſam conſiderat: vt quæ de ipſo dicta fuerint, de magnanimitate quoque dicta eſſe intelligamus. Primum igitur quinque hominum genera enumerat, qui circa magnorum & paruorum dignitatem verſantur: magnanimum, modeſtum, inflatum, non inflatum, & puſillanimum, de quibus omnibus ſigillatim explicabimus. Magnanimus, vt ex nomine ipſo ſignificatur, magnitudine quadam animi præditus eſt, vt neque proſpera fortuna efferatur, neque aduerſa concidat ſed vtriuſque mutationem ęquo animo ſuſtineat: C maxime enim ij magnanimi dicuntur, quorum animi ſanis, bene que valentibus corporibus ſimiles ſunt. nam ſicut bene conſtituta corpora, neque æſtibus, neque frigoribus affliguntur, ſed in ſuo ſtatu immutata perdurant, ita magnanimus nulla fortunæ mutatione quaſſatus ęquabilem vbique animi tranquillitatem nulla admiſſa perturbatione conſeruat, quippe qui nullam humanam rem magni admodum faciendam exiſtimet, ſed virtutem ſummum bonum, vitium ſummum malum opinetur, reliqua vero omnia non eſſe eiuſmodi putet, vt aduerſa deprimere ac conſternare, proſpera ſupra modum efferre animum hominis debeant. In communi etiam loquendi conſuetudine eſt, vt eos qui vel in infortuniis non conſternantur, vel in ſe- D cundis rebus nõ intumeſcunt, eſſe magnanimos dicamus, ſed Ariſtoteles eum magnanimum appellat, qui cum magnis dignus ſit, magnis quoque ſe eſſe dignum cenſet: magna autem hæc, vt procedendo declarat, eſſe honores inquit, qui inter maxima ex bonis externis reponuntur. Verum ſi hæc ſunt, quæ vir magnanimus appetere debeat, ne ſcio quomodo hoc non abſurdum eſſe videatur. nam ſi magnanimi finis ad honores ſpectat qui extrinſecus exhibentur, efficietur vt virtus hæc non ex ſe, ſed ex aliorum arbitrio dependeat, atque ita magnanimus frequẽter mutationes multas cogetur pati, dum interdum laudatur, interdum minime, immo quandoque etiam ignominia afficitur. Quocirca videndum, ne hoc modo hic non ſit E intelligendus Ariſtoteles, nam ſibi ipſe aduerſaretur, cum in vlterioribus magnanimum inquiat contemptorem, deſpectoremque eſſe honorum. qui à vulgo exhibentur, vtpote qui nihil humanum multa æſtimatione dignum putet. Quẽ igitur ſcopum ac finem habet magnanimus? nõ vt honoretur, ita enim penes alios eſſet, ſed vt & dignũ ſe præſtet, qui à probis viris honoretur, & huius præſtantiæ ac dignitatis ſibi ipſe ſit conſcius, ſique honore afficiatur, libenter eum admittat ac lætetur, ſin minus, in conſcientia dignitatis ſuæ acquieſcat, ſatisq; eam ſibi eſſe exiſtimet, qualis Achilles apud Homerum inducitur. Phęnici enim perſuadere ipſi volenti, vt iram mitigaret, donisque acceptis quæ ab Agamemnone mittebantur, Græcis laborantibus auxiliaretur, fore enim, vt inde magnum honorem apud omnes conſequatur: ita reſpondet:

O Phœnix venerande ſenex, non eſt mihi cordi
Talis honor, magno ſed honores ab Ioue quęro,
Qui me inter naues, atque hæc tentoria Graium
A Reddit honoratum, ac reddet, dum ſpiritus artus
Hos reget, atque inerunt vllæ hoc in corpore vires.

Contentus enim eſt magnanimus deorum honore, qui & optimi ſunt, & ſapientiſsimi, neque id mirum, præditus enim eſſe, vt inquit, virtutibus ferè omnibus videtur: præcipue vero ea re notari, quę maxime in eo elucet, id eſt animi magnitudine, quæ omnium virtutum decus quoddam eſt atque ornamentum. Nam cum cæteræ virtutes ex ſubiectis rebus quæque propriam formam accipiant, temperãtia inquam ex eo, quòd circa voluptates & dolores moderate ſe gerat, fortitudo, quòd circa timores & fiducias mediocritatem ſeruet, atque alia ex alia aliqua re ſimili modo, magnanimitas quaſi ſuperueniens quidam habitus ex B omnium aliarum acquiſitione emicat, atque effloreſcit. Ac magnanimus quidem huiuſmodi eſt, vt diximus, quẽadmodum etiam ipſe Ariſtoteles poſtea manifeſtius declarabit.

Qui autem paruis eſt dignus, eiſdemque ſe dignum cenſet temperans, non magnanimus eſt: quippe cum magnanimitas in magnitudine conſiſtat, perinde ac pulchritudo in magno corpore. nam parui elegantes, & concinni, non autem pulchri dicuntur.

Sequebatur ille, qui cum paruis ſit dignus, paruis quoque ſe dignum eſſe exiſtimat, quem σώφρονα id eſt temperantem vocat. Sed quærendum videtur, quo modo qui C paruis eſt dignus, eſſe temperans poſsit. temperans enim virtute eſt præditus, at virtute præditus magnis eſt dignus non paruis. Vel igitur dicendum eſt, dignitatẽ penes opera hic ſpectari, non penes habitum, quippe cum ob opera & facta laudes & honores exhibeãtur, magnanimus enim cum magna & ſplendida agat, pro dignitate eorundem elatum quoque merito animum atque excelſum habet, & magna cogitat. tẽperans vero cũ non admodũ magnas aut ſplendidas operationes exerceat, merito neq; magnis honoribus ſe dignum putat. Vel verbum hoc, σώφρων quo hic vtitur Ariſtoteles, in eam ſignificationem à nobis eſt accipiendum, vt non de virtute morali temperantia intelligamus, ſed de naturali quadam prudentia, quam mode- D ſtiam appellamus qua fit, vt vnuſquiſque mentis compos ſit, vireſque ſuas, ac dignitatem optime agnoſcat. σώφρονες enim mentis compotes, modeſtique à Græcis vocantur, non ſolum temperantes. & σωφρονεῖν ſimili modo nõ tam temperanter agere, quam ſapere eſt, & modeſte ſe gerere. cuiuſmodi homines, qui cum videant ſe nihil magni neque cogitaſſe, neque feciſſe nõdum magnis honoribus dignos ſe eſſe exiſtimant, non admodum ſanè praui ſunt, immo apti, qui non difficulter corrigi, atque ita ad magnanimitatem poſsint peruenire.

At qui cum ſit indignus, dignum ſe magnis putat, inflatus quidam eſt. non omnis tamen eſt inflatus, qui maioribus E *quam ſit, dignum ſe eſſet cenſet.*

Tertius eſt, qui magnis cum ſit indignus, dignum ſe eſſe opinatur, inflatus ſcilicet, id eſt gręce χαῦνος, hoc eſt caſſus, qui perſuaſione ſui inflatus ac turgens eos ſibi honores arrogat, quibus eſt prorſus indignus. neq; is magnis abſolute ſe dignum putat, ſed ijs qui magni vulgo cenſentur. Ex honoribus enim alij magni re vera ſunt, vt eſt laus quę à probatis optimiſque viris proficiſcitur: alij inſtituto & exiſtimatione magni, qui publice in ciuitatibus exhiberi conſueuerunt, vt coronæ & ſtatuæ, & reliqua huiuſmodi, quibus omnibus qui inflatus eſt ſe eſſe honorandum cenſet. Dubitatio autem quædam ſub oriri hic poteſt de eo quem quarto loco enumerat, quis nam ſit ille, qui licet maioribus quàm dignus ſit, dignum ſe eſſe cenſeat, non eſt tamen inflatus, & videtur eſſe poſſe vel callidus, vel imperitus, nõnulli. n. ſunt, qui vt maius qd aucupentur & capient, calliditate quadã & verſutia vtunſ, maioribq; q̃ ſint, dignos ſe faciũt, dignitatẽ eã nõ inflatione animi & per ſua-

perſuaſione, ſed calliditate ſibi attribuentes. inflatus autē ſtolidus eſt, non callidus & verſutus. hoc autem melius ex verbo græco agnoſci poteſt: quod eſt ἀξιοῦν, quod tam dignum putare ſignificat, quàm dignum facere & dignare, etiam ſi aliter putemus. Quidam etiam inueniuntur minime mali illi quidem, ſed imperiti, qui cum de patria bene meriti ſint, eique pro tempore aliquando opem tulerint, donationibusque, ac dedicationibus eam exornarint, digniq; ſint ob id vt honoribus ciuilibus efficiantur: in eam opinionem inducūtur, vt ſe propterea ſumma eſſe ac perfecta virtute præditos credant: id quod tamen non inflatione quadam potius quam ignoratione & imperitia faciunt: atq; iccirco nihil prohibet, quo minus erudiri queāt atque edocti perfectam probitatem conſequantur.

Qui autem minoribus dignum quàm ſit, ſe eſſe arbitratur puſillanimus eſt: ſiue magnis ſiue mediocribus ſiue etiam paruis dignus ſit, modo minoribus dignum ſe eſſe cenſeat. maxime tamen eſſe videretur huiuſmodi, is qui magnis eſt dignus nam quid feciſſet, ſi tantis non eſſet dignus?

Poſtremo loco poſitus eſt puſillanimus de quo nihilominus dubitandum eſt. quo modo enim eſſe prauus, vitioſusque poteſt, qui magnis honoribus ac bonis eſt dignus? ſi videlicet penes opera, ſicut dictum eſt, dignitatem conſideremus: cum quis præclara aliqua vel à ſe vel à maioribus in rempublicam facta habet, & tamē ob humilitatem animi ac paruitatem magnis honoribus ſe indignum cenſet. verum etiam ſiquis vel cum inſignibus ac bonis ortus parentibus ſit, poſsitque adminiſtrationem reipub. capeſſere, ſe vili ſtudio, atque arti alicui ſordidæ exercendæ dedat, vel cum ingenioſus fuerit, atque idoneus qui aliquam liberalem atque ingenuam diſciplinam coleret, ſeipſum abiecerit, vilique in ſtudio ætatem conſumat, is dicendus non immerito eſt & magnis fuiſſe dignum, & vitio animi paruis dignum eſſe effectum. Quòd ſi paruis quoque fuerit dignus, & ſe minoribus quam ſit, faciat, tum proculdubio puſillanimus vere eſt exiſtimandus licet Ariſtoteles proprie eſſe eum puſillanimum dicat, qui cum magnis ſit dignus, parui ſe æſtimat, ad ea ſpectans fortaſſe, quæ à nobis dicta iam ſunt.

Eſt igitur magnanimus magnitudine extremus, in eo vero quod oportet, medius: eo enim dignum ſe cenſet, quod pro dignitate eſt. illi autem excedunt, & deficiunt. Si autem magnis ſe eſſe dignum exiſtimat magnanimus, dignus cum ſit, et præcipue maximis, circa vnum maxime verſabitur: quod quid ſit ex dignitate ipſa definiendum eſt. dignitas autem ad externa bona dicitur. quorum maximum id eſſe ſtatueremus quod dijs attribuimus, quodque maxime appetunt; qui in dignitate conſtituti ſunt, quod item ob præclariſſimas res dari præmium conſueuit: at huiuſmodi eſt honor: externorum enim bonorum id maximum eſt: circa honores igitur & ignominias vt oportet, verſatur magnanimus.

Quoniam ex ijs quæ modo diximus, pleraque ex his quæ hic inquit Ariſtoteles ſatis patere poſſunt: non longiore expoſitione in his vtemur, ſed ea tantummodo quæ digna conſideratione aliqua videntur eſſe, breuiter annotabimus. E Inquit igitur magnanimum eſſe extremum, eo quòd magnitudine animi præditus eſt ſuprema, quam nemo poteſt excedere: medium autem, in eo quod oportet, ſeruando, propterea quòd dum ſe dignum ijs cenſet, quibus eſt dignus, neque modum excedit, neq; deficit, ſed in mediocritate conſiſtit. alij vero qui in adiunctis vitijs ſunt, partim excedunt, partim deficiunt. Ac quia maximis ſe dignum facit, maximū vero quod ſupra omnia alia dicitur vnum tantum eſt: efficitur vt circa vnum tantum verſetur: quod quid ſit, ex dignitate ipſa cognoſci poteſt, dignitas enim ad externa bona ſpectat, quatenus æſtimatione alicuius exiſtit: nam aut diuitiarum, aut gloriæ, aut honoris, aut alicuius eiuſdem generis dicitur, at maximo ex bonis externis dignum ſe magnanimus exiſtimat, maximum autem eſt, quòd diis immortalibus tribuimus: id vero eſt honor: circa honorem igitur verſatur magnanimus. ſed ſi circa honorem, circa oppoſitum quoque eius quæ eſt ignominia, verſari neceſſe eſt. nam & honores quos debet, quibusque ſe dignum putat, admittit atque appetit: quos non debet, reijcit ac contemnit, & ignominias quæ à probis viris inferuntur à ſe eſſe alienas cenſet: quæ ab improbis, cōtemnit. Atque hęc eſt ratio circa quæ honorem magnanimum verſari confirmat.

Quin abſque ratione quoque magnanimi munus circa honorem eſſe apparet. magni etenim viri honore ſeipſos dignos maxime exiſtimant, ac pro dignitate illi quidem: ſed puſillanimus deficit, tam ſi ad ipſum, quam ſi ad magnanimi dignitatem ſpectemus. inflatus autem ad ſe ſolummodo, non autem ad magnanimum excedit.

Sed hoc non ſolum ex ratione hac colligitur: verum etiam ſine ratione eſſe inde perſpicuum poteſt, quòd quicunq; magni viri ſunt, honore pro dignitate ſe eſſe dignos exiſtimant. puſillanimus vero & à magnanimi dignitate & à ſua ipſius deficit: nam & quibus eſt dignus, ijs ſe dignum non æſtimat, & ab appetendis iis quæ magnanimus ſibi attribuit, quam longiſsime abeſt: ob id tamen vitioſus eſt, ac prauus, quia à ſe ipſe deficit, minorique honore ſe dignum facit, quàm ſit. At inflatus ſicut ſuam excedit dignitatem, ita à magnanimo deficit. licet enim magni ſe ipſum æſtimet præter dignitatem, nondum tamen eam excellētiam animo aſſequi poteſt, qua magnanimus dignus eſt: vt non modo non maioribus honoribus quam magnanimus dignum ſe putet, ſed ne æqualibus quidem. Vnde quia hunc quoque opinione dignitatis excedit magnanimus, merito extremus eſſe etiam dicitur.

At magnanimus ſiquidem maximis eſt dignus, optimus quoque ſit neceſſe eſt. maiori enim honore dignus eſt, qui eſt melior: maximus vero, qui eſt optimus. oportet igitur vt qui magnanimus re vera eſt, bonus etiam ſit. eſſe etiam magnanimi videtur id quod in vnaquaque virtute magnum eſt. nulloque pacto ei conuenit vt † ſuaſione aliqua fraudulēter vtatur, ac fugiat, aut iniuſte agat: cuius enim cauſa turpe aliquid faciet is, cui nihil eſt magnum? nam ſiquis diligenter ſingula conſideret, magnanimus ſi non eſt bonus, prorſus ridiculus videbitur. immo neque honore quidem erit dignus, ſi ſit malus: quippe cum virtutis præmium ſit honor. bonisque attribuatur.

Cum maximis ſit dignus magnanimus, ſequitur vt optimus etiam ſit: atque ita omnium virtutum habeat perfectionem. quòd autem circa omnes alias virtutes magnanimi operatio ſpectetur inde conſtat, quòd nullo modo magnanimum decet, aut dum periculum aliquod ſuſpicatur ac metuit, perſuaſione aliqua fraudulēter decipiendo elabi ac fugere: timidi enim id eſt: aut iniuria aliquem afficere, quod eſt iniuſti. Sed aduertendum hoc loco triplicem reperiri lectionem, quę triplicem etiam ſententiam faciat nam vna eſt, quam diximus, ſi legatur παραπείσαντι, ideſt fraudulenter ac doloſe ſuadenti magnanimo non conuenit è periculo aliquo effugere: altera ſi παρασείσαντι legamus: nam hæc erit ſententia, non conuenit magnanimo intercutienti, ideſt quaſi aliquem concuſſerit, & offenderit ac læſerit accuſari, vt φεύγειν etiam pro accuſari, ac reū eſſe, non pro, fugere, accipiamus. tertio modo legitur παρασεῖσαί τι vt duo ſint verba accuſatiui caſus, vt ita dicam: non conuenit magnanimo aliquid quod cōcuſſerit, ideſt læſerit atq; interturbarit, fugere & timere. nā qua de cā, inquit, turpiter ſe geret, cū nihil apud ipſum magnū ſit, ex alijs ſcilicet bonis. maximi.n. ipſe eſt compos quòd magnitudine ſui cætera oīa; ita obumbrat, atq; operit, vt nihil præ illo eſſe videatur: id autem eſt honor ad quem cætera omnia externa bona diriguntur, atque ob id bonis viris tantummodo debetur, virtutisque eſt præmium, quippe quę bonum laudabile eſſe definiatur.

Videtur igitur magnanimitas quaſi ornamentum quoddam eſſe virtutum, nam & maiores ipſas reddit, & ſine ipſis eſſe non poteſt. ac propterea re vera eſſe magnanimum difficile eſt, cum id exiſtere ſine integritate nullo modo queat.

Cum igitur ad magnanimum pertineat quatenus eſt magnanimus, alias quoque virtutes exercere, merito fit, vt magnanimitas cæterarum omnium uirtutum ornamentum eſſe cenſeatur. nam licet, ut ſuperius diximus, aliæ virtutes ex ſubiectis ſibi rebus formam propriam ſingulæ accipiant, magnitudinem tamen non aliunde poſſunt acquirere, quàm ex animi magnitudine, quæ ex habitu huius uirtutis comparatur, quæ & magnas alias reddit, dum efficit, ut in unaquaque uirtute elatum animum quiſque habeat, nihilque aliud quàm ſanitatem pulchritudinemque animi ſpectet, & ipſa non niſi ex perfectis omnibus alijs virtutibus exiſtit. atque iccirco re uera eſſe magnanimum difficile eſt. oportet enim integritatem habere, id eſt uirtutum omnium perfectionem, quam καλοκἀγαθίαν vocant.

Ac maxime quidem magnanimus circa honores & ignominias vertitur, ob eoſq; honores qui et magni ſunt, et à probis viris exhibentur, mediocriter quidem lætabitur, vtpote ſibi accommodatos, vel etiam minores quàm ſibi conueniat: integræ enim & abſolutæ virtuti nullus honor tribui dignus poteſt, admittet tamen eos magnanimus à probis viris, licet inferiores ſint, propterea quòd non habent illi maiores, quibus afficere ipſum valeant. ſed qui à quibuslibet è vulgo hominibus, ob paruaſque res exhibentur, eos prorſus contemnet, non enim eſt eis dignus, ſimili modo etiam ignominiam, quippe quæ circa ipſum iure non accidat.

Ac quia integræ abſolutæque uirtuti, hoc eſt uniuerſis virtutibus ſimul iunctis nullus dignus honor exhiberi poteſt, magnanimus etiam ſi minoribus quàm dignus, ſit afficiatur, eos libenter admittet, modò à probis uiris proficiſcantur. nam qui & ab improbis, & ob paruas res offerũtur, prorſus contemnit, indignum enim ſe cenſet, qui paruum aliquod ob factum honorari debeat; ſimili modo quoque ignominiarum omnium contemptor erit: quippe quæ non niſi immerito, & indigne ipſi eueniant, ipſe autem non niſi digna admittat & curet.

Maxime igitur, ſicut dictum eſt, circa honores verſatur magnanimus, nihilo minus tamen & in diuitijs, & poteſtatibus, & omni tam proſpera quàm aduerſa fortuna, quomodocunque contigerit, moderate ſe geret, vt neque in proſperis ſucceſſibus lætitia geſtiat, neque in aduerſis rebus triſtitia ſupra modum obruatur. neq; enim circa honorem quaſi bonorum maximum ſit, ita ſe gerit: nam poteſtates & diuitiæ ob honorem expetendæ ſunt, qui enim ipſas habent, ob eas affici honoribus volunt. cui vero vel honor ipſe paruus eſt, ei cætera quoque ſunt parua. Quapropter magnanimi eſſe etiam contemptores videntur.

Cum magnanimum uerſari circa honorem probarit, ſequi ex eo etiam oſtendit, ut in alijs fortunæ bonis moderate ſe gerat, neque in proſperis nimia lætitia efferatur, neque in aduerſis nimio dolore conficiatur. aſſuetus enim ſe magnis dignum exiſtimare, diuitijs quoque & paupertate, fama & infamia, cæteriſq; omnibus iam corporis, quã externis bonis animum habet ſuperiorem. bona nãq; animi eſſe maxima arbitratur, quibus præſentibus à cæteris in neutram partem magnopere commouetur. neque enim circa honorem ita ſe gerit, ut ob ipſum quaſi maximum bonum immoderate geſtiat, atque efferatur, ſed eum ſi à popularibus & prauis hominibus deferatur, prorſus deſpicit, ſi à probis viris, admittit quidem, non tamen ita, ut inferiorem eum eſſe virtute ſua non iudicet. eo enim eſt animo, ut omnes humanas res tanquam humiles & paruas deſpiciat, ac contemnat.

Quin etiam fortunæ proſperitates videntur conferre ad magnanimitatem. qui enim nobiles ſunt, & diuites, & in po-
A *teſtate conſtituti honore digni habentur. in excellentia enim quadam ſunt. omne autem quod bono aliquo excellit, eſt honorabilius. propterea huiuſmodi res magis reddere magnanimos homines conſueuerunt. nanque à quibuſdam honorantur. ſed re vera ſolus bonus honorandus eſt. cui tamen vtraque inſunt, is magis habetur dignus, qui honore afficiatur.*

Quia circa honores uerſatur magnanimitas, ad eam facere etiam proſperæ fortunæ ſtatus uideretur. nam cum habitus uirtutis ex aſſuetudine acquiratur, id fieri non poſſet, niſi materia ſuppeteret, in qua eſt aſſueſcendum: quæ ſunt bona fortunæ, quæ ad honorem conſequendum conducunt. qui enim ipſa hæc habent, honorem appetunt, eumque ab aliquibus conſequuntur, quaſi in excellentia quadam bonorum collocati. quo enim quidque
B re aliqua bona excellit, eo honore dignius eſt. honore autem affecti homines extolluntur, elatumque animum quendam concipiunt, ut magnanimi etiam fortunæ proſperitatibus effici uideantur, ſed re uera non niſi bonus magnanimus eſt, idemque honoribus afficiendus. quibus tamen utraque adſunt, id eſt qui cum uirtute externa etiam bona habent coniuncta, magis honore digni habentur, uel quia uulgo ita uidetur, licet re uera aliter cenſendum ſit, uel quia in fortuna proſpera conſtitutus ad uirtutis operationem expeditior redditur. operationem uero honor conſequitur.

Qui autem ſine virtute huiuſmodi bona poſſident, neque merito magnis honoribus dignos ſe eſſe arbitrantur, neque recte magnanimi dicuntur, quippe cum hæc abſque integra
C *atque abſoluta virtute eſſe non poſſint, ſed contemptores contumelioſi, atque huiuſmodi vitijs præditi efficiuntur. non facile enim fit, vt ſine virtute conſone ac moderate proſperos rerum ſucceſſus quiſpiam ferat. dum igitur hi ferre proſperam fortunam nequeunt, putantque ſe alios excellere, omnes alios deſpiciunt, ipſi vero agunt quodcunque forte inciderit. imitantur enim magnanimum, licet ei ſimiles minime ſint, atque id faciunt in quibus poſſunt. quæ enim ex virtute ſunt, ea non agunt, ſed contemnunt alios. At magnanimus iure ac merito contemnit, nam vere opinatur. plerique alij autem incidenter, ac fortuito.*

Niſi autem uirtus affuerit, fortunæ felicitas inſolentes ac contumelioſos plerunque homines efficit, tumidoſque
D & inflatos potius quàm magnanimos. qui cum ferre moderate non poſſint proſperos ſucceſſus, in uitia delabuntur. diuitiæ enim & poteſtates & reliqua eiuſmodi uirtutem non habenti perinde nocent, ac ſalubres cibi ægrotantibus. nã cũ imitari magnanimum uelint, neque in uirtute qua carent, id aſſequi poſſint, in eo ſimiles magnanimis ſe futuros eſſe arbitrantur, ſi alios contempſerint, contumeliaque affecerint. ſed magnanimus non in contumeliam alicuius contemptor eſt, ſed quia honores omnes qui ab aliis ſibi offeruntur, paruipendit, dignioremque ſe eſſe opinatur, & recta eius & uera opinio eſt. Alij autẽ tam de ſe q̃ de alijs falſo, & vt ſorte incidit, opinari cõſueuerũt.

Neque vero aut paruipericlitans, aut frequentipericlitans,
E *propterea quòd pauca ſunt, quæ magnifacit, ſed magnipericlitans eſt. & cum periclitatur, vitæ ſuæ non parcit, quaſi dignum omnino non ſit ei viuere. taliſque eſt, vt afficiat beneficijs alios, ipſe affici erubeſcat. excellentis enim illud eſt: hoc eius, qui excellitur. eſtque eiuſmodi, vt plura retribuat. ita enim fiet, vt qui prior contulerit beneficium, inſuper debeat, beneficiumque accepiſſe videatur.*

Quia igitur magnanimus recte opinatur, & ſuam ipſius magnitudinem optime agnoſcit, & res alias humanas quales ſint, quantique faciendæ minime ignorat, propterea neque paruipericlitans, neque frequentipericlitans euadit, id eſt neque parua de cauſa pericula atque ea parua adit, neque frequentibus periculis ſe exponit, ſed eſt magnipericlitans, i. pro magnis rebus & magna pericula ſubire conſueuit. qui .n. vel multa vel parua magni æſtimat, is

&

& ſæpe & pro paruis rebus ſubire pericula non ueretur. A magnanimus uero cũ ea ſolum modo magni faciat, quæ vere honore digna ſunt, ea autem ſint & magna,& admodum pauca:eſſicitur,ut non niſi pro magnis & paucis ſibi eſſe periclitandum cenſear. Legitur etiam hoc loco πολυκίνδυνος οὐδὲ φιλοκίνδυνος, ideſt non eſt frequenti periclitans, neque libenripericlitans, hoc eſt non frequenter ſe exponit periculis, neque facile & libenter. ſanctior tamẽ lectio hęc videtur, quã explanauimus.i. μικροκίνδυνος οὐδὲ πολυκίνδυνος. non.n. parua de cauſa vel parua etiã pericula adit magnanimus, neque frequẽter, ſed raro & ob magnas res & magna in quibus quidem periculis vitæ ſuæ profuſus eſt. neque enim magnum quid eſſe uitam exiſtimat: ſed ipſi præclaram mortem, pro rebuſq; præclaris ſuſceptam anteponit. atque id eo promptius facit, quòd ad bene merendum de B alijs eſt propenſus, conſertq; libenter beneficia, & non ſine verecundia accipit. Quocirca ſi indigna aliqua calamitate oppreſſus vti beneficentia non poſſit, minime præter dignitatem uiuendum ſibi amplius putat. Quod aũt hic de magnanimo inquit, pudere eum aſſerens, ſi beneficijs afficiatur, reprehenſionis anſam præbuiſſe nonnullis videtur. vtraque enim ad bonum uirum pertinere inquiunt, tam ut conferat, quàm vt accipiat beneficia: & rectè id quidem dicunt, & vere, ſi altitudinem magnanimi tamen ſpectarent: quem nõ decet abiectum quippiam, atque humile agere. qui autem patitur vt aut pecuniis, aut viribus, aut tali quapiam re ab aliern adiuuetur, præ ſe ferre humilitatem quandam videtur, eoque eſſe inferior, à quo id beneficium accipit. at magnanimus antecellere alijs vult, ideſt debet. merito igitur erubeſcere, ſi in inferioris loco præter dignitatem ſuam eſſe videatur. atque iccirco ſi aliquando acceperit, plura cumulatiore menſura referet: ut qui dederit, debere ſe videat, atq; ita iferiorẽ ſe eſſe fateat.

Meminiſſe præterea eorum v. dentur, quibus benigne fecerint: eorum autem à quibus acceperint minime. quippe cũ is qui acceperit, minor ſit eo qui beneficium contulerit: ipſi autem velint eſſe ſuperiores: vnde etiam illa iucunde, hæc in iucunde audire conſueuerunt. Atque iccirco neque Thetis beneficia Ioui dicitur commemorare: neque Lacędemonij ad Athenienſes, ſed tantum modo ea quibus fuerant affecti.

Maiore etiam quod hic ſubiũgit, reprehenſione dignũ videri poteſt: magnanimum beneficiorum acceptorum D immemorẽ futurum: id quod ingrati animi vitium prorſus eſt exiſtimandum. ſed non ita inquit hic Ariſtoteles. non.n. beneficiorum acceptorum obliuiſcitur magnanimus: immo maxime omnium eſt memor: quippe qui plura etiam retribuere conetur. Quocirca quod inquit magnanimum non meminiſſe, id non ad rem, ſed ad uerba referendum eſt. nam licet & animo & in referenda gratia optimus ſit & gratiſsimus: ſolet tamen libentius in ſermone quæ contulerit aliis, quàm quæ ab aliis acceperit, & ipſe commemorare, & ab alijs conmemorantibus audire: eo quòd excellentior apparet qui dediſſe, quàm qui accepiſſe prędicatur. Ad cuius rei confirmationem & Thetidis & Lacedæmoniorum exemplo vtitur. Thetis enim, vt apud Homerum eſt, cum maximis beneficijs Iouem affeciſſet, E eumque à coniuratione aliorum deorum liberaſſet, id quod filius ipſius declarat his verſibus:

Sæpe etenim audiui Pelei Genitoris in æde
Alma parens, cum tu inter diuos ſola Tonantem
Defendiſſe Iouem, & magno abſoluiſſe timore,
Iactates: quando hunc ſuperi vincire parabant
Omnes, Iunoque Neptunuſque, & Cæſia Pallas.
Tu nanque aſcendens ad cœli culmina monſtrum
Centimanum adduxti, Briareum quem nomine, diui,
Aegeona vocant homines: qui uiribus omnes
Excellens, & patre ſuo quoque fortior, illic
Ante Iouem gaudens magno conſedit honore.
Ait alij ceſſere dei formidine preſsi.

Thetis, igitur cum hoc beneficio Iouem affeciſſet, non id quidem ipſa explicat apud Iouem, cum ab eo petit, ut filio ſuo honorem & gloriam afferat: ſed ſolummodo latenter ſignificat, Ita inquiens:

Iuppiter omnipotens mea ſi tibi profuit vnquam
Sedulitas vel re, vel verbis: hoc mihi notum
Exequere, ut noſtri celebreiur gloria nati.
Ille quidem à fatis cunctorum arctiſsima uitæ
Sortitus ſpatia eſt, & nunc Agamemnone ab ipſo
Afficitur probris inter contemptus Achiuos:

Hęc Thetis. Lacedæmonij vero, vt refert Calliſthenes in primo Hiſtoriæ Græcanicæ libro, cum Thebani in Laconiam hoſtili exercitũ inuaſiſſent, ad Athenienſes ad auxilium petendum profecti, beneficiorum quibus Athenienſes affecerant, nullam prorſus fecere mentionem, ſed quæ ipſi ab illis acceperant, magnifice commemorarunt: vt ea potiſsimum ratione generoſum Athenienſium animum ad ferendam ſibi opem poſſent inducere.

Magnanimi quoque eſt à nemine quippiam, aut vix tandem petere, ſed prompte alijs miniſtrare: præſtareq; ſe apud eos qui in dignitate ſunt, præclaraque fortuna vtuntur, magnum, apud mediocres ſortis homines mediocrem, eo quòd illos ſuperare difficile, atque egregium, hos facile eſt. & inter illos gloriari eſt à generoſo animo minime alienum, inter humiles vero inuidioſum.

Ad magnanimum etiam ſpectat, vt nõ facile ab aliquo petat, vt vel pecuniis, vel alia quapiam re iuuetur: ſed vix id faciat, nec niſi magna aliqua impulſus neceſsitate, prõptuſque potius ſit ad alijs miniſtrandum, id eſt dandum, C ſuppeditandum, inſeruiendum ijs qui petunt, atque indigent. poſſumus etiã interpretari δεῖσθαι, quo verbo hic utitur Ariſtoteles, non petere ſed indigere: vtrumque.n. ſignificat: vt intelligamus, magnanimi hominis eſſe nullius auxilio indigere: niſi vix admodum, ideſt cum maxima neceſsitate vrgetur. Cum vero inquit magnum ſe præſtare magnanimum ſolere inter illos qui in dignitate ſunt conſtituti, non ita accipit, ut ſi magnanimus in regia ciuitate degerit, vnuſq; è ſubditis fuerit, eum uelit apud regẽ magnum ſe gerere, eique ſe in dignitate æquiparari. imprudẽtis enim id eſſet ac ſtulti, ſed ut in republica apud eos qui ſunt in dignitate & exiſtimatione, præſertim ſi vel diuitijs, vel alia quapiam eiuſmodi poteſtate videantur excellere, magnitudinem ſuam non diſsimulet: quippe qui præſtantiorem ſe eſſe ob uirtutem exiſtimet. inter huiuſmodi.n. homines, ideſt magnos gloriari generoſum eſt. Verum gloriari hic non id ſignificat, ut præclara de ſe ac glorioſa loquuturũ ac iactaturum eſſe magnanimum intelligamus, inuidioſum.n.ac moleſtum etiam hoc eſſet: ſed ita ſe geſturum, ut inter magnos uerſando gloriam ac grauitatem præ ſe ferat, nihilq; de dignitate ſua diminuat. id quod ex ve bo gręco σεμνύνεσθαι intelligi melius poteſt, quod glorioſe & grauiter ſe gerere, dignitatẽq; præ ſe ferre ſignificat.

Quemadmodum inter imbecillos viribus non contendere: neque ad honoratas res accedere, aut vbi alij principatum obtinent: otioſumque eſſe ac cunctatorem, niſi vbi magnus aliquis honor magnumq; opus eſt: paucaſq; res agendas, ſed magnas eas ac celebres aggredi. Neceſſe &t eſt vt aperte tã odiũ quã amorẽ præ ſe ferat, latere.n. velle timẽtis hoĩs eſt.

Duplex hic in exemplaribus reperitur lectio, quæ ſententiam etiam ipſam aliquantulum variat: altera eſt cum negatione, altera ſine negatione. Si itaque cum negatione legamus, erit ſenſus, ſuperiora ad magnanimum pertinere, quemadmodum etiam hoc, ut inter imbecillos vires ſuas non oſtentet, & cætera quæ ſequuntur, ſi abſque negatione, ita erit annexa ſententia vt à præcedente ex proxima clauſula dependeat, hoc modo, inter magnos gloriari generoſum, inter humiles inuidioſum ac moleſtum eſt. quemadmodum etiam odioſum eſſe ſolet, ſi inter imbecillos vires quiſpiam oſtentet, viribuſque velit contendere. Perg.t deinde magnanimi proprietates

perceſere,& inquit eius quoque eſſe ad res honoratas minime adire, vbique alij principarum obtinent. Quamuis enim ſpeciem quandam magnanimitatis præ ſe ferre videantur vel oratores, vel Muſici, vel quilibet artifices, qui id dant operam & contendunt, vt primas habeant: ſiquis tamen recte conſiderer, eiuſmodi certamen ac ſtudium puerile eſt, ad vileſque homines ſpectat, qui parua magni æſtimare conſueuerunt. nam magnanimus de principatu minime cum aliquo contendet: cum ne ſecundus ſit, ſi eum aſſequi non potuerit: tum vero quia virtutis ſuæ magnitudine contentus ſatis ſibi eam ad excellentiam honoremque eſſe arbitratur. ocioſuſque erit ac cunctator, ideſt non admodum celer ad quaſlibet res aggrediendas, ſed magnas tantum ager, ex quibus magnus aliquis honor conſequatur: neque id tam honoris, quàm honeſtatis cauſa faciet.

Maioremque curam veritatis, quàm opinionis habeat, dicatque & agat omnia aperte: id enim eſt contemptoris, ideo liberior in loquendo eſt, eſt enim etiam eius, qui liberior in loquendo ſit, vnde eſt & contemptor, & verax, niſi ubi per diſsimulationem loquitur. diſsimulatione autem vtitur ad multitudinem.

Eritque apud probos viros veridicus apud vulgus diſsimulatione interdum utetur, ut manifeſte hinc pateat Ariſtotelem non omnem diſsimulationem prauam eſſe & vitioſam exiſtimare: neque.n.eam magnanimo attribuiſſet, qui probitate ac uirtutum omnium integritate maxime præſtat. diſsimulat enim magnitudinem ſuam apud vulgus imperitamque multitudinem maganimus, aut quia eorum contemptor eſt, ideſt indignum ſe eſſe exiſtimat, qui ab illis honore afficiatur: aut certe, id quod dictum eſt, ne ſi apud humiles ingenue de ſe atque honorifice loquutus fuerit, moleſtus ſit, atque importunus. Nam apud alios ſui ſimiles verique amatores homines ſua minime extenuat, ſed libere de ſe uere loqui non ueretur.

Magnanimi quoque proprium id eſt, vt viuere ad alterius arbitrium non poſsit, niſi ad amici, eſt enim ſeruile. vnde & omnes adulatores famularij, & humiles homines adulatores ſunt. Adde quòd neque eſt admirator, nihil enim magnum ipſi eſt, neque iniuriarum memor, quippe cum magnanimi nõ ſit meminiſſe, & præſertim malorum ſed ea potius deſpicere.

Neque eſt eiuſmodi magnanimus, vt ad alterius arbitrium uiuat, eſt enim ſeruile, cuius argumentum id eſt, ꝙ omnes adulatores ad alterius nutum viuunt, ac propterea famularij, ideſt ſeruiles humileſque homines ſunt: & omnes humiles ferè ſunt adulatores. At magnanimus minime poteſt alterius voluntati ita eſſe addictus, ut ex alterius sẽtentia omnes vitę ſuę rationes inſtituat: niſi is amicus eius ſit, qui profecto niſi bonus, eiuſq; ſimilis eſſe nullo pacto poteſt vt hoc modo non tam alieno, quàm ſuo arbitratu uiuere etiam dicendus ſit. Neq; item magnanimus eſt admirabundus: vulgi enim id, qui ſæpenumero vel ædes magnificas, vel dedicationes, vel corporum pulchritudines, uel muſicorum certamina, vel tale quippiam ſolent admirari. quorum nihil magnanimo eſſe magnum videtur.

Neque hominiloquus, neque enim aut de ſe, aut de altero quippiam dicet. neque vt vel ipſe laudetur, vel alij vituperentur, curat: ſed neq; eſt laudator, atque iccirco ſit, vt neq; maledicus ne in inimicos quidem, niſi ob contumeliam ſit.

Sed neque hominiloquus eſt, id eſt eiuſmodi, qui de hominibus libenter loquatur, & de hominibus ſibi eſſe loquẽdum ducat, ut nonnulli faciunt, qui quo modo alij viuant quid boni, quid mali geſſerint, inquirunt, quę omnia magnanimum vereque philoſophum multo magis latẽt, vt inquit Plato in Theæteto, quàm marinæ arenæ numerus. Magnanimus enim tantum abeſt, vt de alijs hominibus loquatur, vt neque de ſe quidem quippiam huiuſmodi dicturus ſit. Verum quando de hominibus ſermonem nullum habet, cuiuſmodi eſſe eius colloquutiones dicendum eſt? Nimirum ſi quis magnanimum Deiloquum eſſe

A omnino exiſtimet, hoc eſt Theologum, nõ male opinabitur: qui de Deo. ſ. naturaque rerum diſſertationes omnes ſuas faciat. vt ſiquis modo de humanis rebus ſermo ei concedendus eſt, is circa virtutes earumque operationes omnis verſetur. Quia autem de hominibus non admodum loquitur, efficitur, vt neque ſe neque alios aut laudet, aut uituperet, ne inimicum quidem niſi ob contumeliam: non quòd contumelioſe in inimicum inuehatur, id enim crimini eſſet dandum: ſed quòd ne de inimico quidem male quippiam dicat, niſi is ſupra modum uel in ipſum, vel in alios inſolenter contumelioſeque ſe geſſerit.

De neceſſarijs item, aut paruis minime eſt querulus, aut precabundus, ita enim ſe gerere eius hominis eſt, qui circa hæc ſtudeat. eiuſmodi præterea eſt, vt honeſta potius & in-

B fructuoſa & vtilia acquirat, & poſsideat, eſt enim eius qui ex ſe ſufficiat.

Si etiam neceſſarijs, id eſt quæ ad neceſſarios vſus ſpectant, aliquando careat ac priuetur, neque admodum cõqueretur, ſed patienter feret ac moderate, neque precibus vti aliquibus volet, vt ea conſequatur: quippe cum ita facere eius hominis ſit, qui hæc magnifaciat, & magnum quoddam bonum eſſe poſſeſsionem eorum opinetur. Quocirca magnanimus dabit quidem operam, vt neceſſaria ſibi ad uitam degendam comparet, non magnum tamen admodum ſtudium huic rei adhibebit: ſed mori potius uolet, quàm turpiter his ipſis affluere. & quia omni lucro, omnique utilitate celſiorem animum habet, inutilia & infructuoſa poſsidebit potius quàm econtrario: vt

C deambulacra, nemora, atque huiuſmodi, quæ ſicut prouẽtus nullos afferunt, ita ingenua voluptate oblectare cuiuſque animum poſſunt, & eius præſertim, qui pauca magnifacit, pauciſque admodum indiget.

Quin etiam & motus ipſe magnanimi eſſe tardus videtur & vox grauis, & loquutio ſtabilis. nã neq; qui circa pauca ſtudet, eſt feſtinabundus, neque qui nihil magnum exiſtimat, contentus & vehemens. acuta autem vox, & celeritas ex his efficitur. Ac talis quidem magnanimus eſt.

Atque hac de cauſa, quia ſcilicet & pauca ſunt quæ magnifacit, pauciſque indiget, etiam fit, vt tarditatem ac grauitatem in inceſſu, omnique alia motione ſeruet, uoce itẽ graui utatur, hoc eſt nõ admodum intenta atque alta, ſed

D ſubmiſsiore, non enim ad ſonum magis grauitas hæc referenda eſt, quàm ad moderationem. nam loquutionẽ quoque eius inquit ſtabilem eſſe oportere: quod nihil aliud ſignificat, quàm firmam ac lentam, non diuulſam, ac concitatam. Hæc enim omnia magnanimo maxime ſunt accõmodata, ut neque in motu, neque in voce, neque in loquutione feſtinationem vllam præ ſe ferat, niſi vrgeat neceſſitas: hoc .n. ſubintelligendum ſemper eſt. Nam ſi patrię, aut parentum, aut amicorum, aut alicuius alterius huiuſmodi ſalus in diſcrimen ueniat, opuſque ſit feſtinatione, tũc profecto minime erit cunctabundus & tardus, ſed accurret, ſed uocem intendet, ſed clamabit, oĩaq; aget feſtinanter. Quod tñ ſine neceſsitate nunq̃ faciendum ſibi eſſe exiſtimabit is qui & paucis ſtudet, & nihil magnum pu-

E tar, niſi pauca admodum: ea videlicet, quæ & in actione & in contemplatione magnitudine excellunt. Nam acuta & alta vox, & celeritas ex his efficitur, ideſt propter hæc: propterea ꝙ.ſ. vel circa multa uerſantur homines ut accelerandum, uel magnum quippiam eſſe opinantur, ut intẽdendam ſibi eſſe uocem, clamandumque cenſeant.

Qui autem deficit, puſillanimus, qui excedit, inflatus eſt: ſed neque hi tamen mali, non enim malefici ſunt, ſed eſſe peccantes videntur. puſillanimus enim eum bonis dignus ſit, ſe ipſum ijs ipſis priuat, quibus eſt dignus, videturque prauum quoddam in eo habere, quòd & bonis dignum ſe non eſſe exiſtimat, & ſe ipſum etiam ignorat. alio qui cum bona ſint, quibus eſt dignus, ea proculdubio appeteret.

Vbi magnanimi proprietates omnes abſoluit, deinceps de puſillanimo, & inflato diſſerit: inquitque puſillanimũ

ob

A ob humilitatem uilitatemque animi omnia ſupra dignitatem ſuam bona eſſe exiſtimare: ob idque eſſe malum, quòd & cum indignum ſe arbitretur, nullius boni ſibi eſſe conſcius: & eum dignus ſit, ignorare ſeipſum uideatur. ſi enim non ignoraret, appeteret proculdubio ea quibus dignus eſt.

Non tamen huiuſmodi homines ſtolidi, ſed eſſe intelligentes potius videntur, taliſque opinio peiores etiam ipſos reddit. ſinguli enim ea quæ dignitati ſuæ conueniunt, appetere conſueuerunt. adde quòd & ab honeſtis actionibus & ſtudijs quaſi ſint indigni, & ab externis quoque bonis ſimili modo abſtinent.

Licet autem ſeipſum ignoret puſillanimus, non eſt tamen ſtolidus ut inflatus, ſed intelligens, id eſt acris nimis
B & conſiderabundus: non .n. in laudem appellat huiuſmodi homines [illegible], quippe quos & peiores eſſe inflatis dicat & magnanimis magis aduerſari, ſed intelligere nimis eos inquit, & importune: quod vitio datur. intelligit enim puſillanimus quippiam in ſe eſſe, quod honore dignum ſit, idque importune modeſtiæ cauſa diſsimulat. quæ quidẽ intelligentia, cum vt oportet ea vtimur, laudanda ſanè eſt: quippe cum id facere inſcriptione illa Pythica moneamur, vt nos ipſos ſcilicet cognoſcamus: cum male vtimur eſt vituperanda. ſæpe enim fit, vt qui ſe intelligunt, ſupra quàm deceat, dignitatem ſuam attenuent, ac deprimant, ne arrogantes eſſe videantur: abiectioreſque quàm oporteat, humilioreſque euadant. qui puſillanimi ſunt: qui cũ indignos ſe putent, hac ipſa opinione quam de ſe ipſis ha-
C bent, quòd indigni ſint, deteriores etiam inflatis efficiuntur, tum quia ita opinando ſe eſſe indignos, facere ſe videntur indignos: tum quia falſa hac de ſe perſuaſione eo deducuntur, ut non modo nullam præclaram actionem aggrediendam, nulliſque ſtudiis ſibi incumbendum putent, vnde aliquis vel à ſapientibus, vel ab imperitis honor comparari poſsit, verum etiam externis bonis, id eſt principatu, præcellentia, diuitiis ſe eſſe indignos arbitrentur. In nonnullis tamẽ exemplaribus loco [illegible] legitur [illegible] quod ita poſſemus interpretari. huiuſmodi homines non ſunt ſtolidi, ſed pigri potius quidem, ac detrectatores, qui ſcilicet quamuis cognoſcere ſeipſos poſſent, tamen abiectione animi ad aggrediendas res pigri efficiuntur, ut recuſent ac detrectent ea, quibus ſunt digni, ſeque indignos
D eſſe opinentur.

At inflati ſtolidi ſunt, ſeque ipſos ignorant, atque id palàm, quaſi enim ſint digni, honorabiles res aggrediuntur, deinde redarguuntur, veſtituque etiam, & habitu, atque huiuſcemodi rebus ornantur, proſperaſque fortunas ſuas eſſe manifeſtas volunt, de ipſiſque prædicant, quaſi ob eas honores ſint conſequuturi. Magnanimitati autem puſillanimitas magis eſt oppoſita, quàm inflatio: quippe quæ & magis contingat, & peior ſit. Magnanimitas igitur circa honorem magnum, ſicut dictum eſt, verſatur.

Inflati vero ſtolidi ſunt, nam cum ignorent ſeipſos, nõ occulte id faciunt, ut puſillanimi, ſed manifeſte ac clare vitium ſuum produnt. nam licet indigni ſint, magnas res
E aggrediuntur: voluntque & ad dicendum & ad agendum idonei uideri: honorifice item ac magnifice de ſe loquũtur: & ſi non ſint diuites, diuitias ſimulant, ſi ſint, importune eas atque inuidioſe oſtentant, ut facile eorum ſtoliditas deprehendatur. Sed licet ita ſit, puſillanimitatem tamen magnanimitati magis aduerſari inquit, quàm inflationem duabus de cauſis, una, quia ſæpius contingere hominibus ſolet, vt puſillanimi, quàm inflati euadant, ut ad eam procliuiores eſſe uideantur, ad quæ autem procliuiores ſumus, ea maiora vitia eſſe ſuperius declaratum eſt, vt pote naturæ noſtræ magis inſita, atque idcirco difficiliora, quæ ex animo noſtro extrahi atque euelli queant, altera, quod ſuapte natura etiam peior eſt, cum ad honeſtas res, præclaraque ſtudia obeunda ſegnes atque inertes homines reddat.

A De moderato honoris ſtudio & eius extremis.
Cap. IIII.

Circa honorem autem eſſe quædam alia virtus etiam videtur, vt ſuperius diximus, quæ magnanimitati ita reſpondet, vt magnificẽtiæ liberalitas, illa enim vtraque ſicut à magnis abſtinent, ſic in mediocribus & paruis nos vt oportet, afficiunt, ac diſponunt. Quemadmodum autem in datione & acceptione pecuniarum & mediocritas eſt & exceſſus & defectus, ita quoque in honoris appetitione licet & magis quàm oportet & minus, & vnde oportet, & vt oportet, vnumquemque ſe gerere. nam & ambitioſum vituperamus, quippe qui & magis quàm oportet, & vnde non oportet, honorem affectet: & inambitioſum, eo quòd ne
B *ob honeſta quidem facta honore affici velit. Interdum tamẽ fit, vt vel ambitioſum quaſi virilem & elegantem, vel inambitioſum quaſi modeſtum & temperatum laude proſequamur, vt ſuperioribus in libris dictum iam eſt.*

Poſt magnanimitatem de quadam alia uirtute agit, quæ etiam ipſa circa honores uerſatur: itaque ſe ad magnanimitatem habet, ut liberalitas ad magnificentiam. ſicut enim illa circa paruos ſumptus, ita hæc circa paruos honores & mediocres munus ſuum obit, quæ tamen nomine vacat. quam quidem uirtutem exiſtere ex defectu & exceſſu neceſſe eſſe oſtendit: nam ſi magis poteſt quiſpiam honorem cupere quàm oporteat, & cuius cauſa non licet, & quando non licet, reliquiſque aliis non ſeruatis circun-
C ſtantiis, huncque honoris cupidum, id eſt ambitioſum vocare conſueuimus: vituperamuſque contrarium, qui minus quàm oportet, eum appetit, vt nullam ob rem ſibi honorem eſſe exhibendum cenſeat, ac propterea ab honeſtis etiam actionibus abſtineat, neceſſe proculdubio eſt, ut mediocritas quoque reperiatur, eius videlicet qui & ut oportet, & quando, & à quibus, & ob quæ oportet, cæteriſque determinationibus ſeruatis honorem ipſum appetat. qui quidem medius, quia caret nomine, modo ambitioſus, id eſt honoripeta, non inambitioſus ſolet appellari: ambitioſus & honoris cupidus, propterea quòd honores quos debet, appetit, inambitioſus, quia quos non debet, non appetit.

Perſpicuum autem eſt, cum pluribus modis talis cuiuſdã
D *rei ſtudioſus & cupidus aliquis dicatur, non ſemper nos ad idem honoris cupidum, id eſt ambitioſum referre, ſed cum laudamus, ad id quòd magis quàm plerique è vulgo, cum vituperamus ad id quòd magis quàm oporteat, honores ipſos appetat. Quia vero nomine vacat mediocritas, fit, vt de ea quaſi deſerta ſede extrema decertent. Verum in quibus eſt exceſſus & defectus, ibidem quoque eſſe medium neceſſe eſt. appetunt autem honores & magis & minus, ergo & vt oportet.*

Nam cum multis modis talis alicuius rei ſtudioſus & cupidus, id eſt talicola dicatur quiſpiam, ita quoque honoricolam, id eſt ambitioſum non ſemper eodem modo, ſed nunc in bonam, nunc in malam partem accipimus. pleraque enim huiuſmodi nomina quę ſtudium & amorem
E rei alicuius ſignificant, modo uitio dantur, modo laudi. ut equicola, id eſt equorum ſtudioſus interdum de eo dicitur, qui equis gaudet moderate, interdum de eo, qui nimium, & in eos alendos patrimonium effundit. item canicola hoc eſt canum ſtudioſus modo eum notat, qui canibus & quomodo & quando decet, oblectatur, modo eum qui in ea re modum excedit, atque ideo eſt vituperandus. ſimiliter puericola ſeu puerorum filiorumque ſtudioſus tam liberos moderate diligentem, quàm in eos nimis indulgentem ſignificat. Idem in Philotheamone & Philecuo, id eſt & ſpectandi, & audiendi ſtudioſis perſpici poteſt, quorum alter is eſt, qui aut ſpectaculis quibus debet, & vt debet, ludet, aut ita eis afficitur, ut ſupra modum ea perſequatur, immo alia omnia poſtponenda illis ſibi eſſe cenſeat, alter, qui tum iis quæ debet,

audiendis attentionem diligentiamque adhibet:tum huc illuc vacando,vt de quibuſdam inquit Plato,hiſtrionibus vaniſque ſabulis audiendis ætatem conſumit. Hæc atque huiuſmodi pleraque in vtranq; partē accipiuntur. Nonnulla vero ſunt,quæ vel laudabilem, vel vituperabilem ſolummodo affectionem ſignificant.Sapientię enim aut honeſtatis ſtudioſi & cupidi, qui φιλόσοφοι,& φιλόκαλοι dicuntur,ſtudioſi ſcilicet & elegantes, non niſi in bonam partē accipi conſueuerunt:ſicut non niſi in malam,obſonipetæ & vinicolæ,quorum in obſonijs aut vinis ſtudium omne verſatur.Honoripeta autem,ideſt ambitioſus ſeu honoris ſtudioſus in genere ancipitum eſt.vnde quia vtroque modo ſumi poteſt,non ſemper ad idem referri conſueuit,ſed eum laudatur,ad vulgi excellentiam: ad honeſtatis exceſſum,cum vituperatur.pleriq; enim è vulgo certum quendam finem ſequendæ honeſtatis, appetendique honoris ſibi proponunt,non malum illum quidem,ſed minime tamen ad normam virtutis exquiſitum atque abſolutum: quem qui excedit,& abſoluit,id quod vulgus non poteſt, aſſequitur,ac laudem meretur: qui autem ſupra quam honeſtum ſit, honorem appetit, vituperatione dignus eſt. vt idem nomen & virtuti, & vitio per exceſſum accommodari poſsit. ſimili modo quoque inabitioſitas ſi ad ambitionem, quod eſt vitium, referatur, videri poteſt mediocritas, ſi ad cupiditatem honoris laudabilem, vitium eſt.

Laudatur igitur hic habitus,quæ eſt circa honorem nomine vacans mediocritas: quę ſanè ſi ambitioni comparetur, inambitioſitas:ſi inambitioſitati,ambitioſitas:ſi vtriſque. vtraq; eſſe quodam modo videtur.Id quod etiam circa alias virtutes eſt.

Atque ita fit,vt mediocritas ipſa,quia nomine caret,reſpectu inambitioſitatis,id quod etiam in ſecūdo libro dictum iam eſt,ambitioſitas,reſpectu ambitioſitatis inambitioſitas eſſe cenſeatur, ſicque reſpectu vtriuſque, vtraq; quodam modo ſit, ideſt ad alteram & alteram comparata eſſe altera & altera videtur, non abſolute & ſimpliciter eſt,ſed quodam modo,ideſt ſpecie ſolummodo, quia nō re vera eſt,ſed videtur,ſpeciemque eius prę ſe fert.id quod etiam in alijs virtutibus cōtingit.aliarum ſiquidem virtutum medius quoque habitus ſi alteri extremo comparatur,alterius oppoſiti extremi præ ſe ferre ſpeciem videtur: ſi alteri,alterius.Sed hæc de innominata hac mediocritate adiacentibusque hinc inde vitijs ſatis manifeſta ſunt.illud non paruam habere dubitationem poteſt:quo modo eſſe virtus cenſenda ſit. nam ſi virtutis ſcopus ac finis eſt honeſtas,hæc autem ad honorem ſpectat,virtus minime eſſe videret:quippe quæ honeſta agat honoris quaſi mercedis cuiuſdam,nō honeſtatis ipſius cauſa.licet enim probior ſit qui honoris, quam qui pecunię mercede quippiā agit,non eſt tamen eius probitatis ac perfectionis vt inter virtute præditos reponendus ſit:niſi honeſta non alterius rei quam honeſtatis ipſius cauſa egerit. Verum de honoris ſtudioſo idem dicendum nunc eſt, quod de magnanimo ſuperius diximus:finem quidem ac ſcopum ipſius eſſe honeſtatem,ſed eum tamen præſtare ſe talem,vt ob honeſtas actiones à populo honores cōſequatur.Nam magnanimus non niſi magnos honores appetit, qui à probis & ſapientibus viris exhibentur, hic autem cum honeſta honeſtatis ipſius cauſa egerit, vult tamen populo actiones ſuas ignotas minime eſſe, ob eaſque honore affici nō immerito cupit:cupiditaſque hæc quæ pro dignitate eſt,nō præcurrit honeſtatem, ſed ex ipſis honeſtis actionibus conſequitur.

Extremi autem hic videntur inter ſe opponi, propterea quòd medium nullum nomen ſortitum eſt.

Inquit autem videri extremos hos.i.ambitioſum & inābitioſum inter ſe opponi,non ꝙ reliqua vitia inter ſe aut nō opponantur,aut non opponi videātur,ſed quia reliqua vitia & ſibi inter ſe & medio aduerſantur:hęc quia mediū

A noīe vacat inter ſe tantūmodo,non medio quoq; opponi videntur. Cui quidē medio vtrum magis oppoſitum ſit,licet hic nihil dicat Ariſtoteles,ex ijs tamen quæ dicta ſunt facile ſubintelligi poteſt.nam inambitioſitas cum & peior ſit,quippe quæ deſides homines reddat,ad nullamque egregiam actionem excitet, & procliuiores ad ſe animos hominum & præſertim vulgi habeat,mediocritati magis oppoſita quam ambitioſitas exiſtimanda eſt.

De manſuetudine eiuſque extremis. Cap. V.

IAm vero manſuetudo circa iram mediocritas eſt. nam cum nomine hac in re careat medium,et ferè etiam extrema,ad medium manſuetudinem ipſam referimus: licet,
B *ad defectum qui nomen non habet,declinare magis videatur. at exceſſus iracundia quædam dici poteſt: nam affectus eſt ira, quam quæ efficiunt, ſunt multa & diuerſa.*

Virtutes morales,ſicut in ſuperioribus libris dictū eſt, mediæ ſunt inter exceſſum & defectum duorum vitiorū quia in affectibus & habitibus eligunt mediocritatem:nō enim omnes circa affectus verſantur, niſi generales illos duos affectus intelligamus,voluptatem & dolorem, quorum videlicet duorum vnaquęque virtus eſſe mediocritas poteſt.nam liberalitas nullum habet ſpecialem affectum quem moderetur,ſed in dandi accipiendique actione munus totum ſuum exercet. licet poſtea liberalis cum dederit ſicut oportuit,voluptate, cum econtrario in aliquam
C rem præter quàm decebat,ſumptus facere coactus fuerit, triſtitia & dolore afficiatur.id quod commune eſt,vt dixi omnibus virtutibus.Circa generales igitur affectus & cōmunes voluptatem inquam & dolorem virtutes omnes verſantur,circa ſpeciales & proprios non omnes, ſicut de liberalitate iam patuit.quæ vero circa hos proprios negocium habent partim circa duos,partim circa vnum tantū verſantur.circa duos,vt fortitudo & tēperantia,illa enim circa fiducias & timores mediocritatē coniectat, hæc circa voluptatem & dolorem,non generales illos quidem affectus,ſed qui ex tactu tantummodo percipiuntur.Circa vnum tantum,ideſt iram, hæc de qua nunc agit,manſuetudo:eſt enim virtus quę iram moderatur,efficitque,vt ea vnuſquiſque & in quos debet,& quando,& quo modo de-
D bet,cæteriſq; modis ſeruatis incitetur, quam quidem virtutem vnà cū extremis etiam vitijs nomine carere inquit id quod ſuperius quoque in ſecundo libro iam dixit,non quòd ipſe nomina hęc finxerit,erant enim etiam antiqui tus,quique ante ipſum fuere philoſophi iram manſuetudinem,quam manſuetum appellaſſe inueniuntur, ſed ſicut diximus etiam ſuperius, eum illi hac appellatione ſignificabant,qui ira nullo modo permoueretur, quietoque ac miti animo eſſet,de eo vero qui & cum opus eſſet, iraſceretur,& cum non oporteret,non iraſcetur,hoc verbo minime vtebantur.ſicut apud Platonem videre licet,qui in republica de cuſtodibus loquens,vnuſquiſque, inquit,vir & iracundus eſſe,& manſuetus quam maxime debet. vtraq; enim hæc inter ſe ita oppoſuit,quaſi & alterum cum alte-
E ro nullam habeat communitatem, & neutrum planè referri ad virtutem debeat.Ariſtoteles vero ad eum hoc nomen tranſtuſit,qui in ira ſeruat mediocritatem,quē tamē declinare ad defectum iccirco inquit, quia manſuetus & ſi aliquando,parum tamen ac raro ira vti videtur.Sed quęri poſſet, qua de cauſa ſi tam medium quam extrema nominibus vacant,de medio affirmatiue id dixerit,extrema ferè,quæ eſt dubitatiua particula appoſuerit?Id proptereà factum eſſe exiſtimādum eſt, quia licet manſuetudo apud veteres appellaretur,de eo tamen,vt diximus,qui iraſceretur,nullo modo dici conſueuerat,iracundiæ vero nomen apud alios quoque in eadem ſignificatione vſurpatur,hoc eſt de eo dicitur, qui importune in iram ſolet concitari, quamuis nō habitum exprimat,de quo hic intelligit, qui in vitio eſt,ſed naturalem affectionem. At defectus nullū

prorſus

prorſus nomen apud Grecos non modo proprium, ſed ne improprium quidem ſortitus eſt. vnde etiam dubitat an à priuatione iræ ἀοργησία id eſt irę vacuitas, an alio quopiam nomine appellandus ſit. lentitudo tamen dici non incongrue poteſt.

Qui igitur ob quę oportet, & quibus oportet iraſcitur, adde etiam quo modo, & quando, & quouſque debet, laudatur: eſſeque is manſuetus poteſt: quippe enim manſuetudo ipſa laude afficiatur. Manſuetus enim ille eſt qui perturbatione vacat, & ab affectis minime ducitur, ſed quemadmodum ratio ipſa ſtatuerit, ita & ob id, & tam diu ſuccenſet: peccare que potius videtur in defectu: quippe qui non ad vltionē ſed ad veniam dandam promptior ſit. At defectus, ſiue ira vacuitas quædam ſit ſiue quippiam aliud, vituperatur: nam qui & ob qua oportet, & ſicut oportet, & quādo, & in quos oportet, non iraſcuntur, hi profecto eſſe ſtolidi videntur. qui enim non iraſcitur, neq; videtur ſentire, neq; dolore affici, neque eſſe idoneus ad vlciſcendum. At tolerare ſi laceſſaris, patique vt tui contumelia afficiantur, ſeruile profecto eſt.

Mediocritas vero hęc quam manſuetudinem vocat, laudabilis proculdubio eſt. nā cum ira affectus ſit, circa quē hæc verſatur, & multa ſint quæ in iram homines poſsint inducere, atque incitare: ab ira non perturbari & duci, merito laudandum eſt. id enim nihil aliud eſt quàm iraſcibilem animæ partem ita moderari ac cohibere, vt rationis imperio penitus ſubijciatur: nec niſi ad ea incitetur, quæ ratio ipſa agēda præſcripſerit. quod cum facit manſuetus peccare in defectu illis ſcilicet videtur, qui non recte conſiderant. nam quòd clementer in venia danda atque ignoſcendo ſe gerit, neque vltionem ac ſummum ius perſequitur, id peccati ſuſpicionem ſtultis è vulgo hominibus exhibet, cum tamen non peccato ſed virtuti ſit aſcribendum Nam deficere in hoc ſtolidi hominis eſt, & ſeruilis, abiectique animi, vt oſtendit.

Exceſſus vero ſecundum omnes quidem modos ſit, nam & in quos non oportet, & ob quæ non oportet, & magis item, & citius, & diutius quam oportet, exiſtit, non tamen ita, vt vniuerſa eidem inſint, non enim id poteſt. nam malum etiam ſe ipſum perdit, & ſi integrum ſit, intolerabile euadit.

Cum vnumquodque vitium varium ſit ac multiplex, & ex infinitatis ordine, vt ſuperius ex Pythagoreorum ſententia dixit, id non minus in exceſſu hoc circa iram conſpicitur. variæ enim eius ſunt ſpecies, atque hæ adeo pernicioſę vt eſſe ſimul in eodem vniuerſæ minime poſsint. nam malum, vt inquit, eius eſt naturę, vt etiam ſeipſum perdat, propterea quod ſcilicet in ſeſe habet contrarietatem, & ſi totum atq; integrum ſit, ferri nullo pacto poteſt. id quod in ſingulis huius exceſſus ſpeciebus manifeſte apparet, neque enim eſſe ſimul omnes in eodem poſſunt, & ſi eſſent, vt ita fingamus, vitium intolerabile efficeretur.

Iracundi igitur cito quidem iraſcuntur & quibus non debent, & ob quæ nō debent, & magis quam oportet, ſed, quod optimum in ſe habent, cito etiam deſiſtunt, hoc autem ipſis propterea euenit, quia iram minime continent, ſed reddunt. vnde ob celeritatem manifeſti ſunt, deinde ceſſant. ſupra modum autem celeres ſunt, & ad omnes res & quacunque de cauſa iracundi, ij qui ſunt excandeſcentes & ſumme biloſi, vnde nomen etiam habent

Iracūdia enim vitium ipſum inopia alterius verioris nominis appellatur: cuius vna ſpecies eſt eorum, qui nomine ipſius generis proprie vocantur iracundi, qui cum celeriter iraſcantur, id tamen bonum in ſe habent, quòd cito etiam ſedantur. quod propterea ſit, quia non retinent irā, ſed reddunt eam cito, quaſi iàm vltione ſaturati. non enim magnam aliquam vindictam expectant, ſed ſatis ipſis eſt ſi aut ſubito verberarint, aut conuicia ſaltem tantum attulerint. vnde ob irę celeritatem minime latent. excandeſcētes autem & ſumme biloſi qui ἀκρόχολοι, dicuntur, aut ſunt ijſdem prorſus cum his quos iracundos vocauit, aut in eo tantum modo differunt, quòd intentiore acutioreq; iracundia præditi ſunt. quod ex nomine etiā præ ſe ferunt quaſi qui ad ſummum bilis & excādeſcentiæ peruenerint.

Acerbi vero difficulter reconciliantur, & longo tempore iraſcuntur. continent enim iram. & non niſi vbi reddiderint ceſſant: nam vltio his iram ſedat, dum voluptatem loco doloris inducit: quod quouſque non euenit, grauatum animum habent. quia vero id non eſt manifeſtum: neque ſuaſione apud eos vtitur quiſpiam: & ipſi ſecum iram concoquere non niſi mora quadam temporis poſſunt. ſuntque huiuſmodi homines, tum ſibiipſis moleſtiſſimi, tū ijs qui maxime ipſis ſunt amici.

Alia eſt acerborum ſpecies qui diutius iram intus occultant, nec placantur niſi vbi eam manifeſtam fecerint, ac quaſi grauans quoddam debitum reddiderint: id eſt vlti fuerint: ſola enim vltione mitigari vix tandem poſſunt. quia tamen ſopitam in animo ac reconditam indignationem tenent, nec in lucem foras expromunt: efficitur, vt & nemo eos mitigare verbis conetur, & ipſi occulte ſecum æſtuent, nec niſi diuturna temporis mora cōcoquere, hoc eſt conficere ac ſedare perturbationem valeant: ſemperq; ferè triſtes ſunt, infenſoque ac grauato animo. vt ob id & ſibiipſis & iis præcipue moleſti ſiat, quorum conſuetudine ac familiaritate vtuntur. Atque hi ſanè ſuperioribus qui proprie iracundi & excandeſcentes dicuntur, prorſus contrarij ſunt: illis enim eminens ac patēs, his occulta ira eſt, hi ſerò, illi cito mitigantur, vt nullo pacto eſſe ſimul poſsint.

Infeſtos autem eos dicimus, qui & ob qua non debent, & magis item quam debent, & diutius ſuccenſent: & placari ſine vltione † vel etiam punitione non poſſunt.

Infeſti vero quos χαλεπούς vocat: aut ſunt ferè ijdem cū acerbis, ſicut iracundi cum excandeſcentibus, niſi quatenus vel magis vel minus alteri alteris perturbantur, cum enim vtrique & feruent iram, & vltionem acerbe exigant infeſti tamen facere id magis videntur. Aut non paruo interuallo diſtare ab acerbis dicendi ſunt. acerbi. n. eiuſmodi ſunt, quia diuturnam iram retinent, eamque occultam ſeruant: infeſti vero tum hæc faciunt etiam ipſi, tum illa adiungunt, quòd & in quos non oportet, & ob quę nō oportet, & magis etiam quam oportet, iraſcuntur. adde quòd apertiores quoque quam acerbi, vltionisque ſunt appetentiores, vt vtrorunq; ſuperiorum tam excandeſcētis quam acerbi exceſſum in ſe quodam modo complexe eſſe videantur. Quod autem eos inquit placari ſine vltione & punitione non poſſe, ſi cum, &, copula tantum modo legatur, ita accipietur, vt vltio & punitio idem ſignificet, ſi cum, vel diſiunctiua particula, diuerſa erit vltionis & punitionis ſignificatio, magiſque ita infeſtorum affectio exprimetur. non enim ſimplici vltione contenti ſunt, id eſt vindicta, quæ pro ratione iniuriæ ſoluitur, ſed irrogandā inſuper punitionem cenſent, id eſt pœnam vltra talionem quandam ac caſtigationem: id enim eſt κόλασις.

At vero manſuetudini exceſſum magis opponimus: quippe cum & magis fiat: humanum enim magis eſt vindictam ſumere: & ad conuictum hominum infeſti etiam peiores ſunt.

Manſuetudini autem magis oppoſitus eſt exceſſus, quia & ad iram, vltionemque appetendam ſunt procliuiores homines, & exceſſus ipſe defectu longe eſt deterior, quippe qui noceat magis, ſitque ad conuictum humanum grauior, atque infeſtior. nam infeſtos hic tam pro omnibus qui in iræ exceſſu conſtituti ſunt, ſumere poſſumus, quam pro ijs qui proprie ita dicuntur, quod melius videtur. Cū ipſis enim verſari ac degere moleſtiſsimum eſt, atque inſuauiſsimum

Quod autem tum in ſuperioribus etiam libris diximus, tū ex ijs quæ dicuntur, ſatis conſtat, quo modo, quibus, ob quæ, quanto tempore iraſcendum ſit, quouſque item aliquis progrediens vel recte facturus ſit, vel peccaturus, non eſt facile

definire

definire. qui enim paululum tranſgreditur, non vituperatur ſiue ad nimium, ſiue ad parum deflexerit: immo interdum & eos qui deficiunt, laudamus, manſuetoſque appellamus. et eos qui infecti ſunt, tanquam ad imperandum idoneos viriles nũcupare conſueuimus. Quantum igitur & quo modo quiſpiam tranſgreſſus ſit vituperandus, ſtatui ratione non facile poteſt: in particularibus enim & ſenſu iudicium eſt. Veruntamen illud ſatis perſpicuum eſt. ſicut medium habitum, quo efficitur, vt & quibus oportet, iraſcamur, & ob quæ, & quo modo oportet, & ſecundum cætera omnia huiuſmodi, eſſe laudandum: ita exceſſum & defectum, ſi parum quidem peccãt, parum: ſi paulo amplius, magis: ſi multum, vehementer eſſe uituperandos. ex quo efficitur, vt medium habitum conſectandum eſſe manifeſtum ſit. Atque hæc de habitibus qui circa iram exiſtunt, dicta ſufficiant.

Quod ſuperioribus in libris dixit, fieri non poſſe vt de agendis rebus exacte quippiam, ſicut de mathematicis & diſciplinaribus pertractetur; idem hic repetit, non facile poſſe definiri aſſerens ac ſtatui exacte, aut quibus, aut ob quæ, aut quatenus ira vtendum ſit: propterea quòd qui parum aberrant, in vtranque partem latere conſueuerunt, ſenſumque effugiunt; tantumque illi deprehendũtur, qui ſupra modum peccant. id quod in particularibus ſenſuíque ſubiectis rebus conſiſtit, de quibus nulla eſſe vniuerſalis determinatio poteſt.

De comitate & eius extremis. Cap. VI.

AT in congreſſionibus quoque & conuictu, ſermonumque & negociorum communitate eſſe alij placidi & obſequioſi videntur, qui omnia in gratiam laudant, nullaque in re aduerſantur: ſed minime moleſtos exiſtimant ſe eſſe oportere ijs, quibus cum habent conſuetudinem. alij econtrario in omnibus aduerſantur, nullamque ſibi habendã rationem putant, ne moleſti ſint: qui moroſi & litigioſi nuncupantur. Verum ſicut hos vtroſque habitus eſſe vituperabiles: ita medium eſſe laudabilem conſtat, quo videlicet efficitur, vt vnuſquiſque & quæ oportet, & ſicut oportet, vel admittat, vel grauate ferat. nomen tamen huic medio nullum impoſitum eſt: ſed amicitiæ maxime ſimilis videtur. talis enim eſt qui habitu hoc medio eſt præditus, qualem modeſtum ac probum amicum eſſe volumus: ſi id videlicet aſſumpſerit, vt diligat. nam ab amicitia in eo differt, quòd eſt ſine affectu diligendi eos quibus cum verſatur. non enim quia uel amat, vel odit, ſuſcipit ſingula vt debet, ſed quia eſt talis: quippe cum idem factu ut ſit tam apud notos, quam ignotos: tam apud familiares, quam eos quibuscum nulla familiaritas interceſſerit:

Quoniam homo natura eſt ciuilis ac conſociabilis, ſermonum atque actionum communicatione cum alijs vtatur, neceſſe eſt. in hac vero communicatione ac conſuetudine tres quædam mediocritates; vt in ſecundo libro dixit, reperiuntur: quarum vna circa verum, quæ veritas vocatur, ſeu veracitas, aliæ duæ circa iucundum altera in iocis, altera in reliquo omni conuictu, verſantur Illam εὐτραπελίαν quaſi aptam verſationem dixeris, ideſt facetudinem hanc amicitiam ibidem appellauit: de qua nunc diſſerit. ſed quia exactius hic rem pertractat, eam vacare nomine inquit: neque eſſe amicitiam, ſed mediocritatem quandã amicitiæ perſimilẽ affirmat, quę tamẽ fortaſſe ὁμιλητική .i. conuerſatrix facultas ac diſpoſitio, ideſt comitas dici non inepte poſſet: qua qui eſt præditus, in cõuerſationibus hominum, & congreſsibus mediocriter ſe gerit, ſtudetque quatenus poteſt, iucũde obſequi omnibus, ſed ſi id nequit ſine dedecore aut damno vel ſuo vel aliorum, moleſtus eſſe potius vult cum honeſtate, quam ſine ea iucundus: præſertim ſi ſit parua aliqua offenſiuncula oblata maiorem vtilitatem, ac voluptatem allaturus. benefica enim virtus

A hæc eſt, adiutrixque eorum quibus cum verſatur, ſi poteſt cum voluptate: ſin minus, cum dolore omnino id facere nõ veretur. quam quidem cum in deſcriptione virtutum in ſecundo, vt dixi, libro amicitiam eſſe dixiſſet, communiori vſus uocabulo, nunc exactius nõ eſſe amicitiam ſed ſimilem amicitiæ oſtendit. nam ſicut amicus iucundus eſſe amico ſemper conatur, niſi quando voluptatem & obſequium detrimento eſſe ei aut dedecori viderit: ita hic habitus efficit, vt in congreſſu hominum benigne & iucunde admittamus ea, quæ debent, quæ non debent, repudiemus, dempto tamen amandi affectu. nam inter amicum & comem hunc conuerſandique peritum illud intereſt: quod amicus amoris affectum habet, hic non habet. vt ſi eum aſ-
B ſumpſerit, nulla prorſus inter vtroſq; futura ſit differentia amicus enim erga amicos tantum ita ſe gerit, hic erga omnes quibuſcum habet conſuetudinem, congreſſuſque facit, quicunque illi fuerint ſiue noti ſiue ignoti, ſiue familiares ſiue externi, ſiue ſenes ſiue iuuenes, ſiue principes ſiue priuati, ac demum cuiuſcunque generis homines.

Vbique tamen prout ſingulis conueniet. non enim perinde familiares atque externos aut ſtudio proſequi, aut dolore afficere nos conuenit. In vniuerſum igitur dictum eſt in congreſſionibus hunc vt oportet, ſe eſſe geſturum. ſpectans autẽ ad honeſtatem & vtilitatem id attendet, vt dolorem non afferat, vel collætificet & obſequatur. uidetur enim circa uo-
C *luptates, doloreſque eos verſari qui in congreſſionibus exiſtunt: in quibus ſi vel non honeſtum ipſi fuerit, vel damnoſum etiam obſequi, id minime faciet, ſed grauate ſe geret, potiusque eſſe moleſtus volet. ſi item obſequium facienti aut dedecus atq; id non paruum aut damnum, aduerſario autem dolorem paruum allatura ſit, non admittet, ſed ægre feret, ac repudiabit. diuerſo autem modo cum ijs qui in dignitate conſtituti ſunt & priuatis, cum magis item & minus familiaribus, cæteriſque diuerſi inter ſe generis hominibus congreſſiones faciet: ſingulisque id quod decet, attribuet. ac collætificare quidem per ſe eliget, cauebitque contriſtare. ſed euenientia tamen ipſa ſi maiora fuerint, honeſtatem inquam & vti-*
D *litatem conſequetur. voluptatiſque cauſa magnę quæ poſtea ſubſequutura ſit, paruum dolorem afferre nõ verebitur. Ac medius quidem talis eſt, nomenque non habet.*

In horum tamen omnium congreſsionibus comis hic atque amicus non vno modo vtitur: ſed pro perſonarum varietate ita diuerſo, vt quod ſingulis conuenit, decorumque eſt, vnicuique attribuat. ac per ſe quidem eligit voluptatem afferre, per ſe item fugit moleſtare: vt nõ niſi ex accidenti id faciat, cum inde ſcilicet vel maior honeſtas, vel vtilitas vel quandoque etiam maior voluptas euentura eſt Atque huiuſmodi eſt hæc virtus, quæ definiri poteſt, eſſe mediocritas quæ circa voluptates & ægritudines verſatur non omnes, ſed eas tantum quæ ex conſuetudinibus, congreſsionibusque euenire conſueuerunt, nec nõ etiã actiones, quippe cum ſermo & colloquutio in actionum nume-
E rum veniant. Nam quòd operatione ſua gaudet, doletque ſi impediatur, id cum reliquis omnibus virtutibus habet commune.

Qui autem obſequitur, ſi nulla alia de cauſa id facit, niſi vt iucundus ſit, placidus eſt & obſequioſus: ſi vt emolumentum aliquod adipiſcatur, atque id vel pecunijs, vel ijs rebus quæ pecunijs comparantur, adulator. at eum qui omnia moleſte accipit, eſſe moroſum & litigioſum iam diximus. quia vero medium caret nomine, inter ſe ipſa extrema ipſa opponi videntur.

Quæ de exceſſu & defectu hic inquit, ſatis manifeſta ſunt. nam qui omnibus applaudit non alia de cauſa niſi vt placeat & obſequatur, placidus & obſequioſus, qui vt lucretur, adulator dicitur, qui contra omnibus obſiſtit, aſperumque ac moleſtum ſe exhibet, moroſus litigioſusque eſt, quemadmodum qui à comicis introduci conſueuit,

moroſus

moroſus, aſper, atque inſuauis omnibus, qui cum immanior agreſtiorq; ſit quam qui exuperat, mediocritati quoque magis aduerſari dicendus eſt.

De veracitate & eius extremis. Cap. VII.

Circa eadem ferè etiam arrogantia mediocritas verſatur: quæ quidem etiam ipſa nomen non habet. non ab re autem erit, vt de his quoque diſſeramus. nam & ſingula pertractando melius quæ ad mores ſpectant percipere poterimus, et virtutes eſſe mediocritates tunc demum credemus, vbi in omnibus id ita ſe habere perſpexerimus.

Alius quidam mediocris habitus eſt, qui circa eadem verſatur, ideſt circa ſermones & actus qui in conuictu mutuisque congreſsionibus fieri ſolent. adiungitur autem, ſerè, quia licet in eo conueniat cum ſuperiore, quòd in conuictu hominum operationes ſuas exercet, non tamē circa eadem prorſus verſari dicendus eſt. ille enim circa iucunditatem, hic circa veritatem exiſtit. quem quidem habitum nomine etiam ipſum vacare inquit, poſſet tamen appellari veridicentia ſeu veracitas, ideſt ἀληθευτικὴ, vel vt ipſe vocat, ἀλήθεια hoc eſt veritas appelletur. qui enim eo eſt præditus, veritatem præcipue colit, mendacium auerſatur atque odit quam maxime, quam vero vtile ſit de omnib. habitibus ſigillatim ita pertractare ſatis manifeſtum eſt, vt inquit, quippe cum ex eo fiat, vt melius & quę ad mores ſpectant, hoc eſt habitus omnes qui in moribus conſiſtūt cognoſcamus, & virtutes omnes eſſe mediocritates, ſine vlla dubitatione perſpiciamus.

In conuiuendo igitur qui cum voluptate & dolore congreſſiones faciunt, dicti iam ſunt. nunc de veracibus et mentientibus atque id tam verbis, quàm actionibus et fictione dicendum eſt arrogans quidem eſt is qui illuſtria quadam vel quæ non habet, uel maiora quam habeat, fingit ac ſibi uēdicat. diſſimulator contrà, qui quę ſibi inſunt uel negat, uel diminuit. At medius cum ſit ipſe ille qui eſt, et tam uita quam uerbis uerax, ea ipſa plane quæ ſibi inſunt, neque maiora, neque minora eſſe confitetur.

Quoniam & verum dicere & mentiri non tam loquendo, quam agendo etiam licet, veritas vero ſimplex eſt & aperta, mendacium multiplex ac fraudulentum, iccirco poſteaquam dixit de veracibus ſe & mentientibus eſſe dicturum, qui non tam in verbis quam negocijs eſſent huiuſmodi, ſubiunxit, & fictione, vt oſtenderet quo modo & verbis & rebus mendax eſſe aliquis poſſet: fingendo ſcilicet ea quæ non ſunt. nam cum ea non inſunt alicui, quæ finguntur, id proculdubio in re mendacium eſt. At vero qui in mendacio excedit, arrogans, qui deficit, diſsimulator atque iron dicitur, qui eſt in mediocritate conſtitutus, verax ſeu veridicus. Is autem nihil neque ſimulat neque diſsimulat, ſed eſt ille ipſe qui eſt, qui gręce αὐθέκαστος vno verbo melius exprimitur. qui idem qui eſt etiam apparet, eſtque is ſimplex atq; apertus, ſingulasque ipſas res ita vt ſunt, apertas ac ſimplices oſtendit ac profert. non. n. eſt eiuſmodi, vt fingere aut loquendo aut agendo quippiam patiatur, vt ſi non ſit diues, diuitias, ſi nō ſit robuſtus robur ac vires, ſi non ſit potens, potentiam ſimulet, atque oſtentet, aut contrà ſi adſint hæc omnia, diſsimulet atq; occultet, ſed talis omnino qualis eſt, videri etiam uult.

Atque horum unumquodque poteſt et alicuius et nullius rei cauſa fieri. qualis autem unuſquiſque eſt, talia etiam, niſi alicuius rei cauſa faciat, & agit et dicit, nec non ita uitam quoque ſuam omnem inſtituit. ac per ſe quidem mendacium prauum eſt et uituperatione dignum, uerum honeſtum et laudabile. iccirco fit, ut uerax ipſe qui eſt medius laudem mereatur, mentientes autem uituperio afficiendi ſint, utrique illi quidem, ſed magis tamen arrogans. Sed de utriſque his iam dicamus, ac prius de uerace. non eum de eo intelligi volumus qui in pactionibus verum dicit, atq; ijs quæ ad iniuſtitiam vel iuſtitiam ſpectant: id enim eſt alterius virtutis: ſed de eo

A *qui licet nihil huiuſmodi interſit, & vita & verbis propterea verum dicit, quia talis ex habitu eſt: qui ſanè cum ſit huiuſmodi merito eſſe probus videtur. qui enim veritatis eſt ſtudioſus, & vbi nihil refert, verum dicit: multo magis vbi referet, id faciet, vbi enim turpe eſt mendacium, cauebit profecto, quod per ſe etiam euitabat.*

Atque hoc nulla alia de cauſa facit verax, niſi quia veridicentiæ habitu præditus eſt. fieri enim poteſt vt & ex habitu & ſine habitu quoque vel verum, vel falſum quiſpiā dicat. nam aut iuſtitiæ cauſa, vt in fœderibus pacificendis & cōmercijs, aut metu pœnæ ut in iudicijs mendax etiam aliquando uerum dicet, & ueridicus ſi quando ingruet neceſsitas, ut uel amico, uel patriæ in magna aliqua calamitate afferre opem poſsit, uim ſibi quodam modo inferet,
B ac contra habitum ſuum mentietur, ideſt falſum quippiā dicet. Verum de his non eſt hic ſermo. nō enim ex ijs quæ uel aliquando, uel aliquam ob cauſam fiunt, qualis unuſquiſque eſt, agnoſcitur: ſed ex ijs quæ plerunque, & ex habitu efficiuntur. qualis ſiquidem unuſquiſque eſt, talia & & agit & dicit, at talis eſt unuſquiſque, qualis eſt habitus, quo eſt præditus, ex habitu igitur aget omnia ac dicet is qui verax eſt, nulla alia cauſa niſi ipſius ueritatis ſtudio inductus. quocirca non immerito laude dignus uidetur. nā ſi ubi nihil refert, nullaque eſt neceſsitas, uerum dicit, multo magis id faciet ubi refert, ideſt ubi neceſſarium eſt in cōmercijs & pactis, ſiq; mendacium per ſeſe abſolute euitat, multo magis ubi id turpe erit euitabit. ibi autem eſt turpe maxime mentiri, ubi ueritas maxime requiritur, id
C quod in pactis & conuentionibus præcipue uſu uenit. nā alioqui ſi id uel ob patriæ uel amici, ut dixi, ſalutem fiat, nullam turpitudinem inuret.

Talis autem eſt laudabilis: licet magis ad id declinet, quod vero minus eſt. nam quia inuidioſę ſunt nimiæ excellentię, id eſſe moderatius videtur, atque aptius.

Licet autem uerax hic ueritatem in omnibus perſequatur, quia tamen nōnulla ſunt adeo excellentia & clara, ut ſiquis ea de ſe dixerit, moleſtus audientibus ſit & inuidioſus, iactabundusq; potius uideri poſsit, quam uerax, quiq; probus eſt importunitatem omnem & inuidiam cauere omnino debet, iccirco interdum fit, ut modeſtius de ſe quam uerius loqui coactus ad defectum ueritatis declina-
D re uideatur.

Qui autem maiora quā habeat, fingit, ſi id nullius rei cauſa facit, prauo quidem ſimilis eſt: alioqui enim minime gauderet mendacio: vanus tamen potius videtur, quam malus. Sin alicuius cauſa, aut gloriæ & honoris atque is non admodum eſt vituperabilis, ſicut arrogans, aut argenti, eorumq; quæ ad argentum pertinent, qui deformior eſt.

Quemadmodum uerax alter eſt qui alicuius rei cauſa uerum dicit, alter qui nullius, qui ex habitu operatur, proprieque uerax appellatur: ita quoque mentientium ac maiora quam ſint, ſibi arrogātium duæ ſpecies ſunt, quarum una eorum eſt, qui maiora quidem quam habeant, ſimulant, nullius tamē rei cauſa magis id faciunt, quam quòd
E habitu eo mentiēdi præditi ſunt. qui ſanè praui ſunt, quippe qui mendacio oblectentur, & proprie ſunt arrogantes, ſed magis tamen ſtolidi ac uani habentur, quam mali. cū nullo lædendi ſtudio ac malignitate, ſed ſtultitia quadam ac vanitate potius mentiantur. eorum altera ſpecies eſt, qui ſtudioſe ob aliquid aliud maiora ſibi attribuūt, quam re uera ſint, atque hi ſuperioribus peiores ſunt, in duasq; etiam ipſi partes diuiduntur, alteri enim ex his mentiuntur ea cauſa, vt honorem & gloriam aucupentur, qui non admodum ſunt uituperandi, ſicut neque arrogans, ideſt ille qui proprie arrogans dicitur, alteri, ut pecunias lucrentur, aut ea quæ pecunias ſuppeditant. qui profecto arrogātium omnium peſsimi ac turpiſsimi ob id ſunt, quòd licet omnes arrogantes dicantur, & proprie primi hi pręter arrogantiam habere etiā in ſe iniuſtitiā quandā uidētur.

At ar-

At arrogans non in poteſtate ſed in electione conſiſtit: ex habitu enim & quia eſt talis, arrogans eſt. A

Arrogans non in poteſtate conſiſtit, ſed electione: ideſt non in eo quòd poſsit maiora & clariora quam habeat, ſibi fingere atque arrogare, id enim vnuſquiſque etiam probus & verax poteſt: ſed in eo quòd talis eſt, vt ex electione id faciat: quippe cum non poteſtas in cauſa ſit, vt tales ſimus ac tales, ſed electio. nam vt in topicis & alibi quoque inquit, poteſtates & facultates minime ſunt vituperandæ, ſed electiones. illæ enim oppoſitarum rerũ ſunt, interſeq; aduerſantium, quæ ſimul eſſe nullo pacto queunt, vt iccirco mereri neque laudem neque vituperium poſsint hę vni rectæ rei addicuntur. immo vnam certam rẽ ſibi aſciſcunt atque eximunt, vt ſi praua ea ſit, vituperium: ſi recta, laudem conſequatur. B

Quemadmodum etiam mendax, alter eſt, qui mendacio ipſo gaudet: alter, qui vel gloriam vel lucrum appetit. qui igitur gloriæ cauſa arroganter ſe gerunt, eiuſmodi res ſimulant ob quas laudari, feliceſque prædicari homines conſueuerunt qui lucri, eas quarum fruitione alij oblectantur: quæq; etiam ſi non adſint, latere facile poſſunt: vt medicum eſſe, aut vatẽ aut ſapientem. atque iccirco plerique huiuſmodi res ſibi fingunt atq; arrogant: quippe cum in ipſis ea ſint, quę diximus.

Cum arrogantem in electione conſiſtere dixerit, mutato arrogantis nomine in mendacẽ, idem euidentius oſtendit. mendax enim non eſt qui poteſt, ſed qui eligit mentiri, C mentiturque aut eo quòd mendacio gaudeat, nonnulli etenim huiuſmodi reperiuntur, aut gloriæ vel lucri appetitione. ac gloriæ quidem cauſa ea fingere conſueuerunt, quæ aut à natura aut fortuna proueniunt, vt pulchritudinem, vt vires, vt diuitias, & reliqua eiuſdem generis, ob lucrum autem ea quæ & alijs oblectationem exhibent, & latere facile poſſunt, quia enim latent, creduntur, & quia oblectant, pecunias eliciunt. cuiuſmodi eſt diuinatio, medicina ac ſapientia, hæc enim quia plerique imperiti ſunt ac ferre de eis iudicium nequeunt, difficulter poſſunt conuinci, pulchritudinis vero, ac virium, nec non diuitiarum in promptu redargutio eſt. diuinationis præterea futurarumque rerum præſcientię multi ſunt cupidi ac ſtudioſi: D multos item medicina, ac ſapientia oblectat, illa ob multos ac neceſſarios in vita vſus, ſapientia ob admirationem vt mercedem ſoluere iſta profitentibus homines minime grauentur. Sed ſapientiam tamen tam qui lucrum, quam qui gloriam affectant, ſibi ſolent vendicare, nec non qui vtrorunque horum cauſa mentiuntur, vt ſophiſtæ. Plerique igitur hæc eo quòd antedicta omnia in ſe habeant, gloriam ſcilicet, fruitionem, difficilem redargutionem ſingunt ſibi ineſſe, ac profitentur.

At diſsimulatores minus quàm ſit dicentes, moribus eſſe elegantiores videntur. apparet enim eos non quæſtus gratia id facere, ſed vt euitent importunitatem, ac faſtum. atque hi quoque maxime illuſtria & clara ſolent recuſare: quemad- E *modum etiam Socrates faciebat.*

Eorum quoque qui minora ſua dicendo efficiunt, duo ſunt genera: alij enim clariora & quæ faſtum aliquem poſſent præ ſe ferre, recuſare conſueuerunt, elegantioreſque, ideſt humani ac modeſti videntur: quippe qui non gloriam aut lucrum appetere, ſed importunitatem ac faſtum euitare velle videantur.

Qui autem parua & manifeſta diſsimulant, † verſute delicati dicuntur, & contemnendi ſunt. adde quòd hæc arrogantia interdum videtur: vt Lacedæmoniorum veſtitus. nam tã exceſſus, quam nimius defectus ad arrogantiam ſpectat. qui vero moderate diſsimulatione vtuntur, eaque diſsimulant, quæ non nimis ſunt aperta, atque ante oculos poſita elegantes videntur.

Alij quælibet vel parua & aperta diſsimulant, quos verſute delicatos vocat, ſeu verſute glorioſos, græce βαυκοπανοῦργοι. βαῦκον enim delicatum, molle, iucundum antiquis dicebatur, ſumptum verbum à luxurioſo quodam Ionicorum calceorum genere mulieribus accommodatorũ qui βαυκίδες nuncupantur, de quibus mentionem facit Ariſtophanes in ea fabula quam ſacra Cereris celebrantes inſcripſit. Clitarchus κομψὸν, ideſt glorioſum interpretatur. parua enim de ſe negant huiuſmodi homines fraudulenter ac malitioſe, vt magna ſibi arrogent. maioremque de ſe opinionem in audientium animis relinquant, vt arrogantes potius quam diſsimulatores eſſe cenſendi ſint: quemadmodum etiam Lacones qui vilibus admodum veſtibus ac breuibus vſque ad genua pertingentibus vti conſueuerant, de quibus tradit Xenophõ. id enim facere videbantur, vt frugalitatis ac continentiæ gloriam aucuparentur, vnde merito Comędię eos carpunt, vt Plato in Legatis Gaudes, inquit, credo quòd cum curaris ſupplantariee Barbatulum, Sparticomum, ſordidimanum, lacernitraham. nimia enim hæc abiectio ac vilitas oſtentatio potius quædam erat, atque arrogantia.

Ac veraci quidem arrogans magis opponitur: peior enim eſt.

Magis autem mediocritati aduerſatur arrogantia quã diſsimulatio, propterea quòd peius eſt atq; odioſius, cum ſeipſum effert aliquis, quam cum deprimit. illud enim praui, modumque excedentis, hoc probi hominis eſſe ac modeſti videtur.

De facetudine & eius extremis Cap. VIII.

CVm autem in vita requies etiam quædam ſit, in qua homines ioco vtantur: videtur etiam hic eſſe congreſſio quædam moderata & dicendi ea quę oportet, et vt oportet, & audiendi. differentia quoque in eo erit, vt & inter tales quoſdam dicamus, & tales audiamus. Circa quę exceſſum etiam eſſe medij, & defectum perſpicuum eſt. Qui igitur ridiculis excedant, ſcurræ eſſe atque importuni videntur: qui ridicula penitus affectant, adeo vt ſtudeant potius riſum mouere, quam honeſte loqui, doloreque eum non afficere quem cauillantur. Qui autem neque ipſi quicquam ridiculi dicunt, neque alios dicentes æquo animo patiuntur, ruſtici & duri ſunt. At qui apte ac moderate iocantur, faceti ac verſatiles dicuntur, quaſi ad verſionem apti: morum enim huiuſcemodi eſſe videntur motiones: atque vt corpora, ita etiã mores ex motionibus iudicantur. Quoniam vero ridiculum admodum redundat, & plerique ſunt qui iocis delectantur & cauillis magis quam deceat: effectum eſt, vt ſcurræ quaſi elegantes faceti nuncupentur: quos tamen differre ab elegantibus, ac non parum quidem ex ijs quæ diximus, manifeſtum eſt. Huic autem medio habitui congruit etiam vrbanitas ſeu dexteritas. vrbani vero eſt ac dextri hominis talia dicere & audire qualia probo atque ingenuo conueniunt.

Duæ ante dictæ virtutes & ea quæ amicitiæ ſimilis eſt, quam cõuerſatricem appellauimus, & veracitas circa omnes tam in vita quam in verbis congreſsiones munus ſuũ exercent, hæc de qua nunc agit, circa partem quandam vitæ verſatur. Cum enim probus vir in aſsidua ſeriarum rerum tractatione occupatam mentẽ habeat, requie aliqua ac recreatione interdum indiget: ne diuturna defatigatione oppreſſum ingenij ſui acumen obtundatur, more arcuum, qui ſi ſemper intẽti relinquantur, durum illud ſuũ robur amittunt, laxique & inutiles euadunt, iccirco iocoſa quædam mediocritas extitit, quæ animos ingenua vrbanitate aliquantulum relaxaret, atque ita alacriores poſtea ad ſerias res obeundas remitteret. quæ facetudo ſeu vt verbũ ex verbo exprimamus, apta verſatio, ideſt εὐτραπελία appellatur, eo quòd faceti dicẽdo iocis & ſalibus faciunt eam rem & repræſentant, quam imitantur, atque id non ruſtice, ſed vrbane atque apte, vt oratio ipſorum quaſi motio quædam animi numeroſa, ac geſtus quidem concinnus atque ad uerſionem aptus, ideſt εὔτροπος eſſe videatur

deatur. ſicut enim ex motione & geſtu aptitudo corporis dignoſci conſueuit, agile ne ſit, an ſentum, ſanum an ægrũ validum an infirmum: ita ex facetis iocis quaſi aptis motionibus quibuſdam ac geſtibus animi elegantia, & cõcinnitas agnoſcitur. vnde hæc mediocritas quia apte & accõmodate ad vnamquanque rẽ vertitur, non ſolũ εὐτραπελία, ideſt apta verſatio & agilitas à Græcis nominata eſt: ſed quandoque etiam ἐπιδεξιότης, hoc eſt dexteritas & vrbanitas dicitur, debet enim qui apte iocari vult, dextere & vrbane id facere: ideſt id ſtudere, vt non ſolum neque alium quempiam offendat, neq; eum in quem cauillis & ſalibus vtitur, verum etiam oblectet, voluptateque afficiat. non enim idem eſt dolorẽ nõ efficere & oblectare: latius enim illud manat: qualia item oportet, & dicat, & audiat, neque ſemper, neque vbique, neque apud omnes dicat, ſed temporis, loci, perſonæ rationem habeat, cæterorumque omnium quæ ad virtutes abſoluendas requiruntur.

Quædam enim ſunt, quæ & ioco dicere et audire talem hominem decet. & ingenui hominis iocus à ſeruilis, et item eruditi ab ineruditi ioco diſtat. Id quod ex comœdijs veteribus & nouis licet unicuique perſpicere: illis enim uerborum obſcœnitas, his obſcœnitatis ſuſpicio tantum riſum faciebat. Hæc autem in honeſtate non paruam habent differentiam.

Alius eſt iocus qui conuenit ingenuo & libero homini alius qui ſeruili & ignobili, alius item qui eruditum, alius qui ineruditum decet: id quod veterum & nouarum comœdiarum exemplo declarat. qui enim veteres comędias ſcripſere, omnia ſuis verbis explicabant, riſumque obſcœnitate dicendi captare conſueuerant. nouarum autem auctores modeſtius atque honeſtius ſe geſſerunt, riſum cenſentes non turpitudine, ſed ſuſpicione, ideſt latenti aliqua ſignificatione, & alluſione, non manifeſta expreſſione eſſe faciendum: quippe cum non parum interſit, ad elegantiã & honeſtatem aperte nę exprimas quæ turpia ſunt, an latenter innuas ac ſignifices.

Vtrum igitur ea re definiendus eſt aptus cauillator, quòd ea dicat quæ ingenuum hominem decet, an quòd moleſtia non afficiat audientem, aut etiam oblectetur? in hoc quoque nullam certam definitionem admittit. aliud enim alij & odioſum & iucundum eſſe conſueuit: quocirca talia etiam audiet. nam quę quiſque audire patitur, eadem quoque facere videtur. ſed non omnia faciet: cauillum enim conuitium quoddam eſt. legumlatores autem cum nonnulla conuicia prohibeant debebant fortaſſe cauilla etiam vetare. Elegans igitur & ingenuus quaſi ſibi ipſe lex ſit, ita ſe geret. ac talis quidem medius eſt, ſiue vrbanus & dexter, ſiue facetus appellandus ſit.

Quoniam, ſicut ſuperius etiam dixit, morales hæ virtutes in particularibus verſantur, nihilque de eis ſigillatim definiri certo poteſt: iccirco merito vtra re definiendus facetus ſit, dubitat, iocando ne vt eruditum virum decet, an non moleſtando audientes, aut etiam delectando. licet enim opus ſit fortaſſe, vt diximus vtraque hæc habere eũ qui iocis ac ſalibus vti apte debet, vtrum tamen magis faciendum ſit, difficile eſt definire, cum id ab audientium perſona dependeat. non idem enim eſt iucundum aut moleſtum omnibus, fieri enim poteſt, vt bene quis & ingenue facetiis vtatur, ob ruſticitatem vero eorum qui audiunt, non modo non delectet, verum etiam offendat ac moleſtiam afferat, vt niſi perſonæ rationem habeat apud quam vel in quam dicit, talia etiam auditurus eſſe videatur, qualia dixerit, talia enim vnuſquiſque audire patitur, quæ facit. non faciet igitur omnia facetus, ideſt non qualibet vtetur dicacitate, & quomodocũq;: dicacitas ſiquidem & cauillatio niſi modum ſeruet, conuicium eſt. conuicium autem non omne legibus permittitur, niſi quod citra contumeliam inſignem aliquam ſit, vt hoc modo cauilla etiam quæ turpitudinem & contumeliam præ ſe ferunt, interdicta quoque eſſe debuerint. At qui recte cauillaturus eſt, is eiſque vſurus, omnia hæc cauebit, ſibique ipſe erit lex,

A præſcribetque quid, apud quos, in quos, quando, quo modo iocandum ſibi ſit, aut non iocandum, vt in omnibus ſeruet mediocritatem.

Scurra autem cum ſuperetur ridiculis; neq; ſibi neq; alijs parcit modo riſum moueat: eaque dicit, quorum nihil elegans diceret, nonnulla autem ne audiret quidem.

Hanc mediocritatem qui excedit, βωμολόχος à Græcis ideſt aripeta dicitur, quod quidem nomen tam de auibus quibuſdam auidioribus proprie ſumebatur, quę aris circũ uolitabant, vt reliquias aliquas ex ſacrificijs raperent, quã de hominibus infimæ ſortis qui aris aſsidebant, aliquidque à ſacrificantibus adulando mendicabant. poſtea ex ſimilitudine translata ad hos appellatio eſt, qui cauillari ſtudent quomodocunque, ac riſum mouere. ij non diſsimili B admodum ratione ſcurræ nuncupantur, quaſi ſequuras dixeris, eo quòd genus hoc hominum oblectandi cauſa riſumque faciendi ſequi ditiores ſoleat. Hi igitur nullum alium ſcopum habent, quam riſum excitare, etiam ſi omnes cauillis ſuis dolore affecturi ſint, neque ſibi parcentes, neque alijs, ſiue amici fuerint, ſiue inimici, adde quòd ne à dijs quidem abſtinent interdum, id quod in antiquis comœdijs videre licet, vbi tam homines quam dij promiſcue ſcurrili acrimonia perſtringuntur, ſed apud vulgus tamen quia plerique riſui nimis dediti ſunt, ludoque & ioco vacant, ſcurræ faceti appellantur.

At ruſticus eſt ad huiuſcemodi conſuetudines ineptus: cũ enim nihil ipſe conferat, omnia ægre accipit. Ac requies ſanè & iocus in vita eſſe neceſſaria videntur. C *Tres igitur hæ quas diximus mediocritates, in vita ſunt: quæ in verborum omnes, actionumque quarundam communitate verſantur: in quibus illud intereſt, quòd una circa veritatem, reliquæ circa iucunditatem conſiſtunt: ex ijs vero quæ circa voluptatem ſunt, altera in iocis, altera in reliquis vitæ congreſſionibus locum habet.*

Alij ſunt qui deficiunt, qui nulla in re iocum adhibendum cenſent, ſique aliquis id fecerit, ſtomachantur, ac ferre non poſſunt, inſuaues prorſus, atque agreſtes homines, vnde etiam dici agreſtes ac ruſtici conſueuerunt.

De uerecundia. Cap. IX.

D *De verecundia autem quaſi de virtute aliqua dicẽdum non eſt, affectus enim magis eſſe quam habitus videtur, quippe quæ timor quidam infamię eſſe definiatur exiſtatque non ſecus ac timor, qui circa res terribiles accidit. Rubeſcunt ſiquidem qui pudore afficiuntur: qui mortem timent, pallent: ut corporalia utraque eſſe videantur: id quod affectionis magis quam habitus eſt. At non omni ętati affectus hic conuenit, ſed iuuenili tantum. nam qui ea ſunt ętate, oportere eſſe verecundos exiſtimamus: propterea quòd cum ex perturbatione viuant, ob idque in multis peccent, à verecundia peccare prohibentur. ac iuuenes quidem qui verecundi ſunt, laudamus: ſeniorem, quod ſit pudibundus, laudauerit nemo. nihil enim eum quicquam agere debere cenſemus, in* E *quo pudor conſiſtat. nam pudor probi viri eſſe nullo pacto poteſt, cum ob malas res exoriatur. neque enim agendæ res eiuſmodi ſunt. Quòd ſi alia ſunt re vera turpia, alia opinione nihil refert: neutra enim agi debent.*

Non eſſe habitum verecundiam ex definitione oſtẽdit, ex eoq; quod accidere circa ipſam conſueuit: ſicut enim timor afficit corpus, ita etiam verecundia: tam enim in timore, quàm in verecundia corporis color immutatur. id quod eam eſſe affectionem indicat: atq; ideo inter virtutes minime reponendam. vt ſi etiam duplicem eam eſſe dicendum ſit, vt Homerus & Heſiodus inquiunt, laudabilem alteram, alteram vituperabilem: non niſi iuuenili ætate tamen ita quoque conuenire debeat. nihil enim agere ſenem decet, ob quod poſſit erubeſcere, ſiue re vera

ſiue

ſiue opinione turpe aliquid ſit: re vera vt intēperanter agere: opinione, vt comedere in foro, atque eiuſmodi quæ non ex ſe ſed anticipatione hominum & inſtituto eſſe turpia videntur. ſed vtro modo fuerit turpe quippiā, à probo viro ſimiliter euitandum eſt, ac non agendum.

Quare minime eſt erubeſcendum: praui nanque hominis eſt, eſſe eiuſmodi, vt turpe aliquid agat. ita vero eſſe affectū, vt ſi turpe quid egeris erubeſcas, ac propterea probum te eſſe exiſtimare abſurdum planè eſt. nam ex iis quæ ſponte agimus, verecundia exiſtit: probus autem vir ſponte nunquam male aget.

Nam etiam ſi eorum eſſet pudor, quæ non facta ſed facienda eſſent turpiter, ad probum virum nullo pacto poſſet pertinere. prauus enim eſt, vt inquit, etiam ille qui eſt talis, vt turpe aliquid acturus ſit. Quin etiam abſurdum videtur dicere probum hominem eſſe verecundum, propterea quòd eiuſmodi eſt, vt vel ſi aliquid mali inuitus egerit vel ſi ipſi turpe quippiam extrinſecus contigerit, pudore afficiatur: pudor enim ex iis quæ ſponte agimus, euenit, non quæ inuiti: probus autem vir nunquàm ſponte turpiter quippiam aget.

Quocirca verecundia ex conditione probata res eſt, ſi enim ageret, erubeſceret. at hoc circa virtutes minime cōtingit. ſi vero impudentia malum eſt, & cum quis turpia agere non verecundatur, nihilo magis bonum eſt exiſtimandum cum quis turpia agendo erubeſcit. Sed neque continentia, virtus eſt, ſed quoddam aliud mixtum, de qua poſterius pertractabimus. Nunc de iuſtitia dicamus.

Cum in ſecundo libro verecundiam dixerit nō eſſe quidem virtutem, ſed affectionem tamen quandam laudabilem, nunc eam videtur quodammodo vituperare, cum à probo viro eſſe prorſus alienam demonſtret. ex conditione enim bonus & laudabilis affectus eſt verecundia, non per ſe ac ſimpliciter: nam ſi ageret tale quippiam probus vir, erubeſceret: non aget autem: quare neque etiam erubeſcet. Perinde autem eſt verecundia ex conditione & ſuppoſitione bona, ſicut materia eſt neceſſaria: non abſolute ſcilicet & ſimpliciter, ſed ſi ſtatuatur aliquid & ſupponatur: ſi enim fuerit ſerra, ferream eam eſſe neceſſe eſt. quemadmodum igitur illic neceſsitas materiæ: ita hic verecundiæ probitas ex conditione demonſtratur. quæ res cum minime virtutibus conueniat, quippe quæ ex ſeſe expetendæ ſunt atque amplectendæ, non ex conditione aliqua: uerecundiā non eſſe uirtutem manifeſtum eſt. Quòd vero inquit, etiam ſi impudentia & non verecundari cum turpiter aliquid egerimus, malum ſit, non propterea ſequi, vt bonum ſit, cum turpiter agendo erubeſcimus: licet id velit ſignificare, vt non ob turpia non erubeſcere, ſed agere turpia eſſe malum intelligamus: quandam tamen habet dubitationem. nam tolli hoc modo videtur, quod malo eſt contrarium, ſi plura ſint contraria, & medium aliquod inueniatur, id eſſe vel bonum, vel malum: ſi nullum

A ſit medium, id omnino eſſe bonum. ignauię enim quæ malum eſt, alterum ex contrariis eſt bonum, fortitudo, alterū quæ eſt audacia, malum. morbo autem, quod malum quidem etiam ipſum eſt, non habet tamen medium: ſola aduerſatur ſanitas, quæ bona eſt. Idem eſſe circa impudentiā debet: nam ſi alterum contrarium eſt malum, quæ eſt pauiditas, qua fit, vt propter omnia & apud omnes verecundentur aliqui: alterum, id eſt verecundia, bonum eſt. In quibus enim eſt exceſſus & defectus, in iiſdem eſſe quoque mediocritatem neceſſe eſt: eſt autem circa eundem affectum exceſſus & defectus, exceſſus impudētia, defectus pauiditas: verecundia igitur circa eundem erit mediocritas: B quæ quidem, ſi illa ſunt vituperāda, laudabilis eſſe merito videri debet. Sed ſolui hoc poteſt ex eo quòd dixit, ex conditione eſſe bonum verecundiam: nam cum turpia agere malum ſit, qui verecundaretur, ſi turpia ageret, elegans eſt ac moderatus, reliqui vtrique praui. nam impudens nō ſolum ob facta turpiter non erubeſcit, ſed etiam eſt talis, ut ſi ea ageret, nullo pudore afficeretur. pauidus autē propter omnia, etiam ſi turpia non ſint, verecundatur. Fortaſſe etiam ita dicendo oſtendere vult, non ob actionem rerum malarum tantum exiſtere verecundiam, ſed ob alia etiam nonnulla. nam ſicut agere quid turpiter praui hominis eſt: ita eſt probi ubi egerit, ſi agere tamen poſſet, vere- C cundari: neque id ob facta ſolum, quæ cum conditione intelligenda ſunt, ſed ob alia complura. verecundia enim timor infamiæ eſſe definitur: at infamia non tam ex turpibus actionibus oritur, quàm ex iis quæ natura licet non ſint turpia, eſſe tamen videntur: nec tam ex agendis turpibus, quàm inſpiciendis, & audiendis. nam cum aſpicit, aut audit quippiam huiuſmodi probus vir erubeſcit ac uerecundatur. verecundia autem à pudore in eo videtur differre, quòd pudor ob perpetrata mala euenit: verecundia timor eſt infamiæ ob turpium ſuſpicionem. Videturque hic Ariſtoteles à verecundia quam αἰδῶ appellat, ad pudorē, id eſt αἰσχύνην tranſiuiſſe: atque ita de pudore intelligendo D affectionem hanc neque probo viro conuenire, neque eſſe laudabilem demonſtraſſe. ſic etenim ex conditione & ſuppoſitione bona eſt verecundia, non ex ſe, & per ſe, & quatenus eſt verecundia, ſed quatenus pudor intelligitur: ſi enim turpiter quid agatur, pudor conſequitur, id eſt αἰσχύνη at pudore affici eſt etiam uerecundari, quod αἰδεῖσθαι dicunt, non autem econtrario. Ita fit, vt uerecundiam probitas neceſſario conſequatur. Cum vero in ſecundo libro neque verecundiam neque indignationem eſſe uirtutes dixiſſet, ſed affectus quoſdam tamē laude dignos qui in me- E diocritate conſiſterent: hic de verecūdia paulo accuratius pertractauit: de indignatione autem nihil amplius adiunxit. De continentia ſatis habet in præſentia id monere, neque ipſam eſſe uirtutem: de ea enim & tolerantia & mollitie poſterius, id eſt in Septimo Libro diffuſius diſputaturus eſt. nam ſequens totus totam de iuſtitia abſoluet pertractationem.

Finis Quarti Libri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER QVINTVS,

CVM MICHAELIS EPISCOPI *Explanatione.*

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

IN hoc Quinto Moralium Nico A machiorum libro propoſitum Ariſtotelis eſt de particulari iuſtitia, ac iure, quod ei affine, cognatumq; eſt, oppoſitisq; his in iuſtitia & iniuria diſſerere. Duplex .n. Iuſtitia eſt, altera, quæ eſt vniuerſa virtus, altera, de qua nunc agitur particularis, quæ à prudentia, fortitudine, temperántia diſtincta cardinalium virtutum quaternionem abſoluit. illę enim tres præterquàm quòd iuſtitię etiam ipſæ ap B pellantur, priuatim tamen ſingulæ proprium nomen ſortitæ ſunt: hæc autem præter iuſtitiæ nomen peculiari nullo alio vocabulo inſignita eſt. ſed ſicut ille Olympicus victor neque Socrates, neque Plato, neque Ariſtides diceba tur, ſed communi omnium hominum nomine homo nũcupari conſueuerat, ita præſens hæc virtus communi vniuerſalis iuſtitię appellatione iuſtitia dicitur, cuius quidem duæ ſunt partes diſtributiua altera, altera emendatiua. De quibus vtriſque tunc latius explicabimus, cum eò peruenerimus, vbi diuinus etiam ipſe Ariſtoteles de iiſdem C pertractat.

De iuſtitia & iniuſtitia & modis iniuſti. Cap. I.

DE iuſtitia & iniuſtitia conſiderandum eſt; circa quales actiones verſantur. qualis item ſit mediocritas iuſtitia, & ius etiam quorum ſit medium.

Quoniam vnius & eiuſdem conſiderationis & ſcientiæ eſt contraria contemplari, ut Muſicæ conſonum, & diſſonum: arithmeticę par & impar, & reliquarum ſimili mó D do, eſtque iuſtitia iniuſtitiæ cõtraria, & ius item iniuriæ: conſentaneum rationi eſt, ne dicam neceſſarium, de vtriſque circa quales verſentur, ſpectare. Sicut enim fortitudo & ignauia circa timores & fiducias quæ in bello exiſtunt, verſabantur, temperantia & intemperantia circa voluptates & dolores, quæ tum ex maris & fœminæ commiſtione, tum ex ciborum & potuum ſumptione percipiuntur: ita & propoſita hęc iuſtitia & iniuſtitia circa ęquum & iniquum munus ſuum exercent: quemadmodum progrediendo declarabit. Actiones autem appellat hic & iuſtam diſtributionem, quæ ratione fit geometrica, & iniuſte fa E ctorum correctionem non geometrica, ſed arithmetica proportione conſtantem, quarum differentiam ſuo loco dicemus, vbi ſcilicet de ipſis Ariſtoteles aget. Qualis autem mediocritas, ideſt quarum rerum ſit mediocritas iuſtitia: quandoquidem uirtutes eſſe mediocritates demonſtratum eſt: & quorum medium ius ſit, eſt enim, ut oſtendet, iuſtitia exceſſus & defectus mediocritas; ius autem medium pluris & paucioris.

Hac autem conſideratio eadem docendi via progrediatur, qua vſi in ſuperioribus etiam ſumus.

In principio quoq; primi huius moralis diſputationis libri dixerat non omnia exactam poſſe demonſtrationem admittere, quæ uidelicet ex iis conſtat, quæ per ſe inſunt rebus, quatenus ipſæ res ſunt; nunc etiam idem hic repetit non iiſdem quidem uerbis, ſed eiuſmodi, quæ eandem vim habent ac ſi diceret, non aliter poſſe eum qui de iuſtitia diſſerit, rationibus progredi, niſi ex iis ſumptis quæ & pluribus modis, ut dixit etiam illic, & plerunque eueniunt, ex iis item quæ vel omnibus videntur, uel ſapientibus. vnde etiam incipit ab iis quæ videntur, in hunc modum ſubiungens,

Videmus igitur omnes eiuſmodi habitum appellare iuſtitiam ſolere, ex quo ad agendas res iuſtas homines idonei efficiuntur, ex quo item iuſte agunt, voluntque iuſta, iniuſtitiam quoque ſimili modo, ex quo iniuſte agunt, & volunt iniuſta. Iccirco etiam à nobis vt in figura hęc ſtatuantur.

Hæc ratio, quæ iuſtitiam inquit eſſe habitum, ex quo volunt homines iuſta agere non definitio, ſed deſcriptio eſt exiſtimanda: fieri enim non poteſt, vt ea quæ multis modis dicuntor, cuiuſmodi eſſe iuſtitiam poſterius explicabit, vna ratione ac definitione notentur. propterea etiam infert, vt in figura hæc ſtatuantur, ideſt ut in deſcriptione iuſtitia hæc ſit.

Neque enim in ſcientiis & facultatibus, & in habitibus idem eſt modus. nam facultas & ſcientia eadem cum ſit eſſe contrariorum videtur, habitus autem contrarius contrariorum eſſe nullo modo poteſt. verbi cauſa, ex ſanitate contraria minime aguntur, ſed ſalubria tantummodo: quippe cum ſane quempiam incedere dicamus, cum ita incedit, vt ſanus.

Habitus hic proprie virtutes appellat à ſcientiis & facultatibus eas diſtinguens, nam ſcientias quoque alibi habitus uocari nemini dubium eſt. Cum autem dixerit iuſtitiam eſſe habitum, ex quo volunt homines iuſta agere, nunc cauſam ſubiungit, cur in hac deſcriptione non abſolute ita dixerit habitum eſſe, ex quo homines iuſta agunt, ſed appoſuerit uolunt, perinde ac ſi in hunc modum diceret, propterea appoſui uolunt, ut iuſtitiam ipſam à ſcientiis & facultatibus ſepararem, quæ non in eo quòd uolunt homines agere, naturam ſuam habent, ſed in eo quòd poſſunt, qui enim medicinæ ſcientia præditus eſt, etiam ſi nolit ſanare, medicus nihilo minus & eſt & dicitur, ſimili modo qui rhetoricam facultatem callet, orator eſt, quamuis aut ius negligat & iniuriam defendat, aut pro utriſque dicere iure & iniuria æqualiter poſſit. iuſtus autem is eſt, non qui poteſt iuſta agere, nam iniuſtus quoque id poteſt, ſed qui vult. is autem vult, qui habitu antedicto præditus eſt. Verum qua de cauſa & medicum dicimus iam ſalubria quàm contraria agere poſſe,

& dialecticum eodem modo, & oratorem in vtranq; partem verſari? quia ſcilicet ſcientiæ hæ & facultates eędem contrariorum ſunt, earumque natura haud eiuſmodi eſt, vt alterum ex oppoſitis & poſsint & velint demonſtrare, ſicut iuſtitia ſola iuſta agere & poteſt & vult, ſed apparatum omnem, voluntatem, eſſentiamque in eo habent, vt oppoſita aggrediantur, quod tamen de oratoria & diſſertatrice facultate ideſt rhetorica & dialectica, non de medicina dictum eſſe intelligatur. eius enim ideſt medicinæ eſſentia in cognoſcendis oppoſitis, non etiam pertractandis conſiſtit. facultates enim ſeu poteſtates diſſertatoriam, & oratoriam vocat, muſicam & medicinam ſcientias: quarum in contrarijs cognoſcendis munus verſatur. Habitus autem non uirtutes animi tantum, ſed omnes tam animi quàm corporis uirtutes, & uitia etiam appellat. nam uirtutes quæ habitus dicuntur, non verſari eaſdem circa contraria ex ſanitate euidenter oſtendit, quæ virtus corporis eſt. ſalubria enim tantum à ſanitate efficiuntur, non autem morboſa etiam, ſed morboſa à morbo fiunt ſanitatis contrario, à quo ſalubria fieri nullo modo poſſunt. ille enim ſanè incedit atque ambulat, qui ſanitate eſt præditus, quo modo nunquam morbo affectus ingredietur, ſic qui iuſtitiam habet, ad ſola iuſta, qui iniuſtitiam, ad ſola iniuſta agenda idoneus eſt, neque vlla ratione vel ille iuſte, vel hic iniuſte, quoad videlicet talis fuerit, ſe gerere vnquam poterit.

Sæpe quidem contrarius habitus ex contrario, ſæpe item idem habitus ex ſubiectis ſibi rebus agnoſcitur. nam & ſi bona corporis habitudo fuerit nota, mala quoque habitudo innoteſcet, & ex bene habitis corporibus bona habitudo, & ex bona habitudine viciſsim corpora ipſa quæ bene affecta ſunt, fiunt manifeſta: ſi enim bona habitudo carnis denſitas eſt, neceſſe eſt vt & mala habitudo raritas ſit, & quod bona habitudine eſt affectum, ſpiſſitudinem in carne efficiat. Sequitur autem plerunque, vt ſi vnum multis modis dicitur, alterum quoque dicatur, vt ſi ius, etiam iniuria.

Cum oſtendere uelit iuſtitiam multis modis dici, alteramque eſſe ut totum, alteram ut partem, ſeu alteram ut genus, alteram ut ſpeciem, alii enim uniuerſalem iuſtitiã fortitudinis, cæterarumque trium uirtutum genus, alij non genus ſed totum eſſe affirmant, hoc igitur demonſtraturus præparat prius nonnulla, quibus ad huiuſcemodi demonſtrationem vtatur, ex habitu inquiens contrario contrarium ſæpe agnoſci. ut, ſiquis bonam corporis habitudinem carnis eſſe denſationem cognorit, idem malam habitudinem eſſe carnis rarefactionem non ignorabit. neque tantum ex contrario habitu cõtrarius innoteſcit, ſed etiam ex iis quæ ſubiecta ipſi ſunt, ab eoque informantur & viciſsim ex habitu ipſo res quæ ab eo ſunt affectæ, perſpiciuntur. Aduertendum autem eſt, cum dixerit contrarium habitum ex contrario agnoſci, recte admodum atque accurate, ſæpe, adiunxiſſe, vt ſignificaret ſcilicet vt plurimum id contingere, non ſemper tamen. cum enim diligere multis modis dicatur, vt in topicis dictum eſt, cõtrarium eius odiſſe vnam habet ſignificationem, ut in his alterum ex altero agnoſci minime poſſit. nam diligere & amare ſignificat, & ἀγαπᾶν, id eſt diſlegere & diſiicere: priori ſignificato odiſſe eſt oppoſitum, ſecundo nequaquam. melius tamen ex uerbo græco quod eſt φιλεῖν cognoſci hęc diuerſitas poteſt. ſignificat enim φιλεῖν tam animo aliquem amplecti & amare, quàm labijs excipere. i. oſculari: cuius ſecundo ſignificato nullum contrarium reperitur: priori odiſſe contrarium eſt.

Iuſtitia autem & iniuſtitia dici pluribus modis videtur. ſed quia proxima ipſarum cognominatio eſt, latet, nec ſicut in ijs quæ procul diſtant, magis apparet. magna enim in forma differentia eſt. vt clauem æquiuoce dici manifeſtum eſt, & eam quæ collo animalium ſubiacet, & eam quæ fores claudunt. Sed ſumamus quot modis iniuſtus dicatur.

A Cauſam hic affert, cur cum iuſtitia multis modis dicatur, eius tamen æquiuocatio non admodum pateat. atq; inquit propterea id accidere, quia eæ quæ iuſtitiæ nomen ſuſcipiunt, proximæ inter ſe ſunt, magnaque inter ſe affinitate & ſimilitudine coniunctæ. æquiuoca enim ea quæ longè à ſe mutuo diſtant, non obſcura ſunt, ſed eſſe æquiuoca manifeſte cognoſcuntur: vt Alexander rex, & Alexander Ariſtotelis interpres, vt clauis qua clauditur oſtia, & ſubiacens collo animalium os iuguli, quod clauis etiam ipſum appellatur, ut demum cætera quæ ex fortuna quadam idem ſortita ſunt nomen. at quæ iuxta ſunt, ea uero non in ſolo nominane, ſed in re & natura etiam videntur conuenire. ſunt autem prope, entia quę vocantur, motiones, B bona, iuſtitiæ etiam ut declarabimus. Nam ex iuſtitijs altera de omnibus uirtutibus dicitur, altera huic tanquàm ſpecies ſupponitur: vt tanquàm generis & ſpeciei earum æquiuocatio ſit, quæ obſcura eſt: quippe cum ſpecies generis ſui definitionem admittant. Quatenus igitur ea quæ ut ſpecies ſumitur, idem nomen habet, quod altera, in eo æquiuocæ ſunt. nam eiuſdem nominis non idem, ſed vtriuſq; diuerſum eſt ſignificatum. Idem de iniuſtitia dicendum eſt, ſicut præcedente diſputatione clarius patebit. multis modis autem dici iuſtitiam demonſtraturus, ab iniuſtitia incipit, immo ab iniuſto: notius enim eſt iniuſtũ multis modis dici, quàm iniuſtitiam. ſed ſi iniuſtus multifariam dicitur, etiam iniuſtitia, ſi iniuſtitia, iuſtitia quoque dicatur neceſſe eſt. nam vt plurimum, ſicut ſupe C rius dictum eſt, ſi alterum ex contrariis multipliciter dicitur, ſequitur vt alterum quoque eodem modo dicatur.

Videtur igitur iniuſtus is eſſe, qui & illegitimus, & pluris vſurpator, & iniquus eſt, quare iuſtum quoque eſſe & legitimum & æquum patebit. Ius ergo etiam ipſum legitimum, & æquum erit, iniuria contra illegitima & iniqua.

Cum iuſtitiã eſſe mediocritatem dixerit, hic non ſolum eam eſſe mediocritatem, verum ẽt quatũ rerum ſit mediocritas, oſtẽdit, rationẽq; in hũc modũ colligit: iniuſtus eſt illegitimus: illegitimus eſt pluris vſurpator pluris aũt vſurpator, quẽ Græci πλεονέκτην dicunt, eſt iniquus: iniuſtus igitur eſt iniquus. quare etiam iniuria ipſa iniqua eſt. iniquũ autem plus & minus continet, ac de vtriſque his denun- D cupatur, ſi ergo iniuria eſt iniqua, ius eſt æquum: & ſi iniuria eſt & plus & minus, ius pluris & minoris medium erit, & iuſtitia mediocritas, id quod uirtutis indicium eſt ac nota. in ſecundo enim uirtutem habitum eſſe dixit, qui in mediocritate quantum ad nos ſpectat, conſiſteret. At iniuſtum eſſe iniquum, & nunquam æquum & medium eligere, ſed in bonis plus, in malis minus ſemper ſibi ſumere perſpicuum eſt ex iis quæ vſu venire quotidie ſolent, nam cum uel pecuniarum vel honoris diſtributio aliqua faciẽda eſt, maiorẽ ſemper ſibi partem attribuit, cum mulcta aliqua ſoluenda, aut tributum, aut quippiam aliud ex iis quæ nolumus ac uitare conſueuimus, omni ratione nititur ut vel nihil, uel parum admodum expendat, & conſe- E ctatur. atque ita ex bonis plus, ex malis minus eligit, ac ſectatur, eligitque minus malum, non tanquam malum, ſed tãquam bonum. nam minus malum ſi ad maius malum cõparatum fuerit, eſſe quodam modo bonum videtur. nam loco decem nũmorum vnum ſoluere, quaſi bonum eligit. Ius igitur legitimum & ęquum, iniuriam illegitimam & iniquam eſſe manifeſte iam patet.

Nam quia iniuſtus etiam eſt pluris vſurpator, circa bona non omnia verſabitur, ſed circa ea tantum in quibus fortunæ proſperitas & aduerſitas conſiſtit. quæ ſemper quidẽ abſolute ac ſimpliciter bona ſunt, quibuſdam tamen non ſemper bona euadunt, homines autem ea optant, ac perſequuntur. At non oportet. optare enim deberet, vt quæ ſimpliciter ſunt bona, ſibiipſis quoque bona eſſent, & eligere ea quę ſibiipſis bona ſunt.

Quia

Quia iniuſtum pluris vſurpatorem eſſe dixerat, circa nō omnia bona eum eiuſmodi eſſe oſtendit. neque enim is ant medico medicinæ peritior, aut oratore facundior, aut muſico in ea arte præſtantior euadere ſtudebit, atque in his quoque rebus plus volet vſurpare, ſed circa illa tantum bona verſatur, quæ ſunt ſimpliciter, ideſt ſuapte natura quidem bona, prauis tamen & improbis non bona euadunt. Simpliciter bona autem ſunt ſanitas, diuitiæ pulchritudo, nobilitas, principatus, quę ſua natura bona cum ſint malis ſunt mala: quippe cum in probis contraria his.i. deformitas, morbus, paupertas, & ſimilia longe meliora ſint atque vtiliora. Poſteaquam autem pluris vſurpatorem circa ea uerſari dixit, quæ ſunt abſolute bona, quænam hæc ſint ſubiungit, ea eſſe inquiens ſimpliciter bona quæ optare à diis homines ſolent: optare autem eos ut valeant, & cętera huiuſmodi. hæc igitur eſſe abſolute bona. ſed quia in hoc plerunque homines peccant, dum ſibi hæc precantur atque optant, quæ quandoque mala ipſis efficiuntur, iccirco errorem hunc corrigens, non optandum eſſe, inquit vt hæc conſequamur, ſed illud à diis precandum, ut bona hæc nobis bene uertant, ideſt ſi ſani, ſi diuites, ſi pulchri fuerimus, ut ſanitas, diuitiæ, pulchritudo felices nobis fauſtæque ſint, neque in detrimentum, aut dedecus aliquod noſtrum euadant.

Quanquam iniuſtus non ſemper plus, ſed in iis quæ ſimpliciter mala ſunt, minus etiam eligit. ſed quia minus de malis eſſe quodam modo bonum videtur, in bonis autem eſt pluris vſurpatio: propterea pluris eſſe uſurpator uidetur. eſt itē iniquus: hoc enim continet, & commune eſt: nec non illegitimus: legum enim tranſgreſſio, id eſt iniquitas omnem iniuſtitiam continet, eſtque omni iniuſtitiæ communis.

Cum pluris uſurpator dicatur qui ex bonis plus habet, iniuſtus uero in malis minus habere ſemper conetur, ut dictum eſt, quia tamen minus de malis comparatum ad maius rationem boni obtinet, in eligendis etiam minoribus malis iniuſtus pluris eſſe uſurpator dicetur. Quod vero inquit, hoc enim continet & commune eſt, perinde eſt ac ſi dicat: hoc autem iniquum ad plus & minus commune eſt, & utrunque in ſe continet & complectitur.

Quoniam autem illegitimus iniuſtus, legitimus vero iuſtus eſt: omnia legitima eſſe quodam modo iuſta perſpicuum eſt. nam quæ ſunt à legum latrice facultate definita, ea legitima ſunt: quorum ſingula iuſta eſſe affirmamus. leges autem de omnibus præſcribunt, ea ſpectantes quę vel communiter omnibus conferunt, vel optimis quibuſque, vel principalibus qui ſcilicet aut virtute, aut tali aliquo modo huiuſmodi fuerint: atque ita vno quidem modo ea iuſta dicimus, quæ felicitatem eiusque partes ciuili ſocietati & efficiunt, & conſeruant. Quin etiam lex præcipit & id quod fortis viri opus eſt, ut non deſerere ordines, non fugere, non abiicere arma; & id quod eſt temperantis, vt non committere adulterium non contumelioſe ſe gerere: & id quod eſt manſueti, vt non verberare, non maledicere. ſimili modo quoque ſecundū alias virtutes et uitia alia iubet, alia prohibet. ac recta quidem lex eſt, quę recte, mala quæ tumultuarie poſita eſt.

Cum oſtēderit iniuſtum eſſe iniquum, & iuſtum ęquū ad probādam differentiam iuſti quatenus eſt & legitimus & æquus, progreditur, quisque ſit iuſtus legitimus, declarat: ſumit enim id quòd legitimus videlicet ſit, ex eo quòd iniuſtus eſt illegitimus. ſi igitur legitimus eſt iuſtus, patet legitima omnia quoq; eſſe iuſta: additur autem particula ea, quodam modo, propterea quòd non ex ea quæ proprie dicitur iuſtitia, legitima omnia ſunt iuſta, ſed ex ea quæ communis eſt, & uniuerſalis. nam quatenus quis legibus obtemperans ea agit, eatenus & qui agit eſt iuſtus, & iuſta ſunt quæ aguntur, per ſe autem non ſunt iuſta, ſed uel temperantia, uel fortia, uel manſueta, uel cuiuſcunq; alterius uirtutis; leges enim de omnibus quæ ad virtutes ſpectant, ſolent præſcribere eius habita ratione, ut

A præſentis ſtatus ciuitatis felicitati ac ſaluti conſulat. In populari enim ſtatu communem omnium utilitatē ſpectat, in optimatum adminiſtratione id quod optimis quibuſque conducit, in re pub ica ſeu cenſu facta adminiſtratione, & cæteris omnibus, quod confert iis qui principatum obtinent. Moralis ſiquidem & ciuilis uirtus cum de uirtutibus utræque tractent, ſolo ſcopo ac fine inter ſe differūt, moralis enim rationes omnes ſuas eo dirigit, ut ſingulos quoſque uirtutibus inſtruendo excolat, ac componat, ciuilis, ut ciuitatem totam regat, quod facere ſine uirtutibus, earumque operationibus nullo modo poteſt. qui igitur his obtemperat, legitimus eſt & iuſtus. quare quod legitimum eſt, eſt iuſtum, Quin etiam omnia quæ ſecundum uirtutem ſunt, felicitatis, partiumque eius effectricia
B ſunt, & conſeruatricia, partes autem felicitatis ſunt virtutes, earumque operationes, quibus cōſtat felicitas, iuſtum igitur felicitatem, parteſque eius & facit, & conſeruat, ſed fortaſſe felicitatis partes non uirtutes ſolas appellat, ſed omnia & animi, & corporis, & externa etiam bona, ex quibus omnibus Ariſtoteles conſtitui ciuilem felicitatem uult. nam contemplatiuam ex his minime conſtare, in decimo huius operis libro poſtea cognoſcemus. Cum dixiſſet igitur vno modo dici iuſta ea quę felicitatem & partes eius efficiunt, ut ſignificaret non de omni id felicitate intelligi debere, adiunxit, communitati & ſocietati ciuili. legumlatores enim, cum de iis quæ ad uirtutes pertinent leges ſanciant, non id ſpectat in ea re, ut de uirtutibus ſimpliciter atque abſolute conſiderent, & quę ſit uniuſcuiuſ-
C que ipſarum natura & eſſentia tradant, ſed ut communi ciuium utilitati conſulant. ad hanc enim ciuilem ſocietatem reſpicientes & exercere uirtutes iubent, & uetant contraria. tumultuarie autem poſitam legem eam appellat.i. ἀπεσχεδιασμένον, quæ non multa cum præmeditatione, & diſquiſitione promulgata fuerit, ſed extempore & inconſulto.

Atque hæc quidem iuſtitia virtus perfecta eſt: non abſolute tamen, ſed ad alterum. vt propterea ſæpe iuſtitia virtutum præſtantiſſima eſſe videatur: & neque heſperus, neque lucifer ſit adeo admirabilis. ad te quod in prouerbium dicimus.

Iuſtitia in ſe virtutes complectitur omnes.

D *ac perfecta quidem maxime eſt, quia perfectæ virtutis eſt vſus: perfecta autem, quia qui eam habet non ſolum ſecum, ſed cum altero etiam virtute vti poteſt.*

Virtus perfecta tribus modis dicitur: nam & fortitudo ſola moralis perfecta uirtus uocatur, quæ cum prudentia & recta ratione maxima pericula in bellis ſuſtinet, atque id, quo à fortitudine naturali diſtinguatur, qua Achilles dicebatur fortis. Perfecta item uirtus omnium uirtutum collectio dicitur: quæ & ſimpliciter uirtus, & tantum uirtus perfecta nuncupatur. Tertio modo perfecta uirtus hæc quoque appellari conſueuit, quæ circa legitima uerſatur, de qua nunc ſermo eſt: quæ quidem eadem eſſe cum priore uideatur ideſt ea quæ ex
E omnium collectione conſtatur, ut ipſe etiam procedendo declarabit. id tamen intereſt, quòd illa ut animæ habitus abſolute conſideratur, hæc quæ iuſtitia dicitur, ad alterum ſpectat. nam omnium uirtutum operatio cum ad ſocietatis ciuilis ſalutem dirigitur, ea eſt iuſtitia, quæ nunc dicitur perfecta uirtus, non abſolute quidem, ſed ad alterum, ut uidelicet perduret ciuilis adminiſtratio, ac conſeruetur. Itaque patet & uirtutem uniuerſalem, & iuſtitiam uniuerſalem eſſentia & ſubiecto eaſdem eſſe, differre autem quadam ex parte. Cum enim, ſicut dictum eſt, ut animi habitus conſideratur, uirtus tantum cum ut conſeruatrix ciuilis ſocietatis, iuſtitia dicitur. quanquam in eo quoque non paruum eſt diſcrimen, quòd iuſtitia quoque eſſe perfectior uidetur quam uirtus abſolute, qui enim ea fuerit præditus, nō tantum ſecū, ſed

cum alijs etiam vti virtute recte ac iuſte poterit. Quia igitur ad alterum ſpectat hæc virtus, ad conſtituendamque & conſeruandam ciuilem adminiſtrationem, iccirco præſtantiſsima eſſe omnium atque optima hic ab Ariſtotele dicitur, ipſaque Veneris ſtella, quæ pulcherrima eſt, admirabilior. Lucifer autem ſtellæ huius matutina apparitio vocatur, cum ante ſolis ortum emergit, ac lucem affert, ideſt aduentantem ſolis lucem indicat: Heſperus ſeu veſper, cum poſt ſolis occaſum emicare conſpicitur, non ita inquit, admiratione digna eſſe Venus videtur quamuis ſit clariſsima cum vel matutina, vel veſpertina fulgens apparet, vt eſt iuſtitia hæc, ad cuius rei confirmationem prouerbialem verſum adducit,

Iuſtitia in ſe virtutes complectitur omnes;

hoc eſt, malum omne procul à iuſtitia abeſt. eſt autem hic verſus Theognidis, vt Teophraſtus refert in primo de moribus: in primo tamen moralium libro hunc eundem Phocillidi videtur attribuere. neque mirum eſſe debet: poteſt enim fieri, vt apud vtrunque auctorem reperiatur.

Multi enim ſunt, qui in priuatis rebus virtute vti poſſunt: in cæteris quæ ad alium ſpectant, non poſſunt, vnde recte illud Biantis dictum videtur: principatus uirum oſtendet: quippe cum ad alterum iam, & in ſocietate princeps uerſetur. Ob id quoque ipſum iuſtitia ſola ex omnibus virtutibus eſſe alienum bonum videtur, quia ad alterum ſpectat: agit enim ea, quæ alteri conducunt, aut principi, aut reipublicæ.

In contemplatiuis ſcientijs quarum finis in cognitione conſiſtit, eadem eſt rerum cognitio, ſiue in ſe res ipſæ, ſiue ad alia reſpiciendo conſiderentur: in virtutibus autem ac demum facultate, non ita eſt: non enim ſatis eſt in his quid agendum ſit, & quid non agendum, cognoſcere, ſed illud etiam addi debet, vt per quæ, & quo modo agatur quidque, exploratum habeamus: quorum cognitio ab experientia videlicet petẽda eſt. Quocirca oportet, vt ſiquis ciuilis futurus eſt, in multis ac varijs negociis verſatus ſit, ſitque multa expertus, non ſecus ac ſi vel gubernator, vel medicus effici velit, ad quas artes conſequendas præter vniuerſales rationes, quæ per ſe ſolæ non ſufficiunt, ſingularum quoque rerum peritia accedat, neceſſe eſt. Iccirco fit, vt multi in priuatis quidem rebus ciuili ſocietate vti poſsint, verbi cauſa cum vxoribus, cum liberis, cum fratribus, atque huiuſmodi domeſticis, cum alijs vero externis nequeant propterea quòd negociorum & cõmerciorum peritia non callent. Indiget igitur ciuilis vltra rationes vniuerſales negociorum quoque experientia vt medicus, vt imperator, vt gubernator, & reliqui quorũ in adminiſtratione, tractationeque rerum opus verſatur. Atque ideo virtute vti ad alios in ſocietate, quam ſecum, longe eſt difficilius, quod Biantis etiam teſtimonio comprobat, qui principatum virum prodere dicebat, princeps enim aliquorum eſt princeps, iccirco ad alios ſpectat, in ſocietateque & communitate principatus conſiſtit, in qua difficilior virtutum operatio eſt. Ob id quoque ipſum, ideſt propterea quòd iuſtitia cum aliis exercetur, atque ad alios ſpectat, non eſſe eius bonum videtur qui eo habitu eſt præditus, ſed eorum ad quorum vtilitatem & commodum omnia agit, principum ſcilicet, ſi vel regnũ ſit, vel optimatum principatus, ſi populus adminiſtret, rei publicæ.

Peſſimus igitur eſt, qui & ſecum & cum alijs prauitate vtitur: optimus autem non qui ſecum, ſed qui cum alijs virtutem exercet: quippe cum id difficile admodum ſit. Itaq; neque hæc iuſtitia pars virtutis, ſed integra virtus eſt: neque huic oppoſita iniuſtitia pars vitij, ſed integra eſt vitioſitas quid vero virtus & iuſtitia hæc differat, ex ijs quæ diximus iam patet. vtraque enim eadem eſt: eſſe tamen vtrarumque A *non eſt idem. nam quatenus ad alterum ſpectat, iuſtitia: quatenus talis quidem eſt habitus, virtus ſimpliciter eſt.*

Nõ quemadmodum, inquit, peſsimus eſt, qui & ſecũ & cũ ſociis & amicis prauitate & vitio vtitur, ita quoq; qui & ſecum & cum aliis vtitur virtute, eſt optimus: nam qui cum aliis virtutem exercet, ſecum etiã quodã modo id facit. Quocirca eſt optimus, nõ qui ſecũ, ſed qui in aliorum ſocietate, qualeſcunq; illi fuerint, uirtute vti põt. hoc autẽ inquit, vt hanc iuſtitiam virtutẽ eſſe perfectã oſtendat. ſiquidẽ ille eſt optimus, qui virtute ad alios vtitur, quod iuſtitiæ proprium eſt. Poſtea ſubiungit hanc iuſtitiã quæ in legitimis verſatur, non partem eſſe uirtutis, vt fortitudo, vt temperantia, ſed eſſe integram. i. totam & uniuerſam uirtutem hoc eſt non eſſe vnam ſed omnes, neque partem B ſed totum. Quemadmodum uero cõtẽplatiuus & actiuus intellectus ſubſtantia cum unus & idem ſit, operationib. eſt duplex, nam cum ea quæ ſemper eodem modo permanent, neceſſarioque ſunt, contemplatur, contemplatiuus, cum ea quæ in actionem cadunt, & aliter atque aliter euenire poſſunt, conſiderat, conſultatque ut quam optime ſuccedant, actiuus nuncupatur ſicut etiam ille idem cum ea perſcrutatur, quæ per ſe inſunt diſcretæ quantitati, numerarius ideſt arithmeticus dicitur, cum circa cõtinuam quantitatem vertitur, terrimenſorius, hoc eſt geometricus appellatur: ſimili modo & uirtus uniuerſalis & iuſtitia hæc uniuerſalis ſubiecto quidem & re unum ſunt, ſed ratione differunt, ſi enim ut abſolute animi habitus optimus conſideretur, nihilque aliud inſuper, uirtus tantum- C modo, ſi autem non ut habitus ſolum, ſed uſus quoque cum aliis, iuſtitia dicitur.

Quid iuſtitia particularis, & quotuplex. Cap. II.

QVærimus autem eam quæ in parte virtutis iuſtitia eſt: eſt enim quædam vt dicimus. ſimili modo & de iniuſtitia ea quærimus, quæ locum partis obtinet quã quòd ſit, illud eſt argumentum, quòd qui aliqua alia prauitate operatur, licet iniuſte agat, nihil tamen amplius vſurpat eiuſmodi exempli cauſa eſt, qui aut abijcit ſcutum ob ignauiam, aut aliquem ob acerbitatem maledictis inſectatur, aut ob auaritiam pecunijs non iuuat. Quando autem plus vſurpat aliquis, ſæpe id nullo ex talibus vitijs, at neque vniuer- D *ſis, ſed prauitate tamen quadam agit, cum vituperetur, atq; iniuſtitia. Eſt igitur alia quædam iniuſtitia, quæ tãquam pars eſt integræ illius & vniuerſalis, item iniuria quædam, quæ in parte conſiſtit illius iniuriæ vniuerſalis quæ præter legem eſt.*

Cum alia ſit iuſtitia diuerſa ab uniuerſali uirtute, uniuerſalique iuſtitia, quæ in ordinem fortitudinis, temperantiæ, & prudentiæ redigitur, particularisque eſt, de qua in hoc libro habenda eſt diſputatio, & ſimiliter iniuſtitia diuerſa ab iniuſtitia uniuerſali, prius oſtendere uult eam eſſe, deinde quænam ea ſit, explicabit. inter quæſita enim prius eſt an ſit aliquid, quam quid ſit, vt in ſecundo poſteriorum reſolutoriorũ didicimus. Prius igitur incipiẽs ab E iniuſtitia utpote notiore, reperiri quandam iniuſtitiam, demonſtrat particularem à communi iniuſtitia & uniuerſali diuerſam, quæ particulari iuſtitiæ de qua quæſtio eſt opponatur. ſciendum autem uniuerſalem iuſtitiam, uniuerſalemque iuſtum eum appellari qui omnia quæ legibus ſunt inſtituta obſeruat, atque agit uniuerſalem autem iniuſtitiam, vniuerſalemq; iniuſtum eum, qui eſt illegitimus, vitamque traducit præceptis legum minime obediẽtem. ſi igitur demonſtratum fuerit eſſe alium iniuſtum præter illegitimum, perſpicuum erit eſſe etiam alium iuſtum particularem, præter uniuerſalem, qui quidem uniuerſalis iuſtus, ut dictum eſt, iuſtus legitimus dicitur. Eſſe autẽ ſub cõmuni iniuſtitia quæ eſt legũ tranſgreſsio, aliã quandam iniuſtitiam in pluris uſurpatione cõſiſtentẽ, quæ diuerſa eſt ab vniuerſali, ſub ipſaq; eſt, ipſiusq; nomine eq

uoce

uoce in iuſtitia nuncupatur in hunc modum comprobat. quia alia aliqua prauitate operantur, non dicuntur pluris vſurpatores, ſed iniuſti, & illegitimi: neque enim qui abiecit ſcutum in bello, plus vſurpat quippiam, & tamen ob ignauiam id fecit, iniuſteque egit, & præter leges: neq; qui conuiciis inceſsit aliquem, licet etiam ipſe contumelioſe ob inſolentiam id agat præter legum mendata: neque qui indigenti ac petenti opem non tulerit, quamuis ob auaritiam & illiberalitatem ita ſe gerat. Si igitur omnes iſti atque huiuſmodi alii illegitimi, & iniuſti, non pluris vſurpatores dicuntur: ſequitur vt & pluris vſurpator ab his ſit diuerſus, & pluris vſurpatio ab iniuſtitia vniuerſali quędã alia ſit. quemadmodum autem vnuſquiſque ex illis non ob pluris vſurpationem ea agit quę agit, ſed vel ob ignauiã vel ob auaritiam vel ob acerbitatem: ita neque pluris vſurpator aut ob aliquod ex ante dictis vitiis, aut ob omnia ſimul iniuſte ſe gerit, ſed ob ſolam pluris uſurpationem: quæ quidem pluris uſurpatio neque eſt ignauia, neq; auaritia, neque ira, neque demum quippiam aliud ex iis, quibus illegitimus effingitur. Quare pluris uſurpator ea quæ agit, ex vitio quodam alio agit, atque vſurpat. illos enim uituperamus ignauos appellando, aut illiberales, aut inſolentes & iracundos, hunc autem prauum & pluris uſurpatorem, illos item committere iniuſtitiam, hunc in pluris uſurpatione peccare dicimus: illi igitur ex iniuſtitia uniuerſali iniuſti, hic ex particulari iniuſtus & eſt & dicit. Atque hæc iuſtitia, id eſt pluris uſurpatio uniuerſali iniuſtitiæ non ſecus ſubiicitur, atque ignauia, & intemperantia, & audacia, communique uniuerſalis iniuſtitiæ nomine æquiuoce iniuſtitia appellatur. latet tamen æquiuocatio ob id, quia ut ſpecies generi ſuppoſita eſt. At uero neque id obſcurum eſt, pluris uſurpationem non ex omnibus uitiis conſtari, nam ſi pluris uſurpator ex omnibus ſimul uitiis iniuſte ageret, ex communi iniuſtitia operaretur, communis enim iniuſtitia nihil aliud eſt, quam uniuerſa uitioſitas, ſi uero ex communi iniuſtitia operaretur, eandem eſſe pluris uſurpationem cum communi iniuſtitia neceſſe eſſet, de omnibusque aliis, quemadmodum communis iniuſtitia denuncuparetur, diceretur que unuſquiſque qui alio quolibet uitio peccat, pluris uſurpator, ſicut iniuſtus dicitur. at non dicitur pluris uſurpator quiſpiam ex illis, ſed iniuſtus tantum, quare efficitur, ut non ex omnibus ſimul uitiis pluris uſurpator agat. Si autem hoc ita eſt, eſſe profecto etiam alium iniuſtum conſtat, aliamque iniuſtitiam, quæ tanquam partes & ſpecies & iniuſti & iniuſtitię uniuerſalis ſint.

Adde quòd ſi alius lucrandi cauſa adulterium committat pecuniaſque accipiat, alius ſuis uas, damnoque afficiatur ob cupiditatem: hic intemperans magis eſſe videbitur quam pluris vſurpator, ille iniuſtus, & non intemperans. perſpicuum ſcilicet, propterea quòd lucrandi cauſa id facit.

His etiam idem probat, pluris uſurpationem uidelicet iniuſtitiam quandam eſſe, quæ à communi & uniuerſali diuerſa ſit. Duos adulteros ſumit: alterum qui non ob intemperantiam propriam adulterium committit, ſed ob pecunias, quas à muliere intemperante quacum conſueſcit, lucratur, atque accipit: alterum qui ob libidinem idem flagitium patrat, atque ideo ut adultera potiatur, opes inſuper effundere, detrimentoque affici nõ ueretur: atque aſſerit illum qui ſumptum facit ac iacturam ut uoluptatibus fruatur, intemperantem & illegitimum dici, non pluris uſurpatorem: hunc uero qui ex adulterio accipit, non intemperantem, ſed pluris uſurpatorem, eo quòd lucratur, non enim libidinis & intemperantię cauſa, ſed pecuniarum auiditate illegitime concumbit. Ex quo efficitur, ut alius ſit ac diuerſus iniuſtus, qui lucratur pluſque uſurpat, & alius qui nulla lucrandi cupiditate, ſed ex uitio proprio aliquo iniuſte ſe gerit. Quod ſi ita eſt duas quoque eſſe iniuſtitias neceſſe eſt, pluris uſurpationem, & communem illam, ſub quacum reliqua omnia

A uitia, tum ex intemperantia commiſſum adulterium collocatur. Nam nullum ex iis qui aut clypeum abiicit, aut alicui contumeliam infert, aut cum damno & ſumptu adulterium committit, plus quippiam uſurpare, ſed tantum pręter leges agere, & iniuſte illa communi & uniuerſali iniuſtitia, nemo eſt qui neſciat. quid enim lucri ex ſcuti abiectione, aut maledicentia quiſpiam conſequitur aut ex adulterio, cum ob id ſuis ſe ipſe bonis etiam priuare non uereatur? alius igitur eſt iniuſtus ille uniuerſalis, alius, qui plus uſurpat, & lucratur.

Præterea alia omnia iniuſte facta ad quandam prauitatem ſemper referuntur: ut ſi adulteratus ſit aliquis, ad intemperantiam: ſi aſtitem in acie deſeruerit, ad ignauiam, ſi verberauerit, ad iram. at ſi lucratus eſt quiſpiam, ad nullum
B *aliud vitium redigi id, quam ad iniuſtitiam poteſt. Quare perſpicuum eſt eſſe iniuſtitiam quandam ab illa integra & vniuerſali iniuſtitia diuerſam, quæ locum partis obtineat, atque vniuoca ſit: eo quòd in eodem genere eſt definitio. vtriuſque enim vis in eo conſiſtit, vt ad alterum ſpectent: ſed hæc tamen circa honorem, aut pecunias, aut ſalutem, aut ſi cuncta nomine vno poſſent comprehendi, circa ea omnia verſatur, ob voluptatem, quæ è lucro conſequitur: illa autem circa vniuerſa, circa quæ etiam probus vir munus ſuum exercet.*

Quod inquit huiuſmodi eſt. ſi prauitates & vitia omnia præter commune iniuſtitię nomen, ſub propriam etiam
C quandam uitiorum ſpeciem reducuntur, ut adulterium ſub intemperantiam, armorum abiectio ſub ignauiam, contumelia ſub acerbitatem & iram, & reliqua ſimiliter, appellaturque adulter intemperans & iniuſtus, deſertor ſtationis ignauus & iniuſtus, ſi omnia inquam cętera ita dicuntur, pluris uero vſurpator communi tantum iniuſtitiæ nomine uocatur, eſſe aliam particularem iniuſtitiam manifeſtum eſt, quę & ignauię & intemperantiæ reſpondeat, ſub quam pluris uſurpator reducatur, quę rationem eam habeat, ut ſicut adulter ad intemperantiam, ita pluris uſurpator ad particularem iniuſtitiam, & ſicut intemperantia ad iniuſtitiam, ita particularis iniuſtitia ad communem iniuſtitiam referatur. Conſtat igitur eſſe aliam
D quandam iniuſtitiam tanquam partem quę cum illa cõmuni & uniuerſali uniuoce dicatur. ſolet enim appellare Ariſtoteles uniuoca ea quoque quę ab vno vel ad vnum dicuntur, quæ, vt in tertio ſupranaturalium libro dictum eſt, quę μετὰ τὰ φυσικὰ, ideſt poſt naturalia inſcripſit, inter vniuoca & æquiuoca propriè media interiecta ſunt. Aduertendum autem Ariſtotelem cum à principio huius libri ad hunc uſque locum particulare hoc uitium cum uniuerſali uitioſitate, ideſt particularem hanc iniuſtitiam cum uniuerſali iniuſtitia ęquiuocam eſſe ſemper dixiſſet, quia tamen re uera ita non eſt, ſed inter uniuoca & ęquiuoca medium, ut dixi, locum obtinet, nunc econtrario uniuocam appellare, non ut ſibi quidem ipſe repugnet, & contra dicat, ſed vt oſtendat non ſimpliciter ſe atque abſolute, ſed quodam modo ęquiuocas has iniu-
E ſtitias appellaſſe, ita ſcilicet, ut quę ab uno & ad unum dicuntur, quæ, vt in ſupranaturalibus demonſtratum eſt, cum media ſint, alio modo uniuoce, alio æquiuoce dici uidentur. quatenus enim ipſarum definitio, ut inquit, in eodem genere eſt, eatenus ſunt uniuocę. Quo modo autem in eodem ſit genere, quodque id genus ſit declarat, cum inquit, utraſque ideſt & pluris uſurpationem quæ particularis iniuſtitia dicitur, & uniuerſalem communemq; iniuſtitiam in eo conſiſtere, ut ad alterum ſpectent. utræque enim iniuſtitiæ in eo eſſentiam ſuam habent, quòd in ſocietate cum aliis uerſando iniuſtę ſe gerunt & peccant: in hoc igitur ſunt uniuocæ. quatenus uero circa diuerſa utræque verſantur, eatenus æquiuocæ ſunt: particularis enim iniuſtitia quæ

ex pluris vſurpatione efficitur, circa honores & pecunias A verſatur.i. fortunæ bona, in quibus ob voluptatem quæ à lucro prouenit, pluris vſurpatio exiſtit, vniuerſalis autem circa ea omnia, circa quæ probus & legitimus. Poſſunt tamen nõ ſolum ob hoc dici vniuocæ, quòd in eodem ſunt genere, ſed ob id quoque quòd vtrarunque eadem eſt ratio, & communis, quippe cum vtręque actiui habitus ſint licet poſtea hæc ea agat quæ ad turpia tantum lucra pertinent, illa vniuerſa ea, quorum contraria probus vir & legitimus operatur. At vero cum dixerit pluris vſurpationem circa honorem & pecunias verſari: ſtudet enim id ſemper pluris vſurpator, vt plus ex omnibus, vel totum etiam ſibi præripiat & circunſcribat, infert, vel circa ſalutem, omne id ſalutem appellans quod nos conſeruat, & ad viuendum B aut bene viuendum cõducit. propterea autem quòd multa & varia ſpecie ea ſunt, circa quę pluris auiditas verſatur quæ vno nomine comprehendi nequerent, ſubiungit, aut ſi cuncta nomine vno poſſent comprehendi, perinde ac ſi ita diceret, ſi vno nomine complecti ea poſſem, circa quæ pluris vſurpatio verſatur, non dixiſſem eam circa honorẽ verſari, & pecunias, & ſalutem, ſed circa hoc pluris vſurpatoris, circa illud iniuſti illius vniuerſalis eſſe munus aſſeruiſſem: quia vero commune nomen nullum cunctis his rebus poſitum eſt, neceſſe fuit vt ea pluribus ſigillatim referrem. Poſteaquam igitur ita oſtendit, quandam eſſe particularem iniuſtitiam diuerſam ab vniuerſali, quaſi eadem demonſtratione eſſe etiam aliam iuſtitiam particularem C præter vniuerſalem probarit: dictum enim eſt, ſi alterum ex contrarijs pluribus modis dicatur, alterum quoque ſimiliter vt plurimum dici: ratıonem concludens in hunc modum ſubdit:

Eſſe igitur iuſtitias plures, atque ex his vnam quandam quæ diuerſa à tota & integra virtute ſit, iam patet, quæ autem ea ſit, & qualis ſtatuendum eſt. Definitum iam fuit iniurium id eſſe quod & illegitimum, & iniquum eſſet, ius vero quod & legitimum & æquum. ex illegitimo vero iniuſtitia prior illa de qua diximus, exiſtit.

Iuſtitia enim quæ in æquo ſeu æquali conſiſtit, diuerſa ab ea eſt quæ eſt ex legitimo, vniuerſaliusque eſt: quæ autẽ D hæc ſit genere uidelicet, & qualis ſpecie ſtatuendum. eſt enim genere æquitas ſeu æqualitas, nam cum iniuſtum ſit & quod illegitimum, & quod iniquum eſt, iuſtũ quod legitimum & æquum, ex illegitimo prior illa ideſt vniuerſalis iniuſtitia exiſtit, ex iniquo particularis: ſimili modo quoque ex legitimo vniuerſa iuſtitia, ex æquo altera emergit, quæ partis uicem obtinet, de qua præſens inſtituta diſputatio eſt.

At quia iniquum & illegitimum non eſt idem, ſed diuerſa ita ſunt, vt pars & totum: omne enim iniquum eſt illegitimum, non omne aũt illegitimum eſt iniquum: & plus omne eſt iniquum, non autem contrà iniquum omne plus eſt: efficitur, vt iniuria quoque & iniuſtitia non eadem, ſed diuerſa E *ab illis ſint: atque hęc vt partes, illa vt tota habeantur. hæc enim iniuſtitia vniuerſæ illius iniuſtitia pars eſt, & iuſtitia iuſtitiæ ſimiliter. Quare etiam de iuſtitia particulari, & particulari iniuſtitia, de iure item & iniuria dicendum eſt. ea igitur quæ ex tota virtute conſtituta eſt iuſtitia, & iniuſtitia, quarum altera totius virtutis, altera totius vitioſitatis vſus ad alterum eſt, omittatur: ius quoque & iniuria, quę ex his dependent, quo modo definiẽda ſint, manifeſtũ eſt.*

Licet hæc Ariſtotelis lectio ſanctior alijs videatur, quia tamen duæ aliç habere explanationem reperiuntur, eos ſubiungendas eſſe iudicauimus. vna hęc eſt:

Quoniam autem iniquum & plus non eſt idem, ſed diuerſa ita ſunt, vt pars & totum: omne enim iniquum eſt illegitimum, non autem omne illegitimum eſt iniquum: & plus omne eſt iniquum, non autem contra iniquum omne plus eſt: efficitur vt iniuria quoque & iniuſtitia &c.

A *Huius lectionis explanationem ex paraphraſi quodam ita interpretamur.*

Poſtquam iniuſtitiã uniuerſam ex illegitimo dixit exiſtere, ex iniquo inuenire uult particularem. & prius oſtendit iniquum quam plus eſſe uniuerſalius. omne enim plus eſt iniquum, non autem econtrario omne iniquum eſt plus, nam minus etiam iniquum eſt: præterea omne iniquum eſt illegitimum, quippe cum lex regula quædam ſit atque æqualitas: non autem omne illegitimum eſt iniquũ non enim omnis lex in diſtributionibus uerſatur & commercijs in quibus æquum & iniquum locum habet, ſed multa alia complectuntur leges in quibus nulla æqualitas ſpectatur aut inæqualitas, iccirco non omne illegitimum B eſt iniquum, ſed omne iniquum eſt illegitimum. Quare iniuria quoque & iniuſtitia non eadem ſed diuerſa ab illis erit &c.

Altera lectio eſt, quam agnoſcere hic videtur, & explanat Epheſius, in hunc modum.

Quoniam autem iniquum & plus non eſt idem, ſed diuerſa ita ſunt vt pars & totum, omne enim plus eſt iniquum, nõ omne autem iniquum plus eſt: efficitur, vt iniuria quoque & iniuſtitia &c.

Differentiam particularis iniuſtitiæ, & uniuerſalis, particularis item iuſtitię, & vniuerſalis ex proportione quadã declarat, non ſecus ac ſi ita diceret, quam rationem habet C plus ad iniquum, eãdem habet particularis iuſtitia ad uniuerſalem, utraque enim.i. tam particularis iuſtitia, quam plus, illa in uniuerſali iuſtitia, plus in iniquo, ut partes in totis continentur, plus autem eſſe partem iniqui.i. inæqualis, hoc modo demonſtrat, plus enim omne eſt inæquale, ut homo hominis, non tamen econtrario omne inæquale eſt plus, ſicut neque omne animal homo eſt, quippe cum iniquum etiam minus ſit, tãque de minori, quam de pluri etiam denuncupetur. Poſteaquam autem plus omne eſſe iniquum oſtendit, & econtrario, minus enim, ſicut dictum eſt, et ſub iniquo continetur, non tantum plus, ſubiungit, & iniuria quoque & iniuſtitia non eadem, ideſt, & particularis quoque iniuria, & ius particulare, particu- D larisque iniuſtitia & iuſtitia non eadem cum illis, hoc eſt totis ſunt, ſed ita ab illis ſunt diuerſa, ut pars à toto. Quæ ſequuntur, patent: ſæpe enim de ipſis dictum iam eſt.

Pleraque enim legitima ea ferè ſunt, quæ ex integra ac tota virtute præcipiuntur, nam lex ſecundum vnamquanq; virtutem viuere iubet, ſecundum vnumquodque vitium prohibet. effectricia autem totius virtutis ea ſunt legitima, quæ legibus ad publicam inſtitutionem ſancita ſunt.

Hæc inquit, ut iuſtitiam quæ in legitimo conſiſtit, eſſe omnium uirtutum uſum in ſocietate & commerciis oſtẽdat, atq; ob id uirtutem eſſe totam ac perfectam, lex enim ſecundum unamquamq; uirtutem uiuere iubet, cum & ea quæ ſunt fortitudinis, & ea quę ſunt prudentię, & tem- E perantiæ, ciuibus agenda præcipiat, & quæ ad uitia cõtraria ſpectant, prohibeat. Quia autem dixit, pleraque ferè ex legitimis eſſe huiuſmodi, ideſt ex tota uirtute pręcipi, cur dixerit, ferè, cauſam ſubiungit, cum inquit, ea totam uirtutem efficere, quæ circa publicam inſtitutionem uerſantur. ſunt enim nonnulla legitima quæ non quo modo uiuendum ſit, pręſcribunt, ſed qua rõne boni ac probi & virtute præditi ciues efficiantur, prudẽs ſiquidem legum lator non de iis ſolummodo leges inſtituit, quibus qui eadẽ ciuitate utuntur, traducere vitam poſsint, vt de ædificatoribus, de textoribus, de aliis artificibus, quorum opificia ſunt ad uitam vniuſcuiuſque neceſſaria, adde etiã de agricolis, de militibus, de mercatoribus, atq; huiuſmodi aliis, quorum opera & commerciis ciuitates conſtant, non hęc inquam ſolũ legũ lator ſancit, ſed alia etiã, atq; illa in primis quæ ad ciuilẽ diſciplinã pertinẽt: quib. ſcilicet obtemperans bonus, & legitimus ciuis unuſquiſq; euaſurus ſit, q̃ ſunt integræ & perfectæ uirtutis effectricia. nam priuata

quoque

quoque inſtitutione ita ciues erudit, vt ad communitatē reſpiciat: quippe cum eos qui boni ciues futuri ſunt, illis moribus, ijsque diſciplinis imbuendos procuret, quæ cōmunitati, præſentique ciuitatis conſtitutioni conueniunt quæ vero bonos ciues reddunt, eadem & vniuerſam virtutem. i. vniuerſam iuſtitiam efficiunt.

Quæ vero ad ſingulorum inſtitutionem ſpectant, qua abſolute vir bonus euadit, ciuilis ne ſit facultatis an alterius, poſtea definiemus. non enim idem fortaſſe eſt virum aliquē, & ciuem omnem eſſe bonum.

Vtrum quæ ad ſingulorum inſtitutionem ſpectant, ideſt vtrum diſciplina quæ vnumquenque virum bonū efficit, ciuilis facultatis ſit, an alterius, ideſt moralis, poſtea definiemus, moralis enim ſingulos quoſque, ciuilis omnes ciues bonos reddit. non enim qui bonus eſt vir, continuo etiam bonus ciuis eſſe exiſtimandus eſt. nam in bonis, beneque inſtitutis ciuitatibus qui bonus eſt vir, bonus etiā poſſe eſſe ciuis videtur, in malis, maleque inſtitutis neque bonus vir, eſt bonus ciuis, neque qui in bonis bonus eſt ciuis, bonus vir eſt, quippe cum bonæ, beneque adminiſtratæ ciuitatis ciuis, vir etiam bonus ſit. quia enim non abſolute bonum, ſed ciuem bonum illum dicimus, qui omni ratione conatur ea agere quæ ad ſalutem ciuitatis conducunt, ille profecto qui ſtatui & ſaluti bonæ ciuitatis conſulet, & bonus vir, & bonus ciuis idem erit. qui vero id ſtudebit, vt praue adminiſtrata ciuitas ſalua ſit & perduret, bonus quidem erit ciuis etiam ipſe, bonus autem eſſe vir nullo modo poterit, non enim ſi omnino eſſet bonus, prauam ciuitatem, vitioſamque rempublicam ſeruandam curaret. nemo ſiquidem eſt qui & bona amet, & mala etiam permanere, ac ſalua eſſe velit. Quapropter qui bonus ſimpliciter eſt, is in praua ciuitate ciuis bonus non eſt cum & eam contemnat, & ſecundum eius inſtituta degere nullo modo patiatur. Quod ſi ita eſt, reſtat, vt vnus atque idem non ſemper eſſe & bonus vir, & ciuis bonus poſſit, ſed interdum, cum vſu venit, vt in bene inſtituta ciuitate vitam traducat. Nam hac de cauſa etiam ipſe Ariſtoteles non abſolute dixit non eſſe eundem bonum ciuem, & virum bonum, ſed fortaſſe, dubitandi particulam adiūxit.


Iuſtitiæ igitur particularis, iurisque eius quod ad ipſam attinet, vna ſpecies eſt, quæ in diſtributionibus aut honoris, aut pecuniarum, aut cæterarum rerum conſiſtit, quæ diuidi in eos poſſunt, qui eiuſdem ciuitatis participes ſunt: in his enim euenit, vt alter alteri vel inæquam, vel æquam habere portionem queat: altera, quæ in commercijs hominum emendandis verſatur.

De particulari iuſtitia tractaturus eam in duas diuidit partes, ſiue autem partes hæ, ſiue ſpecies appellandæ ſint, nunc non opus eſt conſiderare, easque vtraſq; quales ſint explicat, cognitis enim partibus ſeu ſpeciebus totum etiā ipſum, ſeu genus manifeſtatur, quippe cum neque totum niſi partes, neque genus niſi ſpecies quippiam aliud ſit. Inquit igitur alteram huius ſpeciem in diſtributione conſiſtere. ea autem quæ aliquibus à iure diſtribuuntur, & diuiduntur, aut honores ſunt, ideſt dignitates, coronationes, ſtatuarum dedicationes, aliaque huiuſmodi, aut pecuniæ in pecuniarum autem appellationem tam nummi, quam agri & vineæ & ædes veniunt, aut quicquid demum in eos diſtribuitur, qui eiuſdem ſunt ciuilis ſocietatis, hoc eſt vel regni, vel optimatum ſtatus, vel popularis, vel cenſu factæ adminiſtrationis participes. in his enim rebus contingit vt aliquis vel plus quam dignus ſit, & minus habeat, quod ad iniuſtitiam pertinet, vel quod pro dignitate eſt & æquū id quod iuſtitiæ eſt. atque hæc quidem vna iuſtitiæ particularis ſpecies eſt, diſtributiuum ſcilicet ius, quod geometrica conſtat proportione. Altera autem eſt emendatiua id quod efficere iudices quotidie videmus, cum in commercijs effectas inæqualitates & iniuſtitias conantur ad æqualitatem redigere: qua in re arithmetica ratio & proportio adhiberi conſueuit. Sed quia duæ hæ ſpecies ex

A proportionibus huiuſmodi exiſtunt, prius quæ nam hæ ſint proportiones, quo modoque inter ſe differant, dicendum eſt: deinde ad verba ipſa Ariſtotelis explicanda deſcendēdū. Arithmetica igitur conuenientia & proportio ea eſt, cum tres, aut plures etiam deinceps ita ponuntur termini, vt differentia qua alter alterum excedit, quantitate quidem. i. æqualitate eadem ſit, ratione tamen & qualitate non eadem, ſed diuerſa, exempli cauſa, ſint termini, octo, ſeptem, & ſex. vel quatuor, tria & duo. in his quanto octauus ſeptimum, tanto etiam ſeptimus ſextum excedit vnitate ſiquidem alter alterum ſuperat. ſimili modo quoque quanto quartus tertio, tāto tertius ſecundo ſuperior eſt, vnitas enim etiam in his differentiam efficit, quæ in æqualitate quantitatis conſiſtit. habent igitur hi numeri

B in differentijs quantitatem æqualem. qualitas vero minime eſt æqualis, vt hinc patebit. Quatuor enim ad tria ſeſquitertiam habent rationem, quippe cum quatuor tria in ſe contineant, & tertiam inſuper eius partem, quæ eſt vnitas. tria vero ad duo ſeſqualtera conſtant proportione nam tria in ſe ſe & duo, & dimidium eius, ideſt vnitatem complectuntur, perſpicuum iam eſſe arbitror horum numerorum differentiam, qua inter ſe diſtant, ſicut quantitate & æqualitate eandem, ita ratione & qualitate eſſe diuerſam, quippe cum alia ſeſquitertia alia ſeſqualtera proportio ſit.

C




D

ſeſquitertia ſeſqualtera

Quod vt clarius eluceſcat, rurſus termini alij conſtituantur octo ſex, & quatuor. in his quoque interualla eiuſdem quantitatis reperiuntur, duo enim ſunt in ſingulis quæ differentiam faciant, octonarius enim ſenarium excedit duobus, ſenarius quaternarium item duobus. at rationis & qualitatis non eadem eſt differentia, cum octonarij ad ſenariū ſit ſeſquitertia, ſenarij ad quaternariū ſeſqualtera.


E




ſeſquitertia ſeſqualtera

Arithmetica igitur ratio eſt, quæ vt in quantitate æqualitatem ſeruat, ſic in qualitate inæqualitatem habet & diſſimilitudinem. Verum cum Ariſtoteles & coniunctæ & diſiunctæ proportionis facturus ſit mentionem, nō erit ab re, ſi quomodo vtræque hæ efficiantur, etiam explicauerimus. Sciendum igitur eam coniunctam appellari conuenientiam, vbi vnus & idem terminus, præceptus & ſuſceptus duobus extremis correſpondet: ideſt bis ſumptus


præcedenti ſubiectus, & ſequenti præpoſitus duas rationes ſubit, ut in expoſitis eiectiſque terminis fit: bis enim idem ſumitur. nam dicimus, quanto quatuor tria excedit, tanto tria duo: ecce tria terminus bis repetitur.




& item, quanto interuallo octonarius ſenarium, tanto ſenarius quaternarium ſuperat: ſenarius bis accipitur. vel etiam ita, quo ſenarius ab octonario, eo quaternarius à ſenario exceditur. B



Ac coniuncta quidem proportio hęc eſt. disiuncta autem, vbi nullus idem terminus duorum vicem ſubit, ſed omnes ſunt ſeparati, ſemelque ſinguli accipiuntur, ſicut, cum dicimus, quo octonarius ſenarium, hoc quaternarius excedit binarium, hic enim ſemel tam ſenarius, quàm quaternarius ſumitur. C




Atque hęc de arithmetica coniunctaque & disiuncta proportione dicta ſufficiant. Geometrica autem proportio proprie proportio & eſt & dicitur, ea eſt cum duo aut plures termini, ita collocantur, ut ſicut primus ad medium aut ſequentem, ita medius aut ſuccedens ad vltimum in qualitate proportione reſpondeat. cum enim qualitate conueniunt, differunt autem quantitate, geometrica proportio nuncupatur. D Ponantur termini, nouem, ſex, quatuor. in his quam rationem primus id eſt nouem, ad ſuccedentem id eſt ad ſex habet, eandem ſecundus ad tertium, hoc eſt ſex ad quatuor habere conſpicitur, tam enim nouem & ſex, quàm ſex & quatuor ſexqualtera proportione inter ſe conueniunt. ac ratio quidem eſt eadem, quantitas vero intercedens, qua alter alterum excedit, non eadem, ſed diuerſa, inter nouem enim & ſex tria, inter ſex & quatuor duo intercedunt.




ſeſqualt. ſeſqualt.

Statuantur item ſexdecem, duodecim, & nouem. ſicut ſexdecim ad duodecim, ita duodecim ad nouem ſeſe habet: ſeſquitertia quippe utrobique ratio paritatem efficit in qualitate. ſexdecim enim duodecim continet & tertiam inſuper eius partem, id eſt quatuor. ſimili modo A duodecim & nouem totum, & tria inſuper complectuntur, quæ tertia eius pars eſt. atque in his quoque qualitatis ratio eadem cum ſit, diuerſa eſt quantitas, qua termini inter ſe diſtinguntur: ſexdecim ſi quidem & duodecim quaternarius, duodecim & nouem ternarius diſterminat.



ſeſquitertia ſeſquitertia

Eſt autem hæc coniuncta proportio. disiuncta vero, ſicut in arithmetica oſtendimus, nihilo minus hic quoque fieri poteſt, ſi hoc modo ſumamus. ſexdecim, octo, quatuor, duo. quam rationem enim ſexdecim ad octo, eandem quatuor ad duo habet, duplam ſcilicet, diuerſa tamen vtrobique quantitatis differentia exiſtit, cum illic octo, hic duo diſtantiam efficiat.



dupla dupla

Sed hæc hactenus, ad reliqua progrediamur.

Cuius duæ ſunt partes. nam ex commercijs alia ſunt ſpontanea, alia inuoluntaria. ſpontanea eiuſmodi ſunt, venditio, emptio, mutuatio, ſponſio, vſura, depoſitio, conductio, atque hæc ſpontanea ea de cauſa dicuntur, quia principium commerciorum horum ſpontaneum eſt. ex inuoluntarijs autem clandeſtina alia ſunt, vt furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, ſeruorum ſeductio, doloſe perpetratum homicidium, falſa teſtificatio: alia violenta, vt flagellatio, vincula, mors, rapina, mutilatio, conuiciatio, contumelia illatio.

Iuſtitię commerciorum emendatricis duæ, inquit, ſunt partes. ex commercijs enim alia ſunt ſpontanea, alia inuoluntaria. cum enim quis vel frumentum vendit, vel vinum E emit, vel pecunias mutuat, vel ſponſionem facit, & cætera huiuſmodi, ſponte omnia hæc contrahit. nam qui mutuat & ſponſorem accipit, in eo immutationem & commercium facit, quòd pro pecuniis accipit ſponſionem; qui item aut bouis ſui vſuram ad dies aliquot ad agri cultionem alicui concedit, pro eoque, uel numos, uel frumentum ipſe accipit, aut equum ad equitandum aliquo conducit, is proculdubio cum alio agit, commerciumque habet. contrahit etiam cum alio qui depoſitum alicui committit, cum pro depoſito probitatem ac fidem hominis apud quem deponit eam rem, quodam modo recipere uideatur. Quando igitur in huiuſcemodi rebus qui emit quippiam, uerbi cauſa, precij partem dederit, reliquum daturum ſe promiſerit, ſed non det tamen, id quod nihil aliud eſt, quàm iniuſte agere tunc emen-

datrice

datrice hac iuſtitia eſt opus . ſimili modoſi depoſitum noli reſtituere, aut vadimonium deſerat, aut demum in cæteris omnibus ea non præſtet, quæ mutuæ conuentionis obligatione tenetur. Ac commercia quidem hæc dicuntur ſpontanea non ob ea quæ poſtea eueniunt, ſed quia à principio ſponte ea facere homines conſueuerunt. Inuoluntaria autem, ſeu inuita ea ſunt quæ, vt in tertio dixit, vel ex ignoratione vel violentia aliqua inſcruntur. ex ignoratione nobis contingunt furta, & alia quę enumerat. Sed quærendum quo modo commercia hæc dicenda ſint. fortaſſe ob eam cauſam quòd qui furatus eſt, pro furto interdum alia quædam reſtituit, interdum aut flagellatur, aut manibus vel oculis priuatur: qua in re eſſe & datio & acceptio quodam modo videtur: in quibus commercandi, contrahendique ratio conſiſtit. nam cum ſurripuerit pecunias ſu, aut quippiam aliud, pro illis pœnas ſoluit, ſimili modo qui adulterium commiſit, vel pecunijs vel ſupplicio aliquo mulctatus flagitium luit: qui item veneno aliquem necauit, par aliquod damnum etiam ipſe perpetitur, non aliter etiam qui vel ſeduxit ſeruum, vel necem alicuius doloſe molitus eſt, ſimili aliqua iactura ſcelus perpetratum compenſat. Leno autem propriè dicitur, qui vel ſuæ, vel alienæ vxori ſtuprum conciliat, & demum qualcunque mulieres vitiandas proſtituit, de quo non intelligit hic Ariſtoteles, ſed lenocinium appellat proprij viri ignorationem, ideſt cum maritus propriæ vxoris adulterium deceptus fraude aliqua ignorat. Hæc igitur ſiue clandeſtina mala quæ ex ignoratione contingunt, vbi fuerint deprehenſa, à iuſtitia hac emendatrice corriguntur atque emendantur. At vero quæ per violentiam nobis inſcruntur, ſunt flagellationes, mortes, vincula &c. in quibus eadem correctio fieri conſueuit. nam qui verberatus eſt, aut in vincula coniectus, pro violentia illata aliquid accipit: immo vero interſectus quoque, nam quæ aut vxor aut liberi aut cognati ipſius accipiunt, mortuo ipſi reſtitui quodam modo videntur.

De iure diſtributiuo. Cap. III.

Quoniam autem & iniuſtus iniquus, & iniuria iniqua eſt, medium quoddam eſſe iniqui perſpicuum eſt: id autem eſt æquum. in quacunque enim actione eſt plus & minus, in eadem eſſe æquum neceſſe eſt. ſi igitur iniuria eſt iniqua, ius eſt ęquum: id quod etiam abſque ratione omnibus manifeſtum eſt. cum vero ęquum ſit medium, ius quoque procuſdubio medium quoddam erit.

Ius eſſe medium & iuſtitiam mediocritatem, hinc iam demonſtrat, id quod proprium virtutis eſt. nam virtutes eſſe mediocritates ſæpius eſt & dictum, & demonſtratum Hoc modo autem id probat, ſi iniuria eſt iniqua, ius eſſe æquum manifeſtum eſt, æquum autem ſeu æquale pluris & paucioris eſt medium. ius igitur eſt medium. ius autem eſſe æquum regula illa topica videtur confirmari, quæ inquit, ſi alterum contrarium alteri ineſt, & alterum alteri inſit, neceſſe eſt. nam quia & æquum iniquo, & ius iniuriæ contrarium eſt, & iniuriæ ineſt iniquum, neceſſario ſequitur, vt ius quoque æquum ſit. ſi autem eſt ęquum, eſt etiam medium, quia æquum eſt medium pluris & paucioris, ius igitur medium pluris & paucioris quoque erit. id quod etiam abſque ratione, vt inquit apud omnes cōſtat. rationem autem appellat locum eum vnde ſumitur hoc argumentum, cum duæ ſcilicet ſunt oppoſitiones, ſi alterum oppoſitum alteri attribuitur, alterum quoque alteri omnino eſſe attribuendum, vt dictum eſt.

Eſt autem æquum in minimis duobus.

Quoniam æquum ſeu æquale eorum eſt quæ ſunt ad aliquid, ea autem quæ ſunt ad aliquid in eo eſſentiam ſuā habent, quòd ad aliquid quodam modo reſpiciunt, æqualis quoque eſſentia in eo erit, quòd ad aliud ſpectat, ideſt A ad æquū. æquū.n. alteri æquo æquū & eſt & dicitur. Cōcludenda igitur rō in hunc modum eſt, æquum eſt ad aliquid, qđ eſt ad aliquid in duobus cōſiſtit in duobus æquū igiť conſiſtit in duobus conſiſtere aūt in duobus ea quæ ſunt ad aliquid perſpicuū eſt: nam & duplū dimidij, & pater filij, & ęquum denique illi eſt æquum, cui eſſe æquale dicitur. At ſi ius eſt æquum, & æquum in duobus conſiſtit; ius quoque in duobus conſiſtere neceſſe eſt, in re ſcilicet quę diſtribuitur, & eo cui ipſa fit diſtributio. ac quatenus quidem æquum eſt, in duobus conſiſtit, quatenus ius, in quatuor, in duobus qui accipiunt, & duobus quæ diſtribuuntur, ſeu pecunię, ſeu honores, ſeu quippiam aliud fuerit. licet enim duobus plures ſint qui accipiunt, verbi cauſa quinquagina, aut centum, duorum tamen rationem B ſemper ſubeunt, nam vel vt æquales conſiderantur, æquū autem eſt in duobus, ſicut dictum eſt: vel vt inæquales: at iniquum cum in exceſſu & defectu conſiſtat, in duobus etiam ipſum ſpectatur. Cum igitur æquum in duobus minimis conſiſtere dixerit, ita ſubdit:

Neceſſe eſt igitur, vt ius & medium, & ęquum ſit, & ad quoddam, & quibuſdam, & in eo quidem quòd eſt medium, eſt aliquorum, ea autem ſunt plus & minus: in eo quòd eſt ęquum, duorum: in eo vero quod ius, quibuſdam, & ad quoſdam.

Quo modo ius vnumquodque horum ſit, oſtendit. eſt enim medium, cum inter plus & minus conſtitutum ſit, & quatenus eſt medium, duorum quorundam medium eſt, C quatenus vero æquale, ſeu ęquum, in duobus conſiſtit, re quę datur & diſtribuitur, & perſona cui fit diſtributio: quatenus autem eſt ius quibuſdam eſt, & ad quoſdam id eſt ad alios quoſdam, idem enim ſignificat &, quibuſdam & ad quoſdam, nam iuſtitia & ius ad alterum ſpectat, ſicut dictum eſt, quòd vero inquit ęquum in duobus conſiſtere, id etiam vel de duabus rebus quę diſtribuuntur, vel de duabus perſonis quę accipiūt, poteſt intelligi, vel enim vnus atq; alter quibus aliquid datur, ęquales inter ſe ſunt, vel res ipſę quę diſtribuuntur, vt numi, & agri, cum ſcilicet quinque & quinque numi, & quinquiugerus & quinquiiugerus ager exhibetur. nam in politicis & talem quādam ęqualitatem commemorat, & eam etiam quam diximus. æquale enim vnicuique illud eſt quod pro dignitate D traditur. Nam cum apud geometras ea ſint æqualia, quæ alicui ita accōmodantur atque aptantur, vt neque excedāt neque deficiant, ſi Achilles duplo dignior quam Aiax ſit dentusque ei octo numi, Aiaci vero quatuor, pro dignitate ęquam ſibi ipſi vterque portionem accipiet, ſi videlicet neque ille aut plus, aut minus quam octo, neque hic quam quatuor accipere mereatur.

Itaque neceſſario conſequitur, vt ius in quatuor minimis verſetur: nam & ij quibus ius aliquod eſt, duo ſunt, & res duę etiam, in quibus ius ipſum conſiſtit: eandemque & quibus & in quibus æqualitas eſt. ſicut enim ſe habent ea in quibus, eodem modo etiam illa. nam ſi non ſunt æquales, neque æqualia habebunt. Inde enim pugnę & criminationes E oriri conſueuerunt, cum aut ęquales non ęqualia, aut non ęquales æqualia habent & potiuntur.

Quia diſtributio fit inter eos qui eiuſdem participes ſunt ciuitatis, in duobus minimis conſiſtere ius neceſſe eſt vel enim ęquales ſunt agricolæ militibus, aut patricij plebi, & ſic illi duo, & hi duo ſunt, vel inęquales, potioresque ſunt agricolæ, quippe qui patriam maiore afficiant vtilitate, milites vero inferiores, eo ꝙ non ita proſint ciuitati, vt in hoc quatenus ſcilicet & meliores & deteriores eſſe conſiderantur, duo etiam ſint: de patricijs & plebe ſimiliter. Eodem modo quoque ea quæ dantur agricolis & militibus, patricijs item & plebi, vel æqualia ſunt inter ſe, & ſunt duo, vel inæqualia, plura videlicet & pauciora, & ſunt nihilo minus duo. Cum igitur & homines quibus ius eſt vt vel pecuniæ, vel aliquid aliud detur, duo ſunt, & res nē

quæ dantur, ſimili modo ſunt duæ: efficitur, vt ius in quatuor, duabus rebus duabusque perſonis conſiſtat. duo autẽ vel numero, vel ſpecie intelligendum eſt. Inquit ergo & ij quibus ius aliquod eſt duo ſunt, & res duæ etiam in quib. ius ipſum conſiſtit: ideſt & res quarum diſtributio fit, duę ſunt, eandemque æquitatem, idemque decorum in ſe habent: & ſimili modo homines. res enim & homines ſignificat, cum inquit, quibus, & in quibus, quibus, homines, in quibus, res ſicut enim ſeſe habent homines inter ſe, ſic res quæ ipſis dantur inter ſe: & ſicut res, ita homines. ſicut enim, inquit, ea in quibus, ideſt res ſeſe habẽt inter ſe, ita quoque illa ſeſe habere, ideſt homines & ciues neceſſe eſt, quibus res ipſæ diſtribuuntur. Quando igitur ita facta fuerit diſtributio, vt æqua ſinguli & conuenientia habeant, in pace eſt ciuitas. quando vero econtrario B inæquales æqua habuerint, meliores pauciora, peiores plura, tunc pugnæ & criminationes, ſeditionesque extſtunt.

Hoc autem ex eo, quod pro dignitate fit, etiam patet. ius enim quod eſt in diſtributionibus, pro dignitate quadam eſſe oportere omnes fatentur.

Cum dixerit iuſtam diſtributionem eam eſſe, cum res quæ dantur, tales fuerint quales illi ſunt, quibus exhibentur, id quod geometrica conſtat proportione, hoc, ideſt proportione conſtare huiuſmodi diſtributionem, ex eo eſſe manifeſtum inquit, quod pro dignitate fieri conſueuit. nam ſi ius eſt, quod fit pro dignitate, quod vero pro dignitate fit, proportione conſtat: ius profecto proportione conſtet, neceſſe eſt. nam minorem propoſitionem, C quæ ait, ius eſſe id quod pro dignitate efficitur, illis veris exprimit, cum inquit, concedere omnes, ius quod eſt in diſtributionibus pro dignitate quadam eſſe oportere: maiorem vero, ideſt quod pro dignitate fit, proportione conſtare: & concluſionem; rationis qua ius quod eſt in diſtributionibus proportione conſtare demonſtratur, omnino ſubintelligendam prætermittit. quod facere vbique fere ipſi mos eſt.


Dignitatem tamen non omnes eſſe eandem aſſerunt: ſed populari ſtatu vtentes libertatem: principatum paucorum ſectantes diuitias, & nonnulli nobilitatem, qui in optimatum adminiſtratione degunt, virtutem. Ius igitur quiddam eſt quod in proportione conſiſtit.

D Modum, inquit & terminum dignitatis & æqualitatis non eundem omnes ſtatuunt, ſed qui in populari ſtatu degunt dignitatem & æqualitatem libertate metiuntur, omneſque eos qui, liberi ſunt, æquales eſſe aiunt, licet alius ſit verbi cauſa Themiſtocles, vel Pericles, alius ſutor, & coriarius, in diſtributionibuſque exiſtimant Periclem qui præſtantiſsimus fuit imperator, nihil amplius accipere debere, quam ſutorem, vt ſi mercedis loco vnus numus detur ſutori, vnum quoque Pericli aut Themiſtocli dandum eſſe cenſeat, eo quòd vtrique liberi & æquales ſint: quippe qui eandem dignitatem ob libertatem habere videantur. ac populares quidem hoc modo. Qui autem principatu paucorum reguntur, æqualitatem diuitijs æſtimant, eoſque æquales eſſe, æqualiaque conſequi debere arbitrátur, quibus æqualis diuitiarum copia ſuppetit. E nam quibus pauciores diuitiæ ſunt, ij ſicut inęquales, ita paucioribus digni apud hos habentur nonnulli item ſunt, qui dignitatem nobilitate metiuntur, omneſque nobiles æquales inter ſe, iiſdemque rebus dignos ducunt. In optimatú vero adminiſtratione virtus ęqualitatem efficere iudicatur, in qua omnes probi viri ditiores, pauperioresve fuerint, æquales cenſentur. Quod ſi ita eſt, non idem in omnibus rebus publicis æquum eſſe ac iuſtum patet. De his autem Ariſtoteles multa in libris rerum publicarum diſſeret.

Quod enim proportione conſtat, id non tam vnitario numero, quàm numero in vniuerſum proprium eſt. nam proportio æqualitas eſt rationum, in quatuorq; minimis reperitur.

A *diſiunctam ſanè in quatuor conſiſtere perſpicuum eſt: ſed & continentem nihilominus. vno enim hæc perinde ac duobus vtitur, biſque id accipit, in hunc modum: qualis primi reſpectus eſt ad ſecundum, talis ſecundi ad tertium: bis enim hic ſecundum dictum eſt. Quare ſi ſecundum bis poſitum ſit, quatuor erunt ea quæ conſtant proportione. Eſt autem etiã ius in minimis quatuor. ratioque eadem eſt: quippe cum diſiũcta ſimili modo inter ſe ea ſint & quibus, & quæ.*


Vnitarium numerum, ideſt μοναδικὸν eum appellat, qui ex vnitatibus conſtat, quo numeramus, vt denarium, quo & decem homines & decem equos ſolemus numerare, qui etiam proprie numerus nuncupatur, ſimiliter quinarium, ſenarium ſeptenarium nec non vigenarium, trigenarium, & cęteros huiuſmodi. B numerum vero in vniuerſum res ipſas numerabiles vocat, vt ſunt decem boues, decem homines, quinque equi, quinque aſini, & id genus reliqua. Proportio enim, inquit, non tam eorum eſt numerorum qui ex vnitatibus componuntur, ſuntque quaſi rerum mẽſuræ, quàm rerum ipſarum numerabilium, ſeu numeratarum, ſicut enim in illis eſt proportio, vt cum dicimus, quã octonarius ad quaternarium, eandem ſenarius ad ternarium rationem habet, ſic quoque in numerabilibus eſſe reperitur, equis, canibus lineis, planis, ac demum omnibus quæ cadere in numerum poſſunt. in quibus enim eſt proportio aliqua, in his eſſe etiam numerum aliquem neceſſe eſt. quo autem id fiat modo, aduertendum eſt, dicimus enim, quam rationem habet ædificator ad ſutorem, eandem habet opus ædificatoris quæ eſt ædes, ad calceum, C quod opus ſutoris eſt, ædificator autem decuplo dignior eſt, quàm ſutor, domus igitur quoque ipſa ad calceum decupla erit, vt ſi domus decem, verbi gratia, numis cenſeatur, vno calceus æſtimandus ſit: ita apparet ad proportionem conſtituẽdam numeris omnino opus eſſe, proportio enim, vt inquit, eſt æqualitas rationum, ideſt reſpectuum quædam ſimilitudo: atque ob id in quatuor mioimis conſiſtit. nam cum ſimile, alicui ſit ſimile, neceſſe eſt, vt quæ ſunt ſimilia duo ad minimum ſint, quòd ſi ita eſt, rationes quoque quæ inter ſe ſunt ſimiles, duæ proculdubio erunt. ſed cum ratio nihil aliud ſit quàm duarum magnitudinum inter ſe quædam comparatio, in duobus etiam ipſa conſiſtet. Efficitur igitur vt, quia proportio duarum D rationum ad minimum eſt ſimilitudo, ratio autem vnaquæque inter duo eſt, niſi in quatuor ad minimum proportio conſiſtere nullo modo poſsit. Proportio vero ex duabus conſtat rationibus, duabusve, vt ita dicam, correſpondentijs, hoc modo, quam rationem habent octo ad quatuor, eandem habent ſex ad tria. hic enim duæ ſunt rationes octo ad quatuor, & ſex ad tria, quatuor vero mẽbra & portiones. i. octo, quatuor, ſex, tria. eſtque hæc diſiuncta proportio.



E duæ rationes.

Verum non tam diſiuncta quam contineos, ideſt coniuncta in quatuor eſſe conſpicitur vt illa eſt. quemadmodum octo ad quatuor reſpiciunt, ita quatuor ad duo, nam cum quatuor bis ſumatur duorũ vicem ſubit, vt nihilominus in hac quoque quatuor termini exiſtant, octo, quatuor, quatuor, duo.

dupla




Inquit igitur qualis primi termini reſpectus ad ſecundum eſt, id eſt octo ad quatuor: talis etiam eſt ſecundi ad tertium, ideſt quatuor ad duo. in qua ſanè proportione quia ſecundus terminus bis ſumitur, quatuor nihilo minus eſſe exiſtimandi ſunt. Vnde efficitur, ut ius quoque in quatuor ad minimum conſiſtat. ſi vero in quatuor conſiſtit, proportione conſtat. cuius rei concluſio in hunc modum B colligitur. Ius diſtributiuum in quatuor conſiſtit, duobus præcedentibus, & duobus ſubſequentibus, quod in quatuor huiuſmodi conſiſtit, propottio geometrica eſt. diſtributiuum igitur ius proportione conſtat geometrica, ſeu mauis geometrica proportio eſt. huius autem concluſionis minorem tantum propoſitionem poſuit, cum dixit, ius autem eſt in minimis quatuor. quod vero ſubiungit inquiens, EADEMQVE ratio eſt: quippe cũ diſiuncta ſimili modo inter ſe ea ſint & quibus & quæ) ita eſt intelligendum, perinde ac ſi ita dicere, ſicut in hominibus ad quos ſit diſtributio, alter præcedens eſt, alter ſubſequens, ut Achilles præcedens, Aix ſubſequeos, ita quoque in rebus quæ diſtribuuntur, alteram præcedere, alteram ſubſequi dicendum eſt. & ratio eſt eãdem, id eſt, C quam rationem Achilles habet ad Aiacem, eadem habere exiſtimandum eſt quod Achilli datur, ad id quod Aiaci, vt eodem modo diuiſa inter ſe ſint & quibus, id eſt & Achilles & Aiax quibus diſtributio ſit, & quæ, ideſt res quæ & Achilli, & Aiaci diſtribuuntur.

Sicut igitur primus terminus ſe ſe habebit ad ſecundum, ita tertius ad quartum. igitur etiam alterna vice, ſicut primus ae tertium, ita ſecundus ad quartum. quare etiam totum, ad totum quod diſtributio binatim copulat, quę, ſi etiam ita compoſitæ fuerint, iuſte copulat.

Sit primus terminus Achilles, Aiax ſecundus: ſtatuatur que Achilles duplo dignior eſſe, quàm Aiax, ſit præterea tertius, numi octo: quartus, numi quatuor. Sicut igitur A- D chilles ad Aiacem eſt duplus: ita octo numi, ad quatuor. & alterna vice, ſicut Achilles ad octo numos qui ipſi dantur: ita Aiax ad quatuor ſuos ſeſe habet. Vicißim enim immutata ſiue alternata ratio ea appellatur apud geometras, cũ antecedens cum antecedente, quaſi ſubſequente, & ſubſequens quaſi antecedens cum ſubſequente connectitur. antecedens autem primum terminuio vocant id eſt Achillem, ſubſequens ſecundum, ideſt Aiacem: tertium ſimili modo antecedens, qui ſunt numi octo: quartum hoc eſt numos quatuor ſubſequens. ſi quis igitur dicat, ſicut Achilles ad Aiacem, ita octo ad quatuor, is & antecedentia, quæ re uera ſunt, loco antecedentium, & ſubſequentia item pro ſubſequentibus ſumit, id eſt Achillem & octo numos antecedentia, Aiacem & quatuor numos ſubſequentia. Cum uero dicit quiſpiam, ſicut Achilles ſeſe habet ad octo numos, ita Aiax ad quatuor, alternatim dicit. alternat enim terminos, & quod eſt antecedens ideſt octo numos, loco ſubſequentis, & quod eſt ſubſequens Aiacem ſcilicet antecedentis loco accipit. Atque huc ad iuſtam diſtributionem pertinet, geometricaque ratione conſtantem proportionem, cum vnicuique homini conueniens portio, ac donum binatim cum eo copulatur, ac iugatur: ut ſicut homo ad hominem, ita totum ad totum reſpiciat. id eſt, ita homo cum rebus quæ ipſi dantur, ad hominem cum rebus ſeſe habeat. Exempli cauſa, ſi Achilles duplo maior Aiace fuerit, opus eſt vt diſtributione utriuſque facta idem quoque vnà cum datis ſibi numis, Aiacem ſimul & numos eius du-

A plo excedat. hoc autem in numeris clarius patebit. Quocirca faciamus Achillem eſſe octo, Aiacem quatuor, Achilli datos numos ſex, Aiaci tres.





Quam rationem igitur habent octo, qui eſt Achilles, ad quatuor, qui eſt Aiax: eandẽ ſex numos ad tres habere perſpicuum eſt, dupla enim eſt vtrobique, tam cum octo ad quatuor, quàm cum ſex ad teria conferuntur. Idem contingit, ſi alternetur cõparatio, ſicut Achilles ideſt octo ad ſex numos, ita quatuor ideſt Aiax ad tres, eadẽ enim vtrobique eſt ratio. tam enim octo ad ſex, quã quatuor ad tria in ſeſquitertia conſiſtunt. Quemadmodum igitur vnũ ad vnum reſpicit, id eſt Achilles ad Aiacem, ita totum ad totum, ideſt duo ſimul iuncta, ad duo, Achilles & ſex numi, ad Aiacem & tres numos correſpondebunt. Nam cum Achilles ſit octo, ſexque habeat numos, & octo & ſex coniuncta quatuordecim efficiãt: Aiax vero quatuor cum numis tribus, & tria & quatuor ſeptem reddant, nemini dubium eſt, quin eandem rationem habeat Achilles, qui eſt octo, ad Aiacem qui eſt quatuor, quam habet etiam totnm, id eſt Achilles cum numis ſuis, ideſt quatuordecim, ad totum, ideſt Aiacem cum ſuis, hoc eſt ſeptem. duplam enim & octo ad quatuor, & quatuordecim ad ſeptem habent proportionem. Si ergo ita componãtur, coniugenturque res, utſicut antecedens ſubſequenti applicatur, ſic totum toti, ideſt duo ſimul antecedentia duobus ſimul ſubſequentibus annectãtur, inſta ea diſtributio eſt, quippe quæ geometrica proportione efficiatur.

E *Primi igitur termini cum tertio, & ſecundi cum quarto iugatio ius illud eſt quod in diſtributione conſiſtit. Ius aũt eſt medium, eius inquam quod prætei proportionem eſt. quod cum proportione conſtat, eſt mediũ, ius autem conſtat. Hãc vero proportionem mathematici geometricam vocant, propterea, quòd in geometrica euenit, vt eãdem totum ad totum rationem habeat, quam habet alterutrum ad alterutrum.*

Primũ terminum & tertium duos antecedentes appellat, Achillem & ſex numos ipſi diſtributos, ſecundum vero & quartum duos ſuccedentes, Aiacem & tres numos, quod munus eius eſt eſtque huiuſmodi coniugatio ius ipſum diſtributiuum, & medium pluris & pauciuris: quod quidem plus & minus pręter proportionem eſt. nam ſi ius proportione conſtat, plus & minus, cum iniuſtum ſit, eſſe

præter

A Præter proportionem, ideſt diuerſum eſſe ab eo quod proportione conſtat, quod eſt ius, neceſſe eſt. Ius autem eſſe medium hac concluſione colligitur: quod proportione conſtat, eſt medium, ius proportione conſtat: ius igitur eſt medium. Sed vnde probatur quod proportione conſtat, eſt medium? inde proculdubio, quod id quod proportione cõſtat, eſt æquũ æquũ aũt eſt medium, ut quod proportione conſtat, medium eſſe manifeſtum ſit. Vocant vero, inquit, huiuſmodi proportionem mathematici geometricam, propterea quòd quod in illa euenit, id in hac quoq; euenire conſpicitur: vt ſicut antecedens ad ſubſequens, ita totum ad totum correſpondeat.

B *Non eſt autem continens hæc proportio, non enim vnus & idem terminus efficitur & cui & quod. Ius hoc igitur eſt id quod proportione conſtat: iniuria id quod præter proportionem eſt. vnde fit vt alteri plus, alteri minus exhibeatur. id quod & in actionibus ipſis contingit, qui enim iniuria afficit plus, qui afficitur, minus ex bonis habet: in malis autem contra, quippe cum minus malum, ſi ad maius comparetur, boni locum obtineat. minus enim malum magis expetendum eſt, quàm maius: at quod eſt expetendum, eſt bonum, & quod magis, maius. Atque hæc vna iuris ſpecies eſt.*

Cum inquit, cui, ſignificat hominem, cui numi, vel quodcunque aliud diſtribuitur, cum inquit, quod, rem ipſam quæ datur, intelligit. Inquit igitur huiuſmodi pro C portionem continentem ac coniunctam minime eſſe, ſed diſiunctam, cum enim duo ſint homines, quibus rerum diſtributio fit, duæque ipſæ res quæ diſtribuuntur, & diuiduntur, fierique nullo pacto poſſit, vt & homo, & res quæ ipſi tribuitur, vnum & idem numero ſit, neceſſe eſt, vt termini inter ſe omnes diſtincti ac ſeparati collocentur & ſicut duo homines, ita duæ res à ſe mutuo diſiunctæ habeantur. homo.n. cui res diſtribuitur, quo modo vel effici res ipſa, vel ſi efficiatur, eſſe inæqualis aut inæqualis rei ipſi poteſt? itaque ius hoc eſt id quod proportione conſtat: iniuria, id quod præter proportionem eſt. id quod fit cum ante dicta minime ſeruatur æqualitas: ſed qui dignitate excellit, minus: plus vero habet, qui inferior eſt. Iniu D ria vero hæc præter proportionem, præter æquum etiam eſt, nam ſi proportio eſt æqualitas, quod præter proportionẽ eſt, eſt & præter æqualitatẽ, & eſt iniquũ iniquũ quippe eſt, cum alteri plus quàm dignitas eius poſtulet, alteri minus exhibetur. hoc autem in rebus ipſis & actionibus etiam patet. iniurium enim eum dicimus ſeu iniuſtum, qui amplius quàm mereatur, accipit: iniuria affectum, qui minus. quamquam non ſemper, ſicut dictum eſt ſuperius, iniuſtus plus ſibi vendicat, ſed de bonis tantum plus, de malis minus, minus enim malum maiori comparatũ quodam modo bonum videtur: magiſque ea de cauſa eligendum eſt atque expetendum: quod autem eligendum eſt, eſt bonum, ergo quod magis, etiam maius. ideſt quod magis eſt eligendum, maius bonum etiam eſt, ut hac ratio E ne minus malum, maius bonum eſſe videatur.

De iure commutatiuo & emendatiuo.
Cap. IIII.

R*Eliqua vero altera iuris eſt emendatiui, quod in commercus tum ſpõtaneis, tum inuoluntarijs fit, diuerſamque à priore ſpeciem habet.*

Poſtcaquàm de iure diſtributiuo abſoluit diſputationem, de emendatiuo nunc agere aggreditur. Sciendum autem veteres συναλλάγματα, ideſt commercia ſeu contractus non ea ſolum modo appellare conſueuiſſe, quæ ſponte homines inter ſeſe ex conuentione quadam agunt, verum etiam illa quæ legibus inſtituta ſunt, mutuare, & contrahere iubentibus, & fortaſſe inde etiam factum eſt, vt συναλλάγματα proprie appellarentur, ideſt commutationes & compenſationes, propterea quòd in aliorum conſocia A tione non voluntaria ac ſponte ſuſcepta, ſed ex neceſſaria permutatione conciliata exiſtant. nemo enim aut adulterium committit, conuentione habita cum marito mulieris, quam vitiat: aut ſacrilegium facit, ex conuentione eius cuius ſacra diripit: aut contumelia demum quapiam vtitur ex conuentione. ſed de his ſuperius ſatis dictum eſt neque opus eſt, vt iterum eadem repetamus.

Ius enim publicorum bonorum diſtributiuum ea ſemper fit proportione, quæ dicta ſuperius eſt. nam ſi ex pecunijs publicis facienda ſit diſtributio, eadem ratione fiet, quam habent inter ſe ea quæ fuerint contributa. iniuriaq; vero huic iuri oppoſita præter eandem eſt proportionem.

Breuiter in memoriam nobis reuocat ea, quæ de iure B diſtributiuo iam dixit: in diſtributione id publicorum bonorum verſari inquiens, quæ ad ciues fit geometrica proportione, quemadmodum demonſtratum eſt. ſiue enim pecuniæ, ſiue agri, ſiue aliud quippiam ſit, quod diſtribuitur, eadem ratione omnino diuidetur, qua fuit comparatum. ei ſi quidem qui plus contulerit, plus ei qui minus, minus dabitur, ſi modo iuſta diſtributio facienda eſt. excellentia enim & deficientia eorum quæ diſtribuuntur pro ratione contributionis æqua efficietur: vt quam rationem habent contributa ad publicum, eandem habeant ea quæ diſpertiuntur, ad contributores.

Ius vero quod in commercijs eſt, eſt quidem æquum quod C dam, & iniuria iniquum, non tamen illa conſtat proportione, ſed arithmetica. nihil enim refert, probuſne vir malum, an malus probum ſuo priuarit, neque probuſne an improbus adulterium commiſerit, ſed ad ſolam nocumenti differentiam lex ſpectat, perindeque perſonis vtitur, ac ſi æquales ſint, ſi ille iniuria afficiat, hic afficiatur, hic lædat, ille lædatur.

Quoniam ius æquum eſſe demonſtratum eſt, hoc etiã ius quod in cõmercijs exiſtit, æquum quoddam erit. quod dam adiungitur, ut ſignificetur diuerſum quoddam eſſe ab eo quod in diſtributione verſatur. eſtque ius hoc æquum arithmetica proportione. arithmetica autem proportio ea eſt, vt ſuperius diximus, quæ in æqualitate numeri vel quantitatis, non qualitatis conſiſtit. non enim le D giſlator aut iudex pro ratione quam habet qui iniuriam infert, ad illũ qui iniuria afficitur, iniuſte factorum emendationem facere ſtudet: non enim ſpectat nobiliſne, an ſapiens, an bonus, an malus ſit, qui vel læſit, vel læſus eſt: ſed æquales omnes accipiens id tantum conſiderat, iniuriane affecerit aliquis, aut affectus fuerit, quæque & qualis differentia nocumenti ſit, inquirit, atque ita inæqualitatẽ quæ ex iniuria orta eſt, pro ratione læſionis, non perſonarum corrigere conatur, atque ad æqualitatem reducere. perindeq; vtitur perſonis ac ſi æquales ſint, iniuria afficiente.ſ. & affecta, læſa & lædente. Aduertendum autem Ariſtotelem læſionem quoq; appellare iniuſtitiam, licet Plato ſentire aliter uideatur. ille.n. iniuria affici.i. ἀδικεῖσθαι eum exiſtimat, qui in animo offenditur: lædi quod βλάπτεσθαι Græ E ci dicunt, qui in corpore & fortunis nocumentum patitur, vnde etiam Socratem accuſatum ad iudices ita dicentem inducit. Socratem Athenienſes lædere poſſunt, iniuria afficere non poſſunt. non ſecus ac ſi diceret, Athenienſes necare me poſſunt, uitiare animum meum nõ poſſũt. Legum latorem autem vel iudicem non ad perſonarum qualitatem ſpectando uel leges inſtituere, uel iudicare, inde manifeſtũ eſt, quòd in nulla lege ita ſcriptum eſt, qui nobilem aut probum principem contumelia affecerit, maiori pœna mulctetur, pluribuſque plectatur verberibus, qui improbum aut ignobilem, minorem pœnam ſubeat. ſed in vniuerſum ſtatuitur, ſiquis principem læſerit, decẽ minas ſoluito, aut patria exulato, ſiue probus, ſiue improbus, ſiue nobilis, ſiue ignobilis ſit, nulla ratione habita, ut pateat, quia non diuerſam mulctam irrogat legiſlator ei qui nobiliorem aut probiorem, & ei qui ignobiliorem & improbiorem læſerit, apud eum haberi æquales omnes qui & afficiunt & afficiuntur iniuria, ad ſolam enim nocumẽ

ti

ti differentia ſpectat.nam ſi magna eſt læſio,magnam etiã A correctionem, & pœnam inſligit, ſi parua, paruam.

...inur a.n hãc, ſũ iniqua, quare iudex conatur.

Quemadmodum in duobus æqualibus numeris fit,ideſt octo & octo:ſiquis ab vno duas vnitates detrahat,atq; alteri adiungat,eſſicit vt qui prius erant æquales,inæquales reddãtur,alter enim cui additum eſt decem,alter à quo eſt demptum,ſex euadit. Ita in eo & qui infert contumeliam,& cui infertur, contingit, qui enim infert, quodam modo lucratur,maiorque efficitur,qui patitur,quaſi damno afficitur & imminuitur. atque ita cum ante contumeliam eſſent vtrique æquales,poſt contumeliam effecti ſunt inæquales.hoc igitur iniquum iudex ad æquitatem æqualitatemque conatur reducere: ſumit enim aliquid ab eo qui contumelia affecit, & affecto adiungit: vel ſi nihil ab B eo ſumat loco damni, verbera ei aut pœnam aliquam inſligit.

Nam cum hic percuſſus eſt, ille percuſſit. hic interfecit, ille autem interijt: affectio & actio in partes non æquas diuiſa eſt. ſed de lucro detrahens iudex damno redigere ad æqualitatem eas conatur.

Quia inæqualitas quæ in damno pecuniarum,& vſurpatione conſiſtit,manifeſta eſt,faciliusque in ea,quanto excedat qui iniuriam facit eum,cui facta eſt,perſpicere poſſumus,in ijs vero quæ ad contumeliam ſpectant, aut violentiam,pluris vſurpatio non admodum videtur extare ac patere,quò modo correctio & æqualitas in his obſcurioribus efficiatur,oſtendit. Si enim,inquit,hic percuſſerit,ille C percuſſus fuerit,atque in hoc iniuſtitia, iniquitasque fuerit effecta,in his quoque euenit vt affectio eius ſcilicet qui iniuriam paſſus eſt, & actio eius qui fecit iniuriam, ideſt percuſsit,diuiſæ inæqualiter ſint;amplius enim habet,qui percuſsit,qui percuſſus eſt,minus,atque ille maior eſſe effectus,hic minor videtur. hanc igitur iniquitatem iudex redigere ad æqualitatem conatur damno videlicet illato, ei qui fecit iniuriam.Id autem hunc in modũ facit,verbera & percuſsionem prius tanti æſtimat,quantum nocumẽtum quod percuſſus homo accepit videtur poſtulare,quatuor verbi cauſa,numis,deinde ei qui verberauit,atque ex ea re ſuperior euaſit,accerſito heus tu, inquit,antea ſanè tu & alter quem percuſsiſti,æquales inter vos eratis,nunc vero poſt percuſsionem effecti eſtis inæquales,cum tu ob D id quatuor numos lucratus eſſe, ille totidem amiſiſſe cenſeatur. quocirca oportet,vt ego qui iudex ſum, quatuor numos abs te auferam, eosque illi attribuam, qui damnũ hoc ex percuſsione paſſus eſt, atq; in quatuor his numis dempsis vni, atque alteri traditis in priſtinam æqualitatẽ vtroſque reſtituat.

Dicuntur enim hæc abſolute loquendo de talibus etiam rebus licet nonnullis minime idoneum nomen eſſe videatur, vt lucrum ei qui percuſſit, damnum ei qui percuſſus eſt, accommodata ſint. Sed vbi tamen perpeſsio ipſa fuerit menſurata; hoc damnum, illud lucrum vocatur.

Quoniam lucrum & damnum de pecunijs tantum & opibus dici videtur, & qui ex his amplius ſibi acquirit & comparat,lucrari,qui minus habet,damno affici dicitur, E idcirco abſolute, & propriè dici etiam inquit lucrum & damnum de talibus rebus, ideſt contumelia, de verberibus,de cæde,atque huiuſmodi reliquis,& non de ſolo pecuniarum exceſſu aut defectu.quamuis enim nonnullis lucrum & damnum non eſſe accommodata nomina & conuenientia contumeliæ & cædi videantur,conuenire tamẽ aſſerit,vt qui afficitur contumelia damnum pati, qui afficit,lucrari exiſtimetur.vnde ſubiungit,ſed vbi tamen perpeſsio ipſa fuerit menſurata.i.æſtimata fuerit iniuria,dãnum & lucrum exiſtit. cum enim tanti iniuria cenſetur, quanti æſtimanda eſt,tanto damno afficitur ille qui iniuriam intulit, quippe qui tantundem etiam lucratus eſſe videatur.


Quare æquum pluris & paucioris medium eſt: lucrum autem & damnum eſt & plus & minus, econtrario tamen modo:plus enim boni,& minus mali eſt lucrum: contrarium vero,damnum.quorum quidem medium æquum eſt,quod eſſe ius dicimus.Ius igitur emendatiuum lucri & damni medium eſt, vnde etiam cum altercantur homines ad iudicem confugiunt,ad iudicem autem ire est ire ad ius ipſum: quippe cum iudex nihil aliud ſit,quàm ius quoddam animatum. & quærunt iudicem medium. & vocant nonnulli mediatores. quaſi ſi medium fuerint conſequuti, ius quoque ipſum ſint conſequuturi,Ius igitur medium quoddam eſt: ſiquidem & iudex iudex autem ad æqualitatem redigit.

Cum oſtenderit noxam quæ ex contumelia infertur, in damnum & lucrum eſſe diuiſam,econtrario ius quod in ea ſit, medium damni & lucri eſſe in hunc modum colligit. Ius eſt æquum, æquum autem eſt medium pluris & paucioris, at plus & minus nihil aliud eſt quam damnum & lucrum,ius igitur damni & lucri medium ſit neceſſe eſt Quoniam vero ſæpe numero fit,vt qui minus de malis accipit,iniuſte agat & lucretur,hac de re etiam definit,in lucro & damno inquiens vice verſa plus & minus ineſſe. lucrum enim in bonis pluris vſurpatio,in malis paucioris acceptio eſt,damnum vero ecõtrario pluris acceptio in malis,in bonis paucioris.ſicut enim qui plus de bonis,minus vero de malis habet,lucratur,ita qui maius malum & minus bonum accipit, damno proculdubio affici dicendus eſt.Ius igitur hoc emendatiuum damni & lucri eſt mediũ diſtributiuum enim minime ita erat, ſicut ſuperius vidimus.Eſſe autem medium ius hoc inde etiam manifeſtum eſt,quod cum aliqui inter ſe altercantur,quaſi æquo ac iure ipſo careant,detrimentumque patiantur,confugere ad iudicem conſueuerunt,hoc eſt ad ius & æquum,vocantq; iudicem mediatorem, qui μεσίδιος græce dicitur, ſeu μεσίδιος. i.medijurius, vtraque enim lectio in exemplaribus reperitur,mediatorem inquam iudicem vocant illi, qui iniuria affectos ſe eſſe arbitrantur,quaſi iudex ille ſit, qui medium ſit inuenturus, atque ita æquam ac iuſtam portionem vnicuique attributurus.


Et quemadmodum ſi linea in duas inæquales partes diuiſa ſit: illud quo maior pars dimidium excedit, ab ea auſert, & adiungit minori: cum autem totum æqualiter fuerit bipartitum, tum vero ſuum ſe habere inquiunt, cum æquum quiſque acceperit.


Cum dixerit ob id ius eſſe medium propterea quòd iudex etiam medius eſt, quo modo iudex medius ſit atque æquus,lineæ exemplo declarat,ſtatuatur enim linea duodecim cubitorum longitudine, diuidaturque in partes duas æquales ſex & ſex,inæquales autem octo & quatuor ſitq; iudex ipſe ſex, pluris vſurpator octo,iniuria affectus quatuor.iudex igitur qui eſt ſex, partem illam qua octo, hoc eſt ille qui iniuriam intulit,dimidium.i.ſex excedit, ab eo ablatam ad quatuor, qui eſt iniuria affectus opponit,atque ita vtroſque æquales reddit.incidit enim iudex, qui eſt ſex, medius inter octo & quatuor, iniuria ſcilicet afficientem,& affectum, demptisque duobus de octonario,totidem liquidem ſuperat octonarius, ea adiungit ad quatuor,vt ſex vtrique efficiãtur.nam & ſi de octo duo detrahantur,ſex remanent,& ſi duo ad quatuor opponãtur, ſex ſimili modo euadunt,medius igitur eſt iudex, qui eſt ſex inter octo & quatuor,æquus vero ijs quæ ex detractione & additione efficiuntur,cum enim octo & quatuor ad ſex.i.iudicem directa fuerint, hoc eſt effecta etiam ipſa ſex,ſuum iam recepit,qui iniuria fuerat affectus,atque ad æquatus eſt.

iudex adæquator



pars






Aequum autem medium eſt pluris & paucioris arithmetica proportione, ac propterea appellatur ius δίκαιον eo quòd δίχα, id eſt biſariam diuiſum eſt, quaſi δίχαιον, ideſt bipartitum dixeris, & iudex δικαστής, quaſi διχαστής, ideſt bipartitor dicitur. B


Dictum ſępius eſt arithmeticā proportionem in æquali maioris & minoris exceſſu conſiſtere. quo enim ſex excedit minus, ideſt quatuor, eodē à maiore quod eſt octo exceditur, duo enim vtrobique exceſſum faciunt, ac propterea, inquit, δίκαιον appellatur, quaſi δίχαιον .i. bipartitū, quia δίχα i. bipartitam æqualiter diuiſionem admittit. & iudex δικαστής quaſi διχαστής, i. bipartitor atq; adęquator.

Si enim duo ſint ęqualia, & ab altero aliquid auferatur, & addatur alteri, id duabus talibus partibus alterum excedet: nam ſi dempta quidem eſſet vna pars ab altero, non adiuncta tamen alteri, vna tantum parte eiuſmodi excederet. efficietur igitur vt & id cui eſt adiunctum, vna parte medium, & medium ſimiliter illud excedat, à quo detractū eſt. C



His etiam arithmetica proportione talem conſtare diuiſionem oſtendit. ſed quia quod lineis hic demonſtrat Ariſtoteles, numeris declarari euidentius poteſt, hanc eandem demonſtrationem in numeris conſideremus. ſumantur ſenarij tres, atque hi deinceps ſtatuantur hoc modo. 6. 6. 6. primus is ſit, qui plus eſt vſurpaturus, eſtque illaturus iniuriam: vltimus is, qui pluris vſurpatione eſt diminuendus, iniuriaque afficiendus: medius vero iudex, ad quem facta iniuſtitia vtrique deuenturi ſunt primus igitur ſenarius tria ab vltimo auferat, ſibique arroget, nonariusque efficiatur: ſi enim tria ab vno detrahantur, & addantur alteri, ſenarius ille cui adiuncta fuerint, nonarius: alter vero cui fuerint detracta, ternarius euadet. qui igitur tribus ſibi arrogatis nonarius fuerit effectus, ſenarium qui eſt iudex vno ternione proculdubió excedet: iniuria vero affectum qui ternarius relictus eſt, duobus. Nam ſi tria ab vltimo ſenario demantur, non adiungantur tamen primo vna tantum parte, i. vno ternione primus ſenarius vltimum ſuperabit, qui poſt trium detractionem ternarius relictus eſt: ſi vero adiungantur, duabus. efficietur igitur, vt & id cui eſt adiunctum, i. qui plus vſurpauit, euaſitq; nonarius, medium vna parte, i. iudicem vno ternione excedat: & medium, i. iudex qui eſt ſenarius, vna ſimiliter parte, i. vno ternione tertium numerum ſuperet, qui ternarius remanſit. excedit enim primus terminus mediū vno ternione & medius ſimiliter vltimum tantodem à quo facta detractio eſt.

A 



Ex hoc ergo cognoſcemus & quid ab eo detrahendum ſit qui plus habet: & quid ei qui minus habet, adiungere debeamus. Id enim quo medium excedit, minus habenti addendum eſt: id autem quo exceditur, à maximo eſt detrahendum.

Ex hoc medio inquit cognoſcere poterimus, & quid demendum primo termino ſit, & quid tertio adiungen-
D dum. quanto enim medius terminus, ideſt ſenarius vltimum, qui eſt ternarius ſuperat, tantum vltimo addēdum eſt: vt æqualis medio efficiatur. medius autem, vt dictum eſt, extremum ideſt ternarium tribus ſuperat: ſi igitur tria addiderimus ternario, ſenarium reddemus, medioque ita æquabimus, qui ſenarius etiam ipſe eſt. quanto igitur medius terminus extremum ſuperat, tantum extremo addendum eſt, ſi æquales eos facere voluerimus: quanto rurſus primus medium excedit, excedit autem tribus: tantum, id eſt tria de primo detrahendum eſt, vt æqualis medio euadat. ſi enim de nouem tria demantur, reſtant ſex. demptis igitur de primo termino, ideſt ſenario tribus, adiunctiſque vltimo, id eſt ternario ſenarij ambo redduntur, æqualeſque medio qui ſenarius
E & ipſe eſt. Itaque perſpicuum iam eſt ius ipſum diſtributiuum & æquum medij vicem obtinere: regulamque eſſe ac menſuram, qua quantum iniuriam facienti demendum, addendumque affecto, ut æquales reddantur, cognoſcere optime valeamus.

Sint æquales inter ſe lineæ A A. & B B. & C C. dematurque ab A A pars quædam A E, & addatur ei in qua eſt C C: efficiaturque C D. Quare tota D C C linea excedet E A parte ea in qua eſt C D: & ea in qua eſt C F: excedet igitur etiam mediam, quæ eſt B B parte C D.

Licet hoc ex ijs quæ diximus eſſe manifeſtum poſſit, adhuc tamen explicandum eſt. tres lineas ſumit, quarum primam A A: ſecundam B B, tertiam C C, appellat, inter ſe ſe æquales. ſit autem vnaquæque exempli cauſa cubitorum

rum ſex. Deinde à prima ideſt A A auferendam inquit eſſe partem A E, quam appellat D C, addendamque tertiæ, quæ eſt C C: vt quæ ablatam partem aſſumit, D C C euadat, à qua vero ablata eſt A E pars, E A relinquatur. ſecetur præterea C C per F in duas æquas portiones, ut ternos ſingulæ ſectiones cubitos habeant, tam C F, quam F C, ſit etiam A E portio ablata à prima & addita tertiæ, ideſt D C totidem, hoc eſt trium etiam ipſa cubitorum. reſtabit igitur E A cubitorum trium. Quia uero D C eſt cubitorum trium, & C F item trium, & F C eodem modo trium, nec non pars primæ lineæ, quæ erat A A quæ reliqua eſt, trium etiam ipſa cubitorum remanſit, perſpicuum eſt C F C D integram lineam, cum ſit cubitorum nouem, E A primam excedere tricubitis duobus: nã C D & C F portiones ternis ſingulas cubitis expleri dictũ iam eſt. excedit igitur D C F C linea & primam quæ eſt E A duabus partibus, ideſt D C, & C F, & mediam quæ eſt B B, una parte, ideſt C D, in hunc modum.

A —— | —3— | —— E —— | —3— | —— A

B —— | —— | —— | —6— | —— | —— B

C —— | —3— | —— F —— | —3— | —— C —— | —3— | —— D

Eſt autem hoc in alijs quoque artibus. tollerentur enim, niſi & quod facit, & quantum & quale faceret, & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur.

Retributiones remunerationesque operum quæ ab artibus fiunt, hac eadem æqualitate, ideſt arithmetica proportione conſtare declarat. ſed priusquàm ad rei explanationem veniamus, quid pro facientibus, proque affectis intelligat, explicandum eſt. affectos hic uocat, ideſt patientes, eos qui indigent aliqua re: facientes, eos quibus indigemus, licet nõ ipſis, ſed opibus ipſorum proprie indigeamus, vt qui domum non habet, eaque indiget, ędificatore indigere dicitur, eſtque hac in re faciens ædificator, qui ea indiget, affectus & patiens. ſimili modo qui indiget frumento, eſt ille qui afficitur & patitur, qui habet agricola, faciens eſt. & ſi æqualiter & agricola numis, & ciuis D frumento indigeant, ex æquo utrique & facientes & affecti dici poterunt, ſin autem ciuis aliquando, ut in penurijs uſu venit, fruměto indigeat, numis non indigeat agricola, tunc ciuis affectus, agricola faciens & eſt & dicitur. atque ita quem appellet hic facientem, quem item affectum iam patet. Quemadmodum igitur, inquit, in iure emendatiuo iudex exceſſum, qui quidem exceſſus ex medio & æquo agnoſci facile poteſt, ab eo qui plus habet, detrahit, & diminuto apponit atque affecto, atque ita fit, ut contineatur ciuitas ac maneat, nam niſi & quod facit, ideſt iudex qui facit, & ab iniuſte agente iniuriam aufert, ita faceret: & quod afficitur, ideſt qui iniuriam intulit, ita afficeretur, nullo prorſus modo conſtare ciuitas poſſet: ſicut igitur hic fit, ita quoque in artibus earumque comercijs, retributionibusque contingit, niſi enim facientis opus atque exceſſus ad patientis eiuſque qui afficitur, opus ac defectum certam haberet præſcriptionem, ut ita inter ſe conueniant, ſicut faciens id eſt, plus vſurpans, & patiens, id eſt pluris uſurpatione diminutus, nullum inter ſe vſum habere, communitatemque poſſent. neque mirum eſſe debet, ſi pluris uſurpator & facere & affici idem dicatur: nam prius cum plus vſurpat, facere: poſtea cum adæquatur, affici ac pati exiſtimandus eſt. Quanquam ita quoque intelligi poteſt hic locus, ut interpretemur in hunc modum. niſi indigentium patientiumque neceſſitas pro dignitate operum eſſet, quæ ab artificibus efficiuntur, tum magnitudine, quam appellat hic quantum, tum qualitate, quam quale hic vocat:

A artes de medio omnes tollerentur. nulli enim operarentur artifices, ſi nulla ipſis æqua futura eſſet recompenſatio.

Quin etiam nomina hæc damnum & lucrum ex ſpontaneis contractibus videntur emerſiſſe. cum enim quis plus habet, quàm ſuum erat, lucrum, cum minus, quàm à principio habuerat damnum facere dicitur, in vendendo ſcilicet & emendo, alijſque huiuſmodi quæ legibus permittuntur. Cum autem neque plus neque minus, ſed ſua cuique per ſe ipſa euaſerint, ſua ipſorum habere dicuntur, neque damnum pati, neque lucrari. Quare ius lucri cuiuſdam & damni eorum eſt medium quæ præter ſpontaneum fiunt, cum ęquum quiſque & prius & poſterius habet.

Quoniam mos eſt, ut eum qui plus uſurpat, iniuſteque B agit, lucrari, eum uero qui iniuria afficitur, damnum facere dicamus: ſubiungit, lucrari & damnum facere proprie quidem de ijs dici quæ ſponte inter nos contrahimus transferri tamen hæc nomina poſtea ad eos etiam qui vel iniuria afficiunt, vel afficiuntur, ut lucrum & damnum etiam ipſi facere nihilo minus dicantur. Quapropter lucri cuiuſdam & damni medium ius eſt, at eorum quæ ſponte non fiunt, plus lucrum eſt, minus autem damnum, medium uero inter hæc ius eſt, eſt igitur ius medium, inquit, eorum. quorum? pluris ſcilicet & paucioris, quæ præter ſpontaneum ſunt. cum habet quiſque æquum ei quod prius habebat, ideſt antequam facta eſſet ab altero uſurpatio. id enim eſt ius ſeu iuſtum, cum tantum poſtea habet unuſquiſque, quantum prius etiam habebat, quàm iniuria fuiſſet affectus. dilucida enim fiet hęc Ariſtotelis ſententia, ſi quantum addiderimus: vt integra oratio talis euadat, ius eſt, cum æquum quiſque poſterius habet, quantum etiam prius, ideſt ante vſurpationem habuerat.

De retaliatione, numo, & indigentia.
Cap. V.

Videtur autem nonnullis & retaliatio abſolute & ſimpliciter ius ipſum eſſe, quemadmodũ Pythagorei dicebant, ius enim abſolute eſſe retaliationem definiebant. verum retaliatio neque ad diſtributiuum ius, neque D *ad emendatiuum accommodatur. volunt tamen ipſi Rhadamanthi quoque ius hoc dicere,*

Si contra paſſus fuerit, quod fecerit idem:
Iudicium planè rectum, vindictaque fiet.

Sępenumero enim diſsidet, vt ſi magiſtratum quis gerens percuſſerit, repercutiendus non eſt. ſi autem magiſtratum gerentem quis percuſſerit, non ſolum eſt percutiendus, ſed ſupplicio inſuper afficiendus. adde quòd ſponte ne an inuiti fecerimus, multum refert.

Cum dixerit de duabus ſpeciebus ſeu partibus iuſtitiæ, particularis ſcilicet, non illius communis quæ in legitimo conſiſtit, oſtenderitque alteram diſtributiuam, alteram eſſe emendatiuam: & vtramque proportione conſta E re, diſtributiuam geometrica, atque ea diſiuncta, quippe quæ in quatuor terminis conſideretur, cum duo ſint, quæ diſtribuantur, duo, quibus diſtributio fiat: emendatiuam autem arithmetica, & coniuncta, quæ tribus terminis efficiatur: quorum duo extremi ſint, alter, qui infert iniuriam, alter cui infertur, medius iudex. Cum inquam hæc omnia dixerit, de retaliatione nunc mentionem facit, quam ius ipſum eſſe, iuriſque ipſius finem Pythagorei exiſtimabant: qua de re in primo magnorum moralium clarius explicauit. illi enim ius eſſe cenſebant, cum quis id quod alteri feciſſet, ipſe repatiebatur, uerbi cauſa, ſi excæcaſſet quempiam, excæcari: ſi alapis cæcidiſſet, uiciſsim cædi, ſed hoc non omnibus conuenit, ſi. n. ſeruus ſemel ingenuum verberauerit, non ſemel ipſe, ſed ſæpius reuerberandus eſt. Quid autem ſit repatientia hęc

&


& relatio quam ἀντιπεπονθὸς vocant, aperte hac Rhadamanthi iuſtitia declarat: ab Heſiodo autem ſumptum eſt carmen. Reprehendit autem hic Pythagoreos Ariſtoteles, quòd repatiens eſſe ius abſolute dixerint, nullaque vlli diſtinctione fuerint, nullaque additione: vt retaliatio quæ fit proportione quadam, eſſe ius intelligeretur, nullo.n. modo ius eſt vt ſinguli ea quæ fecerint, abſolute repatiantur, quippe cum neque id diſtributioni conueniat, neque emendationi, in quas ius ipſum diuiditur. utræque enim proportione conſtant, altera geometrica, altera arithmetica: retaliatio autem proportione nulla fit. nam cum diſtributiuo iure idem non eſſe retaliationem inde perſpicuum eſt, quòd in illo æquum & iuſtum pro uniuſcuiuſque dignitate ſpectatur: in repatiendo nulla dignitatis ratio habetur, qui enim poteſt, ſi ſeruus, vel liberum & probum virum vno verbere percuſſerit, & ipſe uno etiam repercutiendus cenſeatur: vel ſacerdotem calcibus contuderit, & ipſe etiam nihilo ſecius eadem contumelia afficiendus putetur? Sed neque emendatiuum ius abſolutam retaliationem admittit, non enim ſtatuit, vt eadem repatiatur mala quilpiam, quæ alteri intulerit, uerbi cauſa, ut dens euellatur ei, qui dentem alteri extuderit, aut oculus eruatur ei, qui oculo alterum priuarit, ſed æſtimandum cenſet quanti aut dens, aut oculus haberi debeat, aut demum quodlibet aliud membrum: idque ab eo qui læſit exigendum, læſoque homini attribuendum, ſiue pœnæ ſiue quippiam aliud fuerit. Vtronque igitur hoc ius proportione utitur, retaliatio ſine ulla proportione fit. oportet enim, inquiunt, abſolute pati quempiam idem quod fecerit, at hoc minime iuſtum eſt: quemadmodum etiam exemplo declarat. non enim ſi quis magiſtratum gerens percuſſit quempiam, eſt repercutiendus, quippe cum æquales res non æquale damnum afferant & gerenti magiſtratum, & priuato. magiſtratum enim gerens cum amplior ſit & maior quàm priuatus ciuis, neque ſi verberauerit, eſt reuerberandus, eo quòd licet qui uerberatur, patiatur, ipſe tamen minime iniuſtè agere uideatur, neque ſi à priuato fuerit uerberatus, æqualibus verberibus eſt afficiendus is qui ipſum percuſſit. at abſoluta retaliatio id requirit, ut idem patiatur quilibet, quod perpetrauit. Præterea cuiuſmodi tandem ea iuſtitia eſt, ut eadem patiatur quæ fecit, tam qui ſponte fecit quippiam, quàm qui inuitus: in emẽdatiuo quidem iure diligenter hoc exquiri examinariquè conſueuit, & ſi inuentus quiſpiam fuerit ſponte feciſſe, maiori; ſi inuitus, minori pœna dignus cenſetur: in retaliatione vero nulla huiuſmodi diſquiſitio habet locum.

A B C D

Sed in communitatibus commercialibus tale ius retaliatum conſeruat rem, ſi ex proportione, non ex æqualitate exiſtat. contra enim faciendo ex proportione ciuitas continetur. Vel enim dant operam homines vt malum reddant, alioqui eſſe ſeruitus videtur, niſi par pari referatur, vel vt bonum recipiant, alioqui nulla fiet participatio: partitipatione autem ciuitates conſiſtunt ac continentur. vnde etiam gratiarum templum obuiam ſtatuunt, ut retributio efficiatur. quippe cum id proprium gratiarum ſit, ut & ei qui nobis gratificatus eſt viciſſim inſeruiamus, & ipſe rurſus gratificando nos prouocet. E

Poſteaquàm retaliationem ſimpliciter ita, ſineque ulla diſtinctione factam iuſtam minime eſſe oſtendit, quo modo iuſta fieri poſſit, nunc docet. ſi enim non abſolutè ac ſimpliciter, ut Pythagorei volebant, ſed ex proportione efficiatur, ad conſociationes commerciales ac commutatorias vtilis admodum eſt, quibus continentur, ſeruantur que ciuitates. atque hoc conſentit cum ijs quæ ſuperius paulo poſita ſunt, cum dixit, tolleretur enim artes, niſi & quod facis, & quantum & quale faceret, & quod afficitur, & tanto & tali afficeretur. idem ſi quidem hic repetere videtur. contra enim faciendo, id eſt par pari reddendo ex proportione, non abſolute & ſimpliciter vt inquiunt Pythagorei, ciuitatum ſocietas conſeruatur, & permanet. nam cum & ijs qui bene fecerint, bonum: & iis qui male, malum retribuitur, uidetur ciuitas non eſſe in ſeruitute conſtituta, ſed libera eſſe populariterque adminiſtrata. Atque ita definita, proportioneque facta retaliatio iuſta eſt, ciuitatumque conſeruat ſocietates, neque diſſidia aliqua ſeditioneſque in ipſis oriri permittit, abſolute uero facta, ut Pythagorei volunt, minime eſſet iuſta, turbaretque potius quietem & confunderet, quàm conſeruaret. Atque hic eſt ſenſus, verba vero ita ſunt intelligenda, uel enim dant operam homines, ſi iniuria ab aliquo affecti ſunt, vt ij qui iniuriam intulerunt, ultionem repatiantur, alioqui eſſe in ſeruitute ſe exiſtimant, ſi pro ratione iniuriæ quilibet, pœnas non luat, uel ſi beneficium aut in patriam, aut in ciuem aliquem contulerunt, ut gratias recipiant, alioqui nulla eſſet bonorum participatio, ſine qua conſiſtere communis ſocietas non poteſt. Oportere aũt beneficiis gratias referre, vt inquit id declarat, quòd in vrbibus templum Gratiarum obuiam, ideſt in medio, quod ipſe ἐμποδὼν dicit, conſtitutum eſt. eo quòd & beneficio affectus omnino debet uiciſſim inſeruire ac ſubminiſtrare ei qui beneficium contulit, & ille iterum gratificando prouocare. ob hanc enim cauſam cum tres fingatur Gratiæ mutuo inter ſe amplexu coniunctæ, vna auerſa in medio aduerſarum duarũ collocatur, ut ex eo quòd conuerſa eſt, ad excipientes & amplectentes redditio mi nillerij, ex eo quòd ab ab aduerſis complexu excipitur, no ui beneficii prouocatio ſignificetur.


Coniunctio autem quæ per diametrum fit, retributionem hanc facit, quæ conſtat proportione. exempli gratia, ſit ædificator, in quo ſtatuatur A: ſutor, in quo B: domus, in quo C: calceus, in quo D.



oportet igitur, vt ædificator à ſutore opus ipſius accipiat, & ipſe ſuum illi tradat. Quod ſi primum ſit æquum ex proportione, deinde retaliatum efficiatur, erit id quod dicimus, ſin minus, æquum non erit, neque conſiſtet. nihil enim vetat quo minus opus alterius alterius opere præſtabilius ſit. quo circa adæquari ea ſunt. eſt autem hoc in alijs quoque artibus, tollerentur enim, niſi & quod facit, & quantum & quale faceret, & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur.

Cum retaliatum ius dixerit ſi proportione fiat, eſſe æquum, ciuilemque ſocietatem conſeruare, ita enim pro ratione uniuſcuiuſque moderatum ſub ciuile ius reduceretur, hic quomodo proportio hæc effici poſſit, manifeſtat: quemadmodumque artifices operum ſuorum commutatione inter ſe facta ius atque æquum obtineant. nam ſi permutatio ita abſolute fiat, æqua minime eſſent commercia ciuitateſque conſiſtere nullo pacto poſſent, non enim domus æqualis eſt calceo. quocirca admitti proportionem neceſſe eſt. inquit autem coniunctionem quæ per diametrum fit, efficere proportionem hanc in retributione, id quod deſcriptione etiam quadam declarat, hoc modo, ſit quadrilatera figura & in A ædificator, in B ſutor ſtatuatur, in inferiore vero latere opera ipſorum, in C domus, in D calceus, deinde & ab A in D, & à B in C ducantur dimetientes

metientes : diameter enim linea recta eſt , quæ figuras bipartito dimetitur , quadrangulumque ab angulo ad angulum ducta in duas æquales portiones ſecat , cuiuſmo-



di eſt, quæ & ab ædificatore ad calceum, & à ſutore ad domum pertingit . cōiunctio igitur per diametrum hęc eſt, qua efficitur vt ædificatori calceus , ſutori domus adiungatur. atque hæc coniunctio per diametrum eſt: proportio autem eſt huiuſmodi , quam rationem habet ædificator ad ſutorem , eandem domus ad calceum habet. quòd ſi ædificator ſutori æqualis eſt, æqualis quoque domus calceo erit. atq; ita fiet, ut ſi ædificator calceum, ſutor domum acceperit, æqualia utrique habeant, ſitque æqua permutatio ac iuſta , & quia proportione facta eſt retaliatio, iuſta etiam ſit : æqualem enim vtilitatem & ædificator à ſutore , & ſutor ab ædificatore conſequetur . ſi enim domus calceo eſt æqualis, propterea quòd artifices æquales inter ſe ſunt, quantum accepit ædificator, tantundem accipiſſe etiam ſutorem perſpicuum eſt , ſed ſi æqualis non ſit ædificator ſutori, ſed excedat, opus quoque ipſius opus ſutoris excedat neceſſe eſt, proportioque eſt inter ipſos facienda , ut calcei domui adæquentur , atque ita diſtributio, & retributio æqua & iuſta eſſe poſſit. Sit enim dilucidioris explanationis cauſa ędificator ſex, ſutor tria. duplus igitur ad ſutorem erit ædificator, ſi vero artifex ad artificem , & opus etiā ad opus duplum eſſe oportebit, domus igitur quoque ipſa ad calceum erit dupla. duplicandus igitur erit calceus, ut domui ei adæquetur. atque ita ædificator calceos, ſutor domum accipiet, eruntque inter ſe ęquales. Si igitur inquit, primum ſit æquum ex proportione, id eſt adæquata ita fuerint artificum opera, ut alterum alteri minime præſtet, deinde retaliatio efficiatur, ideſt retributio ac permutatio, erit id quod dicimus, hoc eſt ius ex proportione euadet. nam ſi non fiat proportio, domuſq; & calceus prius non adæquentur , non habebunt æqualia vtrique, ſed inæqualia, amplius ſutor, quippe cum domus calceo longe amplior ſit , ædificator minus, calceus enim minoris quàm domus æſtimatione cenſetur , vt conſiſtere ædificatoris & ſutoris ſocietas , conſeruarique hac ratione minime poſſit.

Non enim ex duobus medicis ſocietas fit , ſed medico & agricola , & demum diuerſis & non æqualibus . ſed hi tamen adæquandi ſunt.

Cum dixerit nihil vetare quo minus alterius opus maius ſit, quàm alterius , id his uerbis declarat, non ſecus ac ſi ita diceret , ſi utrique artifices eſſent medici , aut ſutores, alterius opus minime eſſet præſtantius quàm opus alterius , quoniam vero artifices ſunt diuerſi , fit , ut opera quoque ipſorum diuerſa ſint, alterum melius, alterum deterius. Cum dixerit autem diuerſis adiunxit & non æquales , propterea quòd quorum opera ſunt diuerſa & non æqualia, artifices quoque eſſe inæquales neceſſe eſt . ſi autem ciuitas eſſe debet ac ſocietas, diuerſos eſſe oportet eos qui ſocietate ac ciuitate inter ſe iungendi ſunt . nam neque ciuitas neque alia quæpiam communitas conſiſtere

A vnquàm poſſet ex æqualibus hominibus, atque ijs qui vnam & eandem artem exercerent. ſi enim omnes vnam artem exercerent , efficeretur , vt rem uniuſcuiuſque haberet , atque ita vnum quoddam eſſent omnes , neque alterius ope quiſpiam indigeret . indigentia enim eſſe non poteſt, niſi inter plures , at plures ij habentur, qui diuerſi ſunt , nam qui eadem ſciunt , eademque operantur , licet plures eſſe homines uideantur, quia tamen unam rem omnes tractant , vnus omnes ſunt. Quare ſi ſocietas futura eſt, diuerſi eſſe & non æquales illi debent, qui inter ſe ſunt verſaturi, quippe cum & eorum quibus indigemus acceptio, & eorum quæ nobis aſſunt , datio, ſocietatem omnem vitæ conſtituant. nam quia fieri non poteſt, vt vnuſquiſque omnia quæ ſibi ad vſum ſunt neceſſaria efficiat,
B eſſe diuerſos neceſſe eſt, qui opera diuerſa efficiant , vnde retributio fieri ac permutatio poſſit, atq; ita ęquum omnes habeant.

Iccirco omnia ea quorum eſt permutatio , comparabilia eſſe quodam modo debent, ob quod numus in vſum venit, qui quodam modo medium efficitur , metitur enim omnia, quare etiam exceſſum & defectum , quot ſcilicet calcei domui, vel alimento æquales ſint. Oportet igitur quotus eſt ædificator , aut agricola ad ſutorem , tot calceos ad domum , aut alimentum æquiparari. niſi enim ita ſit, nec permutatio, nec ſocietas eſſe vllo modo poterit , id autem non erit , niſi æqualia quodam modo inter ſe ſint . oportet igitur , vt vno quodam , ſicut dictum eſt, etiam prius, cuncta menſurentur,
C *at id eſt re vera quidem indigentia , quę omnia continet, nam ſi nulla re indigerent homines , aut non ſimiliter , efficeretur ut uel non eſſet vlla omnino , vel non eadem permutatio . ſed indigentiæ tamen loco ex pacto quaſi ſubſtituitur numus , vnde etiam nomiſma appellatur , eo quòd non natura , ſed νόμῳ ideſt inſtituto & lege conſtet , in nobiſque ſit eum mutare , atque inutilem reddere.*

Propterea quòd comparabilia inter ſe ſunt ſingula, dū rationem inter ſe quandam habent , & comparationem, id eſt dum æſtimantur, præfinitoque precio taxantur ſingula, ideo inuentus numus eſt , qui omnium dignitatem metiatur, manifeſtetque exceſſum & defectum uniuſcuiuſque, ac ſub oculos ponat. nam ſi patuerit domum duo-
D bus calceis eſſe excellentiorem , quantus tamen exceſſus eius ſit ignoretur , numus id declarat. ubi enim inuenerimus domum unam decem , vt ita faciamus , numis æſtimari , duos uero calceos uno : habemus iam quantum id ſit, quo & domus vna calceos duos excedit, & calcei duo à domo una exceduntur, quia enim domus vna decem numis , calcei duo vno cenſentur, & decem nouem unitatibus vnum excedit: domus quoq; exceſſus ad calceos duos nouem numorum eſſe manifeſtum eſt. exceſſu autem cognito adæquatio in hunc modum fiet , ſi duo calcei uno numo ęſtimantur , uiginti calcei decem numis conſtabunt , at domus una totidem numorum precio cenſebatur , efficietur igitur , vt viginti calcei vni domui æquales ſint. ſi ergo uiginti calceis acceptis à ſutore ædificator da-
E bit ei domum , retaliatio ex proportione efficietur iuſta, atque æqua . Atque ita fit vt numi vicem iudicis ſubeant. ſicut enim in iure emendatiuo ex iudicis mediocritate cognoſcebamus, quantum pluris vſurpatori detrahendum, addendumque uſurpato eſſet , medius ſiquidem interueniens iudex inter iniuria afficientem & affectum utrorumque exceſſum & defectum manifeſtum faciebat , ita hic quoque numorum appoſitione quem habeat exceſſum domus ad calceos, inuenimus. Recte igitur dixit medium quodam modo effici numum, quippe qui ſic regula & diſcrimen exceſſus domus & calceorum fiat , ſicut iudex defraudantis & defraudati eſt . oportet igitur ut quotus eſt ædificator ad ſutorem , tot calcei ad domum comparentur, at ædificator ad ſutorem eſt duplus, duplicandi ergo calcei ſunt , ut domui æquales euadant. nam ſi domus eſt

quatuor,

quatuor, calcei duo, duo duplicanda ſunt, quatuorque efficienda. ſi enim non ſit æqualitas, neque permutatio vlla erit, neque ſocietas; æqualitas autem vno quodam facienda eſt, quod omnia menſuret. id autem re vera indigentia eſt, cauſa enim ſocietatis communioniſque vitæ humanæ eſt indigentia. nam quia multis rebus vnoſquiſque noſtrum indiget, fieriq́ue nullo modo poteſt, ut omnes omnia exerceant, ſicut iam diximus, ſocietatis inde comerciorumque occaſio exorta eſt. id quod ex iis facile perſpici poteſt, inter quos nulla incidit neceſſitas. Cum enim calceis agricola non indiget, aut ſutor frumento, nulla inter ſe vtuntur familiaritate, cum vero alter alterius ope indiguerit, & ille ſutoris, & hic agricolæ, confeſtim ad communicanda inter ſe opera ſua conueniunt, neceſſitateque inducti contrahunt ſocietatem. ſed quia ſæpenumero vſu venit, ut neque ſutor uel ædificatoris uel agricolæ, neque ædificator aut agricola ſutoris opificio indigeat, introductus eſt numus, qui indigentiam repenſet, eiusque loco quaſi ſubſtituatur. damuſque pro calceis, aut domo, aut frumento numos ex pacto, & inſtitutione. ob id enim numus, ideſt nomiſma appellationem hanc ſortitus eſt, eo quòd non natura, ſed νόμῳ id eſt lege, & inſtitutione noſtra ſuit inuentus. in noſtraque eſt poteſtate eum inutilem reddere: nam ſi voluerimus ea quæ habemus, dare, & quæ non habemus, accipere, inutilis prorſus vſus numi euadet.

Erit igitur retaliatio cum adæquata iam ſingula fuerint, vt quo loco eſt agricola ad ſutorem, eodem opus ſutoris ad agricolæ opus ſit.

Cum, inquit, adæquata inter ſe fuerint opera, tunc retaliatio iuſta efficietur, ut, ſicut agricola ad ſutorem ſe habet, ita opus ſutoris ad agricolæ opus referatur. nam ſi agricola ad ſutorem duplus eſt, ſutor agricolæ erit dimidius, & calcei igitur, quod ſutoris eſt opus, ſi frumento & alimento comparentur, loco dimidij habebuntur. Quocirca duplicandi ſunt, ut quam rationem habet agricola ad ſutorem, eandem calcei duplicati ad calceos ſimplices qui prius erant dimidium ad frumentum comparati, habeant, atque ita fiet, ut frumento calcei æquales reddantur, efficiaturque iuſta retaliatio geometrica proportione, quæ terminis quatuor conſtat. quamquam inferius tribus etiam fieri quodammodo poſſe oſtendet, atque ob id ſub arithmeticam reduci: vt retributio & commutatio geometrica fiat proportione, expoſitio uero proportionis, & æqualitatis eorum quæ in retributione efficiuntur, arithmetica.

Cum autem permutarint, in figuram proportionis redigere opus non eſt, alioqui alterum extremum vtraſque haberet exuperationes. ſed vbi habuerint ſua quiſque, ita æquales & ſocij efficiuntur, eo quòd in ipſis fieri hæc æqualitas poteſt. Sit Agricola A. alimentum C: ſutor B: opus ipſius adæquatum D. ſi autem non hoc modo fiat retaliatio, nulla erit ſocietas.

6 agricola A ———————————— B ſutor 3

4 alimentum C ———————————— D calcei 4

Exuperatio ideſt ὑπεροχή, quo nomine hic vtitur, tam de exceſſu dicitur, quàm de defectu. in uſu enim eſt apud Græcos, vt ita loquantur; pauca data illi ſunt ad exuperationem, & item e contrario, multa ad exuperationem, &, diues eſt ad exuperationem, necnon pauper ad exuperationem, ideſt καθ᾽ ὑπερβολήν quod eſt ad exceſſum, & ſupra modum, ſiue citra, ſiue ultra mediocritatem facta fuerit exceſſio. Quod vero inquit, eiuſmodi eſt: opificum, operumque ipſorum proportio, priuſquàm permutatio aliqua fiat, facienda eſt ad eum modum quem diximus. nam

A ſi ante facta fuerit proportio, & poſtea fiat permutatio, retributio æqua & iuſta efficietur, in figuramque proportionis redigentur, vt quod eſt agricola ad ſutorem, idem agricola cum frumento ad ſutorem cum opere ipſius, id eſt calceis ſit. ſicut enim agricola ſutorem excedit, ita agricola vnà cum frumento ſutorem cum calceis excedat, neceſſe eſt, ante ſcilicet, quàm facta fuerit permutatio. debetque frumenti & calceorum inæqualitas ad æqualitatem in hunc modum redigi, ſi duplum ſit frumentum ad calceos binos, duplicandi ſunt bini calcei, ita enim fiet, ut quatuor calcei effecti frumento æquales euadant. facta autem hac adæquatione ſi quatuor calceos accipiat agricola, & frumentum ſutor, utrique erunt æquales, tam agri-

B cola cum quatuor calceis, quàm ſutor cum frumento. nam quia ob id agricola excedere ſutorem dicebatur, propterea quòd frumentum calceos excedebat, ubi frumento calcei fuerint adæquati, agricolæ quoq; ſutor erit æqualis, at ſi æqualia æqualibus addantur, tota ipſa inter ſe ſunt æqualia, erit igitur & agricola cum calceis & ſutor cum frumento inter ſe æquales. oportet ergo, inquit, ante permutationem proportionem facere, & per ipſam artificum opera inter ſe adæquare. ſi enim id prius non fieret, id eſt ſi ſine ulla proportione permutatio fieret, vtrique extremi, id eſt & agricola & ſutor vtraſque haberent exuperationes. nam ſi duos calceos accipiat agricola, erit & in exceſſu utpote agricola, & in defectu; quippe qui

C duos calceos habeat, qui frumento ſunt inferiores: ſimilimodo ſutor frumento accepto ut ſutor, deficiet, & excedetur, eo vero quòd frumentum habet quod calceis eſt præſtantius, excedet. Quare eos qui ita ſimpliciter ſcilicet permutationem faciunt, uelle ad figuram proportionis redigere poſt permutationem, ſtultum omnino eſt, immo ut redigantur, fieri nullo modo poteſt. non enim in permutatione ſine proportione facta ea æqualitas inueniri vnquam poterit, ut quam rationem habet agricola ad ſutorem; eandem agricola cum duobus calceis ad ſutorē cum frumento habeat, propterea quòd res quæ permutantur, prorſus ſunt inæquales. Quo autem pacto adæquari calcei frumento queant, dictum iam eſt, numo enim

D aut aliqua alia huiuſmodi re æquales reddentur. Figuræ vero deſcriptio ſatis per ſe manifeſta eſt, quippe cum de ea ſæpius iam dixerimus. vt eadem repetere rurſus ſuperuacaneum eſſe cenſeamus.

Indigentiam vero quaſi rem vnam quandam eſſe quæ contineat, illud declarat, quòd cum mutua ope non indiguerint aut vtrique aut alteri, permutationem non faciunt, quemadmodum cum eo quod quiſpiam habet, alius indiguerit, vt vino, pro quo frumenti exportationem concedunt. id igitur adæquatum prius ſit, neceſſe eſt.

Superius etiam dixit indigentiam eſſe quæ ciuitates cō-

E tineat, nuncque idem comprobat ex iis quæ quotidie fieri conſueuerunt. Cum enim ſit, vt alter vinum tantum habeat, alter frumentum tantum, atque ita qui vinum habet, frumēto, qui frumentum vino indigeat, inter ſeſe vtrique conciliantur, permutationemque faciunt. at cum & ille qui frumentum uel habet, vel cultura ſibi comparat, vitibus quoque abundat, & ille qui habet uites, agrorum cultioni etiam vacat, vt inde ſuppetere ipſi frumentum poſsit, ij quia nulla indigentia ad permutationem inducūtur, nullam inter ſe contrahunt ſocietatem.

Sed licet nunc non indigeat quiſquam, pro futura tamen permutatione quaſi ſponſor, ſi indigentia inciderit, eam fore, nobis intercedit numus: qui enim eum affert, accipiendi facultatem habeat neceſſe eſt.

Qua de cauſa inuentus fuerit numus, nunc declarat, quia enim ſæpe eueniebat ut ſutor indigeret quidem frumento, vel vino, vel quapiam alia re huiuſmodi, agricola tamen, aut uinitor calceis non indigeret, aut e contrario illi calceis indigerent, ſutori vero rebus illorum nihil eſ-

ſet

ſet opus, qui ſuppleret hanc indigentiam, inuentus eſt numus, quo quaſi ſponſore vti conſueuimus. numum enim afferens ſutor dat agricolæ: & habe hunc, inquit, loco calceorum, & quaſi ſponſorem ac prædem accipe: vt ſi quando calceis indigueris, viciſſim numum ego, tu calceos recipias.

Idem tamen etiam ipſi huic contingit: non enim ſemper æqualiter poteſt: quamuis magis ſoleat permanere. idcirco precio cuncta æſtimata eſſe oportet. ita enim ſemper erit permutatio. at ſi ea fuerit, ſocietas quoque ſit, neceſſe eſt.

Ipſi huic numo, inquit, idem euenit. id eſt id quod in indigentia accidit, idem in numo quoque conſpicere quiſpiam poſſet. ſicut enim in illa fit, vt non ſemper indigeamus alienis operibus, ita neque numus ſemper æqualiter poteſt, id eſt æqualem vim habet: ſed iactatur & decidit, vt interdum multum, interdum parum, aut nihil valeat: ſed magis tamen is perſeuerat & permanet, cum reliqua facilius conſumantur: vnde tanquam menſura omnium quæ permutantur, eo vti debemus, habereque eum qui omnibus præſtet, atque æſtimatione omnia taxet. Sed quando fit, vt plus, quando vt minus aut nihil valeat numus? in abundantia & fertilitate multum valet, in annonæ penuria, & frugum ſterilitate nihil. nemo enim eſt tunc, qui cum frumentum habeat, quod neque ſibi neq; ſuis ſatis ſit, pro paruo etiam frumenti numero numos accipere vel quamplurimos velit.

Numus igitur vtpote medium commenſurabiles inter ſe efficit res, atque ita adæquat: neque enim vlla eſſe ſocietas poteſt niſi ſit permutatio: neque permutatio, niſi ſit æqualitas: neque æqualitas, niſi etiam commenſuratio ſit.

Numus, inquit, is, vtpote medium, id eſt communis rerum menſura commenſurabilia omnia reddit, atque adæquat. commenſurabilia autem ea appellāt Geometræ quę communi atque eadem menſura poſſumus metiri. rationis autem conſequutio in hunc modum deducitur: ſocietas ex permutatione exiſtit, permutatio autem ex æqualitate efficitur: at æquales redduntur res commenſuratione, numo vero fit commenſuratio, quare niſi fuerit numus, neque erit commenſuratio: niſi autem ſit commenſuratio, neque vlla permutatio exiſtet: ſublata vero permutatione, tollatur quoque ſocietas omnis neceſſe eſt.

Ac re quidem vera fieri non poteſt, vt quæ adeo inter ſe diſtant, commenſurabilia efficiantur: ſed pro indigentiæ tamen ratione ſatis commode fit. vnum igitur quoddam eſſe oportet: atque id ex conſtitutione. vnde etiam nomiſma, id eſt numus vocatur. hic enim eſt, qui commenſurabilia reddit omnia. numo enim omnia menſurantur. Sit Domus A: minæ decem B: lectus C: ſitque A dimidium ad B: ſiquidem quinque minis domus digna eſſe cenſeatur, aut æquali re: lectus autem id eſt C decima ſit pars ipſius B. patebit profecto quot lecti domus æquales euadant: nimirum quinque.

A——————————————C
domus B lectus
5—————— 10 minæ ——————1.

ita autem fieri conſueuiſſe permutationem ante quam numus inueniretur, perſpicuum eſt. nihil enim intereſt an lecti quinque, pro domo vna exhibeantur: an tantum, quanti lecti ipſi quinque conſtant. Quid igitur iniuria, quid item ius ſit dictum iam eſt.

Quæ adeo inter ſe diſtant, fieri non poteſt, vt commenſurabilia efficiantur re vera. nam quæ ſunt commenſurabilia proprie communi particula menſurari conſueuerunt: vt numeri numero, magnitudines magnitudine. at numus non eſt pars eorum quæ in permutationem veA niunt: neque enim eſt membrum vel domus, vel calcei, vel frumenti, vel vini, vel alicuius alterius: ſi enim eſſet, non eſſet numus: ſed aliquid ex his rebus. cum igitur numus non ſit communis aliqua pars tanquam menſura, tamen adhibetur pro indigentia ad commenſurationem faciendam, eſtque cum magna eſt indigentia rerum quæ permutantur, paruum quid: cum parua, magnum. in affluentijs enim rerum magnus eſt numus & precioſus: in frugum caritate paruus, ac quanto quidem maior eſt rerum penuria, numus tanto minus valet. oportet igitur inquit, vnum quoddam eſſe, quo ea quæ permutantur, commenſurabilia efficiātur. hoc eſt vnum quoddam eſſe oportet, quod ea quæ in permutationem veniunt, metiatur: quod tamen menſuratarum rerum pars nulla ſit, ſed ex conſtitutione, B poſitioneque noſtra, vt menſura, accipiatur. vnde etiam numus, id eſt nomiſma appellatur, quia ſanctione & νόμῳ, id eſt lege noſtra fuerit introductus ad venalia omnia metienda. Poſteaquàm vero dixit mediam menſuram eſſe numum in permutationibus, adæquareque omnia, quo modo is res ipſas metiatur, quoq; pacto acceptus medius rerum ſit, nunc docet, ſumitque in huius rei demōſtrationem domum, quæ ædificatoris opus eſt in qua ſit A: deinde decem minas vel numos in B: tum lectum fabri lignarij opus in C: & quia omnia numo æſtimantur, facit vt domus quinque minis ſit digna, lectus vna. His ita poſitis quot lecti æquiparari domui valeant ex numis ipſis agnoſcemus. nam cum quinque minis æſtimetur domus, decem minarum dimidium eſt: lectus vero cum vna mina C ſit dignus, decima pars eſt decem minarum, decima autem pars decem minarum eſt vna mina, & dimidium, quinque minæ ſunt: dimidij igitur, id eſt quinque minarum lectus quinta pars eſt, at domus quinque minis conſtat, lectus igitur domus quinta pars eſt. quinque igitur lecti domui vni æquiparabiles, compenſabileſque erunt. id quod ex decem minis in medio collocatis inuenitur. Ac mutationes quidē vt in rebus publicis dictum eſt, ante inuentionem numi hoc modo fiebant, lecti ſiquidem pro domo dabantur, & reliqua ſimiliter. quid enim refert quinque ne lectos accipiat aliquis pro domo, an quinque minas, quanti ſcilicet quinque lecti æſtimantur? His D explicatis poſtremo concludit, quid ſit ius, inquiēs, diſtributiuum ſcilicet & emendatiuum, quidque eius oppoſitum iniuria, dictum iam eſt.

His ita definitis perſpicuum eſt iuſtam actionem inter afficere iniuria & affici medium quoq; eſſe: illud enim plus habere eſt: hoc minus.

Si ius medium eſt pluris & paucioris, pluris item vſurpationis, & paucioris acceptionis, ſequitur vt iuſta agere & iuſta facere medium quoque ſit inter plus vſurpare, & vſurpari, id eſt iniuria afficere & affici. quare plus etiā vſurpationis & paucioris acceptionis iuſta actio id eſt διανεμητική media erit.

*Iuſtitia vero non eodem modo quo aliæ ſuperiores virtu*E *tes, mediocritas eſt: ſed ob id quia medij eſt: iniuſtitia autem extremorum.*

Cum oſtenderit quo modo & ius & iuſte agere medium ſit, & quorum medium: conſentanee ſubdit iuſtitiam non eodem modo quo ante dictæ virtutes, eſſe mediocritatem. illæ enim duorum viciorum mediæ intercedebant: ignauiæ & audaciæ fortitudo: intemperantiæ & ſtupiditatis temperantia, & reliquæ ſimiliter mediæ exceſſus & defectus, iuſtitia autem duorum vitiorum media minime eſt, ſolam enim habet in iuſtitiam oppoſitam, quæ tam in eo qui iniuriam facit, quam qui accipit, conſideratur. qui enim infert iniuriam, eſt ille qui plus habet, qui accipit, eſt qui minus. pluris autem & paucioris mediū iuſtitia ipſa eſt æqui effectrix. nā quia æquū agit, æquum autem eſt medium, fit, vt ipſa quoq; mediocritas ſit, ob id quia medij & æqui eſt.

Ac iuſtitia quidem eſt, qua iuſtus dicitur iuſti operator

ex electione, ac diſtributor tam ſibi ad alterum, quàm alteri ad alterum: non ita vt expetendarum rerum maiorem partem ſibi, minorem alteri exhibeat, damnoſarum econtrario: ſed æquum ex proportione diſtribuat. & alteri ad alterum ſimili modo. Iniuſtitia autem contrà eſt qua iniuſti operator & diſtributor vnuſquiſque dicitur. id autem exceſſus & defectus eſt vel vtilis rei, vel damnoſa præter proportionem. atque iccirco iniuſtitia exceſſus eſt & defectus, quia exuperationis & defectionis eſt.

Recte admodum adiũxit ex electione, propterea quod electio eſt, quæ probum virum exprimit, electioneque ſuſceptæ operationes. non enim qui iuſta agit, continuo eſt iuſtus, quippe cum poſſit vel timore, vel aliqua alia re inductus quiſpiam iuſta agere, ſed qui ex electione agit, B is eſt iuſtus. Deſcriptionem autem iuſtitiæ hic apponit, habitum quendam eam eſſe inquiens, quo idonei ad agendum æquum id homines efficiuntur, quod in ſocietate cõſiſtit. id enim ſignificat cum inquit ac diſtributor tam ſibi ad alterũ, quam alteri ad alterum: nam iuſtus ille eſt, qui ſiue inter alios diſtributionem faciat, quod pro dignitate vniuſcuiuſque eſt, id quod videlicet eſt æquum, vnicuique tribuit: ſiue inter ſe & alios, non ſibi amplius de bonis, minus de malis vendicat, ſed æquam & ſibi, & illis proportionem tradit. qua in deſcriptione manifeſte vel ex nomine diſtributiui iuris facit mentionem: includit tamen etiam emendatiuum dum æquum ex proportione diſtributurũ vnicuique iuſtum hominem inquit, & ſimul quo modo & quorum mediocritas ſit iuſtitia, planum facit. C iniuſtus ſanè in bonis plus ſemper ſibi ſumit, in malis minus, iuſtus vero in omnibus, quod ſibi proportione conuenit. eſt igitur iuſtitia habitus, quo homines efficiuntur idonei & ad agendum & ad eligendum æquum id quod in diſtributionibus, & emendationibus conſiſtit: iniuſtitia autem econtrario, habitus quo ad agendum iniquum inſtruimur.

In ſe quidem exuperationis rei illius quæ abſolute eſt vtilis, & defectionis damnoſę: in alijs in vniuerſum quidem ſimiliter, quantum tamen ad id ſpectat, quod præter proportionem eſt, vtro modo inciderit. iniuſte facti autem minus eſt iniuria affici, maius afficere.

Præter proportionem appellat iniquum, id eſt plus & minus. ſi enim quod proportione conſtat, eſt æquum, D quod eſt præter proportionem iniquum ſit, neceſſe eſt. clarior tamẽ eſſet lectio, ſi loco tamen particulæ enim poneretur, in hunc modum. quantum enim ad id ſpectat, quod præter proportionem eſt &c. ſenſus autem eſt talis in ſe quidem diſtributionem iniuſtus ſemper certo quodam modo exercet, ſemper enim de vtilibus amplius, de damnoſis minus ſibi ſumit, at in alijs nõ certum aliquem modum ſeruat, ſed vt incidit, modo vni plus, modo alteri tribuit, & cui hodie amplius indigne dedit, cras minus dabit, atque id quoque immerito, & præter proportionem. vnde ſubiungit, minus eſt iniuria affici, id eſt minus habere quam pro dignitate conueniat, eſt iniuriam pati; plus vero quam conueniat, iniuriam facere eſt. Quanquam hoc alteram quoque admittere poteſt interpretationem, E vt dicamus Ariſtotelem hic ſignificare velle, licet iniuſtitiam in afficiente, & affecto conſideretur, magis tamen eam eſſe in afficiente. minus enim iniuſte factũ eius eſt qui afficitur iniuria, quam qui afficit. iniuriam ſiquidem facere in noſtra poteſtate eſt, è noſtraque prauitate proficiſcitur, iniuriam vero pati in nobis nõ eſt, ſed extrinſecus vel inuitis nobis euenit.

De iuſtitia quidem & iniuſtitia, quænam ſit vtriuſque natura: de iure ſimiliter & iniuria in vniuerſum: ad hunc modum dictum iam ſit.

Dixit enim iuſtitiã & iniuſtitiã eſſe habitus. quales modo explicauimus. appoſuit autem in vniuerſum propterea quod particularia minime eſt proſequutus, nam in di- A ſputationibus in quibus de agendis rebus agitur, in vniuerſum quid in quaq; re fieri debeat, deſcribi quidem poteſt, non tamen ſingula quæque pertractari queunt, vt quoad progrediendo vnumquoq; vel plus, vel minus, vel æquum erit, definire valeamus. res enim ipſę eius generis ſunt, vt in latitudine quadam conſiſtãt, atq; ideo exquiſitam vllam exactamq; doctrinam admittere non patiantur.

De iniuria & iure ciuili, herili, & familiari. Cap. VI.

Quoniam vero fieri poteſt, vt quis licet iniuſte agat, non tamen ſit iniuſtus: qualia nam iniuſte facta quiſpiam committens in vnaquaque iniuſtitia iniuſtus continuo eſſe dicendus eſt? fur ne an adulter, an latro? an B *ita quidem nihil intererit. nam concũbere cum muliere quis poſſet non ignarus qua cum rem habeat: non tamen ex electionis principio ſed ex affectu id faceret: qui ſanè iniuſte quidem agit, non tamen eſt iniuſtus. ſicut neque fur, licet furatus ſit: neque adulter, licet adulterium commiſerit. ſimili modo etiam de alijs: Quo modo ſanè retaliatio ad ius ſeſe habeat dictum iam ſuperius eſt.*

Dilucidior eſſet lectio, ſi in hunc modum diceret, quoniam iniuſte factum eſt furari, ſcortari, adulterari, ſacrilegium committere, & omnino omnia quæ contra leges fiunt, qualia nam ex his agendo aliquis iniuſte agit, & qualia item agendo iniuſte non agit? ſunt enim quædam iniuſta, quæ licet agat aliquis, iniuſtus tamen non eſt. quo modo autem id ſit? quoniam non ad actiones C ſpectantes, ſed ad finem cuius cauſa aliquid agitur, res ipſas iudicamus. nam qui furenti gladium furatus eſt, quo ſe ille erat interfecturus, furatus quidem eſt, non ob id tamen fur, ſed ſeruator potius & beneficus eſt dicendus, neque eſt adulter, qui pecuniarum cupiditate cum diuite muliere conſueſcat, ſed auarum. Cum interrogauerit autem qualia iniuſte facta aliquis committẽs iniuſtus ſit? reſpondet, an ita quidem nihil intererit. id eſt. ita quidem ſi ſine vlla diſtinctione dicamus, nulla videretur eſſe differentia, quin vnuſquiſq; q iniuſte quid agat, iniuſtus quoq; eſſe dicendus ſit, ſed ſi ad finem quis reſpexerit, cuius cauſa iniuſte agitur, multos is inueniet, qui licet iniuſte agant iniuſti tamẽ minime ſunt. cũ vero inquit nõ ignarus qua cum rem habeat, idem eſt ac ſi diceret, ſciens quænã ſit ea D cum qua concumbit, nuptam ſcilicet alteriuſque vxorem, non tamen eſt adulter. non enim ob intemperantiam, ſed ob pecunias, ſi ita inciderit, cum ea rem habet. iniuſtus autem eſt, qui ex voluntate & electione agit, nam qui non ex electione ſed ex affectu agit, iniuſte quidem ſe gerit, iniuſtus tamen ob id neque eſt, neque dici debet.

Non eſt autẽ ignorandũ id quod nũc quærimus & ſimpliciter ius, & ciuile ius eſſe. hoc autem eſt quod communionẽ vita affert, vt liberis hominibus & æqualibus neceſſaria ſufficiant: atque id vel proportione vel numero. quare quibus hoc non adeſt, inter eos neq; ius ciuile eſſe exiſtimandum eſt: ſed ius quoddam, & per ſimilitudinem.

Cum ſuperius demonſtrauerit ius, alterum eſſe diſtri- E butiuum, alterum emendatiuum, quorum illud geometrica, hoc arithmetica proportione conſtaret, multiſque modis ius ipſum & iuſtitia dicatur, nunc de quo iure, ac de qua iuſtitia diſſeruerit, explanat, inquitque ſe de ciuili iure intelligere. de eo enim quæſtio hæc eſt, vtrum actio ſit iuſta, nec ne, & vtrum vnicuique iuſte facta ſit diſtributio vel agrorum, vel pecuniarum, nec ne. de ciuili igitur iure nunc agitur, quod ſimpliciter id eſt proprie & vere ius eſt, quod etiam deſcribentes, & ſub oculos ponentes eſſe dicimus in communicatione vitæ, vt liberis hominibus & æqualibus neceſſaria ſufficiant. communicantes enim inter ſe, & contrahentes homines rebus neceſſarijs ad vitam inſtructi redduntur. poſteaquam vero dixit, quid ſit hoc ciuile ius, ſubiungit, vel proportione,

vel numero vt proportione diſtributiuum, numero emẽdatiuum ſignificet. eiuſmodi enim eſt ciuile ius, vt liberorum hominum & inter ſe æqualium ſocietatem contineat, & conſeruet: dum & diſtributiones ex proportione & æqualitate facit, & iniuſte facta emendat. vide autem acumen Ariſtotelis: non ſolum enim dicendo proportione & numero diſtributiuum & emendatiuum ius ſignificauit, verum etiam omnia rerum publicarum genera oſtendit. dum enim inquit numero popularis poteſtatis ſpeciem notat: in qua numero ſunt æquales omnes, qui publicæ adminiſtrationis participes ſunt: vt in libris rerum publicarum clariſſime explicat. omnes ſiquidem in democratia æquales ſe eſſe alijs exiſtimant: quippe qui æqualitatem libertate metiantur: numero igitur popularem ſtatum indicat: reliquas vero duas ſpecies paucorum ſcilicet principatum, & optimatum, proportione. ſi igitur huiuſmodi eſt ciuile ius, quibus hoc non adeſt ideſt quibus hoc non adeſt vt ſocietate per recompenſationem, & diſtributionem inter ſe vtantur: in his ciuile ius non eſt, ſed quoddam ius per ſimilitudinem: vt patris ad filium, viri ad vxorem, ſerui ad dominũ: inter hos enim non eſt ciuile ius, ſed familiare aut herile: quæ cuiuſmodi iura ſint in rebus publicis declarauit.

Eſt enim ius autem eis quibus etiam lex eſt: lex autem inter eos eſt, in quibus eſt iniuſtitia: iudicium enim iuris & iniuriæ diiudicatio eſt: in quibus vero eſt iniuſtitia, in ijs quoque iniuſte facere eſt.

Inter illos, inquit, ius proprie eſt ideſt ciuile ius, apud quos etiam lex eſt inſtituta: ſecundum quam inuitæ ſocietate degunt. inter eos vero lex eſt, qui mutuo ſe offendere, iniuriaque poſſunt afficere, lex enim æqualitatem in ſocietate conſeruat, quam iniuſtitia labefactat & perdit. nam inter quos nulla iniuſtitia poteſt contingere, ij neq; lege, neque iure aliquo indigẽt, nec diſtributiuo, nec emẽdatiuo. nam ſi iudicium quod ex lege adhibetur, diiudicatio eſt iuris & iniuriæ, vbi non eſt nec iniuria afficere, nec affici, ibi neq; erit ex lege adhibita diſceptatio: quod ciuile ipſum ius eſt.

Non in omnibus tamẽ in quibus eſt iniuſte facere, eſt etiã iniuſtitia. hoc autem eſt cum quis plus ex ſimpliciter bonis, minus ex ſimpliciter malis ſibi attribuit.

Vbi eſt iniuſtitia ibidem eſt iniuſte agere, vt ſuperius dictum eſt, non tamen vbi eſt iniuſte agere, eſt etiam iniuſtitia. in ijs enim quæ inuoluntarie agimus & non ex propoſito, quæque ex ignoratione, aut indigentia rerum neceſſariarum: ineſt quidem iniuſte agere, ſed non iniuſtitia. nam quæ ex electione proficiſcuntur actiones, ſicut explanatũ fuit, aut laudem merentur aut vituperationem, quemadmodum de eo inquit, qui licet perpetrarit adulterium, adulterij tamen crimen non ſubit, quippe qui non ob intemperatiam, quæ propria adulterij eſt, ſed ob pecunias & lucrum id commiſerit. Poſtea ſubiungit, hoc autem eſt ideſt iniuſtitia autem eſt, cum quis plus ex ſimpliciter bonis, minus ex ſimpliciter malis ſibi attribuit, ſimpliciter bona & mala ea appellat, q́ ſua apte natura eiuſmodi ſunt, vt vel bona vel mala dicantur vtpote facultates & potentiæ, quemadmodum ſunt diuitiæ, nobilitas, paupertes, ignobilitas, quæ modo bona ſunt, modo mala. nam & probo viro ad virtutum, & prauo ad vitiorum operationem conferunt, in quibus ſanè operationibus & felicitas conſiſtit, & infelicitas. nam abſq; ijs quæ talia ſuapte natura bona ſunt, non poſſe huiuſmodi operationes effici, nemo eſt qui neſciat: quippe cum ſine materia & inſtrumentis nihil vel bonũ vel malũ effici queat. materia vero & inſtrumenta ſunt hæc, quæ vt facultates & potentiæ, bona appellãtur, diuitiæ, robur, nobilitas, & cætera huiuſmodi.

Propterea non ſinimus dominari hominem ſed rationem: eo quod ſibiipſi id facit, & tyrannus euadit. eſt autem qui dominatur, iuris ipſius cuſtos: at ſi iuris, æqui etiam, Quoniam vero eſſe ipſi nihil amplius videtur, ſiquidem eſt iuſtus: non

A *enim amplius ex ſimpliciter bono ſibi attribuit, niſi id ipſi proportione conueniat: idcirco alteri laborat.*

Quia poſſũt homines iniuſte agere, & de ſimpliciter bonis plura ſibi attribuere, pauciora autem de malis, poſſuntque tyrannidem inuadere, ſi liberam habuerint poteſtatem quodcunque voluerint faciendi, propterea non permittimus. vt homo dominetur, ſed rationem pro homine dominam conſtituimus. Appellat autem rationẽ principem probum, qui cum ratione & prudentia operatur: qui ſanè nullo modo iniuſte ageret. qui enim re vera princeps eſt, & non falſò nomen principis, dominantiſque obtinet: is iuris ipſius eſt cuſtos, & æqui quod vel proportiõe, vel numero exiſtit. Quod vero inquit eo quod ſibiipſi id facit, & tyrãnus euadit, non de ratione & principe probo id
B dici intelligendum eſt, ſed de homine: idcirco ita per traiectionem legendum eſt. Propterea non ſinimus dominari hominem. eo quod ſibiipſi id facit, hoc eſt plus de bonis, & minus de malis ſibi attribuit. hunc igitur dominari nõ ſinimus, ſed rationem, quia ea non ſumit ſibi amplius niſi id ipſi proportione conueniat ideſt niſi amplius ſit ipſi accommodatum. quando enim iuſtum fuerit plus accipere, plus accipiet illa quidem, ſed quod tamen proportione ipſi fuerit accommodatum.

Atque ideo iuſtitiam alienum eſſe bonum inquiunt, quemadmodum etiam prius dictum eſt. merces igitur quædam dãda eſt: ea autem eſt honor, & donum. quibus vero hæc ſatis non ſunt, ij tyranni efficiuntur.

C Cauſam hic affert, cur iuſtitia alienum bonum eſſe videatur. cum enim iuſtus princeps iuris ipſius, æqualitatiſque ſit cuſtos, qui autem horum eſt cuſtos, nihil amplius ſibi ſumat, niſi id quod iuſtum eſt, & quod ab alio quoq; diſtribuẽte eſſet accepturus: perſpicuum eſt hunc alienum bonum efficere, ac conſeruare. ac propterea merces ei cõſtituta eſt, honor & donũ, id eſt coronationes, imagines, ſtatuę: id quod γέρας à Græcis dicitur. illi vero qui honoribus & donis his contenti non ſunt, tyranni euadunt.

At vero Herile ius ac paternum idem cum his minime eſt ſed ſimile. nullius enim erga ſua ſimpliciter iniuſtitia eſt: poſſeſſio autem, & liberi quoad tantuli fuerint & non ſe
D *parati, quaſi pars quædam vniuſcuiuſque ſunt: at ſeſe lædere eligit nemo: vnde nullius erga ſe iniuſtitia eſt. igitur neque ciuile ius neque iniuria erit: quippe quę & lege exiſtant, & inter eos, in quibus eſſe lex poteſt: hi autem erant illi, quibus & dominandi, & obtemperandi æqualitas ineſt. Ideirco magis erga vxorem, quam liberos & poſſeſſiones ius eſt: id enim eſt ius familiare: quod tamen à ciuili etiam ipſum diuerſum eſſe conſtat.*

Cum ſuperius dixerit quare quibus hoc non adeſt, inter eos neque ius ciuile exiſtimandum eſt, ſed ius quoddam, & per ſimilitudinem: nunc quidnam ſit id ius per ſimilitudinem oſtendit, eſſe enim inquit herile ius ac paternum. nam ciuile in æqualitate ciuium inter ſe conſi-
E deratur. ſed neque ſeruo erga herum, quoad fuerit ſeruus, neque filio erga patrem, quoad ſub patre manſerit, vlla eſſe ęqualitas poteſt, tunc enim & ſeruus heri, & filius patris quaſi partes quędam ſunt, quas lædere poteſt nemo. ſiquidem neque ſeipſum quiſquam lędit. qui enim partẽ ſui offendit, eũ profecto ſeipſum lædere manifeſtum eſt: at ſe ipſum offendit nemo, neque parti igitur ſui quiſpiã nocebit. Quare neque ſeruum, neque filium, vtpote partem ſui lędere quiſpiam poteſt. quod ſi ius ciuile in ijs eſt, inter quos incidit lędere & lædi: inter patrem autem & filium, herum & ſeruum, vt lædant, & lædantur, non cadit: igitur ne ciuile quidem ius inter ipſos reperietur. Poſſeſſionem autem hic appellat ſeruum, qui in poſſeſſionem alterius mancipatus eſt ideſt mancipium. cum vero inquit quoad tãtuli fuerint id ſignificat, quandiu liberi parui fuerint, & nondum ad ętatem eam adoleuerint, qua ex lege à patre poſſunt emancipari, quaſi pars quędam ipſius ſint.

Inter hos igitur ciuile ius non eſt ſed inter eos, in quibus eſt lex, lex autem eſt inter eos qui & lędere, & lædi mutuo poſſunt: quippe cum lex eorum ſit emendatrix, quæ præter id quod debet, fiunt: læſio autem eſt pręter id quod debet quare fit, vt inter quos non accidit læſio, inter eos neque præter id quod debet, quicquam efficiatur: & inter quos etiam id quod debet nihil fit, inter eos neque lex vlla eſſe poſſit. at inter quos non eſt lex, ne ciuile quidem ius erit, quouſque igitur tantisper fuerit filius, & ſeruus fuerit ſeruus, eouſque inter patrem & filium, herum item & ſeruum ciuile ius nullum eſt. Quando vero & ſeruus ſeruitute, & filius patris ſubiectione per ætatem liber euaſerit, atque ita æqualitatem fuerint conſequuti: tunc demum ſub ius ciuile poſtea veniunt. eſſe enim inter eos lex poteſt, quibus eſt æqualitas, dominandi ſcilicet, & obtemperandi per vices: nam horum alterum, id eſt dominari, in ijs qui ſub poteſtate ſunt conſtituti, eſſe nullo pacto poteſt. iccirco magis erga vxorem quam erga liberos & ſeruos ius eſſe inquit, propterea quod viro erga vxorem æqualitas quædam eſt, in eo quod vtrique liberi ſunt, inter hos enim ſamiliare ius incidit, quod diuerſum eſt à ciuili, quippe cum non in ciuili æqualitate cōſiſtant, vt viciſſim & dominentur & pareant, ſed ſemper dominari virum neceſſe ſit. quanquam in nonnulla quoque mulier ipſa habet poteſtatē, in ancillas videlicet, earumq; rerum quæ importantur curam ſuſtinet, vt ſaluæ ſint, & cuſtodiantur.

De iure naturali & legitimo. Cap. VII.

Ciuile autem ius aliud naturale eſt, aliud, legitimū: naturale, quod vbicunq; eandem vim habet, & nō quia vel ita videtur, vel minime: legitimum quod à principio vtrum hoc an illo modo fiat, nihil refert: vbi vero fuerit inſtitutum, refert. vt mina captiuos redimi: vt capram ſacrificare, nō duas oues: ea item quæ de ſingulis ſanciunt, vt Braſidæ ſacrificare: nec non ea quæ ſunt decretalia.

Vbicunque, id eſt apud pleroſq; qui non peruerſi ſunt, ſed ſecundum naturam ſeſe habent, nam apud eos qui ferinum in mortem viuunt, prorſuſque excęcatam mētem habent, ac ſolam brutorum voluptatem ſectātur, nullum naturale ius eſt. Eſt igitur naturale ius quod apud pleroſq; ſeruatur, vt Deum colere, parentes venerari, opem ferre indigentibus, errantibus viam monſtrare, lapſum erigere, ac ſubleuare, & huiuſmodi cætera. Cum dixerit autem na- D turale ius eſſe quod vbiq; eandem vim habet, ſubdit, & nō quod vel ita videatur, vel minime vt videlicet à legali ſeu legitimo diſtinguatur. nō enim naturale ius ex eo eſt, quod vel viſum fuerit aliquibus, vel non viſum fuerit, ſed legitimum ideſt ciuile ita eſt. nam ciuile ius à principio nihil refert, vtrum hoc an illo modo ſtatuatur, ſed vbi poſitū atq; inſtitutum fuerit, multum ſanè refert. Fratrem enim cum ſorore concūbere cum à principio eſſet indifferens, poſita lege ne id fieret, multū referre poſtea apud omnes videtur. Captiuos item vendere quomodocunq; & quanticunque voluiſſent victores, qui eos ceperant, prius licebat, ſed poſita deinde lege vt vna mina tantum vænundarentur, non alio precio niſi mina vna redimi poterant. Capram autem ſacrificare & non duas oues exempli cauſa poſitū, E non ab hiſtoria aliqua ſumptum videtur. Sacrificare item Braſidæ Lacedæmonio, vel non ſacrificare antea erat indifferens, poſtea vero quam inſtitutum fuit, vt ei tanquàm Heroi ſacra fierent, qui id non faciebat, mulctabatur. neq; ſolummodo hæc ad ius legale ſpectant, ſed illa quoq; quæ ſunt decretalia, quę ψηφίσματα appellat id eſt quę decretis & plebiſcitis facienda inſtituuntur. nam neq; hęc natura exiſtunt.

Sed nonnullis omnia eſſe huiuſmodi videntur: quia quod eſt natura, immobile eſt, & vbique eandem vim habet: quemadmodum ignis qui & hic & apud Perſas vrit: iura vero A *moueri vident. at hoc non ita eſt, ſed quodam modo. quanquam apud deos fortaſſe nullo modo eſt: apud nos autem eſt quoddam etiam naturale quod mobile ſit, licet non omne: ſed eſt tamen aliud natura, aliud non natura.*

Cum ius in duas diuiſerit partes, in naturale & legale, videri quibuſdam inquit, iura omnia eſſe legalia, nullumque ius quod ſit naturale reperiri, quod omne quod natura eſt, immobile ſit, & immutabile. nam ignis qui calidus natura eſt, non eſt his tantum in partibus calidus, in Aegypto vero & Perſia minime; ſed & illic & vbique vim ſuam calefiendi habet, atque adurendi. at ius omne mutatur; quare nullum ius naturale, ſed lege omne, ac ciuile. vbi huius opinionis cauſam explicauit, inquit at hoc non ita eſt, ſed quodam modo id eſt non eſt abſolute verum id quod nonnulli dicunt, ius omne mutari, ſed quodam modo ius immobile eſt, atque immutabile. B apud enim eos qui in naturæ terminis perſiſtunt, neque peruerſi ſunt ac deprauati, immobile ius naturale ſeruatur, apud eos vero qui praue ac pręter naturam affecti ſunt, mutabile eſſe reperitur. Vel igitur ita intelligendum eſt, vel alio modo verba hęc ſunt interpretanda, vt dicat, non eſſe ſimpliciter verum, omne quod natura eſt, eſſe immobile, atque immutabile, quippe cum quod natura eſt, quodam modo ſit immutabile, abſolute vero, ac ſimpliciter minime. nam quod eſt naturale, ſua ipſius natura immobile cum ſit, mobile eſt ac mutabile apud eos qui rebus ita non vtuntur, ſicut natura comparatum eſt. quod cum inquit, ſimul oſtendit quo modo naturale ius vbicunque eandem habere vim dixerit. ſignificat enim ſe vbicunque intelligere non tam apud om- C nes, quam apud eos qui ſecundum naturam ſeſe habent, apud quos naturale ius immutabile conſeruatur. nam etiam quod ſecundum naturam bonum eſt, ita eſt bonum, vt omnibus illis proſit tantummodo, qui in naturali conſtitutione perſeuerant, non abſolute omnibus. quemadmodum quoque quod natura eſt dulce, dulce ita eſt, vt omnes eos qui ſanitate præditi ſunt, dulcedine afficiat, non ęgrotantes. At vero cum inquit quanquam apud deos fortaſſe nullo modo eſt, ſpectare ad Platonis opinionem videtur, qui inter deos quoque ius eſſe exiſtimabat, atque ante ipſum eam quæ per ſe iuſtitia dicitur, quam αὐτοδικαιοσύνην appellat. ſi igitur eſt, inquit, apud deos ius hoc quod αὐτοδίκαιον ideſt per ſe ius dicunt, nunquam id ſanè mutatur, neque alijs dijs eſt, alijs non, propterea D quod omnes eodem modo ſeſe habent, ſimileſque ſunt, neque deprauatione vlla peruertuntur. Idem hominibus eueniret, ſi enim omnes naturam ſuam minime deprauatam conſeruarent, ſecundumq; eam viuerent, nemini dubium eſt, quin apud omnes ius naturale perpetuum atque immutabile inueniretur. ſicut enim in naturaliter affectis corporibus dextera manus aptior eſt ad operandum ac validior ſiniſtra, in ijs vero qui pręter naturam ſeſe habent, econtrario ſiniſtra eſt melior, qui ſanè multo ſunt pauciores, ſicut itē bipedes omnes ſunt homines, duobuſque oculis prędeiti, ac quinq; digitis, qui ſcilicet naturali hominum procreatione orti ſunt, non ita vero qui pręter naturam, & prodigioſe naſcuntur, ſic quoque inter eos qui in natura ſua perſtitere, neque ex ea ſunt exturbati ac di- E moti, naturale ius immobile atq; immutabile cōſeruatur. Quare non debemus ab alijs qui male & pręter naturam affecti ſunt, ſed ab ijs qui naturaliter ſeſe habent, naturalis iuris iudiciū ſumere. apud nos igitur naturale ius mutabile eſſe omne videtur, eo quod illi qui eo vtuntur, deprauati, ac pręter naturam affecti ſunt.

Quidnam autem ſit quod natura eſt, ex ijs quæ poſſunt aliter ſeſe habere: & quid non natura, ſed lege & inſtitutione, ſiquidem vtraque mobilia ſimili modo ſunt: perſpicuum eſt. & in alijs quoque eadem determinatio accommodabitur. natura enim dextera manus potior eſt: licet fieri poſſit, vt omnes ambidextri ſint. iura vero ex inſtitutione

& vtilitate

& vtilitate ſimilia menſuris ſunt : non enim vtiq; ſunt æqua les vinariæ & alimentariæ menſuræ, ſed maiores ſunt vbi emunt: vbi vendunt minores. ſimili modo non naturalia, ſed humana iura. non eadem vbique ſunt. nam neque reſpublica apud omnes eſt eadem : ſed vna tantum vbique ea eſt ſecundum naturam, quæ optima eſt.

Poſteaquam, inquit, & naturale ius immutatur, & legale: nam ſi quod natura eſt mutationem admittit, multo magis quod lege conſtat: quo modo cognoſcemus illud, etiam ſi forte mutatum fuerit, eſſe naturale, hoc autem legitimum? vel ſi nondum mutata ſunt, poſſunt tamen mutari, quo pacto naturale à legitimo poterimus diſtinguere? atque huiuſmodi quidem eſt quod inquit, licet verba non ita plane exprimere videantur, vt propterea ſententiam efficiant obſcuriorem. nam quaſi aſſerendo perſpicuum, inquit, eſt, quale nam ius natura ſit, quale item lege, licet vtraque ex ijs ſint, quæ ſeſe habere aliter poſſunt. ex alijs enim quoque haberi huiuſce rei determinatio ac definitio poteſt: nam quemadmodum ex ijs quæ ſecundum naturam ſeſe habent, iudicamus quænam manus aptior ſit & validior, id eſt dextera, quæ item ineptior & imbecillior id eſt ſiniſtra: quamuis fieri poſſit, vt omnes in vtriſque eandem vim aptitudinemque habeant: ita quoque naturale ius, licet immutari poſſit, ex ijs qui naturaliter affecti ſunt, quale ſit, conſiderandum eſt: etiam ſi apud eos conſeruetur, qui præter naturam ſeſe habent. Vbi hæc dixit Ariſtoteles, poſtea declarat, quo modo ius ex inſtitutione rogetur aliquando, aliquando abrogetur. ſicut enim menſuræ pro vtilitate mutari conſueuerunt: ita ius quod naturale non eſt, principio ſtatuitur eo quod publico ſtatui conferre videatur: deinde cum non videtur amplius eſſe conducturum, vel vbi non confert, immutatur: quippe cum quod populari adminiſtrationi conducit, non idem neceſſario vel optimatum, vel paucorum principatui quoque vtile ſit. Nam cum aliud ſit ius & vtile populo, aliud optimatibus: cum incidit, vt vel optimatum ſtatus in popularem, vel popularis in optimatum tranſmutetur, illis de cauſis quas in rerum publicarum libris exponit Ariſtoteles: legitima quoque ipſa iura immutari neceſſe eſt. Non ſunt autem eædem vbique & apud omnes reſpublicæ, propterea quod non natura, ſed lege conſiſtunt & inſtitutione: vnde eiuſmodi etiam iure vtuntur. optima tamen reſpublica: quæ autem ea ſit in rebus publicis dixit: ſemper & apud omnes qui in naturali conſtitutione, affectioneque fuerint, eadem eſt.

Vnumquodq; autẽ ius & legitimũ vt vniuerſalia ſeſe habent ad particularia. nam quæ aguntur, multa ſunt: illorum autem vnumquodque eſt vnum: vniuerſale, enim eſt. iniuſte autem factum & iniuria, iuſtificatio item & ius inter ſe differunt: iniuria enim cum natura ſit vel cõſtitutione, cum fit, iniuſte factum euadit: prius vero quam facta fuerit, iniuria tantummodo eſt. nam vbi eſt facta, iniuſte factum dicitur. ſimili modo etiam iuſtificatio.

Legitima inquit & iura ad particularia quæ ſecundum ipſa aguntur, ita ſeſe habent, vt homo in vniuerſali ad particulares homines, Socratem, Platonem, Ariſtotelem & ſingulos alios. Commune enim ius & legitimum quod ſcriptũ eſt ac præfinitum: vt reddendum eſſe depoſitum, vt coronatione honorãdum eum, qui pro patria fortiter ſe geſſerit. particularia autem, vt Socrati à Platone eſſe reddendum depoſitum, & huic ab illo, & alteri ab altero. in ſingulis enim hominibus actiones ſunt, de quibus omnibus ius illud tanquã commune denuncupatur, quod reddendum eſſe depoſitum in vniuerſali præcipit. poſt hęc quid inter iniuſte factum & iniuriam interſit, iuſtificationem item & ius exponit. iniuriã eſſe inquiens ſeu iniuriũ, ꝙ ἄδικον ipſe appellat, ꝙ vel natura vel conſtitutione. i. lege cõſtat; ꝙ enim ĩ vniuerſali præfinitũ eſt ac conſtitutũ ratione, vt nõ furari, iniurium eſt. ſed cũ id in actione ab aliquo factum fuerit, non eſt amplius iniurium, ſed iniuſte factum id eſt ἀδίκημα, quippe cum in particularibus iam conſiſtat. ſimili modo ius vniuerſale eſt ac præfinitum, iuſtificatio vero, quod δικαίωμα vocat, quando ius ipſum ac iuſtum in particulari efficitur.

Sed id tamen quod commune eſt, potius iuſte factum: iuſtificatio vero iniuſte facti correctio vocatur. horum autem ſigillatim quales nam & quot ſpecies ſint, ac circa quæ verſentur, poſtea conſiderandum eſt.

Quoniam dixit iuſtificationem eſſe id quod ſecundum vniuerſale & definitum ius agitur: nũc quaſi ſe ipſum corrigit, & inquit, in vniuerſum tamen omne quod ſecundum definitum ius agit, iuſte factum dicatur, ſiue in diſtributione, ſiue in commercijs conſiſtat, iuſtificatio vero iniuſte facti correctio appelletur id eſt pœna & mulcta quæ ob iniuſte factum aliquod exhibetur, quod Græci δικαίωμα dicunt. in quam ſententiam illud quoque dictum eſt: iuſtificabit Corinthum Iuppiter id eſt caſtigabit, & corriget: quod græce dicitur, δικαιώσει τὸν Κόρινθον Ζεύς. iuſtificatio igitur eſt iuſta actio quæ erga iniuſte agentem efficitur. qui enim reddit depoſitum iuſte agit: at qui eum qui non reddit depoſitum, caſtigat ac punit, iuſtificat eum qui iniuſte egit: atque eſt actio eius qui depoſitum reddidit, iuſte factum id eſt δικαιοπράγημα: eius autem qui punit ac caſtigat, iuſtificatio. Vbi hoc dixit, quę nam & quot, inquit, ſint ſpecies & iuſte, & iniuſte factorum, & in quibus & quo modo exiſtant, poſtea conſiderandum eſt. ſtatim enim poſt hæc nonnulla breuiter de ipſis his ſubiungit, quæ poſtea latius explicat, cum inquit.

De triplici nocumento quod alijs irrogatur. Cap. VIII.

CVm iura vero & iniuriæ ſint ea quæ diximus: & iniuſte agit, & iuſte quiſpiam, cum ſponte agit. nam cum inuitus facit, neque iniuſte neque iuſte agere cenſendus eſt, niſi ex accidenti: accidit enim, vt ea quæ agunt, vel iuſta ſint, vel iniuſta. At iuſte vel iniuſte factum ſpontaneo & inuito definitur. Cum enim ſpontaneum fuerit: vituperatur: tuncque etiam eſt iniuſte factum. Quare ſit vt iniuſtum quidem eſſe quippiam poſſit, quod tamen nondum iuſte factum ſit, niſi id etiam affuerit, vt ſponte factum ſit.

Ex ijs, inquit, qui vel iuſte vel iniuſte agunt, nõnulli proprie id faciunt, nõnulli improprie. quicũque ſponte iuſta agunt proprie, qui non ſponte improprie agunt, & ex accidenti. vt alia ſit iuſtæ actionis ſpecies, cum quis ſponte & ex electione, alia cum inuitus agit. ſimili modo de iniuſte factis dicendum eſt. hic igitur qui nam ſint, qui proprie vel improprie & ex accidenti vel iniuſte, agat vel iuſte definit, ſimulq; id quod paulo ſuperius dixerat, explanat: fieri poſſe inquiens, vt quiſpiam iniuſte quidem agat, nondum tamen iniuſtus ſit. nam cum quis ſponte iuſta, agit vel iniuſta proprie vel iuſte vel iniuſte agere dicendus eſt. cum vero vel principis vel iudicum timore iuſte ſe gerit, exempli cauſa, depoſitum reddit, iuſtam quidem rem facit, ſed ex accidenti tamẽ, propterea quod licet iuſtũ ſit id ꝙ egit. i. depoſitũ reddere, ipſe tamen ſi princeps aut iudex permiſiſſet, id minime feciſſet. quẽadmodũ ſi iuſſu principis non redderet, iniuſtam rẽ ageret, non tamen id iniuſte factũ eſſet exiſtimandũ, quippe cũ, ſicut dictum eſt, ſpontaneo & inuito iuſte & iniuſte facta metiri debeamus.

Appello autem ſpontaneum, quemadmodum etiam prius dictum eſt, illud quod in ſua quiſque poteſtate ſitum, cognoſcens, neque ignorans agit, aut quem, aut quo, aut cuius: id eſt aut quem verberet, aut qua re, aut cuius cauſa: & vnumquodq; illorum, non per accidens, neque per vim. vt ſiquis apprehenſa manu ipſius alium verberet: non ſponte autem ipſe id faciat, non eſt enim in ipſo. fieri etiam poteſt, vt qui verberatur, ſit pater: ipſe autem homi-

nem eum quidem eſſe, aut ex præſentibus aliquem ſcias, patrem tamen eſſe ignores. ſimili modo quoque de illis quorum cauſa quippiam fit, definiendum eſt, iiſq; quæ ad actionem totam ſpectant.

Quia in tertio huius operis libro de ſpontaneo & inuito abunde dixit Ariſtoteles: non opus eſt, vt hic longius hac de re agamus: ſed quæ ad propoſitum facere videbuntur, ex interpretum commentarijs quæ extant, huc transferamus. cum enim ſpontaneo dixerit iuſte factum definiri, de iis nos quæ ſuperius in tertio de ſpontaneo & inuito iam dicta ſunt, commonefacit. Nam cum duplex ſit inuitum, quod ſcilicet vel vi vel ignoratione fit: ſpontaneum id erit quod neque vi, neque ignoratione efficietur. id autem non fit per vim, cuius principium in ipſo eſt. ſed cum particularia minime ignorat quiſpiam per quæ & in quibus actio fit, id non eſſe ex ignoratione dicimus. qui enim peccat ex eo quod vniuerſalia ignorat, non peccat ex ignoratione, vt in tertio oſtendit: ſed ignorans tamen peccat. atque illud eſt ſpontaneum, quod neque per vim, neque ex ignoratione particularium committitur. cum enim principium inquit in ipſo fuerit, & particularia cognouerit, in quibus eſt actio, ſponte agit quiſq;, quippe cum eorum quæ per vim fiunt, principium minime ſit in illis, qui agunt. Quoniam igitur inuitum erat quod ex particularium ignoratione efficiebatur, tũc eſſe ſpontaneũ quippiã inquit, cum nihil ex particularibus in quibus eſt actio, fuerit ignoratum. particularia autem in quibus eſt actio, quæ ſi ignorauerit aliquis, ex ignoratione agit, hęc ſunt, homo qui agit, ea circa quæ agit, id quod agit, per quod agit, cuius cauſa agit, quemadmodum agit. Qui agit, eſt qui operatur, & rem ipſam efficit, vt qui interfecit, vel furatus eſt. Circa quæ agit, ſunt illi quibus res ipſa efficitur, vt interfecturus, & à quo furatus quiſpiam eſt, circa eos enim vel cædes, vel furtum committitur. Quod agit, eſt vel cædes, vel opum ſurreptio ideſt furtum, vel furatio ipſa, Per quod agit, inſtrumentum eſt, vel medium quo quiſpiam cædem perpetrauit, vt enſis, vel lapis, atque huiuſmodi aliud. cuius autem cauſa, finis eſt ob quem agit aliquis. exempli cauſa dat aliquis amore captus mulieri quam amat, veneficum, vt in amorem eam illiciat ſui, ea vero in inſaniam inducitur, vel dat medicamentum aliquod tanquam ſoporiferum, is vero qui id ſumit, moritur, aut ſi in eadem arcula & ſoporifera & letalia medicamenta inſint, & letale quiſpiam pro ſoporifero ſumpſerit, ægrotoque tradiderit, qui ex eo pereat. Quemadmodum autem agit, ignorat aliquis cum leuiter exiſtimat ſe percutere, & vehementem ictum infligit, atque ita euenit, vt vna cum vena arteriam etiam ſecet, & feriat. Ac ſingula quidem in quibus actio conſiſtit, quæque in ignorationem veniunt, huiuſmodi ſunt. ex iis autem eum qui agit ignorare, vt inquit, nullus poteſt. quo enim modo, ſi tu fueris ille qui agit, & compos mentis ſis, ignorare poſſes te ipſum eſſe eum qui agit. nam id furentis hominis eſſet, & inſani, quem etiam ſi carnes ſuas roſerit, tam ſe eſſe offenſorem ſuum, quam ſibi inferre ſe damnum illud, cruciatumque ignorare poſſe nemini dubium eſt. at qui ſanę eſt mentis, nunquam neque ſe agere, neq; quid agat, ignorabit. Quo circa omnia hæc in tria contraxit, quorum nunc facit mentionem. qui enim id agnoſcit, circa quod actio eſt, & inſtrumentum quo agit, & cuius cauſa agit, is ſponte agere dicendus eſt; quippe cum id quod inuitus quiſpiam agit, ex ignoratione aut alicuius aut omnium horum efficiatur. in tertio enim libro reliqua etiam omnia ad tria hæc reduci demonſtrauit. Cum igitur dixerit cognoſcens neque ignorans agit, aut quem, aut quo, aut cuius cauſa, ſubdit non per accidens, neque per vim, id eſt in quibus ſpontaneum neque per accidens fuerit, neque per vim. non enim idem eſt quod per accidens fit, aut per vim, ſed diuerſum. nam cum cauſa & principium in ipſo eſt, per vim facere quiſpiam aliquid poteſt, vt exemplo

A patet, quod ſubiungit, Si enim quis apprehenſa manu mea patrem meum verberet, principium quidem in me eſt, quia manus qua pater meus cæditur, mea eſt, ſed ego tamen vi coactus id facio, atque iccirco inuitus. nam ſi manum ipſe mouens id facerem, ſponte facerem. atque hoc eſt non per vim. non per accidens autem intelligitur, cum ſingula quæq; cognoſcimus. per accidens vero hæc cognoſcunt ij quorum ignorantia factum reddere inuoluntarium poteſt, vt ipſe oſtendit, qui enim patrem in nocturna pugna verberat, agnoſcitque eſſe hominem eum quem percutit, non tamen eſſe patrem ſuum, huius per accidens circa patrem actio eſt, quippe cum circa eum tanquam hominem per ſe, tanquam patrem per accidens agat, vt inuitus hoc modo erga patrem contume-

B lioſe ſe gerat: ſimili modo qui veratrum agnoſcit eſſe veratrum, ſed vim eius purgandi ignorans ſomnum inducere exiſtimet, idque quaſi ſomniferum exhibeat, is illud cuius cauſa agit, per accidens cognoſcit. per accidens etiam ſcit, qui iaculum quod emiſit, licet eſſe iaculum non ignoret, eſſe tamen præferratum neſcit. non eſt igitur actio ea ſpõtanea in qua particularia & ſingula in quibus actio ipſa fit, per accidens cognoſcuntur: nam quę per ſe cognita ſpontaneam actionem efficiunt, ea ſi ex accidẽti cognoſcantur, factum minime ſpontaneum reddent. Vbi hęc dixit, in vniuerſum poſtea ſubiũgit, ſimili modo, inquiens, de illis quorum cauſa quippiam ſit, definiẽdum eſt, iiſq; quę ad actionem totam ſpectant ideſt de eo qui agit, circa quod agit, quod agit, per quod agit, cuius cauſa

C agit, & quo modo agit.

Quod autem ignoratur, aut non ignoratur, non eſt tamen in ipſo: vel per vim fit: inuitum eſt. multa enim ex iis quæ ſunt natura, ſcientes etiam agimus & patimur: quorum nihil neque ſpontaneum eſt, neque inuitum: vt ſeneſcere, vel mori.

Cum iam quid ſit ſpontaneum, dixerit, nunc quid ſit inuitum ſubiungit, eſſeque id inuitum inquit, quod ex ignoratione agitur, aut per vim eorum quæ in nobis ſunt, nam quæcunque ignorantur, aut ſi non ignorantur, non ſunt tamen in ipſo, ſcilicet agente ideſt non ex

D principio quod in ipſo, ſunt, ſed per vim: inuiti ea agere dicimur, quod enim inquit vel per vim, ita eſt intelligendum, vt vel pro ſed interpretemur. quod enim non eſt in ipſo, ſed per vim fit, id inuitum eſt. Multa etiam ait eſſe naturalia, quæ licet à nobis minime ignorentur, neq; ſpontanea eſſe neq; inuoluntaria tamen dicuntur, quamuis ſint etiam in nobis, ſicut dictum eſt, in nobis enim eorum eſt principium, neq; ignorantur, quod fiant. Atque ea ſunt, quæ ſecundum naturam fiunt, vt alimenti concoctio, digeſtio mutatio; ſeneſcere item, & mori. tametſi quemadmodum verum eſt & perſpicuum, huiuſmodi omnia fieri qui ignoret, eſſe neminem, ita fortaſſe ea in nobis eſſe concedendũ non eſt. ob id enim & Poeta ille dixit,

Cum namque mortales crearit nos parens

E Natura, nobis nulla non huc tendere

Ineſt poteſtas: nam cogit neceſſitas.

Sed ad quod per accidens ſit, tam in iuſtis quàm in iniuſtis ſimili modo contingit, nam ſicut ſiquis inuitus & timore inductus reddiderit depoſitum, is neque iuſta agere neque iuſte facere dicendus eſt, niſi per accidens: ſic pari modo qui coactus & inuitus non reddiderit, per accidens iniuria afficere, & iniuſta agere eſt dicendus. Ex ſpontaneis autem alia cum electione agimus, alia ſine electione, cum electione ea agimus, quæ præconſultauimus: ſine electione, quę nulla præconſultatione adhibita facimus.

Cum ſuperius dixerit, ea in quibus eſt actio, fieri & per ſe & per accidens poſſe, quorum alterum efficit, vt ſpontanea, alterum vt inuoluntaria actio ſit, oſtendit hic tam in iuſtis quam in iniuſtis reperiri hoc quod per accidens fit, qui enim aliquid iuſti agit inuitus & timore

inductus

inductus, per accidens iſte agit: propterea quod ea agit, quibus accidit vt iuſta ſint, & nõ abſolute & proprie ſunt iuſta. nam non ſponte, ſed ob timorem agit. Verum etiam ille qui inuitus quippiam iniuſte facit, vt qui non reddere depoſitum cogitur, per accidens agit, quia accidit, vt ea res quæ agitur, iniuſta ſit, non abſolute & ſimpliciter eſt iniuſta. abſolute enim & ſimpliciter iniuſte agere eſt, cum quis ſponte agit, non inuitus, & coactus. Quoniam vero iam probauerat iuſte agere & iniuſte, in ſpontaneis rebus conſiſtere: differentiam quandam eorum quę ſponte fiũt, ſubiungit, eorum inquiens quæ ſponte aguntur, alia cum electione nos facere, alia ſine electione. quę enim per iram fiunt, licet ſponte efficiantur, inconſulte tamen ac ſine pręmeditatione fieri conſueuerunt.

Verum cum tres ſint læſiones, quæ in ſocietatibus eueniunt, quæ cum ignoratione fiunt, ſunt peccata, cum neque quem, neque quod, neque quo, neque cuius cauſa exiſtimauerat quiſpiam, ea egerit: vel enim non eſſe percuſſurum, vel non hoc, vel non hunc, vel non huius cauſa putauit: ſed accidit id, cuius cauſa minime putarat: verbi gratia, non vt vulneraret, ſed vt ſtimularet: aut non quem, aut non ſicut volebat. Quando igitur præter rationem euenerit læſio, infortunium eſt: quando vero non pręter rationem, ſed ſine tamen vitio, peccatum. peccat enim quiſque cum in ſe principium cauſæ habuerit: infortunate egit, cum extrinſecus. At cum cognoſcens quidem ſed ſine tamen præconſultatione agit quiſpiam, iniuſte factum eſt: vt ſunt, quæ ex ira fiunt, alijſque affectibus, qui neceſſarij, naturaleſque hominibus accidunt. qui in his enim lædunt, & peccant, iniuſte quidem agunt, ſuntque hæc iniuſte facta, nondum tamen iniuſti ob hæc, neque praui ipſi homines habentur: quippe cum læſio ipſa ex prauitate minime euenerit. Nam cum ex electione læſerit quiſpiam, tunc demum iniuſtus ac prauus eſt.

Cum paulo ſuperius dixiſſet horum autem ſigillatim qualeſnam & quot ſpecies ſint, ac circa quæ verſentur, poſtea conſiderandum eſt: nunc id quod fuerat pollicitus, præſtat. diuiſo enim ſpontaneoq́ in id quod partim ex electione, partim ſine electione fit, oſtendit quomodo affecta læſio ſit iniuſtitia, quo modo item non ſit. Nam læſiones aliæ ex ignoratione fiunt, & inuitia nobis, aliæ ex cogitatione & ſponte. earum autem quæ ex ignoratione fiunt, aliæ præter rationem & inopinato efficiuntur: aliæ inuoluntariæ quidem ſunt, non inopinato tamen & præter rationem inferuntur. Cum dixerit autem læſiones quæ ex ignoratione inferuntur, communi nomine errores ac peccata appellari: ſubdiuiſionem quandam facit, inquitque eas quæ præter rationem fiunt, infortunia: quæ non præter rationem, eodem quo genus nomine vocari peccata. ſunt autem præter rationem, ea quæ pręter expectationem & inopinato raro contingunt, vt ſiquis dum repente fores aperiat, patrem ſuum illic aſſiſtentem percuſſerit: aut dum in loco iaculatur, qua nullus tranſire conſueuerit, de improuiſo aliquem forte quadam occurrentem emiſſo iam telo vulnerauit: hæc enim atque huiuſmodi cętera inexpectata, præterq; opinionem euenerunt. nunquam enim opinatus eſſet quiſpiam, illac tranſiturum eſſe aliquem, quà nemo vnquam tranſire viſus fuerat. at quæ licet ab ignorante efficiuntur, non ſunt tamen inexpectata, & præter rationem: dicuntur peccata & errores: nam qui in via illa aut loco vbi multi verſari conſueuerunt, vel eſſe poſſunt, ſagittandi artem exercendo aliquem ferit, peccat, atq; huiuſmodi læſio peccatum nominatur. peccat enim, inquit, cum in ſe quiſque principium cauſæ habuerit: in ipſo ſiquidem fuit principium, quatenus in locum eum ad iaculandum ſe contulit, quà tranſituros eſſe aliquos veriſimile erat. Sunt igitur partim infortunia, partim peccata ea quæ ex ignoratione committuntur. iniuſte facta vero ſunt, cum ſciens quidem quiſpiam agit, ſine tamen præconſultatione, vt quæ ex ira, neceſ-

A ſarijſq; & naturalibus affectibus committi conſueuerũt. Naturales affectus ſunt, amores, dolores, metus, neceſſarij, fames & ſitis. qui enim aut ob magnum dolorem aliquem edit: aut timore perculſus amici arcana euulgat ac prodit: aut vehementis amoris ſtimulis incitatus aliquem percutit: aut fame vel ſiti afflictus quippiam furatur: is iniuſte quidem agit, iniuſtaſque actiones committit, nondum tamen iniuſtus ipſe eſt: propterea quod non ex prauitate agit, ſed eſſe quodam modo coactus videtur. Iniuſtus vero tunc erit, cum nullis neque neceſſarijs neque naturalibus affectibus impulſus ex electione ea aget. Atque hæc tota horum verborum ſententia eſt. quod vero in principio inquit, CVM neque quod, neque quo, neque cuius cauſa) ita eſt intelligendum, vt quem eum dicat, circa quẽ

B eſt actio, vt patrem: quod actionẽ ipſam, vt ſi qui euulgat arcana & myſteria, eſſe ea myſteria ignorarit, quo inſtrumentum, vt iaculum, cuius cauſa finem ipſum, vt qui non conciliare amorem veneficium aliquod, ſed inſaniam inducere ignorauit, ſicut autem modum ſignificat vt leuiter, non vehementer.

Quo circa recte ea quæ ex ira fiunt, non eſſe ex prouidentia iudicantur: non enim principium affert, qui iratus facit, ſed qui ad iram prouocauit.

Qui ob iram fecit, ſciens quidem fecit & ſponte, non tamen præmeditatus, & cũ electione. qui enim contumelia fuit affectus & propterea vulnerauit, nõ in ſe habuit principiũ cauſæ, ſed ab eo accepit, q contumeliã intulit. ille enim

C prouocãdo cauſam præbuit, vt ad vlciſcendũ incitaretur.

Præterea neq; hic factũ ſit nec ne, ſed iure ne an iniuria factum ſit controuerſia eſt: ira ſiquidem apparens iniuſtitia eſt. non enim ſicut in commercijs, factum ne ſit, contendunt, vbi neceſſe eſt alterum prauum omnino eſſe, niſi ex obliuione id faciant: ſed de facto conſentientes, iure ne an iniuria id factum ſit, altercãtur: quod qui inſidioſe fecit, minime ignorat: quare alter iniuria ſe eſſe affectum putat, alter minime.

Non ex propoſito & electione, neque inſidioſe eos agere, qui ex ira quippiam faciunt, hæc etiam declarant. qui enim ex electione egerunt, negant ſe feciſſe, eſtque inter hos controuerſia, fecerint ne id malum, nec ne. nam cum accuſatores ab illo id factum fuiſſe contendant, ille inficiatur, ac negat factum. at qui ex ira quippiam fecit, non

D id negat, ſed confitetur, & iure ſe id feciſſe affirmat, quippe qui laceſſitus iniuriam ex indignatione fuerit vltus. Apparens enim, id eſt patens atque aperta iniuſtitia ira eſt. nã qui in commercijs lędunt, de facto altercãtur, quippe qui inſidioſe id fecerint, alteri reddidiſſe ſe debitum contendẽtes, alteri ſe nõ recepiſſe, quorũ alterum omnino eſſe malũ neceſſe eſt, vel qui dediſſe, vel qui non recepiſſe ſe affirmat, niſi id ex obliuione faciat. nam qui oblitus eſt, ſe vel nõ dediſſe debitum, vel creditum recepiſſe, is etiam ſi contẽdat, malus non eſt. Qui vero ob iram lędunt factum confitentur, ſed iure ne an iniuria factum id ſit, inter eum qui egit, & eum qui eſt paſſus, quæſtio eſt. ſi igitur qui ex electione mali aliquid perpetrant, feciſſe ſe id minime fatentur, qui vero ob iram agunt, fatentur. qui ex ira agunt, proculdu-

E bio ex electione non agunt. atq; hic eſt ſenſus. Quod vero inquit, QVARE alter iniuria ſe eſſe affectum putat, alter minime) de illis eſt accipiendum, qui ex ira vel læſerũt, vel læſi ſunt. ſi enim alter iniuria ſe eſſe affectum, alter ſe minime affeciſſe exiſtimat, perſpicuũ eſt inter eos eſſe controuerſiam, non factum ſit nec ne aliquid, nam id cõſtat, ſed vtrum iuſte id an iniuſte factum ſit, exiſtimandum.

Si autem ex electione læſerit, iniuſte agit: & ex his iam iniuſte factis iniuſtus eſt, qui iniuriam facit: cum vel præter proportionem fuerint, aut æquum. ſimili modo etiã iuſtus eſt vnuſquiſque, cum ex electione iuſte egerit. iuſte agit autem ſi tantummodo ſponte agat.

Cũ oſtẽderit eũ q ex affectu quippiã egerit, nõdũ eſſe iniuſtum: q cõſentaneũ huic eſt, deinde ſubiũgit, eũ eſſe in-

iuſtum aſſerens, qui ex propoſito & electione lædit, dum
aut plura de bonis ſibi attribuit præter proportionē, aut
plus vſurpando æqualitatem ipſam tranſgreditur. ita enim
intelligi debet, quod inquit. C V M vel præter proportio
nem fuerint, aut æquum.) Quare efficitur, vt iniuſte agat,
ſitq; iniuſtus, qui ex electione lædit, qui autem ſciens fa-
cit, ſed non ex electione, iniuſte agat etiam ipſe, iniuſtus
tamen nondum ſit. Idem de iuſto ſentiendum eſt, qui enim
præterquam quod ſcit, ex electione etiam iuſte agit: is eſt
iuſtus. qui vero licet non ignoret, non tamen ex electio-
ne iuſta agit: is iuſte quidem facit, ſed iuſtus tamen mi-
nime eſt.

*At ex ijs quæ inuiti agimus, alia ignoſcenda ſunt, alia mi
nime: nam quæ non modo ignorantes, ſed ex ignoratione com
mittimus, ſunt ignoſcenda: quæ vero non ex ignoratione, ſed
ignorantes facimus, ex affectu tamen neq; naturali neq; hu-
mano, venia digna minime ſunt.*

Ignorantem eum appellat, qui vniuerſale ignorat: qui
enim neſcit adulterium eſſe malum: is ignorans dicitur,
ignoranſque agit. qui vero ſcit vniuerſale ideſt malum
eſſe adulterium, legibuſq; interdictum, eam tamen qua
cum rem habet, viro eſſe iunctam ignorat: ille ignorans
minime eſt, ſed ex ignoratione tamen coniugij, cum mu
liere concumbit. Ex ignoratione igitur ea fieri inquit, in
quibus particularium aliquid in quibus eſt actio ignora-
tur: quæ vel proprie inuiti agere dicebamur. ignorantium
autem ea ſunt peccata quæ circa vniuerſalium ignoratio-
tionem verſantur. Sed aduertendum eſt, hic Ariſtotelem
omnia quæ præter electionem fiunt, inuoluntaria appella
re, cum tamen paulo ſuperius ea quæ ex ira agerentur,
ſpontanea, ſed non ex electione eſſe dixiſſet. neq; mirum
eſſe id debet, ſi hæc & ſpontanea eſſe, & inuolūtaria dicat:
quippe cum quatenus non ex ignoratione fiunt, ſponta-
nea: quatenus non ex electione, inuoluntaria eſſe videātur.
ex illis autem quæ inuiti agimus, ea ſunt venia digna, quæ
& ignoramus & ex ignoratione etiā facimus. ei enim qui
neque vniuerſale neq; particulare cognouerit, & ob id pec
cauerit: nemo eſt qui ignoſcendum non putaret. ea vero
quæ non ex ignoratione particularium committuntur,
ſed ab ignorantibus, id eſt quæ ex affectu fiunt, ſi tamen
ex affectu neq; naturali, neq; humano profecta fuerint, ve
nia indigna habentur. naturales autem ſunt, ſicut diximus,
affectus, fames, & ſitis: humani, dolor, timor, amor, miſeri-
dia, atq; huiuſmodi. non enim qui ob famē abſolute aut
ſitim, neceſſariorumq; inopiam & cupiditatem peccat, ve-
nia indignus eſt, ſed qui certum quendam cibum aut po-
tum appetit. verbi cauſa, perdicis carnes, aut vinum dulce,
& propterea peccat, veniam non meretur.

De eo quod eſt pati iniuriam. Cap. IX.

*Dubitare autem quiſpiam poſſet, an ſatis de facienda-
patiendaq; iniuria definitum ſit: ac primum an ſit id
quod Euripides dixit: abſurde inquiens,
Quo modo parentem occiderim, exponam breui.
Volens volentem, vel nolentem non volens:
vtrumne vere fieri poſſit, vt ſponte quiſpiam iniuria afficia
tur, nec ne, an omne id inuitum ſit? quemadmodum iniuria
afficere quoque ſpontaneum totum eſt: an ſpontaneum aliud,
aliud ſit inuitum? & ſimili modo de iuſtificando: iuſte age-
re enim ſpontaneum totum eſt: vt merito vtroq; modo op
poni debeat, & iniuria affici & iuſtificari: vt vel ſpontaneū
vel inuitum vtrumque eſſe affirmemus.*

Quoniam dixerat ſuperius de inferenda patiendaque
iniuria, inferri à ſponte agentibus eam aſſerens, ſuſcipi ab
inuitis, huicque opinioni aduerſari videbatur Euripides,
qui iniuria affici ſponte etiam quoſdam inquit: quærit hic
Ariſtoteles an fieri poſſit, vt quis iniuria ſponte afficia-
tur, vtrum item ſicut iniuria afficere ſpontaneum eſt: qui
A enim ſponte & ex electione lædit, iniuſte agit: ita quoque
oppoſitum eius ideſt iniuria affici ſpōtaneum ſit. an quia
iniuria afficere, & iniuria affici inter ſe opponuntur, ſi al-
terum ideſt iniuria afficere, ſpōtaneum eſt, alterum quod
eſt iniuria affici, nō niſi ab inuitis ſuſcipiatur. idem etiam,
inquit, dubitari de iuſtificando poſſet, nam cum iuſte age
re totum ſpontaneum ſit, quemadmodum iniuſte agere
ſeu iniuria afficere, & ſicut iniuria afficere & iniuria affici
inter ſe ſunt oppoſita, ita iuſte agere ſeu iure afficere &
iuſtificari ubi mutuo opponantur; ſimili modo hæc ſeſe
habere viderentur: vt vel tanquam inuitum inuito, vel tā-
quam ſpontaneum ſpontaneo inter ſeſe opponantur. eſt
autem iuſtificari à iudice corrigi, atq; adæquari iure emē-
datiuo, ſicut dictum eſt. iniuria igitur affici, & afficere ſic
B ſe habet, ſicut iuſtificari & iuſte agere. videndum tamen
ne non in omnibus idem modus ſeruetur. atq; hæc Ariſto
telis quæſtio eſt. Senarij vero Euripidis, quos hic adducit,
è Bellerophonte ſumpti ſunt, quibus confirmatur fieri
poſſe, vt ſponte quis iniuria afficiatur. quod tamen ipſe
Ariſtoteles ſtatim reprobat, dum addit abſurde inquiens.
abſurdum enim eſt, à rationeq; alienum, quod inquit, ma
trem volentem à volente filio fuiſſe interſectam, vel nolen
tem à nolente: nam nolentem à volente, conſentaneum
eſt: quippe cum velle & nolle ideſt ſpontaneum & inui-
tum oppoſita ſint. volentem vero à volente, minime, ſi-
quidem iniuria affici inuitum eſt, vt patebit. Quod au-
tem dixit abſurde inquiens, id poteſt vel ad Euripidem
referri, vt abſurde dixiſſe Euripidē intelligamus: vel in vni-
C uerſum ita dictum eſſe, perinde, ac ſi dixiſſet, quod Eu-
ripides inquit, id quod abſurdum eſt, vt iniuria ſcilicet
ſponte quiſpiam afficiatur.

*Abſurdum autem videretur, ſi iuſtificari ſpontaneū eſſe
totum diceremus: quippe cum nonnulli ſint, qui non ſponte
iuſtificentur.*

Abſurdū eſſe inquit, ſi dicamus, omnes qui iuſtificātur,
ſponte iuſtificari, ſtatimq; ſubiungit abſurditatis cauſam,
nonnullos eſſe inquiens, qui non ſponte iuſtificentur: hi
autē ſunt illi, q plus vſurparūt, à quibus id qđ plus habēt, à
iudice aufertur, iniuriaq; affecto traditur. dictum vero ſu
D perius eſt iuſtificari dici etiam de eo qui accipit id, quod
ab iniuſto vſurpatore ſibi fuerat ablatum, quippe cum iu-
ſtificari etiam is dicatur. de eo item dicitur, qui punitur,
qui enim iniuriam intulit, & punitus eſt, iuſtificatus eſſe
etiam ipſe dicitur. ſed in eo differunt, quod ille ſponte iu-
ſtificatur hic qui iniuria affecit, inuitus. ex ijs igitur qui iu
ſtificantur alij ſponte iuſtificātur qui diminuti ac defrau
dati ſunt, alij inuiti, qui plus vſurparunt ac defraudarunt.

*Nam etiam de eo dubitaret quiſpiam, vtrum vnuſquiſque
qui iniuſtum aliquid paſſus eſt, iniuria quoque afficiatur: an
ſicut in agendo, ita in patiendo quoque res ſeſe habeat. fieri
enim poteſt, vt in vtriſque ex accidenti iuſta conſequamur.
idem autem in iniuſtis quoq; euenire manifeſtum eſt: quippe
E cum non idem ſit iniuſta agere & iniuſte agere, id eſt iniu-
ria afficere: neq; iniuſta pati, & iniuria affici. ſimiliter quoq;
iuſte agere quempiam & iuſtificari dicendum eſt. non enim
poteſt quiſpiam iniuria affici, niſi aliquis ſit, qui iniuria affi-
ciat: neq; iuſtificari, niſi iuſte quiſpiam agat, ireq; efficiat.*

Cum dubitarit, an fieri poſſit, vt ſponte quiſpiam iniu-
ria afficiatur, communemq; eſſe hanc rationem ſtatuerit
ei qui iuſtificatur, vt ſimili modo iniuria affici ad afficere
ſeſe habeat, ſicut iuſtificari ad iuſte agere, debereq; oſten
derit vtraque ideſt tam iniuria affici quam iuſtificari vel
ſpontanea eſſe vel inuita, non quemlibet autem aut iuſtifi
cari ſponte poſſe aut inuitum iniuria affici, probare hic co
natur, vtrunque, ſi hoc modo fiat, ſponte, ſi illo modo, in-
uitis nobis contingere. ſicut autem in agendo, ita in pa-
tiēdo rem ſeſe habere inquit, agere appellans iniuria affi-
cere & iuſte agere: pati, iniuria affici & iuſtificari. Quoniā

vero,

vero,ſicut ſuperius demonſtratum eſt, tam iniuſte agere, A quam iuſte quiſpiam poteſt & per ſe cũ ſponte,& per acci dens,cum non ſponte facit:eodem modo & iniuria affici & iuſtificari dupliciter vnuſquiſq; poterit, & per ſe,& per accidẽs. obſcurius vero hoc ab Ariſtotele enũciatur, cum inquit, F I E R I enim poteſt,vt in vtriſque ex accidenti iu ſta conſequamur) id autem eiuſmodi eſt ac ſi ita diceret cum quatuor ſint perſonæ,quæ iniuria afficit, & quæ afficitur: quæ iure afficit,& quæ iuſtificatur,in vtriſque ideſt in duabus & quæ iuſte agit,ſeu iure afficit, & quæ iuſtificatur, fieri poteſt vt is qui iuſtificatur, ius per accidens conſequatur,cum videlicet ille qui iure afficit,per accidẽs egerit. ſimiliter etiam in iniuſtis ideſt in duabus reliquis fieri poteſt, vt per accidens iniuria quiſpiam afficiatur,cũ per accidẽs agit ille,qui afficit. Sed quando per accidẽs iniuria afficitur quiſpiam?quando nimirum ſponte patitur B ſicut declarabit.quẽadmodum benigni ac modeſti homines facere conſueuerunt,qui in diſtributionibus pauciora pleruũque ac minora accipiunt,quam ipſis conueniat.cum igitur hi ſponte id patiantur,& ipſi qui ſponte accipiunt, per accidẽs iniuria afficiuntur, & illi qui minus quã oportet, diſtribuunt, iniuria per accidens afficiunt. atque ita qui ſponte iniuria afficitur, oppoſitus ei eſt, qui non ſponte afficit, & econtrario qui inuitus afficitur, ſponte afficienti.ſicut enim in his qui iniuria afficit, abſolute & per ſe iniuſte agit,quia ſponte & ex electione agit,ita qui iniuria afficitur,abſolute etiam ipſe iniuria afficitur,quia inuitus prçterque electionem id patitur,quare fit,vt inter ſe oppoſiti ſint. idem vero accidit in eo quoque qui iuſtificatur, C nam qui per accidens iuſtificatur,ſponte ius ipſum conſequitur, eſtq; oppoſitus ei qui per accidens iuſte agit,iusq; ipſum exequitur, qui ſcilicet cum per accidens iuſte agat, inuitus id facit.nam ſi ille qui per ſe iuſte agit,ſponte iuſte agit, qui per accidens iuſte ſe geret, inuitus proculdubio iuſtę aget,quod ſi ita eſt, qui per accidens quoque iuſtificatur,ſponte iuſtificatur, eſtq; is qui iniuſtę quidem egit, ſed corrigitur.non enim poteſt quiſpiam iniuria affici,niſi aliquis ſit, qui iniuria afficiat, neq; iuſtificari niſi iuſte quiſpiam agat,iureque afficiat.ſi igitur fieri nequit, vt vel iniuria afficiatur quiſpiam,vel iuſtificetur, niſi quis vel iniuria afficiat, vel iure proſequatur neceſſe eſt, vt ſicut ſeſe habet ille qui iniuſte agit, ita quoque ſeſe habeat ille qui iniuria afficit, ſimili modo & qui iure afficit,& qui iuſtificatur.nam ſi per ſe agit ille qui agit, per ſe etiam patietur, D qui patitur,ſi per accidens afficit quiſpiam, per accidens quoq; affici illum qui patitur,perſpicuum eſt.

Verum ſi abſolute iniuria afficere eſt ſponte lędere,ſponte autem lędere,eſt ſcientem quem,& † quod, & quo modo: intemperans vero ſponte ſeipſum lędit: ſponte is iniuria afficeretur:poſſetq; fieri,vt ipſe ſe ipſum quiſpiam iniuria afficeret. at hoc vnum ex ijs eſt quæ in dubium veniunt,vtrũ iniuria afficere ſe ipſum quiſpiam poſſit. Adde quod ſponte etiam ob intemperantiam aliquis ab alio volente iniuria afficeretur:vt hoc modo quiſpiam ſponte affici iniuria queat. an fortaſſe non recta defi-utio eſt: ſed, cum dicimus lędere eſſe ſcientem & quem, & † quod, & quo modo, addendum E *eſt,prçter illius voluntatem qui lęditur? lęditur igitur ſponte aliquis,atque iniuſta patitur: nullus tamen eſt qui iniuria ſponte afficiatur, quippe cum id velit nemo: nec incontinens quidem.*

Cum quęſiuerit verum ne ſit,quod ab Euripide dicitur, iniuria afficere ſe ipſum quempiam poſſe, id confirmare hic conatur. nam ſi iniuria afficere ſpontaneo definitur, cum iniuria ſe afficit quiſpiam, ſponte afficit, vt nihilo minus ſponte etiam iniuria afficiatur. fieri igitur poteſt, vt ſponte quis iniuria afficiatur, ſicut dixit Euripides. ſi enim,inquit,ita abſolute ſineq; illa additione iniuria afficere nihil aliud eſt, quam cum quis ſponte lędit:ſponte autem lædere eſt non ex ignoratione id facere, ſed ſcientem ea in quibus actio conſiſtit ideſt circa quem eſt iniuſtitia, quod nam iniuſte factum committatur, & quo modo fiat lęſio:ſi igitur ita eſt, ſponte aliquis iniuria afficere ſe ipſum poſſet. nam & incontinens ſibijpſe ſponte iniuriam facit,nam cum ſciat particularia, neq; ignoret quæ ad dãnum ſuum ſpectent,ea tamẽ agit,quod ſi ſciens agit, ſponte ſe ipſe lędit,quare etiã ſponte iniuria afficitur.incõtinẽs ſiquidẽ cũ ab amica proprijs pecunijs priuatur ſponte lęditur à ſpõte lędente,quapropter volens à volente. recte igitur dixit Euripides. Volẽtem Bellorophontem volentem matrem occidiſſe. Poſteaquam vero ita acriter dictũ Euripidis confirmauit Ariſtoteles, deinde ſubiungit ſolutionem,additione cuiuſdam particulæ facta, quę definitioni iniuria afficiendi deeſſe videbatur, qua appoſita fieri nullo modo poſſe oſtendit,vt quis ſe ipſum aut iniuria afficiat,niſi ex eo quod accidit,aut iniuria afficiatur. inquit igitur non eſſe dicendum lædere eſſe cum quis cognoſcit & quem,& quod, & quo modo,ſed addendum etiam eſſe ad hæc,præter eius qui læditur volũtatem.quo adiuncto,neque incontinens ſeipſum lędere dicendus eſt,quippe cum non præter eius voluntatem pecunias meretrix auferat, ſed à volente accipiat.tunc enim iniuria afficit quis, cum ſponte lædit prçter eorũ qui lęduntur voluntatem.nã fieri poteſt quidẽ vt lædatur quis ſpõte & ſpõte & iniuſta patiatur: vt vero iniuria afficiatur ſpõte,nullo pacto põt. eo ꝙ iniuria affici eo definitur,cum aliquis & inuitus, & prçter ſuam ipſius voluntatem læditur. quemadmodum iniuria afficere, cum ſponte quis lædit præter eius qui læditur voluntatem.Si igitur qui iniuria afficitur,præter ſuam ipſius voluntatem læditur,incontinens vero non præter ſuam lęditur voluntatem, incontinens minime iniuria afficitur. quod ſi non afficitur, ne afficere quidẽ ſeipſum dicendus eſt.ſponte enim quiſpiam læditur,ſicut dictum eſt, & iniuſta patitur,iniuria vero ſponte afficitur nemo.

Sed prçter voluntatem agat.nemo enim vult id, quod nõ eſſe bonum exiſtimat.at incontinens quod non eſſe agendum putat,id agit. qui enim ſua ipſius dat, ſicut Homerus inquit Glaucum dediſſe Diomedi,

Aurea pro ferreis, centenaque pro ſeptenis, nulla afficitur iniuria:quippe cum in ipſius poteſtate ſit dare. iniuria vero affici,minime in ipſo eſt:ſed eſſe aliquem oportet qui iniuria afficiat. Atque iniuria affici, quidem non eſſe ſpontaneum manifeſtum eſt.

Particula ſed ad incontinens annectenda eſt,vt hoc modo orationem conſtruamus. ſed ne incontinens quidem præter voluntatem agat,ſed ex voluntate, quare neque iniuria afficiatur. Verum quo modo incontinens quod nõ putat agendum eſſe, agit?nimirum quia à voluptate vincitur.cum vero inquit agere ipſum quæ agit, non præter voluntatem, oſtendere vult in eo ſitum eſſe non agere,& ad actionem mouere membra inſtrumentaria, ipſumq; eſſe in cauſa vt vincatur à voluptate. Vel alio modo intelligendus locus hic eſt, vt coniunctio ſed ſuam ſedem obtineat, dicatque Ariſtoteles neque incontinentem iniuria affici, ſed agere quidem præter voluntatem, quippe cum ſola ea velimus quæ bona ſunt & honeſta, incontinẽs vero ea quę agit,mala & non agenda eſſe cognoſcat,vt ex eo quod prçter voluntatem agit, iniuria ſeipſum afficere minime poſſit.iniuria enim afficitur quiſque prçter voluntatem ab eo qui ex voluntate afficit. ſi vero incontinens præter voluntatem agit,iniuria afficere ſe ipſum nequit, ſi non afficit, proculdubio neque affici à ſe ipſo dicendus eſt. ſit enim omnino qui iniuria afficiat,neceſſe eſt, ſiquis eſt iniuria afficiendus. Qui vero ſua ipſius dat, vt Homerus inquit de Glauco neque is ſe ipſum offendit,cum ſponte agat.nam cum faciat Homerus Glaucum & Diomedem ſeſe in prælio amicos agnoſcere, ita demum colloquentes inducit.

Arma immutemus,quo poſſint noſcere cuncti
Hoſpitio iunctos nos eſſe, ac ſtirpe parentum & poſtea ſubiungit.

Sic

Sic fati inter ſe acceſſerunt cominus, atque
Deſiliere ab equis, dextramq; fidemq; dedere.
Tunc vero omnipotens Glanco de pectore mentem
Iuppiter eripuit: Diomedi qni obtulit arma
Aurea pro ferreis, centenaq; pro ſeptenis. neq; Glaucus igitur ſe ipſum iniuria affecit, eo quod ſponte ſua ipſius dederit, inde manifeſtum eſt, quod in ipſo erat non dare. ſicut ergo Glancus, ita incontinentes ſponte ſua ipſorum profundun. quod ſi ſponte dant, datioq; ipſa eſt damnoſa, ſponte etiam læduntur. at iniuria affici non eſt ſponte lædi, ſed inuitum: huius enim principium eſt non in eo qui afficitur iniuria, ſed in eo qui afficit, minime igitur affici ininria incontinentem à ſe ipſo perſpicunm eſt.

Duo præterea ex ijs quæ propoſuimus, ſuperſunt dicenda: vtrum is qui plus præter dignitatem diſtribuit, iniuriam afferat, an is qui id habet: fieri ne item poſſit, vt ſe ipſum quiſpiam iniuria afficiat. nam ſi fieri poteſt id, quod prius dictum eſt: & qui diſtribuit iniuria afficit, non qui habet plus: ſiquis alteri quam ſibi plus diſtribuit ſponte & ſciens, is ſe ipſe iniuria afficit: id quod facere modeſti homines conſueuerunt. modeſtus enim eiuſmodi eſt, vt imminui ſua non difficulter patiatur. An neque hoc ſimplex eſt: ex alio enim bono, ſi ita incidit, plus vſurpauit: vt ex gloria, aut eo quod abſolute honeſtum eſt. ſed ſoluitur etiam ex iniuria afficiendi definitione. nihil enim præter ſuam patitur voluntatem, vt propterea affici iniuria minime poſſit, ſed lædatur tantum: ſi modo pati ipſum quippiam dicendum eſt. Perſpicuum quoque eſt, eum qui diſtribuit etiam iniuria afficere, nō eum ſemper qui plus habet. non enim cui iniuſtum ineſt, is iniuriam facit, ſed cui ineſt id vt ſponte hoc faciat, id autem eſt, vnde principiū actionis proficiſcitur: quod ſanè in diſtribuēte, non in accipiente conſiſtit.

De duabus his dubitationibus quas proponit, nullam ſuperius mentionem fecit, licet, quantum ex verbis conijcitur, antea de ipſis dixiſſe videatur. inquit autem in hunc modum: cum de iuſtitia diſſerere propoſuerimus, eiuſque diſſertationem abſoluerimus, reliquum eſt, vt de duobus quibuſdam dicamus. ſunt autem hæc duo quę in dubitationem venire poſſunt, ac quadam diſtinctione indigent: vnum, vter iniuriam facere dicendus ſit, qui plus diſtribuit præter dignitatem, an qui accipit plus, atque habet quàm ſibi conueniat, alterum eſt, an ſe ipſum afficere iniuria quiſpiam poſſit, quæ ſanè ſecunda dubitatio a priore dependet, vt etiam ipſe inquit. vnde huius quanquam paulo ſuperius de ea dixerat, nunc etiam rurſus mentionem facit. Quod vero ex priore dubitatione in dubium venit, eiuſmodi eſt, ſi fieri poteſt, vt iniuſte agat non qui plus habet atq; accipit præter dignitatem, ſed qui diſtribuit: efficietur, vt iniuria ſe ipſum aliquis afficiat. nam ſiquis & ſibi & alteri quippiam diſtribuens inique id faciat, & illi amplius det, ſibi autem minus relinquat, id quod maxime modeſti facere conſueuerunt: is iniuria afficere ſe ipſum videtur. ſi enim qui inæqualiter diſtribuit iniuriā infert, iniuria autē ei infertur, qui minus ab inæqualiter partiente accipit, ipſe vero hic eſt qui & inæqualiter partitur, & minus accipit, ipſe proculdubio à ſe ipſo iniuria affici dicendus eſt, quod fieri minime poſſe videbatur. Sed ſoluitur dubitatio primum quod modeſtus in huiuſmodi diſtributione non ſibi minus attribuit, ſed minus quidē ex eo quod diſtribuit, ſibi ſumit, ob id tamen maius quuddam aliud bonum acquirit, gloriam ſcilicet, aut id quod abſolute ac proprie bonum eſt, vt hoc modo non minus accipere, aut imminui exiſtimandus ſit. deinde alia ſolutio præterea adhiberi poteſt, vt inquit, quod licet imminueretur & læderetur à ſe ipſo, id non inuitus, præterq; voluntatem patitur, in quo iniuriæ affectio conſiſtit, ſi autem iniuria non afficitur huiuſmodi inæquali diſtributione, ne afficit quidem: quippe cum qui iniuria afficit, is quempiam iniuria afficiat: at qui ita diſtribuit, neque eum cui plus tribuit, neq;

A ſe cui minus ſumpſit, ſicut demonſtratū eſt, iniuria afficit. Atque hęc ſunt quæ inquit. quod vero ait ſi fieri poteſt id, quod prius dictum eſt & c. id ita eſt intelligendum: ſi fieri poteſt, vt qui inique diſtribuit, iniuria afficiat, non autem is qui plus accipit, poterit quiſpiā ſibi ipſi iniuriā inferre. Poſteaquam vero ſoluit id quod videbatur occurrere, iniuſte agere eū aſſerens qui diſtribuit iniuſte, perſpicuum, inquit, eſt eum qui inæqualiter diſtribuit & præter dignitatem, eſſe iniuria afficientem, non eum ſemper qui plus habet. Cum autem adiungit non ſemper, oſtendit eū qui plus habet, poſſe interdum iniuria afficere & eſſe iniuſtū, interdum non eſſe: id quod etiam declarabit. nam cum ille qui plus præter dignitatem habet, ipſe ille eſt qui inæqualem diſtributionem fecit, ſibiq; plus indigne aſſumpſit, tunc is & plus habet pręter dignitatem & iniuſtus eſt. quare non ſemper qui plus habet, non eſt iniuſtus, ſed aliquan
B do: quando videlicet alter fuerit qui præter dignitatem diſtribuerit, alter qui habeat. ac propterea fit, vt iniuſtus ſemper plus habeat, qui autem plus habet, non ſemper ſit iniuſtus. non enim cui ineſt iniuſtum, is continuo iniuria afficit, ſed oportet, vt præter iniuſtum illud etiam adſit, vt ſponte fecerit, & ſicut ſæpe dixit, cum electione. ſponte autem is facit, in quo ineſt principium actionis: quod quidē principium eſt in eo qui diſtribuit, non qui accepit.

Adde quòd cum facere multis modis dicatur: & quodam modo inanimata interficiant, & manus, & ſeruus, cum mandauerit aliquis: hæc ſanè non iniuſte faciunt, ſed iniuſta tamen committunt.

Quoniam, Inquit, facere multipliciter dicitur, & nō omnis qui iniuſtum quid facit, iniuriam facere abſolute dici-
C tur, ille etiam qui diſtribuit inæqualiter, ſi ſponte id fecerit, iniuria afficiet abſolute, iniuſtusq; erit, ſi non ſponte, per accidens erit iniuſtus. nam ita quoque inanimata dicuntur occidere, & iniuſte agere, & manus, & ſeruus iuſſus quiſpiam agere per accidens, non abſolute facit, quia ſcilicet non ex electione agit. Sicut igitur facere multis modis dicimur, & ſponte & cū electione, & inuiti & ſine electione, ſic quoque plus habere per accidens poſſumus, cum non ex electione nec ſponte id habemus. abſolute vero & proprie iniuria afficit is, qui ſponte inuitum aliquem, præterque eius electionem lædit. Vnde, proprie etiam iniuria ille afficietur, qui præter voluntatem & inuitus læditur à volente, minuſque & inæquale accipit: qui autem inuitus volentem lædit, is per accidens facit iniu-
D riam: ſimili modo qui volens ab inuito lęditur, iniuria per accidens afficitur.

Accedit quod ſi ignorans iudicauit quiſpiam, non iniuſte agit, quantum ad legitimum ius attinet, neque iniuſtum iudicium eſt: ſed quodam modo tamen iniuſtum. aliud enim legitimum, aliud primum ius eſt. at ſi ſciens iudicauit iniuſte, plus ſibi vſurpat & ipſe vel gratiæ vel vindictæ: perinde quidem ac ſiquis iniuſte facti quoque ipſe partem acceperit: & ille etiam qui ob hæc iniuſte iudicauit, plus habet. Etenim in illis qui agrum adiudicauit, is non agrum ſed argentum accepit.

Cum dixerit ex eo quòd facere multis modis dicitur, ſequi, vt qui patitur, ita afficiatur, ſicut ille qui facit, fece-
E rit: hic quoque idem confirmat. nam quia fieri poteſt, vt idem quadam ex parte iuſte faciat, quadam iniuſte: & qui patitur item, in aliquo iuſte patiatur, in aliquo iniuſte: hoc volens oſtendere, ius ipſum diuidit in id quod lege cōſtat, & quod natura: inquitq; tum qui inæqualem diſtributionem fecit, vel naturale ius, vel legitimum, vel vtrumque ignorantem id feciſſe. ſi vtrumq; ignorans iudicauit, atq; inæquali vſus eſt diſtributione, non iniuſte agit, quippe cum ſponte id minime fecerit. neque ſi ex legitimo iure iudicans ignorato naturali inæquale quippiam diſtribuerit, iniuſte agit: ſecundum leges enim iudicauit. at eus qui ſecundum leges iudicant, minime vituperamus. ſimili modo quoque qui licet legem ignorarit, modo naturale ius

cognouerit

coǵnouerit,ſecundumq; ipſum iudicarit:iniuſte agere minime cenſendus eſt:quippe cum neq; illi ſecundum naturale ius iudicant, reprehenſiones aliquas merito ſubire videantur. Sed ſi vtrunque ſciens & legitimum ius & naturale affectu tamen aliquo, aut muneribus inductus inæqualia diſtribuit: ſponte iniuriam facit, iniuſtuſque eſt:& qui minus hoc modo accipit non per accidens, ſed per ſe & proprie iniuria afficitur. ſi item naturale ius cognouerit & ignorarit legitimū, ex affectu tamen aliquo inæqualia iniuſte diſtribuerit, proprie iniuſte agit. iniuſte etiam proprie agit; ſi ignorato naturali & cognito legitimo ob inimicitiam & odium, aut muneribus corruptus non ita iudicauit, ſicut lex præſcribit, quiq; iniquum hiſce de cauſis acceptum habet, iniuria proprie affici exiſtimādus eſt. Vtro igitur iure ignorato iniuſte iudicarit quiſpiam, iudicium ipſum iniuſtum minime propterea eſt, quia ſecundum aliquam legem ſiue naturalem, ſiue ſcriptam exiſtit, eſt tamen quodam modo iniuſtum, quia non idem eſt naturale ius & legitimum. vel enim ſecundum naturale eſt iniuſtum, ſecundum legitimum, iuſtum, ſi ſecundum id videlicet factum fuerit, vel è contrario ſi ad naturale ius ſpectemus, eſt iuſtum, quod per ſe effectum eſt, ſi ad legitimum, iniuſtum:& propterea & qui etiam iudicauit, per accidēs afficit iniuria,& qui inæqualia accepit iniuria per accidens afficitur. Non eſt, inquit, idem legitimum ius & primum. primum appellans id quod natura conſtat, quando ille qui iudicauit, ſicut dictum eſt, non iniuſte agit, neque iniuſtus abſolute eſt. qui tamen vel vtrunque vel alterum cognouerit, & iniq; iudicauerit, plus ſibi videtur vſurpare, cum ab eo cui plus attribuit, vel aurum, vel omnino gratiam quandam accipias. ab eo item, cui minus dedit, dum tanquā inimicum vlciſcendi ac vindicandi cauſa id facit, quodam modo aliquid accipit, pluſque inde etiam vſurpat, iniuſte enim facti quodam modo partem quandam accepit. ſicut enim in pecuniarū acceptione, qui agrū diuiſit ei qui pecunias dederit, iniuſte facti quodā modo eſt particeps, quia licet agrum nō accipiat, pecunias tamē accipit, ſic qui ob inimicitiam vltionem procurat, minuſque diſtribuit, agrum non accepit, ſed pecuniam, habetq; modo quodam iniuſte facti partem. quid autem id eſt? libidinis, voluntatiſque expletionem, vlciſci enim volens vltionem eſt exequutus. Cum autem his demonſtrarit iniuſtum eum eſſe qui non ignorans ſed ſponte inæqualiter diſtribuit, aut iudicauit, ſimul etiam oſtendit eum iniuſte minime agere aliquando, cui amplius diſtribuit, nam qui plus habet, tunc iniuſte agit, cum ob pecuniarum largitionem accepit. cum autem ex iudicantis ignoratione plus habet, non iuſte agit. Cum inquit autem & ille etiam qui ob hæc iniuſte iudicauit, plus habet: plus habet ea ſignificatione hic eſt intelligendum, vt pro eo quod eſt plus vſurpare, accipiatur, pluſque ſibi iniuſte præterquam deceat, arrogare.

Homines autem in ſua poteſtate ſitum exiſtimant, vt iniuriis afficiant. propterea etiam ius ipſum putant facile eſſe: quod tamen non eſt. rem habere enim cum vxore vicini, & percutere proximum, & manu porrigere pecuniam & facile eſt, & in ipſis: ſed ita tamen ſe habentes hæc facere, neque facile, neque in ipſis eſt.

Iuſtitiam iniuſtitiam ſponte fieri, in nobiſq; eſſe, cuiuſmodi omnia ſunt, quæ fiunt ex electione, ſuperius vbique demonſtratum eſt, nunc vero videtur dicere, vt iuſti vel iniuſti ſimus, in noſtra minime eſſe poteſtate, quod abſurdū eſt, cum maxime omnium & virtutes & vitia in nobis eſſe ſine vllo dubio pateat. Sed videtur quidem hoc dicere, nō hoc tamen eſt, quod demōſtrat ac probat. illud enim oſtēdit his verbis, nos non ſimul ac voluerimus iuſtos eſſe aut iniuſtos, id quod declarat etiam cum ſubiūgit, propterea etiam ius ipſum putant facile eſſe. ſicut enim tyrannum inferre in noſtra eſt poteſtate, non tamen quando volumus id facere poſſumus: ita in virtutibus, & vitijs in nobis

A quidem eſt ſitum, vt iuſti vel iniuſti ſimus, non tamen fieri poteſt, vt quando voluerimus, tunc continuo ſimus, quippe cum ad virtutum vel vitiorum quemadmodum etiam ſciētiarum acquiſitionem & aſſuetudine & exercitatione & diſciplina indigeamus, vt non ſimul ac voluerimus vel iuſti vel iniuſti eſſe valeamus. Nam quemadmodum vel medicinam vel geometriam diſcere in nobis eſt, non tamen cum volumus, vel acquirimus atque habemus ipſas has ſciētias, vel iam acquiſitas amittimus, ſic in virtutibus & vitijs fieri manifeſtum eſt. tempore enim & exercitatione & diſciplina opus eſt ad habitus cōparandos. Quippiam igitur iniuſti vel iuſti facere, verbi cauſa adulterium committere, aut verberare, in nobis eſt ac facile. ſed ita tamen nos habentes hæc facere, neque facile neque in B nobis eſt id eſt ita affectos, vt ex habitu vel iuſtitiæ vel iniuſtitiæ operemur, non eſt facile, ſed vt dictum eſt, & tempore & diſciplina & aſſuetudine non parua eſt opus. Nam incidere, & adurere, purganſque medicamentum exhibere facile eſt in noſtraque poteſtate collocatum cum voluerimus: ex habitu tamen id facere non admodum facile eſt. cum enim ex habitu fit, cum tenemus quando, aut cui, aut quatenus vnumquodque horum faciendum ſit, id quod & rationem & experientiam non mediocrem requirit, quam ſtatim vbi voluerimus, habere nullo modo poſſumus.

Simili modo quoque cognoſcere iuſta & iniuſta nullam ſapientiam eſſe exiſtimant: propterea quod difficile minime C *eſt ea intelligere de quibus leges præſcribunt. Verum iuſta non hæc ſunt niſi per accidens: ſed ea ſunt iuſta, quæ quodam modo aguntur, & quodam modo diſtribuuntur. Id autem difficilius eſt quàm ſalubria cognoſcere: nam illic mel, vinum, veratrum, aduſtionem item & inciſionem noſcere facilius eſt: quo modo autem ad ſanitatem afferendam, cui, & quando adhibenda hæc ſint, tam eſt ſanè difficile cognoſcere, quàm medicum eſſe.*

Ius ipſum facile eſſe inquiunt homines, proptereaq; & agere iuſta eſt in promptu, & cognoſcere id quod iuſtum eſt, non eſt difficile: nam leges de iuſtis & iniuſtis præſcribunt, at ſcire ea quę à legibus dicuntur, nullum negocium eſt. Quare fit vt cognoſcere & iuſta & iniuſta nulla ſit difficultas. Sed ad hæc Ariſtoteles occurrit, iuſta inquiens, nō D in eo eſſe iuſta quod audita percipiantur, ſciaturque, depoſitum non eſſe retinendum, non eſſe iurandum: nam iuſtum & iniuſtum aliud per ſeſe eſſe, aliud ex accidenti. Ex accidenti illud eſt, quod vel ex auditu tantum cognoſcitur, vel fraudulenter ac doloſe agitur, cuiuſmodi eſt, cum quis depoſitum reddit, ſed eo tamen conſilio, vt plus poſtea accipiat, & non reddat. iuſtum enim eſt, ſed ex accidēti, quatenus tantūmodo id factum fuit, quod lex ipſa præſcribebat. per ſe autem iuſtum illud eſt, quod ex iuſtitię habitu agitur. & qui ex habitu agit, proprie ius ac iuſtū ipſū cognoſcit. ſed ſi propria iuſti cognitio in agēdo ex habitu conſiſtit, acquirere autem habitus difficile eſt, conſequetur, vt cognoſcere etiam iuſta difficile ſit. Immo eo maius negocium, inquit, ac difficilius eſt iuſta ipſa cognoſce- E re, quam ſalubria, quo eſſe iuſtum, quam medicum difficilius eſt. nam illic, id eſt in ſalubribus quæ ad medicū ſpectant, cognoſcere ea quibus medicus vtitur, difficile minime eſt, vinum, panem, veratrum, aduſtionem, ſectionem. hoc modo enim cognoſcere ſalubria per accidēs eſt: nam propria horū cognitio ex vſu ipſo exiſtit qui ex medicinæ habitu fit. id autem eſt ſcire quando, quo modo, & quatenus adhibere ſingula oporteat, quod ſanè facile non eſt, quippe cum neque ſit facile medicinę habitum acquirere. tanta igitur eſt difficultas in medicarum rerum vſu percipiendo, quantum eſt in eo laboris ac negocij, vt medicus quiſpiam euadat.

Ob id autem ipſum etiam iuſti hominis eſſe exiſtimant nihilo minus iniuſte agere: quoniam nihilo minus iuſtus immo

etiam

etiam magis facere vnumquodq; ex his poteſt. nam & rem habere cum muliere, & percutere: & vir fortis ſcutum abijcere, & in fugam verſus in vtram partem velit, currere poteſt. Sed ignaue agere, & iniuſte nō eſt hæc facere, niſi per accidens. nam hęc facere eſt, cum aliquis ita ſe habens agit. Quemadmodum etiam mederi & ſanare non eſt incidere, aut non incidere, vel medicamenta adhibere, aut non adhibere: ſed quodam modo vtraque hęc facere.

Ob hāc cauſam, inquit, homines facile eſſe cognoſcere & iuſta & iniuſta exiſtimāt: eo quod putant in vniuſcuiuſque poteſtate eſſe, vt quando vult, iuſtus ſit vel iniuſtus. ob eandem cauſam iuſti quoq; hominis iniuſta agere nihilo minus, immo etiam magiſquam iniuſti eſſe opinantur: eo quod magis iuſtus vir poſſit iniuſta agere quā quiuis alius è vulgo, quippe cum & iuſtus magis queat quam quiuis alius vel rem habere cum vxore alterius, vel percutere vicinum. & fortis quam timidus ſcutum abijcere & fugere. magis enim hos poſſe hæc facere ob id exiſtimant plerique, quia magis hæc cognoſcūt, quàm alij: quippe cū eius ſit qui vnum contrariū cognorit cognoſcere etiam alterū. Atque hęc dicūt, propterea quod eum qui iniuſtum quippiam egerit, continuo etiam eſſe iniuſtum opinantur. at ſi iuſtum quid agere facile eſt, ſimiliter etiam iuſtum: iniuſtum igitur, & iuſtum quippiam eſſe facilius eſt, ſed verū minime eſt, eum qui vel iuſti vel iniuſti aliquid agit, continuo etiam eſſe vel iuſtum vel iniuſtum: aut, eum qui ſcutum abiecerit, eſſe ignauum. niſi ita ſe habēs ea agat: id eſt ex habitu vel virtutis vel vitij operetur. ignauus enim eſt, qui ob ignauiam & timiditatem ſcutum abiecit: iniuſtus qui ob vitium plus vſurpat. & demum qui ex habitu quippiam vel boni vel mali agit, eſt vel bonus vel malus. Quòd ſi iniuſte agere nihil aliud eſt quā ex iniuſtitiæ habitu operari: non ſolum non erit facile, vt iuſtus vir iniuſte agat, ſed etiam fieri nullo modo poterit. ſicut enim in principio libri dixit Ariſtoteles ſcientiæ contrariorum ſunt, non autem habitus.

Iura autem inter eos ſunt, qui bonorum ſimpliciter ſunt participes: in quibus & exceſſum habent & defectum. quibuſdam enim horum non eſt exceſſus, vt fortaſſe dijs: quibuſdā nulla pars vtilis eſt, vt incurabilibus & malis, ſed nocēt omnia: at quibuſdam quadam tenus: atque hoc propterea humanum eſt.

Dilucidior eſſet lectio, ſi ita diceret: ius aliud eſt diſtributiuum, aliud emendatiuum. hæc vero vtraque inter eos conſiſtūt, qui ſunt participes bonorum ſimpliciter, in quibus felicitas conſiſtit. Simpliciter vero bona ea ſunt proprie, quæ ſuapte natura bona ſunt: vt virtutes, virtutumq; operationes: ſecundo modo etiam ſimpliciter bona appellantur, bona inſtrumentaria ac facultates, quæ ſecundum naturam affectis bona ſunt. Quænam autem ſint inſtrumentaria hæc bona ac facultates explicat, dum inquit in quibus & exceſſum habent & defectum: ſunt enim diuitię honores, ciuilis poteſtas, in quibus & exceſſus & defectus reperitur. nam in virtutibus quæ propriè ſunt ſimpliciter bona, cum ſint definitæ, & in mediocritate cōſiſtant, ſicut demonſtratum eſt: neque exceſſus neque defectus eſſe vllo pacto poteſt. in quibus vero eſt exceſſus & defectus, in ijſdem licet & plus vſurpare, & minus conſequi. at in virtute nulla pluris vſurpatio contingit. quippe cum fieri omnino nequeat, vt virtutem alicuius per vim rapiamus, priuemuſq; habentē, id quod in pecunijs alijſq; huiuſmodi poſſeſſionibus poteſt. nā quotidie videmus accidere, vt alter alterius vel agrum, vel vineam, vel eiuſmodi quippiam violenter auferat: fortitudinem vero à forti viro, aut ſcientiam à ſciente per vim eripere poteſt nemo. In ijs igitur in quibus exceſſum & defectum habent homines, iura conſiſtūt. cum enim horum bonorum poſſint & plus & minus habere quàm deceat, in diſtribuendis his & adæquandis iura ipſa verſantur. nam quibus nullum ex huiuſmodi bonis adeſt, ijs neque exceſſus horum, neque defectus eſſe vl-

A lus poteſt. ſi vero non eſt exceſſus & defectus, neque emendatiuum aut diſtributiuū ius vllum erit. Vnde dijs apud quos neq; diuitiæ, neq; gloria, neq; honor, neque principatus, neque quicquam ex huiuſmodi bonis reperitur: neq; ius eſt vel diſtributiuum vel emendatiuum. ſed neque illis ius eſt, qui licet bona hęc habeant, incurabiles tamen atq; inſanabiles ob luxum & intemperantiam, omniumq; flagitiorū genus euaſerunt: quippe cum emendatiuum ac diſtributiuum ius in boni alicuius aut vtilis ei æqua diſtributione ſecūdum proportionem verſetur: ſiquidem plus vſurpantem ei adæquat, qui defraudatur. Quibus enim hominibus bonum ipſum nullam vtilitatem nullumq; commodum affert, ijs ius nō eſt, at inſanabilibus nullum ex huiuſmodi bonis eſt vtile. quibuſdam vero aliquatenus ſunt vtilia hæc bona, ijs ſcilicet qui medij ſunt, & non prorſus deprauati, & ſecūdum leges & inſtituta non praue admo-
B dum degunt. Ac ſeulus quidem talis eſt. quod vero inquit vt fortaſſe dijs ob Platonem dictum videtur, qui Dei eſſe etiam virtutem aſſerebat, vt ſi virtutem habeat Deus, ius quoque habeat neceſſe ſit: ſi ius, etiam pecunias. Quocirca Ariſtoteles Platonis hanc opinionem non admittebat. alibi enim inquit, ſi virtus moderatrix affectuum eſt, & eſt in dijs: eſſe etiam affectus in dijs, neceſſe erit.

De æquitate, æquo & bono. Cap. X.

Sequitur, vt de æquitate & æquo & bono, quo modo ſcilicet illa ad iuſtitiam, hoc ad iuris reſpiciat, differamus. neque enim ſiquis recte conſideret, vt idem abſolute ſpectare, neque vt diuerſum prorſus genere videtur, & inter-
C *dum ęquum & bonum, hominemque ipſum eiuſmodi laudamus, ita vt ad alia quoque transferre hoc nomen laudando conſueuerimus, æquum hominem probum appellantes: interdum, dum rationem ſequimur, abſurdum videtur ęquum & bonum, ſi præter ius quiddam eſt, eſſe laudabile. vel enim ius non eſt honeſtum: vel aquum & bonum non eſt ius, ſi diuerſum quid eſt: vel ſi vtrunq; eſt honeſtum, idem vtraque ſunt. Ac dubitatio quidem circa aquum & bonum ferè ex his contingit: in qua omnia quodam modo recte ſeſe habent, nihilque eſt quod ſibi aduerſetur ac repugnet. nam cum aquum & bonum iuris cuiuſdam ęquum ſit, melius ius quoddam eſt: neque tamen quaſi diuerſum aliquod genus eſt iure ipſo melius. Ius igitur & æquum & bonum idem eſt.*
D *cum enim vtraque honeſta ſint, æquum & bonum honeſtius, meliuſque eſt, Dubitatio autem hæc oritur, quia æquum & bonum ius eſt non ſecundum legem, ſed legitimi iuris correctio*

Quoniam æquitas quæ ἐπιείκεια dicitur, æquumque & bonum circa ius emendatiuum, ſicut cognoſcemus, verſatur merito vbi explicauit quid ſit huiuſmodi ius, de æquitate differere aggreditur, inquitque æquū & bonū neq; abſolute idem eſſe cum iure, neque diuerſum ab eo. eſt enim quodam iure melius, id eſt legitimo: quemadmodū etiam eſt ius naturale. Oſtendens vero æquum & bonum non eſſe idem quod ius, ſubiungit, interdum, inquiens, æquum & bonum, hominemque ipſum eiuſmodi, id eſt
E æquitate præditum laudamus, eum dicētes meliorem eſſe iuſto, quod cum facimus, diuerſum proculdubio æquum & bonum à iuſto eſſe exiſtimamus. Verum etiam cum ad alia vt fortitudinem & temperantiam vel artem aliquam transferimus hoc nomē, dicimuſque verbi gratia aut temperantem forti eſſe æquiorem, vel fortem è contrario temperante, aut ædificatorem agricola, vel agricolam ædificatore, tunc perſpicuum eſt nos hoc nomine æqui & boni non pro iuſto, ſed pro bono ac pręſtante vti, vt diuerſum hoc modo æquum & bonum à iuſto eſſe videatur. Præterea, inquit, dum rationem ſequimur, abſurdum videri, ſi æquum & bonum à iure diuerſum cum ſit, eſſe laudabile dicatur. nam ſi diuerſum à iure eſt, & eſt laudabile: ius ip-

ſum neque bonum erit, neque laudabile. at ſi ius laudabile eſt: æquum & bonum minime erit. Cum ita dubitarit, nihil contrarij in ſe habere orationes has, ſed veras eſſe vtraſque aſſerit, tam quæ diuerſum eſſe à iure æquum & bonum, quam quæ non diuerſum eſſe ait. & ſimili modo ita eam, quæ æquum & bonum iure ipſo eſſe melius, vt eam, quæ non eſſe melius aſtruit. Et enim quodam iure melius æquum & bonum, licet nō omni. neque vt diuerſum quid genere, eſt melius: ſed cum & ipſum ius ſit, quodam iure melius eſt: & enim vtraq; honeſta ſint, melius eſt æquū & bonum, non omni tamen iure; ſicut dictum eſt: nam etiam ipſum ius eſt. ſi enim æquum & bonum ius cum ſit, omni iure eſſet melius: efficeretur, vt ſe ipſo quoq; eſſet melius, at id quod melius eſt, peiore aliquo eſt melius: quare ſeipſo eſſet æquum & bonum & peius & melius: quod abſurdum eſt. Quocirca dicendum eſt æquum & bonum melius eſſe eo iure quod pacto & legibus conſtat: cuius ſcilicet emendatio ac correctio eſt. vt ſubiungit. Cum enim vtraque honeſta ſint, id eſt & ius quod pacto & lege conſtat, & æquum & bonum: æquum & bonum melius eſt. quippe cum ius ſit non ſecundū legē, ſed legitimi iuris correctio,

Cuius rei cauſa eſt, quod lex in vniuerſum omnis ſtatuitur: nec fieri poteſt, vt recte de quibuſdam in vniuerſum definiatur. in quibus enim neceſſe eſt, vt in vniuerſum dicatur, recte autem id non poteſt: lex id ſumit quod vt plurimum fit, non ignorans ſanè quod peccatur & nihilo minus tamen recte ſeſe habet: quippe cum peccatum in lege minime ſit, neque in legiſlatore, ſed in rei ipſius natura conſiſtat. ſtatim enim rerum agendarum materia eiuſmodi eſt. Quando igitur lex in vniuerſum dixerit, & præter vniuerſale poſtea quippiam contigerit: tunc recte ſe habet, ſi qua legiſlator omiſit, abſoluteque ac ſimpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus: id quod legiſlator etiam ipſe ſi adeſſet, dixiſſet: & ſi ſciuiſſet, ita præſcribentem legem inſtituiſſet. idcirco ius quidem eſt & melius quodam iure, non eo tamen quod abſolute eſt & ſimpliciter, ſed eo quod ex abſolute loquendo peccat. eſtque ea æqui & boni natura, vt legis qua parte deficit, ob vniuerſale, emendatio ſit. id enim eſt in cauſa vt etiam non omnia ſecundum legem ſint, propterea quod vt de quibuſdā lex ſanciatur, fieri nullo modo poteſt. quapropter decreto opus eſt: indefiniti enim indefinita etiam eſſe regula debet. ſicut ædificationis Lesbiæ plumbea norma, quæ ad lapidis figuram transmutatur, neque immobilis manet: ſic decretum ad res ipſas accommodatur.

Cum dixerit æquū & bonum legitimi iuris eſſe emendationem, emendat enim quod in eo peccatur: neceſſarium eſſe oſtendit, legem quæ ex pacto conſtat, peccare ob rerum indeterminationem, quæ aliàs aliter euenire conſueuerunt. nam lex in vniuerſum ſancit, eum qui depoſitum non reddiderit, infamem eſſe atque ignominioſum: peregrinum item ſi murum aſcenderit, à ciuibus eſſe interficiendum, nec non eum qui rem cum aliena vxore habuerit, caſtigari debere. Atque vnumquodque horum, id eſt infamia, interfectio, & caſtigatio, iuſtum eſt plerunque: ſed incidit tamen, vt interdum iuſtum minime ſit, ſed peccatum. Quo modo enim errans non eſt ac peccans ius illud, quod puniri iubet eum qui tyranni vxorem violauit, atque ita interfecto tyranno patriam in libertatem aſſeruit? Quo modo item peccatum non eſt exiſtimandum vel maximum, peregrinum eo nomine velle interficere, quod ingruentibus hoſtibus in murum aſcendens fortiter ſe geſſerit, atque vrbem defenderit? Cum igitur lex in vniuerſum abſtinendum eſſe ab aliena vxore præſcribat, ac propterea ad ſupplicium trahatur ille etiam qui tyrannum eo modo interfecerat, æquus & bonus hac in parte defectum legis corrigit. ſi enim id nouiſſet legiſlator euenturum eſſe, legi proculdubio addidiſſet, lexque in hunc modum fuiſſet ſcripta, A quacunque aliena vxore abſtinento, præterquam tyranni, ſi ex tali concubitu ciuitatis libertas procuratur. & item, Peregrinus vnuſquiſque qui in bello murum aſcenderit, occidatur, niſi is qui defendendæ vrbis cauſa id fecerit, fortiterque ſe geſſerit. Vbi ergo fieri non poteſt, vt de omnibus recte leges inſtituantur, de ijs quæ vt plurimum eueniunt, inſtitui conſueuere. Vt plurimum autem malum eſt adulterium committere, & peregrinum in murum aſcendere & depoſitum non reddere, atque huiuſmodi cætera, non tamen ſemper, vt dictum eſt. Atque hinc perſpicuum eſt, æquum & bonum eſſe ius: iuſtum quippe eſt ne moriatur is, qui vel fortiter ſe geſſit, vel tyrannum ſuſtulit. immo melius etiam iure ipſo legitimo eſt, non tamen omni iure ſimpliciter. Appellat autem ius ſimpliciter atque abſolute, quod B ſecundum naturam eſt. nam vbi inquit abſoluteque ac ſimpliciter loquendo peccauit ſimpliciter pro vniuerſaliter ſumitur, hic vero pro naturaliter ac ſecundum naturam. Cum autem naturam hanc eſſe æqui & boni ait, naturam pro ſubſtantia, atque eſſentia ponit. Eſt igitur æqui & boni, quod in neutro genere eſt intelligendum, vnde æquus & bonus vir poſtea denominatur, ea eſſentia, vt eius quod deficit in lege, correctio ſit, atque emendatio. id quod, ſi affuiſſet legiſlator, legi adiunxiſſet. Quod errent ac peccent leges, id in cauſa eſt, quod non omnia ſecundum legem ſunt, tum quod res ipſæ ſunt indeterminatæ, atque alio modo aliàs ſeſe habent, tum quod non de omnibus leges inſtitui ac ſanciri queūt. nam de ijs quæ alio modo aliàs ſeſe habent, & pro occaſionibus immu- C tantur, leges nullæ conduntur, ſed decreta fieri conſueuerunt, verbi cauſa, quibuſcum ſocietas ac cōfœderatio facienda ſit, quando & quò tranſmigrandum, quando exportanda, & quando minime, ea quæ in regione noſtra naſcuntur, occaſiones enim & vſus ſingula huiuſmodi nobis declarant. quæ cum ſint indeterminata, nulla lege ac regula in vniuerſum comprehendi poſſunt, quippe cum id quod rem alio modo aliàs ſeſe habentem præſcribit ac terminat, indeterminatum etiam ipſum eſſe proque rei natura quam definit, immutari neceſſe ſit. Quòd vero indefinitarum rerum regulæ etiam ipſæ ſint indefinitæ, immutenturque vnà cum rebus, plumbeam normam D leſbiæ ædificationis in argumentum adduxit. non enim ex leuibus, æqualiterque coaptatis lapidibus ædificatio quæ vocatur leſbia, extruebatur, ſed in more erat apud Lesbios, eminentias & concauitates habentes lapides ad ædificia extruenda adhibere, vt norma eis opus eſſet plumbea, quæ pro inæqualitate inflecti, atque ita dirigere inæqualium lapidum ſtructuram poſſet. Sicut igitur norma hæc plumbea ad figuram ædificationis immutabatur, ita decreta pro rerum vſu immutari conſueuerunt.

Quidnam igitur ſit æquum & bonum, & quid ius, & quo iure melius id ſit, perſpicuum iam eſt. Ex quo etiam patet quiſnam æquus & bonus vir ſit: qui enim talia eligit, atq; agit, neque eſt exactus iuris exequutor in peiorem partem, ſed imminuit potius, etiam ſi legem ad id adiutricem E *habeat: is æquus & bonus eſt: habitusq; ipſe, æquitas, quæ quidem iuſtitia quędam, nec diuerſus ab ea habitus eſt.*

Vbi declarauit qd ſit æquitas & bonitas, quis ſit æquus & bonus etiam oſtendit. Qui quis ſit, ex æquitatis ipſius definitione perſpicuum eſſe inquit. eſt enim correctio iuris æquitas, præſtantiorq; eſt legitimo iure, quod ex eo peccare conſueuit, quod vniuerſaliter non quod male fuerit inſtitutum, hoc enim eſt melior æquitas, non omni ſimpliciter iure, & naturali. erit igitur etiam æquus & bonus qui talium erit electiuus & actiuus, neq; exactus iuris exequutor in peiorem partem, hoc eſt, qui non omnia quæ in legibus ſunt ſcripta, ſeruare ſtudebit in peiorē partem interpretans. non enim acerbe punire vult mala perpetrata, neque in ſcripto perſiſtit, ſed ſententiam magis legiſlatoris ſectandam cenſet, etiam ſi lex, id eſt ſcriptum ipſi ad hoc, id eſt ad acerbe puniēdū auxiliari, ac fauere videatur.

Ex his


& relatio quam ἀντιπεπονθὸς vocant, aperte hac Rhadamanthi A iuſtitia declarat: ab Heſiodo autem ſumptum eſt carmen. Reprehendit autem hic Pythagoreos Ariſtoteles, quòd repatiens eſſe ius abſolute dixerint, nullaque vſi diſtinctione fuerint, nullaque additione: vt retaliatio quæ fit proportione quadam, eſſe ius intelligeretur. nullo.n. modo ius eſt vt ſinguli ea quæ fecerint, abſolute repatiantur, quippe cum neque id diſtributioni conueniat, neque emendationi, in quas ius ipſum diuiditur. utræque enim proportione conſtant, altera geometrica, altera arithmetica: retaliatio autem proportione nulla fit. nam cum diſtributiuo iure idem non eſſe retaliationem inde perſpicuum eſt, quòd in illo æquum & iuſtum pro uniuſcuiuſque dignitate ſpectatur: in repatiendo nulla dignitatis ratio habetur, qui enim poteſt? ſi ſeruus, vel liberum & pro- B bum virum vno verbere percuſſerit, & ipſe uno etiam repercutiendus cenſeatur: vel ſacerdotem calcibus contuderit, & ipſe etiam nihilo ſecius eadem contumelia afficiendus putetur? Sed neque emendatiuum ius abſolutam retaliationem admittit, non enim ſtatuit, vt eadem repatiatur mala quiſpiam, quæ alteri intulerit, uerbi cauſa, ut dens euellatur ei, qui dentem alteri excuderit, aut oculus eruatur ei, qui oculo alterum priuarit, ſed æſtimandum cenſet quanti aut dens, aut oculus haberi debeat, aut demum quodlibet aliud membrum: idque ab eo qui læſit exigendum, læſoque homini attribuendum, ſiue pecuniæ ſiue quippiam aliud fuerit. Vtrunque igitur hoc ius proportione utitur, retaliatio ſine ulla proportione fit. oportet enim, inquiunt, abſolute pati quempiam idem C quod fecerit, at hoc minime iuſtum eſt: quemadmodum etiam exemplo declarat. non enim ſi quis magiſtratum gerens percuſſit quempiam, eſt repercutiendus, quippe cum æquales res non æquale damnum afferant & gerenti magiſtratum, & priuato. magiſtratum enim gerens cum amplior ſit & maior quàm priuatus ciuis, neque ſi verberauerit, eſt reuerberandus, eo quòd licet qui uerberatur, patiatur, ipſe tamen minime iniuſtè agere uidetur, neque ſi à priuato fuerit uerberatus, æqualibus verberibus eſt afficiendus is qui ipſum percuſſit. at abſoluta retaliatio id requirit, ut idem patiatur quilibet, quod perpetrauit. Præterea cuiuſmodi tandem ea iuſtitia eſt, ut eadem patiatur quæ fecit, tam qui ſponte fecit quippiam, quàm qui inuitus? in emẽdatiuo quidem iure diligenter hoc exquiri exa D minarique conſueuit, & ſi inuentus quiſpiam fuerit ſponte feciſſe, maiori; ſi inuitus, minori pœna dignus cenſetur: in retaliatione vero nulla huiuſmodi diſquiſitio habet locum.

Sed in communitatibus commercialibus tale ius retaliatum conſeruat rem, ſi ex proportione, non ex æqualitate extiſtat. contra enim faciendo ex proportione ciuitas continetur. Vel enim dant operam homines ut malum reddant, alioqui eſſe ſeruitus uidetur, niſi par pari referatur, vel ut bonum recipiant, alioqui nulla fiet participatio: participatione autem ciuitates conſiſtunt ac continentur. vnde etiam gratiarum templum obuiam ſtatuunt, ut retributio efficiatur. quippe cum id proprium gratiarum ſit, vt & ei qui nobis gratificatus eſt viciſſim inſeruiamus, & ipſe rurſus gra- E *tificando nos prouocet.*

Poſteaquàm retaliationem ſimpliciter ita, ſineque ulla diſtinctione factam iuſtam minime eſſe oſtendit, quo modo iuſta fieri poſſit, nunc docet. ſi enim non abſolutè ac ſimpliciter, ut Pythagorei volebant, ſed ex proportione efficiatur, ad conſociationes commerciales ac commutatorias vtilis admodum eſt, quibus continentur, ſeruanturque ciuitates. atque hoc conſentit cum ijs quæ ſuperius paulo poſita ſunt, cum dixit, tollerentur enim artes, niſi & quod facit, & quantum & quale faceret, & quod afficitur, & tanto & tali afficeretur. idem ſi quidem hic repetere videtur. contra enim faciendo, id eſt par pari reddendo ex proportione, non abſolute & ſimpliciter vt in-

A quiunt Pythagorei, ciuitatum ſocietas conſeruatur, & permanet. nam cum & ijs qui bene fecerint, bonum: & iis qui male, malum retribuitur, uidetur ciuitas non eſſe in ſeruitute conſtituta, ſed libera eſſe populariterque adminiſtrata. Atque ita definita, proportioneque facta retaliatio iuſta eſt, ciuitatumque conſeruat ſocietates, neque diſſidia aliqua ſeditioneſque in ipſis oriri permittit, abſolute uero facta, ut Pythagorei volunt, minime eſſet iuſta, turbaretque potius quietem & confunderet, quàm conſeruaret. Atque hic eſt ſenſus, verba vero ita ſunt intelligenda, uel enim dant operam homines, ſi iniuria ab aliquo affecti ſunt, vt ij qui iniuriam intulerunt, ultionem repatiantur, alioqui eſſe in ſeruitute ſe exiſtimant, ſi pro ratione iniuriæ quilibet, pœnas non luat, uel ſi beneficium aut B in patriam, aut in ciuem aliquem contulerunt, ut gratias recipiant, alioqui nulla eſſet bonorum participatio, ſine qua conſiſtere communis ſocietas non poteſt. Oportere aũt beneficiis gratias referre, vt inquit id declarat, quòd in vrbibus templum Gratiarum obuiam, ideſt in medio, quod ipſe ἐμποδὼν dicit, conſtitutum eſt. eo quòd & beneficio affectus omnino debet uiciſſim inſeruire ac ſubminiſtrare ei qui beneficium contulit, & ille iterum gratificando prouocare. ob hanc enim cauſam cum tres fingãtur Gratiæ mutuo inter ſe amplexu coniunctæ, vna auerſa in medio aduerſarum duarũ collocatur, ut ex eo quòd conuerſa eſt, ad excipientes & amplectentes redditio miniſterii, ex eo quòd ab ab aduerſis complexu excipitur, noui beneficii prouocatio ſignificetur.

C *Coniunctio autem quæ per diametrum fit, retributionem hanc facit, quæ conſtat proportione. exempli gratia, ſit ædificator, in quo ſtatuatur A: ſutor, in quo B: domus, in quo C: calceus, in quo D.*




D *oportet igitur, vt ædificator à ſutore opus ipſius accipiat, & ipſe ſuum illi tradat. Quod ſi primum ſit æquum ex proportione, deinde retaliatum efficiatur, erit id quod dicimus, ſin minus, æquum non erit, neque conſiſtet. nihil enim vetat quo minus opus alterius alterius opere præſtabilius ſit. quo circa adæquanda ea ſunt. eſt autem hoc in alijs quoque artibus, tollerentur enim, niſi & quod facit, & quantum & quale faceret, & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur.*

E Cum retaliatum ius dixerit ſi proportione fiat, eſſe æquum, ciuilemque ſocietatem conſeruare, ita enim pro ratione uniuſcuiuſque moderatum ſub ciuile ius reduceretur, hic quomodo proportio hæc effici poſſit, manifeſtat: quemadmodumque artifices operum ſuorum commutatione inter ſe facta ius atq; æquum obtineant. nam ſi permutatio ita abſolute fiat, æqua minime eſſent commercia ciuitateſque conſiſtere nullo pacto poſſent, non enim domus æqualis eſt calceo. quocirca admitti proportionem neceſſe eſt. inquit autem coniunctionem quæ per diametrum fit, efficere proportionem hanc in retributione, id quod deſcriptione etiam quadam declarat, hoc modo, ſit quadrilatera figura & in A ædificator, in B ſutor ſtatuatur, in inferiore vero latere opera ipſorum, in C domus, in D calceus, deinde & ab A in D, & à B in C ducantur de-

metientes

metientes: diameter enim linea recta eſt, quæ figuras bipartito dimetitur, quadrangulumque ab angulo ad angulum ducta in duas æquales portiones ſecat, cuiuſmo-



di eſt, quæ & ab ædificatore ad calceum, & à ſutore ad domum pertingit, cóiunctio igitur per diametrum hęc eſt, qua efficitur vt ædificatori calceus, ſutori domus adiungatur. atque hæc coniunctio per diametrum eſt: proportio autem eſt huiuſmodi, quam rationem habet ædificator ad ſutorem, eandem domus ad calceum habet. quòd ſi ædificator ſutori æqualis eſt, æqualis quoque domus calceo erit. atq; ita fiet, ut ſi ædificator calceum, ſutor domum acceperit, æqualia utrique habeant, ſitque æqua permutatio ac iuſta, & quia proportione facta eſt retaliatio, iuſta etiam ſit: æqualem enim vtilitatem & ædificator à ſutore, & ſutor ab ædificatore conſequetur. ſi enim domus calceo eſt æqualis, propterea quòd artifices æquales inter ſe ſunt, quantum accepit ædificator, tantundem accipiſſe etiam ſutorem perſpicuum eſt, ſed ſi æqualis non ſit ædificator ſutori, ſed excedat, opus quoque ipſius opus ſutoris excedat neceſſe eſt, proportioque eſt inter ipſos facienda, ut calcei domui adæquentur, atque ita diſtributio, & retributio æqua & iuſta eſſe poſsit. Sit enim dilucidioris explanationis cauſa ędificator ſex, ſutor tria. duplus igitur ad ſutorem erit ædificator, ſi vero artiſex ad artificem, & opus etiã ad opus duplum eſſe oportebit, domus igitur quoque ipſa ad calceum erit dupla. duplicandus igitur erit calceus, ut domus ei adæquetur. atque ita ædificator calceos, ſutor domum accipiet, eruntque inter ſe ęquales. Si igitur inquit, primum ſit æquum ex proportione, id eſt adæquata ita fuerint artificum opera, ut alterum alteri minime præſtet, deinde retaliatio efficiatur, id eſt retributio ac permutatio, erit id quod dicimus, hoc eſt ius ex proportione euadet. nam ſi non fiat proportio, domuſq; & calceus prius non adæquentur, non habebunt æqualia vtrique, ſed inæqualia, amplius ſutor, quippe cum domus calceo longe amplior ſit, ædificator minus, calceus enim minoris quàm domus æſtimatione cenſetur, vt conſiſtere ædificatoris & ſutoris ſocietas, conſeruarique hac ratione minime poſſit.

Non enim ex duobus medicis ſocietas fit, ſed medico & agricola, & demum diuerſis & non æqualibus. ſed hi tamen adæquandi ſunt.

Cum dixerit nihil vetare quominus alterius opus maius ſit, quàm alterius, id his uerbis declarat, non ſecus ac ſi ita diceret, ſi utrique artifices eſſent medici, aut ſutores, alterius opus minime eſſet præſtantius quàm opus alterius, quoniam vero artifices ſunt diuerſi, fit, ut opera quoque ipſorum diuerſa ſint, alterum melius, alterum deterius. Cum dixerit autem diuerſis adiunxit & non æquales, propterea quòd quorum opera ſunt diuerſa & non æqualia, artifices quoque eſſe inæquales neceſſe eſt. ſi autem ciuitas eſſe debet ac ſocietas, diuerſos eſſe oportet eos qui ſocietate ac ciuitate inter ſe iungendi ſunt. nam neque ciuitas neque alia quæpiam communitas conſiſtere

A vnquàm poſſet ex æqualibus hominibus, atque ijs qui
vnam & eandem artem exercerent. ſi enim omnes vnam
artem exercerent, efficeretur, vt rem uniuſcuiuſque haberet, atque ita vnum quoddam eſſent omnes, neque alterius ope quiſpiam indigeret. indigentia enim eſſe non poteſt, niſi inter plures, at plures ij habentur, qui diuerſi ſunt, nam qui eadem ſciunt, eademque operantur, licet plures eſſe homines uideantur, quia tamen unam rem omnes tractant, vnus omnes ſunt. Quare ſi ſocietas futura eſt, diuerſi eſſe & non æquales illi debent, qui inter ſe ſunt verſaturi, quippe cum & eorum quibus indigemus acceptio, & eorum quæ nobis affluunt, datio, ſocietatem omnem uitæ conſtituant. nam quia fieri non poteſt, vt vnuſquiſque omnia quæ ſibi ad vſum ſunt neceſſaria efficiat,
B eſſe diuerſos neceſſe eſt, qui opera diuerſa efficiant, vnde
retributio fieri ac permutatio poſsit, atq; ita ęquum omnes habeant.

Iccirco omnia ea quorum eſt permutatio, comparabilia eſſe quodam modo debent, ob quod numus in vſum venit, qui quodam modo medium efficitur, metitur enim omnia, quare etiam exceſſum & defectum, quot ſcilicet calcei domui, vel alimento æquales ſint. Oportet igitur quotus eſt ædificator, aut agricola ad ſutorem, tot calceos ad domum, aut alimentum æquiparari. niſi enim ita ſit, nec permutatio, nec ſocietas eſſe vllo modo poterit, id autem non erit, niſi æqualia quodam modo inter ſe ſint. oportet igitur, vt vno quodam, ſicut dictum eſt, etiam prius, cuncta menſurentur,
C *at id eſt re vera quidem indigentia, quę omnia continet,*
nam ſi nulla re indigerent homines, aut non ſimiliter, efficeretur ut uel non eſſet vlla omnino, vel non eadem permutatio. ſed indigentiæ tamen loco ex pacto quaſi ſubſtituitur numus. vnde etiam nomiſma appellatur, eo quòd non natura, ſed νόμῳ id eſt inſtituto & lege conſiſt, in nobiſque ſit eum mutare, atque inutilem reddere.

Propterea quòd comparabilia inter ſe ſunt ſingula, dũ rationem inter ſe quandam habent, & comparationem, id eſt dum æſtimantur, præfinitoque precio taxantur ſingula, ideo inuentus numus eſt, qui omnium dignitatem metiatur, manifeſtetque exceſſum & defectum uniuſcuiuſque, ac ſub oculos ponat. nam ſi patuerit domum duo
D bus calceis eſſe excellentiorem, quantus tamen exceſſus
eius ſit ignoretur, numus id declarat. ubi enim inuenerimus domum unam decem, vt ita faciamus, numis æſtimari, duos uero calceos uno: habemus iam quantum id ſit, quo & domus vna calceos duos excedit, & calcei duo à domo una exceduntur, quia enim domus vna decem numis, calcei duo vno cenſentur, & decem nouem unitatibus vnum excedit: domus quoq; exceſſus ad calceos duos nouem numorum eſſe manifeſtum eſt. exceſſu autem cognito adæquatio in hunc modum fiet, ſi duo calcei uno numo ęſtimantur, uiginti calcei decem numis conſtabunt, at domus una totidem numorum precio cenſebatur, efficietur igitur, vt viginti calcei vni domui æquales ſint. ſi ergo uiginti calceis acceptis à ſutore ædificator da
E bit ei domum, retaliatio ex proportione efficietur iuſta,
atque æqua. Atque ita fit vt numi vicem iudicis ſubeant. ſicut enim in iure emendatiuo ex iudicis mediocritate cognoſcebamus, quantum pluris vſurpatori detrahendum, addendumque uſurpato eſſet, medius ſiquidem interueniens iudex inter iniuria afficientem & affectum utrorunque exceſſum & defectum manifeſtum faciebat, ita hic quoque numorum appoſitione quem habeat exceſſum domus ad calceos, inuenimus. Recte igitur dixit medium quodam modo effici numum, quippe qui ſic regula & diſcrimen exceſſus domus & calceorum fiat, ſicut iudex defraudantis & deſraudati eſt. oportet igitur ut quotus eſt ædificator ad ſutorem, tot calcei ad domum comparentur, at ædificator ad ſutorem eſt duplus, duplicandi ergo calcei ſunt, ut domui æquales euadant. nam ſi domus eſt

quatuor,

quatuor, calcei duo, duo duplicanda ſunt, quatuorque ef ficienda. ſi enim non ſit æqualitas, neque permutatio vlla erit, neque ſocietas; æqualitas autem vno quodam facienda eſt, quod omnia menſuret. id autem re vera indigentia eſt, cauſa enim ſocietatis communioniſque vitæ humanæ eſt indigentia. nam quia multis rebus vnuſquiſque noſtrum indiget, fierique nullo modo poteſt, ut omnes omnia exerceant, ſicut iam diximus, ſocietatis inde comerciorumque occaſio exorta eſt. id quod ex iis facile perſpici poteſt, inter quos nulla incidit neceſſitas. Cum enim calceis agricola non indiget, aut ſutor frumento, nulla inter ſe utuntur familiaritate, cum vero alter alterius ope indiguerit, & ille ſutoris, & hic agricolæ, confeſtim ad communicanda inter ſe opera ſua conueniunt, neceſſitateque inducti contrahunt ſocietatem. ſed quia ſæpenumero vſu venit, ut neque ſutor uel ædificatoris uel agricolæ, neque ædificator aut agricola ſutoris opificio indigeat, introductus eſt numus, qui indigentiam repenſet, eiusque loco quaſi ſubſtituatur. damuſque pro calceis, aut domo, aut frumento numos ex pacto, & inſtitutione. ob id enim numus, ideſt νόμισμα appellationem hanc ſortitus eſt, eo quòd non natura, ſed νόμῳ ideſt lege, & inſtitutione noſtra fuit inuentus. in noſtraque eſt poteſtate eum inutilem reddere: nam ſi voluerimus ea quæ habemus, dare, & quæ non habemus, accipere, inutilis prorſus vſus numi euadet.

Erit igitur retaliatio cum adæquata iam ſingula fuerint, vt quo loco eſt agricola ad ſutorem, eodem opus ſutoris ad agricolæ opus ſit.

Cum, inquit, adæquata inter ſe fuerint opera, tunc retaliatio iuſta efficietur, ut, ſicut agricola ad ſutorem ſe habet, ita opus ſutoris ad agricolæ opus referatur. nam ſi agricola ad ſutorem duplus eſt, ſutor agricolæ erit dimidius, & calcei igitur, quod ſutoris eſt opus, ſi frumento & alimento comparentur, loco dimidij habebuntur. Quocirca duplicandi ſunt, ut quam rationem habet agricola ad ſutorem, eandem calcei duplicati ad calceos ſimplices qui prius erant dimidium ad frumentum comparati, habeant, atque ita fiet, ut frumento calcei æquales reddantur, efficiaturque iuſta retaliatio geometrica proportione, quæ terminis quatuor conſtat. quamquam inferius tribus etiam fieri quodammodo poſſe oſtendet, atque ob id ſub arithmeticam reduci: vt retributio & commutatio geometrica fiat proportione, expoſitio uero proportionis, & æqualitatis eorum quæ in retributione efficiuntur, arithmetica.

Cum autem permutarint, in figuram proportionis redigere opus non eſt, alioqui alterum extremum vtraſque haberet exuperationes. ſed cum habuerint ſua quiſque, ita æquales & ſocij efficiuntur, eo quòd in ipſis fieri hæc æqualitas poteſt. Sit Agricola A. alimentum C: ſutor B: opus ipſius adæquatum D: ſi autem non hoc modo fiat retaliatio, nulla erit ſocietas.

6 agricola A ———————— B ſutor 3

4 alimentum C ———————— D calcei 4

Exuperatio ideſt ὑπεροχὴ, quo nomine hic vtitur, tam de exceſſu dicitur, quàm de defectu. in uſu enim eſt apud Græcos, ut ita loquantur; pauca data illi ſunt ad exuperationem, & item e contrario; multa ad exuperationem, &, diues eſt ad exuperationem; necnon pauper ad exuperationem, ideſt εἰς ὑπερβολὴν quod eſt ad exceſſum, & ſupra modum, ſiue citra, ſiue ultra mediocritatem facta fuerit exceſſio. Quod vero inquit, eiuſmodi eſt: opificum, operumque ipſorum proportio, priuſquàm permutatio aliqua fiat, faciēda eſt ad eum modum quem diximus. nam

A ſi ante facta fuerit proportio, & poſtea fiat permutatio, retributio æqua & iuſta efficietur, in figuramque proportionis redigentur, vt quod eſt agricola ad ſutorem, idem agricola cum frumento ad ſutorem cum opere ipſius, id eſt calceis ſit. ſicut enim agricola ſutorem excedit, ita agricola vnà cum frumento ſutorem cum calceis excedat, neceſſe eſt, ante ſcilicet, quàm facta fuerit permutatio. debetque frumenti & calceorum inæqualitas ad æqualitatem in hunc modum redigi, ſi duplum ſit frumentum ad calceos binos, duplicandi ſunt bini calcei, ita enim fiet, ut quatuor calcei effecti frumento æquales euadant. facta autem hac adæquatione ſi quatuor calceos accipiat agricola, & frumentum ſutor, utrique erunt æquales, tam agri-
B cola cum quatuor calceis, quàm ſutor cum frumento. nam quia ob id agricola excedere ſutorem dicebatur, propterea quòd frumentum calceos excedebat, ubi frumento calcei fuerint adæquati, agricolæ quoq; ſutor erit æqualis, at ſi æqualia æqualibus addantur, tota ipſa inter ſe ſunt æqualia, erit igitur & agricola cum calceis & ſutor cum frumento inter ſe æquales. oportet ergo, inquit, ante permutationem proportionem facere, & per ipſam artificum opera inter ſe adæquare. ſi enim id prius non fieret, id eſt ſi ſine ulla proportione permutatio fieret, vtrique extremi, id eſt & agricola & ſutor vtraſque haberent exuperationes. nam ſi duos calceos accipiat agricola, erit & in exceſſu utpote agricola, & in defectu; quippe qui
C duos calceos habeat, qui frumento ſunt inferiores: ſimilimodo ſutor frumento accepto ut ſutor, deficiet, & excedetur, eo vero quòd frumentum habet, quod calceis eſt præſtantius, excedet. Quare eos qui ita ſimpliciter ſcilicet permutationem faciunt, uelle ad figuram proportionis redigere poſt permutationem, ſtultum omnino eſt, immo ut redigantur, fieri nullo modo poteſt. non enim in permutatione ſine proportione facta ea æqualitas inueniri vnquam poterit, ut quam rationem habet agricola ad ſutorem, eandem agricola cum duobus calceis ad ſutorē cum frumento habeat, propterea quòd res quæ permutantur, prorſus ſunt inæquales. Quo autem pacto adæquari calcei frumento queant, dictum iam eſt, numo enim
D aut aliqua alia huiuſmodi re æquales reddentur. Figuræ vero deſcriptio ſatis per ſe manifeſta eſt, quippe cum de ea ſæpius iam dixerimus. vt eadem repetere rurſus ſuperuacaneum eſſe cenſeamus.

Indigentiam vero quaſi rem vnam quandam eſſe quæ contineat, illud declarat, quòd cum mutua ope non indiguerint aut vtrique aut alteri, permutationem non faciunt, quemadmodum cum eo quod quiſpiam habet, alius indiguerit, vt vino, pro quo frumenti exportationem concedunt. id igitur adæquatum prius ſit, neceſſe eſt.

Superius etiam dixit indigentiam eſſe quæ ciuitates cō-
E tineat, nuncque idem comprobat ex ijs quæ quotidie fieri conſueuerunt. Cum enim ſit, vt alter vinum tantum habeat, alter frumentum tantum, atque ita qui vinum habet, frumēto, qui frumentum vino indigeat, inter ſeſe vtrique concilientur, permutationemque faciunt. at cum & ille qui frumentum uel habet, vel cultura ſibi comparat, vitibus quoque abundat, & ille qui habet uites, agrorum cultioni etiam vacat, vt inde ſuppetere ipſi frumentum poſſit, ij quia nulla indigentia ad permutationem inducū tur, nullam inter ſe contrahunt ſocietatem.

Sed licet nunc non indigeat quiſquam, pro futura tamen permutatione quaſi ſponſor, ſi indigentia inciderit, eam fore, nobis intercedit numus: qui enim eum affert, accipiendi facultatem habeat neceſſe eſt.

Qua de cauſa inuentus fuerit numus, nunc declarat, quia enim ſæpe eueniebat ut ſutor indigeret quidem frumento, vel vino, vel quapiam alia re huiuſmodi, agricola tamen, ut uinitor calceis non indigeret, aut e contrario illi calceis indigerent, ſutori vero rebus illorum nihil eſ-

ſet

ſet opus, qui ſuppleret hanc indigentiam, inuentus eſt numus, quo quaſi ſponſore vti conſueuimus. numum enim afferens ſutor dat agricolæ: & habe hunc, inquit, loco calceorum, & quaſi ſponſorem ac prædem accipe: vt ſiquando calceis indigueris, viciſſim numum ego, tu calceos recipias.

Idem tamen etiam ipſi huic contingit: non enim ſemper æqualiter poteſt: quamuis magis ſoleat permanere. iccirco precio cuncta æſtimata eſſe oportet. ita enim ſemper erit permutatio. at ſi ea fuerit, ſocietas quoque ſit, neceſſe eſt.

Ipſi huic numo, inquit, idem euenit. id eſt id quod in indigentia accidit, idem in numo quoque conſpicere quiſpiam poſſet. ſicut enim in illa fit, vt non ſemper indigeamus alienis operibus, ita neque numus ſemper æqualiter poteſt, id eſt, æqualem vim habet: ſed iactatur & decidit, vt interdum multum, interdum parum, aut nihil valeat: ſed magis tamen is perſeuerat & permanet, cum reliqua facilius conſumantur: vnde tanquam menſura omnium quæ permutantur, eo vti debemus, habereque eum qui omnibus præſtet, atque æſtimatione omnia taxet. Sed quando fit, vt plus, quando vt minus aut nihil valeat numus? in abundantia & fertilitate multum valet, in annonæ penuria, & frugum ſterilitate nihil. nemo enim eſt tunc, qui cum frumentum habeat, quod neque ſibi neq; ſuis ſatis ſit, pro paruo etiam frumenti numero numos accipere vel quamplurimos velit.

Numus igitur vtpote medium commenſurabiles inter ſe efficit res, atque ita adæquat. neque enim vlla eſſe ſocietas poteſt niſi ſit permutatio: neque permutatio, niſi ſit æqualitas: neque æqualitas, niſi etiam commenſuratio ſit.

Numus, inquit, is, vtpote medium, id eſt communis rerum menſura commenſurabilia omnia reddit, atque adæquat. commenſurabilia autem ea appellant Geometræ quæ communi atque eadem menſura poſſumus metiri. rationis autem conſequutio in hunc modum deducitur: ſocietas ex permutatione exiſtit, permutatio autem ex æqualitate efficitur: at æquales redduntur res commenſuratione, numo vero fit commenſuratio, quare niſi fuerit numus, neque erit commenſuratio: niſi autem ſit commenſuratio, neque vlla permutatio exiſtet: ſublata vero permutatione; tollatur quoque ſocietas omnis neceſſe eſt.

Ac re quidem vera fieri non poteſt, vt quæ adeo inter ſe diſtant, commenſurabilia efficiantur: ſed pro indigentiæ tamen ratione ſatis commode fit. vnum igitur quoddam eſſe oportet: atque id ex conſtitutione. vnde etiam nomiſma, id eſt numus vocatur. hic enim eſt, qui commenſurabilia reddit omnia. numo enim omnia menſurantur. Sit Domus A: minæ decem B: lectus C: ſitque A dimidium ad B: ſiquidem quinque minis domus digna eſſe cenſeatur, aut æquali re: lectus autem id eſt C decima ſit pars ipſius B. patebit profecto quot lecti domui æquales euadant: nimirum quinque.

A———————————————C
domus B lectus
5——————— 10 minæ ———————5.

ita autem fieri conſueuiſſe permutationem ante quam numus inueniretur, perſpicuum eſt. nihil enim intereſt an lecti quinque, pro domo vna exhibeantur: an tantum, quanti lecti ipſi quinque conſtant. Quid igitur iniuria, quid item ius ſit dictum iam eſt.

Quæ adeo inter ſe diſtant, fieri non poteſt, vt commenſurabilia efficiantur re vera. nam quæ ſunt commenſurabilia proprie communi particula menſurari conſueuerunt: vt numeri numero, magnitudines magnitudine. at numus non eſt pars eorum quæ in permutationem ve-

A niunt: neque enim eſt membrum vel domus, vel calcei, vel frumenti, vel vini, vel alicuius alterius: ſi enim eſſet, non eſſet numus: ſed aliquid ex his rebus. cum igitur numus non ſit communis aliqua pars tanquam menſura, tamen adhibetur pro indigentia ad commenſurationem faciendam, eſtque cum magna eſt indigentia rerum quæ permutantur, paruum quid: cum parua, magnum. in affluentijs enim rerum magnus eſt numus & precioſus: in frugum caritate paruus, ac quanto quidem maior eſt rerum penuria, numus tanto minus valet. oportet igitur inquit, vnum quoddam eſſe, quo ea quæ permutantur, commenſurabilia efficiatur. hoc eſt vnum quoddam eſſe oportet, quod ea quæ in permutationem veniunt, metiatur: quod tamen menſuratarum rerum pars nulla ſit, ſed ex conſtitutione,
B poſitioneque noſtra, vt menſura, accipiatur. vnde etiam numus, id eſt nomiſma appellatur, quia ſanctione & νόμῳ, id eſt lege noſtra fuerit introductus ad venalia omnia metienda. Poſteaquàm vero dixit mediam menſuram eſſe numum in permutationibus, adæquareque omnia, quo modo is res ipſas metiatur, quoq; pacto acceptus medius rerum ſit, nunc docet. ſumitque in huius rei demõſtrationem domum, quæ ædificatoris opus eſt in qua ſit A: deinde decem minas vel numos in B: tum lectum fabri lignarij opus in C: & quia omnia numo æſtimantur, facit vt domus quinque minis ſit digna, lectus vna. His ita poſitis quot lecti æquiparari domui valeant ex numis ipſis agnoſcemus. nam cum quinque minis æſtimetur domus, decem minarum dimidium eſt: lectus vero cum vna mina
C ſit dignus, decima pars eſt decem minarum, decima autem pars decem minarum eſt vna mina, & dimidium, quinque minæ ſunt: dimidij igitur, id eſt quinque minarum lectus quinta pars eſt, at domus quinque minis conſtat, lectus igitur domus quinta pars eſt. quinque igitur lecti domui vni æquiparabiles, compenſabileſque erunt. id quod ex decem minis in medio collocatis inuenitur. Ac mutationes quidē vt in rebus publicis dictum eſt, ante inuentionem numi hoc modo fiebant, lecti ſiquidem pro domo dabantur, & reliqua ſimiliter. quid enim refert quinque ne lectos accipiat aliquis pro domo, an quinque minas, quanti ſcilicet quinque lecti æſtimantur? His
D explicatis poſtremo concludit, quid ſit ius, inquiēs, diſtributiuum ſcilicet & emendatiuum, quidque eius oppoſitum iniuria, dictum iam eſt.

His ita definitis perſpicuum eſt iuſtam actionem inter afficere iniuria & affici medium quoq; eſſe: illud enim plus habere eſt: hoc minus.

Si Ius medium eſt pluris & paucioris, pluris item vſurpationis, & paucioris acceptionis, ſequitur vt iuſta agere & iuſta facere medium quoque ſit inter plus vſurpare, & vſurpari, id eſt iniuria afficere & affici. quare plus etiā vſurpationis & paucioris acceptionis iuſta actio id eſt δικαιοπραγία media erit.

Iuſtitia vero non eodem modo quo aliæ ſuperiores virtu-
E *tes, mediocritas eſt: ſed ob id quia medij eſt: iniuſtitia autem extremorum.*

Cum oſtenderit quo modo & ius & iuſte agere medium ſit, & quorum medium: conſentanee ſubdit iuſtitiam non eodem modo quo ante dictæ virtutes, eſſe mediocritatem. illæ enim duorum vitiorum mediæ intercedebant: ignauiæ & audaciæ fortitudo: intemperantiæ & ſtupiditatis temperantia, & reliquæ ſimiliter mediæ exceſſus & defectus, iuſtitia autem duorum vitiorum media minime eſt, ſolam enim habet in iuſtitiam oppoſitam, quæ tam in eo qui iniuriam facit, quam qui accipit, conſideratur. qui enim infert iniuriam, eſt ille qui plus habet, qui accipit, eſt qui minus. pluris autem & paucioris mediū iuſtitia ipſa eſt æqui effectrix. nā quia æquū agit, æquum autem eſt medium, fit, vt ipſa quoq; mediocritas ſit, ob id quia medij & æqui eſt.

Ac iuſtitia quidem eſt, qua iuſtus dicitur iuſti operator

ex electione, ac diſtributor tam ſibi ad alterum, quàm alteri ad alterum: non ita ut expetendarum rerum maiorem partem ſibi, minorem alteri exhibeat, damnoſarum econtrario: ſed æquum ex proportione diſtribuat. & alteri ad alterum ſimili modo. Iniuſtitia autem contrà eſt qua iniuſti operator & diſtributor vnuſquiſque dicitur. id autem exceſſus & defectus eſt vel vtilis rei, vel damnoſa præter proportionem. atque iccirco iniuſtitia exceſſus eſt & defectus, quia exuperationis & defectionis eſt.

Recte admodum adiũxit ex electione, propterea quod electio eſt, quæ probum virum exprimit, electioneque ſuſceptæ operationes. non enim qui iuſta agit, continuo eſt iuſtus, quippe cum poſſit vel timore, vel aliqua alia re inductus quiſpiam iuſta agere, ſed qui ex electione agit, is eſt iuſtus. Deſcriptionem autem iuſtitiæ hic apponit, habitum quendam eam eſſe inquiens, quo idonei ad agendum æquum id homines efficiuntur, quod in ſocietate cõſiſtit. id enim ſignificat eum inquit ac diſtributor tam ſibi ad alterũ, quam alteri ad alterum: nam iuſtus ille eſt, qui ſiue inter alios diſtributionem faciat, quod pro dignitate vniuſcuiuſque eſt, id quod videlicet eſt æquum, vnicuique tribuit: ſiue inter ſe & alios, non ſibi amplius de bonis, minus de malis vendicat, ſed æquam & ſibi, & illis proportionem tradit. qua in deſcriptione manifeſte vel ex nomine diſtributiui iuris facit mentionem: includit tamen etiam emendatiuum dum æquum ex proportione diſtributurũ vnicuique iuſtum hominem inquit, & ſimul quo modo & quorum mediocritas ſit iuſtitia, planum facit. iniuſtus ſanè in bonis plus ſemper ſibi ſumit, in malis minus, iuſtus vero in omnibus, quod ſibi proportione conuenit. eſt igitur iuſtitia habitus, quo homines efficiuntur idonei & ad agendum & ad eligendum æquum id quod in diſtributionibus, & emendationibus conſiſtit: iniuſtitia autem econtrario, habitus quo ad agendum iniquum inſtruimur.

In ſe quidem exuperationis vel illius quæ abſolute eſt vtilis, & defectionis damnoſæ: in alijs in vniuerſum quidem ſimiliter, quantum tamen ad id ſpectat, quod præter proportionem eſt, vtro modo inciderit. iniuſte facti autem minus eſt iniuria affici, maius afficere.

Præter proportionem appellat iniquum, id eſt plus & minus. ſi enim quod proportione conſtat, eſt æquum, quod eſt præter proportionem iniquum ſit, neceſſe eſt. clarior tamẽ eſſet lectio, ſi loco tamen particulæ enim poneretur, in hunc modum. quantum enim ad id ſpectat, quod præter proportionem eſt &c. ſenſus autem eſt talis in ſe quidem diſtributionem iniuſtus ſemper certo quodam modo exercet, ſemper enim de vtilibus amplius, de damnoſis minus ſibi ſumit, at in alijs nõ certum aliquem modum ſeruat, ſed vt incidit, modo vni plus, modo alteri tribuit, & cui hodie amplius indigne dedit, cras minus dabit, atque id quoque immerito, & præter proportionem. vnde ſubiungit, minus eſt iniuria affici, id eſt minus habere quam pro dignitate conueniat, eſt iniuriam pati: plus vero quam conueniat, iniuriam facere eſt. Quanquam hoc alteram quoque admittere poteſt interpretationem, vt dicamus Ariſtotelem hic ſignificare velle, licet iniuſtitiam in afficiente, & affecto conſideretur, magis tamen eam eſſe in afficiente. minus enim iniuſte factu eius eſt qui afficitur iniuria, quam qui afficit. iniuriam ſiquidem facere in noſtra poteſtate eſt, è noſtraque prauitate proficiſcitur, iniuriam vero pati in nobis nõ eſt, ſed extrinſecus vel inuitis nobis euenit.

De iuſtitia quidem & iniuſtitia, quænam ſit vtriuſque natura: de iure ſimiliter & iniuria in vniuerſum: ad hunc modum dictum iam ſit.

Dixit enim iuſtitiã & iniuſtitiã eſſe habitus. quales modo explicauimus. appoſuit autem in vniuerſum propterea quod particularia minime eſt proſequutus, nam in di-

A ſputationibus in quibus de agendis rebus agitur, in vniuerſum quid in quaq; re fieri debeat, deſcribi quidem poteſt, non tamen ſingula quæque pertractari queunt, vt quoad progrediendo vnumquoq; vel plus, vel minus, vel æquum erit, definire valeamus. res enim ipſæ eius generis ſunt, vt in latitudine quadam conſiſtãt, atq; ideo exquiſitam vllam exactamq; doctrinam admittere non patiantur.

De iniuria & iure ciuili, herili, & familiari. Cap. VI.

Q Voniam vero fieri poteſt, vt quis licet iniuſte agat, non tamen ſit iniuſtus: qualia nam iniuſte facta quiſpiam committens in vnaquaque iniuſtitia iniuſtus continuo eſſe dicendus eſt? fur ne an adulter, an latro? an
B *ita quidem nihil intererit. nam concũbere cum muliere quis poſſet non ignarus qua cum rem habeat: non tamen ex electionis principio ſed ex affectu id faceret: qui ſanè iniuſte quidem agit, non tamen eſt iniuſtus. ſicut neque fur, licet furatus ſit: neque adulter, licet adulterium commiſerit. ſimili modo etiam de alijs: Quo modo ſanè retaliatio ad ius ſeſe habeat dictum iam ſuperius eſt.*

Dilucidior eſſet lectio, ſi in hunc modum diceret, quoniam iniuſte factum eſt furari, ſcortari, adulterari, ſacrilegium committere, & omnino omnia quæ contra leges fiunt, qualia nam ex his agendo aliquis iniuſte agit, & qualia item agendo iniuſte non agit? ſunt enim quædam iniuſta, quæ licet agat aliquis, iniuſtus tamen non eſt. quo modo autem id fit? quoniam non ad actiones
C ſpectantes, ſed ad finem cuius cauſa aliquid agitur, res ipſas iudicamus. nam qui furenti gladium furatus eſt, quo ſe ille erat interfecturus, furatus quidem eſt, non ob id tamen fur, ſed ſeruator potius & beneficus eſt dicendus, neque eſt adulter, qui pecuniarum cupiditate cum diuite muliere conſueſcit, ſed auarum. Cum interrogauerit autem qualia iniuſte facta aliquis committẽs iniuſtus ſit: reſpondet, an ita quidem nihil intererit. id eſt. ita quidem ſi ſine vlla diſtinctione dicamus, nulla videretur eſſe differentia, quin vnuſquiſq; q iniuſte quid agat, iniuſtus quoq; eſſe dicendus ſit, ſed ſi ad finem quis reſpexerit, cuius cauſa iniuſte agitur, multos is inueniet, qui licet iniuſte agant iniuſti tamẽ minime ſunt. cũ vero inquit nõ ignarus qua cum rem habeat, idem eſt ac ſi diceret, ſciens quænã ſit ea
D cum qua concumbit, nuptam ſcilicet alteriuſque vxorem, non tamen eſt adulter. non enim ob intemperantiam, ſed ob pecunias, ſi ita inciderit, cum ea rem habet. iniuſtus autem eſt, qui ex voluntate & electione agit, nam qui non ex electione ſed ex affectu agit, iniuſte quidem ſe gerit, iniuſtus tamen ob id neque eſt, neque dici debet.

Non eſt autẽ ignorandũ id quod nũc quærimus & ſimpliciter ius, & ciuile ius eſſe. hoc autem eſt quod communionẽ vitæ affert, vt liberis hominibus & æqualibus neceſſaria ſufficiant: atque id vel proportione vel numero. quare quibus hoc non adeſt, inter eos neq; ius ciuile eſſe exiſtimandum eſt: ſed ius quoddam, & per ſimilitudinem.

Cum ſuperius demonſtrauerit ius, alterum eſſe diſtri-
E butiuum, alterum emendatiuum, quorum illud geometrica, hoc arithmetica proportione conſtaret, multiſque modis ius ipſum & iuſtitia dicatur, nunc de quo iure, ac de qua iuſtitia diſſeruerit, explanat, inquitque ſe de ciuili iure intelligere. de eo enim quæſtio hæc eſt, vtrum actio ſit iuſta, nec ne, & vtrum vnicuique iuſte tacta ſit diſtributio vel agrorum, vel pecuniarum, nec ne. de ciuili igitur iure nunc agitur, quod ſimpliciter id eſt proprie & vere ius eſt, quod etiam deſcribentes, & ſub oculos ponentes eſſe dicimus in communicatione vitæ, vt liberis hominibus & æqualibus neceſſaria ſufficiant. communicantes enim inter ſe, & contrahentes homines rebus neceſſarijs ad vitam inſtructi redduntur. poſteaquam vero dixit, quid ſit hoc ciuile ius, ſubiungit, vel proportione,

vel

vel numero vt proportione diſtributiuum, numero emendatiuum ſignificet. eiuſmodi enim eſt ciuile ius, vt liberorum hominum & inter ſe æqualium ſocietatem contineat, & conſeruet: dum & diſtributiones ex proportione & æqualitate facit, & iniuſte facta emendat. vide autem acumen Ariſtotelis: non ſolum enim dicendo proportione & numero diſtributiuum & emendatiuum ius ſignificauit, verum etiam omnia rerum publicarum genera oſtendit. dum enim inquit numero popularis poteſtatis ſpeciem notat: in qua numero ſunt æquales omnes, qui publicæ adminiſtrationis participes ſunt: vt in libris rerum publicarum clariſſime explicat. omnes ſiquidem in democratia æquales ſe eſſe alijs exiſtimant: quippe qui æqualitatem libertate metiantue: numero igitur popularem ſtatum indicat: reliquas vero duas ſpecies paucorum ſcilicet principatum, & optimatum, proportione. ſi igitur huiuſmodi eſt ciuile ius, quibus hoc non adeſt ideſt quibus hoc non adeſt vt ſocietate per recompenſationem, & diſtributionem inter ſe vtantur: in his ciuile ius non eſt, ſed quoddam ius per ſimilitudinem: vt patris ad filium, viri ad vxorem, ſerui ad dominũ: inter hos enim non eſt ciuile ius, ſed familiare aut herile: quæ euiuſmodi iura ſint in rebus publicis declarauit.

Eſt enim ius aucenſ ijs quibus etiam lex eſt: lex autem inter eos eſt, in quibus eſt iniuſtitia: iudicium enim iuris & iniuriæ dijudicatio eſt: in quibus vero eſt iniuſtitia, in ijs quoque iniuſte facere eſt.

Inter illos, inquit, ius proprie eſt ideſt ciuile ius, apud quos etiam lex eſt inſtituta: ſecundum quam inuicem ſocietate degunt. inter eos vero lex eſt, qui mutuo ſe offendere, iniuriaque poſſunt afficere, lex enim æqualitatem in ſocietate conſeruat, quam iniuſtitia labefactat & perdit. nam inter quos nulla iniuſtitia poteſt contingere, ij neq; lege, neque iure aliquo indigẽt, nec diſtributiuo, nec emẽdatiuo. nam ſi iudicium quod ex lege adhibetur, dijudicatio eſt iuris & iniuriæ, vbi non eſt nec iniuria afficere, nec affici, ibi neq; erit ex lege adhibita diſceptatio: quod ciuile ipſum ius eſt.

Non in omnibus tamẽ in quibus eſt iniuſte facere, eſt etiã iniuſtitia. hoc autem eſt cum quis plus ex ſimpliciter bonis, minus ex ſimpliciter malis ſibi attribuit.

Vbi eſt iniuſtitia ibidem eſt iniuſte agere, vt ſuperius dictum eſt, non tamen vbi eſt iniuſte agere, eſt etiam iniuſtitia. in ijs enim quæ inuoluntarie agimus & non ex propoſito, quæque ex ignoratione, aut indigentia rerum neceſſariarum: ineſt quidem iniuſte agere, ſed non iniuſtitia. nam quæ ex electione proficiſcuntur actiones, ſicut explanatũ fuit, aut laudem merentur aut vituperationem, quemadmodum de eo inquit, qui licet perpetrarit adulterium, adulterij tamen crimen non ſubit, quippe qui non ob intemperatiam, quæ propria adulterij eſt, ſed ob pecunias & lucrum id commiſerit. Poſtea ſubiungit, hoc autem eſt ideſt iniuſtitia autem eſt, cum quis plus ex ſimpliciter bonis, minus ex ſimplicitee malis ſibi attribuit, ſimpliciter bona & mala ea appellet, q̃ ſuapte natura eiuſmodi ſunt, vt vel bona vel mala dicantur vtpote facultates & potentiæ, quemadmodum ſunt diuitiæ, nobilitas, paupertes, ignobilitas, quæ modo bona ſunt, modo mala. nam & probo viro ad virtutum, & prauo ad vitiorum operationem conferunt, in quibus ſanè operationibus & felicitas conſiſtit, & infelicitas. nam abſq; ijs quæ talia ſuapte natura bona ſunt, non poſſe huiuſmodi operationes effici, nemo eſt qui neſciat: quippe cum ſine materia & inſtrumentis nihil vel bonũ vel malũ effici queat. materia vero & inſtrumenta ſunt hæc, quæ vt facultates & potentiæ, bona appellãtur, diuitiæ, robur, nobilitas, & cætera huiuſmodi.

Propterea non ſinimus dominari hominem, ſed rationem: eo quod ſibiipſi id facit, & tyrannus euadit. eſt autem qui dominatur, iuris ipſius cuſtos: at ſi iuris, æqui etiam, Quoniam vero eſſe ipſi nihil amplius videtur, ſiquidem eſt iuſtus: non A *enim amplius ex ſimpliciter bonis ſibi attribuit, niſi id ipſi proportione conueniat: idcirco alteri laborat.*

Quia poſsũt homines iniuſte agere, & de ſimpliciter bonis plura ſibi attribuere, pauciora autem de malis, poſſuntque tyrannidem inuadere, ſi liberam habuerint poteſtatem quodcunque voluerint faciendi, propterea non permittimus. vt homo dominetur, ſed rationem pro homine dominam conſtituimus. Appellat autem rationẽ principem probum, qui cum ratione & prudentia operatur: qui ſanè nullo modo iniuſte ageret, qui enim re vera princeps eſt, & non falſò nomen principis, dominantiſque obtinet: is iuris ipſius eſt cuſtos, & æqui quod vel proportiõe, vel numero exiſtit. Quod vero inquit eo quod ſibijpſi id facit, & tyrãnus euadit, non de ratione & principe probo id B dici intelligendum eſt, ſed de homine: idcirco ita per traiectionem legendum eſt. Propterea non ſinimus dominari hominem. eo quod ſibijpſi id facit, hoc eſt plus de bonis, & minus de malis ſibi attribuit. hunc igitur dominari nõ ſinimus, ſed rationem, quia ea non ſumit ſibi amplius niſi id ipſi proportione conueniat ideſt niſi amplius ſit ipſi accommodatum. quando enim iuſtum fuerit plus accipere, plus accipiet illa quidem, ſed quod tamen proportione ipſi fuerit accommodatum.

Atque ideo iuſtitiam alienum eſſe bonum inquiunt, quemadmodum etiam prius dictum eſt. merces igitur quædam dãda eſt: ea autem eſt honor, & donum. quibus vero hæc ſatis non ſunt, ij tyranni efficiuntur.

C Cauſam hic affert, cur iuſtitia alienum bonum eſſe videatur. cum enim iuſtus princeps iuris ipſius, æqualitatiſque ſit cuſtos, qui autem horum eſt cuſtos, nihil amplius ſibi ſumat, niſi id quod iuſtum eſt, & quod ab alio quoq; diſtribuẽte eſſet accepturus: perſpicuum eſt hunc alienum bonum efficere, ac conſeruare. ac propterea merces ei cõſtituta eſt, honor & donũ, id eſt coronationes, imagines, ſtatuæ: id quod γέρας à Græcis dicitur. illi vero qui honoribus & donis his contenti non ſunt, tyranni euadunt.

At vero Herile ius ac paternum idem cum his minime eſt ſed ſimile. nullius enim erga ſua ſimpliciter iniuſtitia eſt: poſſeſſio autem, & liberi quoad tantuli fuerint & non ſe D *parati, quaſi pars quædam uniuſcuiuſque ſunt: at ſeſe lædere eligit nemo: vnde nullius erga ſe iniuſtitia eſt. igitur neque ciuile ius neque iniuria erit: quippe quæ & lege exiſtant, & inter eos, in quibus eſſe lex poteſt: hi autem erant illi, quibus & dominandi, & obtemperandi æqualitas ineſt. Iccirco magis erga vxorem, quam liberos & poſſeſſiones ius eſt: id enim eſt ius familiare: quod tamen à ciuili etiam ipſum diuerſum eſſe conſtat.*

Cum ſuperius dixerit quare quibus hoc non adeſt, inter eos neque ius ciuile exiſtimandum eſt, ſed ius quoddam, & per ſimilitudinem: nunc quidnam ſit id ius per ſimilitudinem oſtendit, eſſe enim inquit herile ius ac paternum. nam ciuile in æqualitate ciuium inter ſe conſi-E deratur. ſed neque ſeruo erga herum, quoad fuerit ſeruus, neque filio erga patrem, quoad ſub patre manſerit, vlla eſſe æqualitas poteſt, tunc enim & ſeruus heri, & filius patris quaſi partes quædam ſunt, quas lædere poteſt nemo. ſiquidem neque ſeipſum quiſquam lædit. qui enim partẽ ſui offendit, eũ profecto ſeipſum lædere manifeſtum eſt: at ſe ipſum offendit nemo, neque parti igitur ſui quiſpiã nocebit. Quare neque ſeruum, neque filium, vtpote partem ſui lædere quiſpiam poteſt. quod ſi ius ciuile in ijs eſt, inter quos incidit lædere & lædi: inter patrem autem & filium, herum & ſeruum, vt lædant, & lædantur, non cadit: igitur ne ciuile quidem ius inter ipſos reperietur. Poſſeſſionem autem hic appellat ſeruum, qui in poſſeſſionem alterius mancipatus eſt ideſt mancipium. cum vero inquit quoad tãtuli fuerint id ſignificat, quandiu liberi parui fuerint, & nondum ad ætatem eam adoleuerint, qua ex lege à patre poſſunt emancipari, quaſi pars quædam ipſius ſint.

Inter hos igitur ciuile ius non eſt ſed inter eos, in quibus eſt lex, lex autem eſt inter eos qui & lędere, & lædi mutuo poſſunt: quippe cum lex eorum ſit emendatrix, quæ præter id quod debet, fiunt: lęſio autem eſt pręter id quod debet quare fit, vt inter quos non accidit læſio, inter eos neque præter id quod debet, quicquam efficiatur: & inter quos etiam id quod debet nihil fit, inter eos neque lex vlla eſſe poſſit. at inter quos non eſt lex, ne ciuile quidem ius erit, quouſque igitur tantulus fuerit filius, & ſeruus fuerit ſeruus, euſque inter patrem & filium, herum item & ſeruum ciuile ius nullum eſt. Quando vero & ſeruus ſeruitute, & filius patris ſubiectione per ætatem liber euaſerit, atque ita æqualitatem fuerint conſequuti: tunc demum ſub ius ciuile poſtea veniunt. eſſe enim inter eos lex poteſt, quibus eſt æqualitas, dominandi ſcilicet, & obtemperandi per vices: nam horum alterum, id eſt dominari, in ijs qui ſub poteſtate ſunt conſtituti, eſſe nullo pacto poteſt. B iccirco magis erga vxorem quam erga liberos & ſeruos ius eſſe inquit, propterea quod viro erga vxorem æqualitas quædam eſt, in eo quod vtrique liberi ſunt, inter hos enim familiare ius incidit, quod diuerſum eſt à ciuili, quippe cum non in ciuili æqualitate cōſiſtant, vt viciſſim & dominentur & pareant, ſed ſemper dominari virum neceſſe ſit. quanquam in nonnulla quoque mulier ipſa habet poteſtatē, in ancillas videlicet, earumq; rerum quæ importantur curam ſuſtinet, vt ſaluæ ſint, & cuſtodiantur.

De iure naturali & legitimo. Cap. VII.

Ciuile autem ius aliud naturale eſt, aliud, legitimū: naturale, quod vbicunq; eandem vim habet, & nō quia vel ita videtur, vel minime: legitimum quod à principio vtrum hoc an illo modo fiat, nihil refert: vbi vero fuerit inſtitutum, refert. vt mina captiuos redimi: vt capram ſacrificare, nō duas oues: ea item quæ de ſingulis ſanciunt, vt Braſidæ ſacrificare: nec non ea quæ ſunt decretalia. C

Vbicunque, id eſt apud pleroſq; qui non peruerſi ſunt, ſed ſecundum naturam ſeſe habent, nam apud eos qui ferinum in mortem viuunt, prorſuſque excęcatam mētem habent, ac ſolam brutorum voluptatem ſectātur, nullum naturale ius eſt. Eſt igitur naturale ius quod apud pleroſq; ſeruatur, vt Deum colere, parentes venerari, opem ferre indigentibus, errantibus viam monſtrare, lapſum erigere, ac ſubleuare, & huiuſmodi cætera. Cum dixerit autem naturale ius eſſe quod vbiq; eandem vim habet, ſubdit, & nō quod vel ita videatur, vel minime vt videlicet à legali ſeu legitimo diſtinguatur. nō enim naturale ius ex eo eſt, quod vel viſum fuerit aliquibus, vel non viſum fuerit, ſed legitimum ideſt ciuile ita eſt. nam ciuile ius à principio nihil refert, vtrum hoc an illo modo ſtatuatur, ſed vbi poſitū atq; inſtitutum fuerit, multum ſanè refert. Fratrem enim cum ſorore concūbere cum à principio eſſet indifferens, poſita lege ne id fieret, multū referre poſtea apud omnes videtur. Captiuos item vendere quomodocunq; & quanticunque voluiſſent victores, qui eos ceperant, prius licebat, ſed poſita deinde lege vt vna mina tantum vænundarentur, non alio precio niſi mina vna redimi poterant. Capram autem ſacrificare & non duas oues exempli cauſa poſitū, non ab hiſtoria aliqua ſumptum videtur. Sacrificare item Braſidæ Lacedæmonio, vel non ſacrificare antea erat indifferens, poſtea vero quam inſtitutum fuit, vt ei tanquàm Heroi ſacra fierent, qui id non faciebat, mulctabatur. neq; ſolummodo hæc ad ius legale ſpectant, ſed illa quoq; quæ ſunt decretalia, quę ψηφισματώδη appellat id eſt quę decretis & plebiſcitis facienda inſtituuntur. nam neq; hęc natura exiſtunt.

Sed nonnullis omnia eſſe huiuſmodi videntur: quia quod eſt natura, immobile eſt, & vbique eandem vim habet: quemadmodum ignis qui & hic & apud Perſas vrit: iura vero A *moueri vident. at hoc non ita eſt, ſed quodam modo. quanquam apud deos fortaſſe nullo modo eſt: apud nos autem eſt quoddam etiam naturale quod mobile ſit, licet non omne: ſed eſt tamen aliud natura, aliud non natura.*

Cum ius in duas diuiſerit partes, in naturale & legale, videri quibuſdam inquit, iura omnia eſſe legalia, nullumque ius quod ſit naturale reperiri, quod omne quod natura eſt, immobile ſit, & immutabile. nam ignis qui calidus natura eſt, non eſt his tantum in partibus calidus, in Aegypto vero & Perſis minime, ſed & illic & vbique vim ſuam calefaciendi habet, atque adurendi. at ius omne mutatur, quare nullum ius naturale, ſed lege omne, ac ciuile. vbi huius opinionis cauſam explicauit, inquit at hoc non ita eſt, ſed quodam modo id eſt non eſt abſolute verum id quod nonnulli dicunt, ius omne mutari, ſed quodam modo ius immobile eſt, atque immutā- B bile. apud enim eos qui in naturæ terminis perſiſtunt, neque peruerſi ſunt ac deprauati, immobile ius naturale ſeruatur, apud eos vero qui praue ac pręter naturam affecti ſunt, mutabile eſſe reperitur. Vel igitur ita intelligendum eſt, vel alio modo verba hęc ſunt interpretanda, vt dicat, non eſſe ſimpliciter verum, omne quod natura eſt, eſſe immobile, atque immutabile, quippe cum quod natura eſt, quodam modo ſit immutabile, abſolute vero, ac ſimpliciter minime. nam quod eſt naturale, ſua ipſius natura immobile cum ſit, mobile eſt ac mutabile apud eos qui rebus ita non vtuntur, ſicut natura comparatum eſt. quod cum inquit, ſimul oſtendit quo modo naturale ius vbicunque eandem habere vim dixerit. ſignificat enim ſe vbicunque intelligere non tam apud om- C nis, quam apud eos qui ſecundum naturam ſeſe habent, apud quos naturale ius immutabile conſeruatur. nam etiam quod ſecundum naturam bonum eſt, ita eſt bonum, vt omnibus illis proſit tantummodo, qui in naturali conſtitutione perſeuerant, non abſolute omnibus. quemadmodum quoque quod natura eſt dulce, dulce ita eſt, vt omnes eos qui ſanitate præditi ſunt, dulcedine afficiat, non ęgrotantes. At vero cum inquit quanquam apud deos fortaſſe nullo modo eſt, ſpectare ad Platonis opinionem videtur, qui inter deos quoque ius eſſe exiſtimabat, atque ante ipſum eam quæ per ſe iuſtitia dicitur, quam αὐτοδικαιοσύνην appellat. ſi igitur eſt, inquit, apud deos ius hoc quod αὐτοδίκαιον ideſt per ſe ius dicunt, nunquam id ſanè mutatur, neque alijs dijs eſt, alijs non, propterea D quod omnes eodem modo ſeſe habent, ſimileſque ſunt, neque deprauatione vlla peruertuntur. Idem hominibus eueniret, ſi enim omnes naturam ſuam minime deprauatam conſeruarent, ſecundumq; eam viuerent, nemini dubium eſt, quin apud omnes ius naturale perpetuum atque immutabile inueniretur. ſicut enim in naturaliter affectis corporibus dextera manus aptior eſt ad operandum ac validior ſiniſtra, in ijs vero qui pręter naturam ſeſe habent, econtrario ſiniſtra eſt melior, qui ſanè multo ſunt pauciores, ſicut itē bipedes omnes ſunt homines, duobuſque oculis prę diti, ac quīq; digitis, qui ſcilicet naturali hominum procreatione orti ſunt, non ita vero qui pręter naturam, & prodigioſe naſcuntur, ſic quoque inter eos qui in natura ſua perſtitere, neque ex ea ſunt exturbati ac di- E moti, naturale ius immobile atq; immutabile cōſeruatur. Quare non debemus ab alijs qui male & pręter naturam affecti ſunt, ſed ab ijs qui naturaliter ſeſe habent, naturalis iuris iudiciū ſumere. apud nos igitur naturale ius mutabile eſſe omne videtur, eo quod illi qui eo vtuntur, deprauati, ac pręter naturam affecti ſunt.

Quidnam autem ſit quod natura eſt, ex ijs quæ poſſunt aliter ſeſe habere: & quid non natura, ſed lege & inſtitutione, ſiquidem vtraque mobilia ſimili modo ſunt: perſpicuum eſt. & in alijs quoque eadem determinatio accommodabitur. natura enim dextera manus potior eſt: licet fieri poſſit, vt omnes ambidexteri ſint. iura vero ex inſtitutione

& vtilitate

& vtilitate ſimilia menſuris ſunt : non enim vtiq; ſunt æquales vinariæ & alimentariæ menſuræ, ſed maiores ſunt vbi emunt: vbi vendunt minores. ſimili modo non naturalia, ſed humana iura. non eadem vbique ſunt. nam neque reſpublica apud omnes eſt eadem : ſed vna tantum vbique ea eſt ſecundum naturam, quæ optima eſt.

Poſteaquam, inquit, & naturale ius immutatur, & legale: nam ſi quod natura eſt mutationem admittit, multo magis quod lege conſtat: quo modo cognoſcemus illud, etiam ſi forte mutatum fuerit, eſſe naturale, hoc autem legitimum? vel ſi nondum mutata ſunt, poſſunt tamen mutari, quo pacto naturale à legitimo poterimus diſtinguere? atque huiuſmodi quidem eſt quod inquit, licet verba non ita plane exprimere videantur, vt propterea ſententiam efficiant obſcuriorem. nam quaſi aſſerendo perſpicuum, inquit, eſt, quale nam ius natura ſit, quale item lege, licet vtraque ex ijs ſint, quæ ſeſe habere aliter poſſunt. ex alijs enim quoque haberi huiuſce rei determinatio ac definitio poteſt: nam quemadmodum ex ijs quæ ſecundum naturam ſeſe habent, iudicamus quænam manus aptior ſit & validior, id eſt dextera, quæ item ineptior & imbecillior ideſt ſiniſtra : quamuis fieri poſſit, vt omnes in vtriſque eandem vim aptitudinemque habeant; ita quoque naturale ius, licet immutari poſſit, ex ijs qui naturaliter affecti ſunt, quale ſit, conſiderandum eſt : etiam ſi apud eos conſeruetur, qui præter naturam ſeſe habent. Vbi hæc dixit Ariſtoteles, poſtea declarat, quo modo ius ex inſtitutione rogetur aliquando, aliquando abrogetur. ſicut enim menſuræ pro vtilitate mutari conſueuerunt : ita ius quod naturale non eſt, principio ſtatuitur eo quod publico ſtatui conferre videatur: deinde cum non videtur amplius eſſe conducturum, vel vbi non confert, immutatur : quippe cum quod populari adminiſtrationi conducit, non idem neceſſario vel optimatum, vel paucorum principatui quoque vtile ſit. Nam cum aliud ſit ius & vtile populo, aliud optimatibus: cum incidit, vt vel optimatum ſtatus in popularem, vel popularis in optimatum tranſmutetur, illis de cauſis quas in rerum publicarum libris exponit Ariſtoteles: legitima quoque ipſa iura immutari neceſſe eſt. Non ſunt autem eadem vbique & apud omnes reſpublicę, propterea quod non natura, ſed lege conſiſtunt & inſtitutione: vnde eiuſmodi etiam iure vtuntur. optima tamen reſpublica : quæ autem ea ſit in rebus publicis dixit : ſemper & apud omnes qui in naturali conſtitutione, affectioneque fuerint, eadem eſt.

Vnumquodq; autē ius & legitimū vt vniuerſalia ſeſe habent ad particularia. nam quæ aguntur, multa ſunt : illorum autem vnumquodque eſt vnum : vniuerſale enim eſt. iniuſte autem factum & iniuria, iuſtificatio item & ius inter ſe differunt: iniuria enim cum natura ſit vel cōſtitutione, cum fit, iniuſte factum euadit: prius vero quam facta fuerit, iniuria tantummodo eſt. nam vbi eſt facta, iniuſte factum dicitur. ſimili modo etiam iuſtificatio:

Legitima inquit & iura ad particularia quæ ſecundum ipſa aguntur, ita ſeſe habent, vt homo in vniuerſali ad particulares homines, Socratem, Platonem, Ariſtotelem & ſingulos alios. Commune enim ius & legitimum quod ſcriptū eſt ac præfinitum: vt reddendum eſſe depoſitum, vt coronatione honorādum eum, qui pro patria fortiter ſe geſſerit. particularia autem, vt Socrati à Platone eſſe reddendum depoſitum, & huic ab illo, & alteri ab altero. in ſingulis enim hominibus actiones ſunt, de quibus omnibus ius illud tanquā commune denuncupatur, quod reddendum eſſe depoſitum in vniuerſali præcipit. poſt hęc quid inter iniuſte factum & iniuriam interſit, iuſtificationem item & ius exponit. iniuriā eſſe inquiens ſeu iniuriū, ꝙ ἄδικον ipſe appellat, ꝙ vel natura vel conſtitutione. i. lege cōſtat; ꝙ enim ī vniuerſali præfinitū eſt ac conſtitutū ratione, vt nō furari, iniurium eſt. ſed cū id in actione ab aliquo factum A fuerit, non eſt amplius iniurium, ſed iniuſte factum idest ἀδίκημα, quippe cum in particularibus iam conſiſtat. ſimili modo ius vniuerſale eſt ac præfinitum, iuſtificatio vero, quod δικαίωμα vocat, quando ius ipſum ac iuſtum in particulari efficitur.

Sed id tamen quod commune eſt, potius iuſte factum : iuſtificatio vero iniuſte facti correctio vocatur. horum autem ſigillatim quales nam & quot ſpecies ſint, ac circa quæ verſentur, poſtea conſiderandum eſt.

Quoniam dixit iuſtificationem eſſe id quod ſecundum vniuerſale & definitum ius agitur: nūc quaſi ſe ipſum corrigit, & inquit, in vniuerſum tamen omne quod ſecundum definitum ius agit, iuſte factum dicatur, ſiue in diſtributione, ſiue in commercijs conſiſtat, iuſtificatio vero B iniuſte facti correctio appelletur idest pœna & mulcta quæ ob iniuſte factum aliquod exhibetur, quod Græci δικαίωμα dicunt. in quam ſententiam illud quoque dictum eſt : iuſtificabit Corinthum Iuppiter idest caſtigabit, & corriget : quod græce dicitur, δικαιώσει τὸν κόρινθον Ζεύς. iuſtificatio igitur eſt iuſta actio quæ erga iniuſte agentem efficitur. qui enim reddit depoſitum iuſte agit: at qui eum qui non reddit depoſitum, caſtigat ac punit, iuſtificat eum qui iniuſte egit : atque eſt actio eius qui depoſitum reddidit, iuſte factum idest δικαιοπράγημα: eius autem qui punit ac caſtigat, iuſtificatio. Vbi hoc dixit, quę nam & quot, inquit, ſint ſpecies & iuſte, & iniuſte factorum, & in quibus & quo modo exiſtant, poſtea conſiderandum eſt. ſtatim enim poſt hæc nonnulla breuiter de C ipſis his ſubiungit, quæ poſtea latius explicat, cum inquit.

De triplici nocumento quod alijs irrogatur.
Cap. VIII.

CVm iura vero & iniuriæ ſint ea quæ diximus : & iniuſte agit, & iuſte quiſpiam, cum ſponte agit, nam cum inuitus facit, neque iniuſte neque iuſte agere cenſendus eſt, niſi ex accidenti : accidit enim, vt ea quæ agunt, vel iuſta ſint, vel iniuſta. At iuſte vel iniuſte factum ſpontaneo & inuito definitur. Cum enim ſpontaneum fuerit: vituperatur: tuncque etiam eſt iniuſte factum. Quare ſit vt iniuſtum quidem eſſe quippiam poſſit, quod tamen nondum iuſte factum ſit, niſi id etiam aſſuerit, vt ſponte factum ſit. D

Ex ijs, inquit, qui vel iuſte vel iniuſte agunt, nōnulli proprie id faciunt, nōnulli improprie. quicūque ſponte iuſta agunt proprie, qui non ſponte improprie agunt, & ex accidenti. vt alia ſit iuſtæ actionis ſpecies, cum quis ſponte & ex electione, alia cum inuitus agit. ſimili modo de iniuſte factis dicendum eſt. hic igitur qui nam ſint, qui proprie vel improprie & ex accidenti vel iniuſte, agat vel iuſte definit, ſimulq; id quod paulo ſuperius dixerat, explanat: fieri poſſe inquiens, vt quiſpiam iniuſte quidem agat, nondum tamen iniuſtus ſit. nam cum quis ſponte iuſta, agit vel iniuſta proprie vel iuſte vel iniuſte agere dicendus eſt. cum vero vel principis vel iudicum timore iuſte ſe gerit, exempli cauſa, depoſitum reddit, iuſtam quidem rem facit, ſed ex accidenti tamē, propterea quod licet iuſtū ſit id E ꝙ egit. i. depoſitū reddere, ipſe tamen ſi princeps aut iudex permiſiſſet, id minime feciſſet. quēadmodū ſi iuſſu principis non redderet, iniuſtam rē ageret, non tamen id iniuſte factū eſſet exiſtimādū, quippe cū, ſicut dictum eſt, ſpontaneo & inuito iuſte & iniuſte facta metiri debeamus.

Appello autem ſpontaneum quemadmodum etiam prius dictum eſt, illud quod in ſua quiſque poteſtate ſitum cognoſcens; neque ignorans agit, aut quem, aut quo, aut cuius: id eſt aut quem verberet, aut qua re, aut cuius cauſa: & vnumquodq; illorum, non per accidens neque per vim. vt ſiquis apprehenſa manu ipſius alium verberet : non ſponte autem ipſe id faciat, non eſt enim in ipſo. fieri etiam poteſt, vt qui verberatur, ſit pater : ipſe autem homi-

inductus, per accidens iſte agit: propterea quod ea agit, quibus accidit vt iuſta ſint, & nõ abſolute & proprie ſunt iuſta. nam non ſponte, ſed ob timorem agit. Verum etiam ille qui inuitus quippiam iniuſte facit, vt qui non reddere depoſitum cogitur, per accidens agit, quia accidit, vt ea res quæ agitur, iniuſta ſit, non abſolute & ſimpliciter eſt iniuſta. abſolute enim & ſimpliciter iniuſte agere eſt, cum quis ſponte agit, non inuitus, & coactus. Quoniam vero iam probauerat iuſte agere & iniuſte, in ſpontaneis rebus conſiſtere: differentiam quandam eorum quę ſponte fiũt, ſubiungit, eorum inquiens quæ ſponte aguntur, alia cum electione nos facere, alia ſine electione. quę enim per iram fiunt, licet ſponte efficiantur, inconſulte tamen ac ſine prę meditatione fieri conſueuerunt.

Verum cum tres ſint læſiones, quæ in ſocietatibus eueniunt, quæ cum ignoratione fiunt, ſunt peccata, cum neque quem, neque quod, neque quo, neque cuius cauſa exiſtimauerat quiſpiam, ea egerit: vel enim non eſſe percuſſurum, vel non hoc, vel non hunc, vel non huius cauſa putauit: ſed accidit id, cuius cauſa minime putarat: verbi gratia, non vt vulneraret, ſed vt ſtimularet: aut non quem, aut non ſicut volebat. Quando igitur præter rationem euenerit læſio, infortunium eſt: quando vero non pręter rationem, ſed ſine tamen vitio, peccatum. peccat enim quiſque cum in ſe principium cauſæ habuerit: infortunate egit, cum extrinſecus. At cum cognoſcens quidem ſed ſine tamen præconſultatione agit quiſpiam, iniuſte factum eſt: vt ſunt, quæ ex ira fiunt, alijſque affectibus, qui neceſſarij, naturaleſque hominibus accidunt. qui in his enim lædunt, & peccant, iniuſte quidem agunt, ſuntque hæc iniuſte facta, nondum tamen iniuſti ob hæc, neque praui ipſi homines habentur: quippe cum læſio ipſa ex prauitate minime euenerit. Nam cum ex electione lęſerit quiſpiam, tunc demum iniuſtus ac prauus eſt.

Cum paulo ſuperius dixiſſet horum autem ſigillatim qualeſnam & quot ſpecies ſint, ac circa quæ verſentur, poſtea conſiderandum eſt: nunc id quod fuerat pollicitus, præſtat. diuiſo enim ſpontaneo in id quod partim ex electione, partim ſine electione fit, oſtendit quomodo affecta læſio ſit iniuſtitia, quo modo item non ſit. Nam læſiones aliæ ex ignoratione fiunt, & inuitis nobis, aliæ ex cogitatione & ſponte. earum autem quæ ex ignoratione fiunt, aliæ præter rationem & inopinato efficiuntur: aliæ inuoluntariæ quidem ſunt, non inopinato tamen & præter rationem inferuntur. Cum dixerit autem læſiones quæ ex ignoratione inferuntur, communi nomine errores ac peccata appellari: ſubdiuiſionem quandam facit, inquitque eas quæ præter rationem fiunt, infortunia: quæ non præter rationem, eodem quo genus nomine vocari peccata. ſunt autem præter rationem, ea quæ prę ter expectationem & inopinato raro contingunt, vt ſiquis dum repente fores aperiat, patrem ſuum illic aſſiſtentem percuſſerit: aut dum in loco iaculatur, qua nullus tranſire conſueuerit, de improuiſo aliquem forte quadam occurrentem emiſſo iam telo vulnerauit: hæc enim atque huiuſmodi cętera inexpectata, prætérq; opinionem euenerunt. nunquam enim opinatus eſſet quiſpiam, illac tranſiturum eſſe aliquem, quà nemo vnquam tranſire viſus fuerat. at quæ licet ab ignorante efficiuntur, non ſunt tamen inexpectata, & præter rationem: dicuntur peccata & errores: nam qui in via illa aut loco vbi multi verſari conſueuerunt, vel eſſe poſſunt, ſagittandi artem exercendo aliquem ferit, peccat, atq; huiuſmodi læſio peccatum nominatur. peccat enim, inquit, cum in ſe quiſque principium cauſæ habuerit: in ipſo ſiquidem fuit principium, quatenus in locum eum ad iaculandum ſe contulit, quà tranſituros eſſe aliquos veriſimile erat. Sunt igitur partim infortunia, partim peccata ea quæ ex ignoratione committuntur. iniuſte facta vero ſunt, cum ſciens quidem quiſpiam agit, ſine tamen præconſultatione, vt quæ ex ira, neceſ-

A ſarijſq; & naturalibus affectibus committi conſueuerũt. Naturales affectus ſunt, amores, dolores, metus, neceſſarij, fames & ſitis. qui enim aut ob magnum dolorem aliquem edit: aut timore perculſus amici arcana euulgat ac prodit: aut vehementis amoris ſtimulis incitatus aliquem percutit: aut fame vel ſiti afflictus quippiam furatur: is iniuſte quidem agit, iniuſtaſque actiones committit, nondum tamen iniuſtus ipſe eſt: propterea quod non ex prauitate agit, ſed eſſe quodam modo coactus videtur. Iniuſtus vero tunc erit, cum nullis neque neceſſarijs neque naturalibus affectibus impulſus ex electione ea aget. Atque hæc tota horum verborum ſententia eſt. quod vero in principio inquit, CVM neque quod, neque quo, neque cuius cauſa) ita eſt intelligendum, vt quem eum dicat, circa quẽ

B eſt actio, vt patrem: quod actionẽ ipſam; vt ſi qui euulgat arcana & myſteria, eſſe ea myſteria ignorarit, quo inſtrumentum, vt iaculum, cuius cauſa finem ipſum, vt qui non conciliare amorem veneficium aliquod, ſed inſaniam inducere ignorauit. ſicut autem modum ſignificat vt leuiter, non vehementer.

Quo circa recte ea quæ ex ira fiunt, non eſſe ex prouidẽtia iudicantur: non enim principium affert, qui iratus facit, ſed qui ad iram prouocauit.

Qui ob iram fecit, ſciens quidem fecit & ſponte, non tamen præmeditatus, & cũ electione. qui enim contumelia fuit affectus & propterea vulnerauit, nõ in ſe habuit principiũ cauſæ, ſed ab eo accepit, q contumeliã intulit. ille enim

C prouocãdo cauſam præbuit, vt ad vlciſcendũ incitaretur.

Præterea neq; hic factũ ſit nec ne, ſed iure ne an iniuria factum ſit controuerſia eſt: ira ſiquidem apparens iniuſtitia eſt. non enim ſicut in commercijs, factum ne ſit, contendunt, vbi neceſſe eſt alterum prauum omnino eſſe, niſi ex obliuione id faciant: ſed de facto conſentientes, iure ne an iniuria id factum ſit, altercãtur: quod qui inſidioſe fecit, minime ignorat: quare alter iniuria ſe eſſe affectum putat, alter minime.

Non ex propoſito & electione, neque inſidioſe eos agere, qui ex ira quippiam faciunt, hæc etiam declarant. qui enim ex electione egerunt, negant ſe feciſſe, eſtque inter hos controuerſia, fecerint ne id malum, nec ne. nam cum accuſatores ab illo id factum fuiſſe contendant, ille inficiatur, ac negat factum. at qui ex ira quippiam fecit, non

D id negat, ſed confitetur, & iure ſe id feciſſe affirmat, quippe qui laceſſitus iniuriam ex indignatione fuerit vltus. Apparens enim, id eſt patens atque aperta iniuſtitia ira eſt. nã qui in commercijs lędunt, de facto altercãtur, quippe qui inſidioſe id fecerint, alteri reddidiſſe ſe debitum contendẽtes, alteri ſe nõ recepiſſe, quorũ alterum omnino eſſe malũ neceſſe eſt, vel qui dediſſe, vel qui non recepiſſe ſe affirmat, niſi id ex obliuione faciat. nam qui oblitus eſt, ſe vel nõ dediſſe debitum, vel creditum recepiſſe, is etiam ſi contẽdat, malus non eſt. Qui vero ob iram lędunt factum confitentur, ſed iure ne an iniuria factum id ſit, inter eum qui egit, & eum qui eſt paſſus, quæſtio eſt. ſi igitur qui ex electione mali aliquid perpetrant, feciſſe ſe id minime fatentur, qui vero ob iram agunt, fatentur. qui ex ira agunt, proculdu-

E bio ex electione non agunt. atq; hic eſt ſenſus. Quod vero inquit, QVARE alter iniuria ſe eſſe affectum putat, alter minime) de illis eſt accipiendum, qui ex ira vel læſerũt, vel læſi ſunt. ſi enim alter iniuria ſe eſſe affectum, alter ſe minime affeciſſe exiſtimat, perſpicuũ eſt inter eos eſſe controuerſiam, non factum ſit nec ne aliquid, nam id cõſtat, ſed vtrum iuſte id an iniuſte factum ſit, exiſtimandum.

Si autem ex electione læſerit, iniuſte agit: & ex his iam iniuſte factis iniuſtus eſt, qui iniuriam facit: cum vel præter proportionem fuerint, aut æquum. ſimili modo etiã iuſtus eſt vnuſquiſque, cum ex electione iuſte egerit. iuſte agit autem ſi tantummodo ſponte agat.

Cũ oſtẽderit eũ q ex affectu quippiã egerit, nõdũ eſſe iniuſtum: ꝙ cõſentaneũ huic eſt, deinde ſubiũgit, eũ eſſe in-

iuſtum aſſerens, qui ex propoſito & electione lædit, dum aut plura de bonis ſibi attribuit præter proportionẽ, aut plus vſurpando æqualitatem ipſam tranſgreditur. ita enim intelligi debet, quod inquit. C V M vel præter proportionem fuerint, aut æquum.) Quare efficitur, vt iniuſte agat, ſitq; iniuſtus, qui ex electione lædit, qui autem ſciens facit, ſed non ex electione, iniuſte agat etiam ipſe, iniuſtus tamen nondum ſit. Idem de iuſto ſentiendum eſt, qui enim præterquam quod ſcit, ex electione etiam iuſte agit: is eſt iuſtus. qui vero licet non ignoret, non tamen ex electione iuſta agit: is iuſte quidem facit, ſed iuſtus tamen minime eſt.

At ex ijs quę inuiti agimus, alia ignoſcenda ſunt, alia minime: nam quę non modo ignorantes, ſed ex ignoratione committimus, ſunt ignoſcenda: quæ vero non ex ignoratione, ſed ignorantes facimus, ex affectu tamen neq; naturali neq; humano, venia digna minime ſunt.

Ignorantem eum appellat, qui vniuerſale ignorãt: qui enim neſcit adulterium eſſe malum: is ignorans dicitur, ignoranſque agit. qui vero ſcit vniuerſale ideſt malum eſſe adulterium, legibuſq; interdictum, eam tamen qua cum rem habet, viro eſſe iunctam ignorat: ille ignorans minime eſt, ſed ex ignoratione tamen coniugij, cum muliere concumbit. Ex ignoratione igitur ea fieri inquit, in quibus particularium aliquid in quibus eſt actio ignoratur: quæ vel proprie inuiti agere dicebamur. ignorantium autem ea ſunt peccata quæ circa vniuerſalium ignorationem verſantur. Sed aduertendum eſt, hic Ariſtotelem omnia quæ pręter electionem fiunt, inuoluntaria appellare, cum tamen paulo ſuperius ea quæ ex ira agerentur, ſpontanea, ſed non ex electione eſſe dixiſſet. neq; mirum eſſe id debet, ſi hæc & ſpontanea eſſe, & inuolũtaria dicat: quippe cum quatenus non ex ignoratione fiunt, ſpontanea: quatenus non ex electione, inuoluntaria eſſe videãtur. ex illis autem quæ inuiti agimus, ea ſunt venia digna, quæ & ignoramus & ex ignoratione etiã facimus. ei enim qui neque vniuerſale neq; particulare cognouerit, & ob id peccauerit: nemo eſt qui ignoſcendum non putaret. ea vero quæ non ex ignoratione particularium committuntur, ſed ab ignorantibus, id eſt quæ ex affectu fiunt, ſi tamen ex affectu neq; naturali, neq; humano profecta fuerint, venia indigna habentur. naturales autem ſunt, ſicut diximus, affectus, fames, & ſitis: humani, dolor, timor, amor, miſericordia, atq; huiuſmodi. non enim qui ob famẽ abſolute aut ſitim, neceſſariorumq; inopiam & cupiditatem peccat, venia indignus eſt, ſed qui certum quendam cibum aut potum appetit. verbi cauſa, perdicis carnes, aut vinum dulce, & propterea peccat, veniam non meretur.

De eo quod eſt pati iniuriam. Cap. IX.

Dubitare autem quiſpiam poßet, an ſatis de facienda- patiendaq; iniuria definitum ſit: ac primum an ſit id quod Euripides dixit: abſurde inquiens,

Quo modo parentem occiderim, exponam breui.

Volens volentem, vel nolentem non volens:

vtrum re vera fieri poſſit, vt ſponte quiſpiam iniuria afficiatur, nec ne, an omne id inuitum ſit? quemadmodum iniuria afficere quoque ſpontaneum totum eſt: an ſpontaneum aliud, aliud ſit inuitum? & ſimili modo de iuſtificando: iuſte agere enim ſpontaneum totum eſt: vt merito vtroq; modo opponi debeat, & iniuria affici & iuſtificari: vt vel ſpontaneũ vel inuitum vtrumque eſſe affirmemus.

Quoniam dixerat ſuperius de inferenda patiendaque iniuria, inferri à ſponte agentibus eam aſſerens, ſuſcipi ab inuitis, huicque opinioni aduerſari videbatur Euripides, qui iniuria affici ſponte etiam quoſdam inquit: quęrit hic Ariſtoteles an fieri poſſit, vt quis iniuria ſponte afficiatur, vtrum item ſicut iniuria afficere ſpontaneum eſt; qui A enim ſponte & ex electione lædit, iniuſte agit: ita quoque oppoſitum eius ideſt iniuria affici ſpõtaneum ſit. an quia iniuria afficere, & iniuria affici inter ſe opponuntur, ſi alterum ideſt iniuria afficere, ſpõtaneum eſt, alterum quod eſt iniuria affici, nõ niſi ab inuitis ſuſcipiatur. idem etiam, inquit, dubitari de iuſtificando poſſet, nam cum iuſte agere totum ſpontaneum ſit, quemadmodum iniuſte agere ſeu iniuria afficere, & ſicut iniuria afficere & iniuria affici inter ſe ſunt oppoſita, ita iuſte agere ſeu iure afficere & iuſtificari ubi mutuo opponantur: ſimili modo hæc ſeſe habere viderentur: vt vel tanquam inuitum inuito, vel tãquam ſpontaneum ſpontaneo inter ſeſe opponantur. eſt autem iuſtificari à iudice corrigi, atq; adæquari iure emẽdatiuo, ſicut dictum eſt. iniuria igitur affici, & afficere ſic B ſe habet, ſicut iuſtificari & iuſte agere. videndum tamen ne non in omnibus idem modus ſeruetur. atq; hæc Ariſtotelis quæſtio eſt. Senarij vero Euripidis, quos hic adducit, è Bellerophonte ſumpti ſunt, quibus confirmatur fieri poſſe, vt ſponte quis iniuria afficiatur. quod tamẽ ipſe Ariſtoteles ſtatim reprobat, dum addit abſurde inquiens. abſurdum enim eſt, à rationeq; alienum, quod inquit, matrem volentem à volente filio fuiſſe interfectam, vel nolentem à nolente: nam nolentem à volente, conſentaneum eſt: quippe cum velle & nolle ideſt ſpontaneum & inuitum oppoſita ſint. volentem vero à volente, minime, ſiquidem iniuria affici inuitum eſt, vt patebit. Quod autem dixit abſurde inquiens, id poteſt vel ad Euripidem referri, vt abſurde dixiſſe Euripidẽ intelligamus: vel in vni- C uerſum ita dictum eſſe, perinde, ac ſi dixiſſet, quod Euripides inquit, id quod abſurdum eſt, vt iniuria ſcilicet ſponte quiſpiam afficiatur.

Abſurdum autem videretur, ſi iuſtificari ſpontaneũ eſſe totum diceremus: quippe cum nonnulli ſint, qui non ſponte iuſtificentur.

Abſurdũ eſſe inquit, ſi dicamus, omnes qui iuſtificãtur, ſponte iuſtificari, ſtatimq; ſubiungit abſurditatis cauſam, nonnullos eſſe inquiens, qui non ſponte iuſtificentur: hi autẽ ſunt illi, q̃ plus vſurparũt, à quibus id q̃d plus habẽt, à iudice aufertur, iniuriaq; affecto traditur. dictum vero ſu- D perius eſt iuſtificari dici etiam de eo qui accipit id, quod ab iniuſto vſurpatore ſibi fuerat ablatum, quippe cum iuſtificari etiam is dicatur. de eo item dicitur, qui punitur, qui enim iniuriam intulit, & punitus eſt, iuſtificatus eſſe etiam ipſe dicitur. ſed in eo differunt, quod ille ſponte iuſtificatur hic qui iniuria affecit, inuitus. ex ijs igitur qui iuſtificantur alij ſponte iuſtificãtur qui diminuti ac defraudati ſunt, alij inuiti, qui plus vſurparunt ac defraudarunt.

Nam etiam de eo dubitaret quiſpiam, vtrum vnuſquiſque qui iniuſtum aliquid paſſus eſt, iniuria quoque afficiatur: an ſicut in agendo, ita in patiendo quoque res ſeſe habeat. fieri enim poteſt, vt in vtriſque ex accidenti iuſta conſequamur. idem autem in iniuſtis quoq; euenire manifeſtum eſt: quippe E *cum non idem ſit iniuſta agere & iniuſte agere, id eſt iniuria afficere: neq; iniuſta pati, & iniuria affici. ſimiliter quoq; iuſte agere quempiam & iuſtificari dicendum eſt. non enim poteſt quiſpiam iniuria affici, niſi aliquis ſit, qui iniuria afficiat: neq; iuſtificari, niſi iuſte quiſpiam agat, iureq; afficiat.*

Cum dubitarit, an fieri poſſit, vt ſponte quiſpiam iniuria afficiatur, communemq; eſſe hanc rationem ſtatuerit ei qui iuſtificatur, vt ſimili modo iniuria affici ad afficere ſeſe habeat, ſicut iuſtificari ad iuſte agere, debereq; oſtenderit vtraque ideſt tam iniuria affici quam iuſtificari vel ſpontanea eſſe vel inuita, non quemlibet autem aut iuſtificari ſponte poſſe aut inuitum iniuria affici, probare hic conatur, vtrunque, ſi hoc modo fiat, ſponte, ſi illo modo, inuitis nobis contingere. ſicut autem in agendo, ita in patiẽdo rem ſeſe habere inquit, agere appellans iniuria afficere & iuſte agere: pati, iniuria affici & iuſtificari. Quoniã

vero,

vero, ſicut ſuperius demonſtratum eſt, tam iniuſteagere, A quam iuſte quilpiam poteſt & per ſe cũ ſponte, & per acci dens, cum non ſponte facit: eodem modo & iniuria affici & iuſtificari dupliciter vnuſquiſq; poterit, & per ſe, & per accidẽs. obſcurius vero hoe ab Ariſtotele enũciatur, cum inquit, FIERI enim poteſt, vt in vtriſque ex accidenti iu ſta conſequamur) id autem eiuſmodi eſt ac ſi ita diceret cum quatuor ſint perſonæ, quæ iniuria afficit, & quæ afficitur: quæ iure afficit, & quæ iuſtificatur, in vtriſque ideſt in duabus & quæ iuſte agit, ſeu iure afficit, & quæ iuſtificatur, fieri poteſt vt is qui iuſtificatur, ius per accidens conſequatur, cum videlicet ille qui iure afficit, per accidẽs egerit. ſimiliter etiam in iniuſtis ideſt in duabus reliquis fieri poteſt, vt per accidens iniuria quiſpiam afficiatur, cũ per accidẽs agit ille, qui afficit. Sed quando per accidẽs in- B iuria afficitur quiſpiam? quando nimirum ſponte patitur ſicut declarabit. quẽadmodum benigni ac modeſti homines facere conſueuerunt, qui in diſtributionibus pauciora pleruũque ac minora accipiunt, quam ipſis conueniat. cum igitur hi ſponte id patiantur, & ipſi qui ſponte accipiunt, per accidẽs iniuria afficiuntur, & illi qui minus quã oportet, diſtribuunt, iniuria per accidens afficiunt. atque ita qui ſponte iniuria afficitur, oppoſitus ei eſt, qui non ſponte afficit, & econtrario qui inuitus afficitur, ſponte afficienti. ſicut enim in his qui iniuria afficit, abſolute & per ſe iniuſte agit, quia ſponte & ex electione agit, ita qui iniuria afficitur, abſolute etiam ipſe iniuria afficitur, quia inuitus prętꝫerque electionem id patitur, quare fit, vt inter ſe oppoſiti ſint. idem vero accidit in eo quoque qui iuſtificatur, C nam qui per accidens iuſtificatur, ſponte ius ipſum conſequitur, eſtq; oppoſitus ei qui per accidens iuſte agit, iusq; ipſum exequitur, qui ſcilicet cum per accidens iuſte agat, inuitus id facit. nam ſi ille qui per ſe iuſte agit, ſponte iuſte agit, qui per accidens iuſte ſe geret, inuitus proculdubio iuſtę aget, quod ſi ita eſt, qui per accidens quoque iuſtificatur, ſponte iuſtificatur, eſtq; is qui iniuſtę quidem egit, ſed corrigitur. non enim poteſt quiſpiam iniuria affici, niſi aliquis ſit, qui iniuria afficiat, neq; iuſtificari niſi iuſte quiſpiam agit, iureque afficiat. ſi igitur fieri nequit, vt vel iniuria afficiatur quiſpiam, vel iuſtificetur, niſi quis vel iniuria afficiat, vel iure proſequatur neceſſe eſt, vt ſicut ſeſe habet ille qui iniuſte agit, ita quoque ſeſe habeat ille qui iniuria afficit, ſimili modo & qui iure afficit, & qui iuſtifi D catur. nam ſi per ſe agit ille qui agit, per ſe etiam patietur, qui patitur, ſi per accidens afficit quiſpiam, per accidens quoq; affici illum qui patitur, perſpicuum eſt.

Verum ſi abſolute iniuria afficere eſt ſponte lędere, ſponte autem lędere, eſt ſcientem quem, & † quod, & quo modo: intemperans vero ſponte ſeipſum lędit: ſponte is iniuria afficeretur: poſſetq; fieri, vt ipſe ſe ipſum quiſpiam iniuria afficeret. at hoc vnum ex ijs eſt quæ in dubium veniunt, vtrũ iniuria afficere ſe ipſum quiſpiam poſſit. Adde quod ſponte etiam ob intemperantiam aliquis ab alio volente iniuria afficeretur: vt hoc modo quiſpiam ſponte affici iniuria queat. an fortaſſe non recta definitio eſt: ſed, cum dicimus lędere eſſe ſcientem & quem, & † quod, & quo modo, addendum E *eſt, pręter illius voluntatem qui lęditur? lęditur igitur ſponte aliquis, atque iniuſta patitur: nullus tamen eſt qui iniuria ſponte afficiatur, quippe cum id velit nemo: ne incontinens quidem.*

Cum quęſiuerit verum ne ſit, quod ab Euripide dicitur, iniuria afficere ſe ipſum quempiam poſſe, id confirmare hic conatur. nam ſi iniuria afficere ſpontaneo definitur, cum iniuria ſe afficit quiſpiam, ſponte afficit, vt nihilo minus ſponte etiam iniuria afficiatur. fieri igitur poteſt, vt ſponte quis iniuria afficiatur, ſicut dixit Euripides. ſi enim, inquit, ita abſolute ſineq; vlla additione iniuria afficere nihil aliud eſt, quam cum quis ſponte lędit: ſponte autem lædere eſt non ex ignoratione id facere, ſed ſcientem A ea in quibus actio conſiſtit ideſt circa quem eſt iniuſtitia, quod nam iniuſte factum committatur, & quo modo fiat lęſio: ſi igitur ita eſt, ſponte aliquis iniuria afficere ſe ipſum poſſet. nam & incontinens ſibi ipſe ſponte iniuriam facit, nam cum ſciat particularia, neq; ignoret quæ ad dãnum ſuum ſpectent, ea tamẽ agit, quod ſi ſciens agit, ſponte ſe ipſe lędit, quare etiã ſponte iniuria afficitur. incõtinẽs ſiquidẽ cũ ab amica proprijs pecunijs priuatur ſponte lęditur à ſpõte lędente, quapropter volens à volente. recte igitur dixit Euripides. Volẽtem Bellorophontem volentem matrem occidiſſe. Poſteaquam vero ita acriter dictũ Euripidis confirmauit Ariſtoteles, deinde ſubiungit ſolutionem, additione cuiuſdam particulæ facta, quę definitioni iniuria afficiendi deeſſe videbatur, qua appoſita fieri nullo modo poſſe oſtendit, vt quis ſe ipſum aut iniuria affici- B at, niſi ex eo quod accidit, aut iniuria afficiatur. inquit igitur non eſſe dicendum lædere eſſe cum quis cognoſcit & quem, & quod, & quo modo, ſed addendum etiam eſſe ad hæc, præter eius qui læditur volũtatem. quo adiuncto, neque incontinens ſeipſum lędere dicendus eſt, quippe cum non præter eius voluntatem pecunias meretrix auferat, ſed à volente accipiat. tunc enim iniuria afficit quis, cum ſponte lædit pręter eorũ qui lęduntur voluntatem. nã fieri poteſt quidẽ vt lædatur quis ſpõte & ſpõte ẽt iniuſta patiatur: vt vero iniuria afficiatur ſpõte, nullo pacto põt. eo ꝙ iniuria affici eo definitur, cum aliquis & inuitus, & pręter ſuam ipſius voluntatem læditur. quemadmodum iniuria afficere, cum ſponte quis lædit præter eius qui læditur vo C luntatem. Si igitur qui iniuria afficitur, præter ſuam ipſius voluntatem læditur, incontinent vero non præter ſuam lęditur voluntatem, incontinens minime iniuria afficitur. quod ſi non afficitur, ne afficere quidẽ ſeipſum dicendus eſt. ſponte enim quiſpiam læditur, ſicut dictum eſt, & iniuſta patitur, iniuria vero ſponte afficitur nemo.

Sed pręter voluntatem agat. nemo enim vult id, quod nõ eſſe bonum exiſtimat. at incontinens quod non eſſe agendum putat, id agit. qui enim ſua ipſius dat, ſicut Homerus inquit Glaucum dediſſe Diomedi,

Aurea pro ferreis, centenaque pro ſeptenis, nulla afficitur iniuria: quippe cum in ipſius poteſtate ſit dare. iniuria vero affici, minime in ipſo eſt: ſed eſſe aliquem oportet qui iniuria afficiat. Atque iniuria affici, quidem non eſſe ſpontaneum D *manifeſtum eſt.*

Particula ſed ad incontinens annectenda eſt, vt hoc modo orationem conſtruamus. ſed ne incontinent quidem præter voluntatem agat, ſed ex voluntate, quare neque iniuria afficiatur. Verum quo modo incontinens quod nõ putat agendum eſſe, agit? nimirum quia à voluptate vincitur. cum vero inquit agere ipſum quæ agit, non præter voluntatem, oſtendere vult in eo ſitum eſſe non agere, & ad actionem mouere membra inſtrumentaria, ipſumq; eſſe in cauſa vt vincatur à voluptate. Vel alio modo intelligendus locus hic eſt, vt coniunctio ſed ſuam ſedem obtineat, dicatque Ariſtoteles neque incontinentem iniuria affici, ſed agere quidem præter voluntatem, quippe cum ſola ea E velimus quæ bona ſunt & honeſta, incontinẽs vero ea quę agit, mala & non agenda eſſe cognoſcat, vt ex eo quod pręter voluntatem agit, iniuria ſeipſum afficere minime poſſit. iniuria enim afficitur quiſque pręter voluntatem ab eo qui ex voluntate afficit. ſi vero incontinens præter voluntatem agit, iniuria afficere ſe ipſum nequit, ſi non afficit, proculdubio neque affici à ſe ipſo dicendus eſt. ſit enim omnino qui iniuria afficiat, neceſſe eſt, ſi quis eſt iniuria afficiendus. Qui vero ſua ipſius dat, vt Homerus inquit de Glauco neque is ſe ipſum offendit, cum ſponte agat. nam cum faciat Homerus Glaucum & Diomedem ſeſe in prælio amicos agnoſcere, ita demum colloquentes inducit.

Arma immutemus, quo poſſint noſcere cuncti
Hoſpitio iunctos nos eſſe, ac ſtirpe parentum & poſtea ſubiungit.

Sic

Sic fati inter ſe acceſſerunt cominus, atque
Deſiliere ab equis, dextramq; fidemq; dedere.
Tunc vero omnipotens Glauco de pectore mentem
Iuppiter eripuit: Diomedi qui obtulit arma
Aurea pro ferreis, centenaq; pro ſeptenis. neq; Glaucus igitur ſe ipſum iniuria affecit, eo quod ſponte ſua ipſius dederit, inde manifeſtum eſt, quod in ipſo erat non dare. ſicut ergo Glaucus, ita incontinentes ſponte ſua ipſorum profundunt. quod ſi ſponte dant, datioq; ipſa eſt damnoſa, ſponte etiam læduntur. at iniuria affici non eſt ſponte lædi, ſed inuitum: huius enim principium eſt non in eo qui afficitur iniuria, ſed in eo qui afficit, minime igitur affici iniuria incontinentem à ſe ipſo perſpicuum eſt.

Duo pręterea ex ijs qua propoſuimus, ſuperſunt dicenda: vtrum is qui plus præter dignitatem diſtribuit, iniuriam afferat, an is qui id habet: fieri ne item poſſit, vt ſe ipſum quiſpiam iniuria afficiat. nam ſi fieri poteſt id, quod prius dictum eſt: & qui diſtribuit iniuria afficit, non qui habet plus: ſiquis alteri quam ſibi plus diſtribuit ſponte & ſciens, is ſe ipſe iniuria afficit: id quod facere modeſti homines conſueuerunt. modeſtus enim eiuſmodi eſt, vt imminui ſua non difficulter patiatur. An neque hoc ſimplex eſt: ex alio enim bono, ſi ita incidit, plus vſurpauit: vt ex gloria, aut eo quod abſolute honeſtum eſt. ſed ſoluitur etiam ex iniuria afficiendi definitione. nihil enim præter ſuam patitur voluntatem, vt propterea affici iniuria minime poſſit, ſed lædatur tantum: ſi modo pati ipſum quippiam dicendum eſt. Perſpicuum quoque eſt, eum qui diſtribuit etiam iniuria afficere, nō eum ſemper qui plus habet. non enim cui iniuſtum ineſt, is iniuriam facit, ſed cui ineſt id vt ſponte hoc faciat, id autem eſt, vnde principiū actionis proficiſcitur: quod ſanè in diſtribuēte, non in accipiente conſiſtit.

De duabus his dubitationibus quas proponit, nullam ſuperius mentionem fecit, licet, quantum ex verbis coniicitur, antea de ipſis dixiſſe videatur. inquit autem in hunc modum: cum de iuſtitia diſſerere propoſuerimus, eiuſque diſſertationem abſoluerimus, reliquum eſt, vt de duobus quibuſdam dicamus. ſunt autem hæc duo quę in dubitationem venire poſſunt, ac quadam diſtinctione indigent: vnum, vter iniuriam facere dicendus ſit, qui plus diſtribuit præter dignitatem, an qui accipit plus, atque habet quàm ſibi conueniat, alterum eſt, an ſe ipſum afficere iniuria quiſpiam poſſit, quæ ſanè ſecunda dubitatio a priore dependet, vt etiam ipſe inquit. vnde huius quanquam paulo ſuperius de ea dixerat, nunc etiam rurſus mentionem facit. Quod vero ex priore dubitatione in dubium venit, eiuſmodi eſt, ſi fieri poteſt, vt iniuſte agat non qui plus habet atq; accipit præter dignitatem, ſed qui diſtribuit: efficietur, vt iniuria ſe ipſum aliquis afficiat. nam ſiquis & ſibi & alteri quippiam diſtribuens inique id faciat, & illi amplius det, ſibi autem minus relinquat, id quod maxime modeſti facere conſueuerunt: is iniuria afficere ſe ipſum videtur. ſi enim qui inæqualiter diſtribuit iniuriā infert, iniuria autē ei infertur, qui minus ab inæqualiter partiente accipit, ipſe vero hic eſt qui & inæqualiter partitur, & minus accipit, ipſe proculdubio à ſe ipſo iniuria affici dicendus eſt, quod fieri minime poſſe videbatur. Sed ſoluitur dubitatio primum quod modeſtus in huiuſmodi diſtributione non ſibi minus attribuit, ſed minus quidē ex eo quod diſtribuit, ſibi ſumit, ob id tamen maius quoddam aliud bonum acquirit, gloriam ſcilicet, aut id quod abſolute ac proprie bonum eſt, vt hoc modo non minus accipere, aut imminui exiſtimandus ſit. deinde alia ſolutio præterea adhiberi poteſt, vt inquit, quod licet imminueretur & læderetur à ſe ipſo, id non inuitus, præterq; voluntatem patitur, in quo iniuriæ affectio conſiſtit, ſi autem iniuria non afficitur huiuſmodi inæquali diſtributione, ne afficit quidem: quippe cum qui iniuria afficit, is quempiam iniuria afficiat: at qui ita diſtribuit, neque eum cui plus tribuit, neq;
A ſe cui minus ſumpſit, ſicut demonſtratū eſt, iniuria afficit. Atque hęc ſunt quæ inquit. quod vero ait ſi fieri poteſt id, quod prius dictum eſt & c. id ita eſt intelligendum: ſi fieri poteſt, vt qui inique diſtribuit, iniuria afficiat, non autem is qui plus accipit, poterit quiſpiā ſibi ipſi iniuriā inferre. Poſteaquam vero ſoluit id quod videbatur occurrere, iniuſte agere eū aſſerens qui diſtribuit iniuſte, perſpicuum, inquit, eſt eum qui inæqualiter diſtribuit & præter dignitatem, eſſe iniuria afficientem, non eum ſemper qui plus habet. Cum autem adiungit non ſemper, oſtendit eū qui plus habet, poſſe interdum iniuria afficere & eſſe iniuſtū, interdum non eſſe: id quod etiam declarabit. nam cum ille qui plus præter dignitatem habet, ipſe ille eſt qui inæqualem diſtributionem fecit, ſibiq; plus indigne aſſumpſit, tunc is & plus habet pręter dignitatem & iniuſtus eſt. quare non ſemper qui plus habet, non eſt iniuſtus, ſed aliquan
B do: quando videlicet alter fuerit qui præter dignitatem diſtribuerit, alter qui habeat. ac propterea fit, vt iniuſtus ſemper plus habeat, qui autem plus habet, non ſemper ſit iniuſtus. non enim cui ineſt iniuſtum, is continuo iniuria afficit, ſed oportet, vt præter iniuſtum illud etiam adſit, vt ſponte fecerit, & ſicut ſæpe dixit, cum electione. ſponte autem is facit, in quo ineſt principium actionis: quod quidē principium eſt in eo qui diſtribuit, non qui accepit.

Adde quòd cum facere multis modis dicatur: & quodam modo inanimata interficiant, & manus, & ſeruus, cum mandauerit aliquis: hæc ſanè non iniuſte faciunt, ſed iniuſta tamen committunt.

Quoniam, inquit, facere multipliciter dicitur, & nō omnis qui iniuſtum quid facit, iniuriam facere abſolute dici-
C tur, ille etiam qui diſtribuit inæqualiter, ſi ſponte id fecerit, iniuria afficiet abſolute, iniuſtusq; erit, ſi non ſponte, per accidens erit iniuſtus. nam ita quoque inanimata dicuntur occidere, & iniuſte agere, & manus, & ſeruus iuſſus quiſpiam agere per accidens, non abſolute facit, quia ſcilicet non ex electione agit. Sicut igitur facere multis modis dicimur, & ſponte & cū electione, & inuiti & ſine electione, ſic quoque plus habere per accidens poſſumus, cum non ex electione nec ſponte id habemus. abſolute vero & proprie iniuria afficit is, qui ſponte inuitum aliquem, præterque eius electionem lædit. Vnde, proprie etiam iniuria ille afficietur, qui præter voluntatem & inuitus læditur à volente, minuſque & inæquale accipit: qui autem inuitus volentem lædit, is per accidens facit iniu-
D riam: ſimili modo qui volens ab inuito lęditur, iniuria per accidens afficitur.

Accedit quod ſi ignorans iudicauit quiſpiam, non iniuſte agit, quantum ad legitimum ius attinet, neque iniuſtum iudicium eſt: ſed quodam modo tamen iniuſtum. aliud enim legitimum, aliud primum ius eſt. at ſi ſciens iudicauit iniuſte, plus ſibi vſurpat & ipſe vel gratiæ vel vindictæ: perinde quidem ac ſiquis iniuſte facti quoque ipſe partem acceperit: & ille etiam qui ob hæc iniuſte iudicauit, plus habet. Etenim in illis qui agrum adiudicauit, is non agrum ſed argentum accepit.

Cum dixerit ex eo quòd facere multis modis dicitur, ſequi, vt qui patitur, ita afficiatur, ſicut ille qui facit, fece-
E rit: hic quoque idem confirmat. nam quia fieri poteſt, vt idem quadam ex parte iuſte faciat, quadam iniuſte: & qui patitur item, in aliquo iuſte patiatur, in aliquo iniuſte: hoc volens oſtendere, ius ipſum diuidit in id quod lege cōſtat, & quod natura: inquitq; tum qui inæqualem diſtributionem fecit, vel naturale ius, vel legitimum, vel vtrumque ignorantem id feciſſe. ſi vtrumq; ignorans iudicauit, atq; inæquali vſus eſt diſtributione, non iniuſte agit, quippe cum ſponte id minime fecerit. neque ſi ex legitimo iure iudicans ignorato naturali inæquale quippiam diſtribuerit, iniuſte agit: ſecundum leges enim iudicauit. at eos qui ſecundum leges iudicant, minime vituperamus. ſimili modo quoque qui licet legem ignorarit, modo naturale ius

cognouerit

cognouerit, ſecundumq; ipſum iudicarit: iniuſte agere minime cenſendus eſt: quippe cum neq; illi ſecundum naturale ius iudicant, reprehenſiones aliquas merito ſubire videantur. Sed ſi vtrunque ſciens & legitimum ius & naturale affectu tamen aliquo, aut muneribus inductus inæqualia diſtribuit: ſponte iniuriam facit, iniuſtuſque eſt: & qui minus hoc modo accipit non per accidens, ſed per ſe & proprie iniuria afficitur. ſi item naturale ius cognouerit & ignorarit legitimũ, ex affectu tamen aliquo inæqualia iniuſte diſtribuerit, proprie iniuſte agit. iniuſte etiam proprie agit, ſi ignorato naturali & cognito legitimo ob inimicitiam & odium, aut muneribus corruptus non ita iudicauit, ſicut lex preſcribit, quiq; iniquum hiſce de cauſis acceptum habet, iniuria proprie affici exiſtimãdus eſt. Vtro igitur iure ignorato iniuſte iudicarit quiſpiam, iudicium ipſum iniuſtum minime propterea eſt, quia ſecundum aliquam legem ſiue naturalem, ſiue ſcriptam exiſtit, eſt tamen quodam modo iniuſtum, quia non idem eſt naturale ius & legitimum. vel enim ſecundum naturale eſt iniuſtum, ſecundum legitimum; iuſtum, ſi ſecundum id videlicet factum fuerit, vel è contrario ſi ad naturale ius ſpectemus, eſt iuſtum, quod per ſe effectum eſt, ſi ad legitimum, iniuſtum: & propterea & qui etiam iudicauit, per accidẽs afficit iniuria, & qui inæqualia accepit iniuria per accidens afficitur. Non eſt, inquit, idem legitimum ius & primum. primum appellans id quod natura conſtat, quando ille qui iudicauit, ſicut dictum eſt, non iniuſte agit, neque iniuſtus abſolute eſt. qui tamen vel vtrunque vel alterum cognouerit, & iniq; iudicauerit, plus ſibi videtur vſurpare, cum ab eo cui plus attribuit, vel aurum, vel omnino gratiam quandam accipias. ab eo item, cui minus dedit, dum tanquã inimicum vlciſcendi ac vindicandi cauſa id facit, quodam modo aliquid accipit, pluſque inde etiam vſurpat, iniuſte enim facti quodam modo partem quandam accepit. ſicut enim in peculatorũ acceptione, qui agrũ diuiſit ei qui pecunias dederit, iniuſte facti quodã modo eſt particeps, quia licet agrum nõ accipiat, pecunias tamẽ accipit, ſic qui ob inimicitiam vltionem procurat, minuſque diſtribuit, agrum non accepit, ſed pecuniam, habetq; modo quodam iniuſte facti partem. quid autem id eſt? libidinis, voluntatiſque expletionem, vlciſci enim volens vltionem eſt exequutus. Cum autem his demonſtrarit iniuſtum eum eſſe qui non ignorans ſed ſponte inæqualiter diſtribuit, aut iudicauit, ſimul etiam oſtendit eum iniuſte minime agere aliquando, cui amplius diſtribuit, nam qui plus habet, tunc iniuſte agit, cum ob pecuniarum largitionem accepit. cum autem ex iudicantis ignoratione plus habet, non iuſte agit. Cum inquit autem & ille etiam qui ob hæc iniuſte iudicauit, plus habet: plus habet ea ſignificatione hic eſt intelligendum, vt pro eo quod eſt plus vſurpare, accipiatur, pluſque ſibi iniuſte præterquam deceat, arrogare.

Homines autem in ſua poteſtate ſitum exiſtimant, vt iniuria afficiant. propterea etiam ius ipſum putant facile eſſe: quod tamen non eſt. rem habere enim cum vxore vicini, & percutere proximum, & manu porrigere pecuniam & facile eſt, & in ipſis: ſed ita tamen ſe habentes hæc facere, neque facile, neque in ipſis eſt.

Iuſtitiam iniuſtitiam ſponte fieri, in nobiſq; eſſe, cuiuſmodi omnia ſunt, quæ fiunt ex electione, ſuperius vbique demonſtratum eſt, nunc vero videtur dicere, vt iuſti vel iniuſti ſimus, in noſtra minime eſſe poteſtate, quod abſurdũ eſt, cum maxime omnium & virtutes & vitia in nobis eſſe ſine vllo dubio pateat. Sed videtur quidem hoc dicere, nõ hoc tamen eſt, quod demõſtrat ac probat. illud enim oſtẽdit his verbis, nos non ſimul ac voluerimus iuſtos eſſe aut iniuſtos, id quod declarat etiam cum ſubiũgit, propterea etiam ius ipſum putant facile eſſe. ſicut enim tyrannum inferre in noſtra eſt poteſtate, non tamen quando voluimus id facere poſſumus: ita in virtutibus, & vitijs in nobis A quidem eſt ſitum, vt iuſti vel iniuſti ſimus, non tamen fieri poteſt, vt quando voluerimus, tunc continuo ſimus, quippe cum ad virtutum vel vitiorum quemadmodum etiam ſciẽtiarum acquiſitionem & aſſuetudine & exercitatione & diſciplina indigeamus, vt non ſimul ac voluerimus vel iuſti vel iniuſti eſſe valeamus. Nam quemadmodum vel medicinam vel geometriam diſcere in nobis eſt, non tamen cum volumus, vel acquirimus atque habemus ipſas has ſciẽtias, vel iam acquiſitas amittimus, ſic in virtutibus & vitijs fieri manifeſtum eſt. tempore enim & exercitatione & diſciplina opus eſt ad habitus cõparandos. Quippiam igitur iniuſti vel iuſti facere, verbi cauſa adulterium committere, aut verberare, in nobis eſt ac facile. ſed ita tamen nos habentes hæc facere, neque facile neque in B nobis eſt id eſt ita affectos, vt ex habitu vel iuſtitiæ vel iniuſtitiæ operemur, non eſt facile, ſed vt dictum eſt, & tempore & diſciplina & aſſuetudine non parua eſt opus. Nam incidere, & adurere, purganſque medicamentum exhibere facile eſt in noſtraque poteſtate collocatum cum voluerimus: ex habitu tamen id facere non admodum facile eſt. tum enim ex habitu ſit, cum tenemus quando, aut cui, aut quatenus vnumquodque horum faciendum ſit, id quod & rationem & experientiam non mediocrem requirit, quantatim vbi voluerimus, habere nullo modo poſſumus.

Simili modo quoque cognoſcere iuſta & iniuſta nullam ſapientiam eſſe exiſtimant: propterea quod difficile minime C *eſt ea intelligere de quibus leges præſcribunt. Verum iuſta non hæc ſunt niſi per accidens: ſed ea ſunt iuſta, quæ quodam modo aguntur, & quodam modo diſtribuuntur. Id autem difficilius eſt quàm ſalubria cognoſcere: nam illic mel, vinum, veratrum, adustionem item & inciſionem noſcere facilius eſt: quo modo autem ad ſanitatem afferendam, cui, & quando adhibenda hæc ſint, tam eſt ſanè difficile cognoſcere, quàm medicum eſſe.*

Ius ipſum facile eſſe inquiunt homines, propterea q; & agere iuſta eſt in promptu, & cognoſcere id quod iuſtum eſt, non eſt difficile: nam leges de iuſtis & iniuſtis præſcribunt, at ſcire ea quę à legibus dicuntur, nullum negocium eſt. Quare fit vt cognoſcere & iuſta & iniuſta nulla ſit difficultas. Sed ad hæc Ariſtoteles occurrit, iuſta inquiens, nõ D in eo eſſe iuſta quod audita percipiantur, ſciaturque, depoſitum non eſſe retinendum, non eſſe furandum: nam iuſtum & iniuſtum aliud per ſeſe eſſe, aliud ex accidenti. Ex accidenti illud eſt, quod vel ex auditu tantum cognoſcitur, vel fraudulenter ac doloſe agitur, cuiuſmodi eſt, cum quis depoſitum reddit, ſed eo tamen conſilio, vt plus poſtea accipiat, & non reddat. iuſtum enim eſt, ſed ex accidẽti, quatenus tantũmodo id factum fuit, quod lex ipſa præſcribebat. per ſe autem iuſtum illud eſt, quod ex iuſtitię habitu agitur. & qui ex habitu agit, proprie ius ac iuſtũ ipſũ cognoſcit. ſed ſi propria iuſti cognitio in agẽdo ex habitu conſiſtit, acquirere autem habitus difficile eſt, conſequetur, vt cognoſcere etiam iuſta difficile ſit. Immo eo maius negocium, inquit, ac difficilius eſt iuſta ipſa cognoſce E re, quam ſalubria, quo eſſe iuſtum, quam medicum difficilius eſt. nam illic, id eſt in ſalubribus quæ ad medicũ ſpectant, cognoſcere ea quibus medicus vtitur, difficile minime eſt, vinum, panem, veratrum, aduſtionem, ſectionem. hoc modo enim cognoſcere ſalubria per accidẽs eſt: nam propria horũ cognitio ex vſu ipſo exiſtit qui ex medicinæ habitu fit. id autem eſt ſcire quando, quo modo, & quatenus adhibere ſingula oporteat, quod ſanè facile non eſt, quippe cum neque ſit facile medicinę habitum acquirere. tanta igitur eſt difficultas in medicarum rerum vſu percipiendo, quantum eſt in eo laboris ac negocij, vt medicus quiſpiam euadat.

Ob id autem ipſum etiam iuſti hominis eſſe exiſtimant nihilo minus iniuſte agere: quoniam nihilo minus iuſtus immo

etiam

etiam magis facere vnumquodq; ex his poteſt. nam & rem habere cum muliere, & percutere: & vir fortis ſcutum abijcere, & in ſugam verſus in vtram partem velit, currere poteſt. Sed ignaue agere, & iniuſte nō eſt hæc facere, niſi per accidens. nam hęc facere eſt, cum aliquis ita ſe habens agit. Quemadmodum etiam mederi & ſanare non eſt incidere, aut non incidere, vel medicamenta adhibere, aut non adhibere: ſed quodam modo vtraque hec facere.

Ob hāc cauſam, inquit, homines facile eſſe cognoſcere & iuſta & iniuſta exiſtimāt: eo quod putant in vniuſcuiuſque poteſtate eſſe, vt quando vult, iuſtus ſit vel iniuſtus. ob eandem cauſam iuſti quoq; hominis iniuſta agere nihilo minus, immo etiam magiſquam iniuſti eſſe opinantur: eo quod magis iuſtus vir poſſit iniuſta agere quā quiuis alius è vulgo, quippe cum & iuſtus magis queatquam quiuis alius vel rem habere cum vxore alterius, vel percutere vicinum. & fortis quam timidus ſcutum abijcere & fugere. magis enim hos poſſe hæc facere ob id exiſtimant plerique, quia magis hæc cognoſcūt, quàm alij: quippe cū eius ſit qui vnum contrariū cognorit cognoſcere etiam alterū. Atque hęc dicūt, propterea quod eum qui iniuſtum quippiam egerit, continuo etiam eſſe iniuſtum opinantur. at iniuſtum quid agere facile eſt, ſimiliter etiam iuſtum: iniuſtum igitur, & iuſtum quippiam eſſe facilius eſt, ſed verū minime eſt, eum qui vel iuſti vel iniuſti aliquid agit, continuo etiam eſſe vel iuſtum vel iniuſtum: aut, eum qui ſcutum abiecerit, eſſe ignauum. niſi ita ſe habēs ea agat: id eſt ex habitu vel virtutis vel vitij operetur. ignauus enim eſt, qui ob ignauiam & timiditatem ſcutum abiecit: iniuſtus qui ob vitium plus vſurpat. & demum qui ex habitu quippiam vel boni vel mali agit, eſt vel bonus vel malus. Quod ſi iniuſte agere nihil aliud eſt quā ex iniuſtitiæ habitu operari: non ſolum non erit facile, vt iuſtus vir iniuſte agat, ſed etiam fieri nullo modo poterit. ſicut enim in principio libri dixit Ariſtoteles ſcientiæ contrariorum ſunt, non autem habitus.

Iura autem inter eos ſunt, qui bonorum ſimpliciter ſunt participes: in quibus & exceſſum habent & defectum. quibuſdam enim horum non eſt exceſſus, vt fortaſſe dijs: quibuſdā nulla pars vtilis eſt, vt incurabilibus & malis, ſed nocēt omnia: at quibuſdam quadam tenus: atque hoc propterea humanum eſt.

Dilucidior eſſet lectio, ſi ita diceret: ius aliud eſt diſtributiuum, aliud emendatiuum. hæc vero vtraque inter eos conſiſtūt, qui ſunt participes bonorum ſimpliciter, in quibus felicitas conſiſtit. Simpliciter vero bona ea ſunt proprie, quæ ſuapte natura bona ſunt: vt virtutes, virtutumq; operationes: ſecundo modo etiam ſimpliciter bona appellantur, bona inſtrumentaria ac facultates, quæ ſecundum naturam affectis bona ſunt. Quænam autem ſint inſtrumentaria hæc bona ac facultates explicat, dum inquit in quibus & exceſſum habent & defectum: ſunt enim diuitię honores, ciuilis poteſtas, in quibus & exceſſus & defectus reperitur. nam in virtutibus quæ propri- ſunt ſimpliciter bona, cum ſint definitæ, & in mediocritate cōſiſtant, ſicut demonſtratum eſt: neque exceſſus neque defectus eſſe vllo pacto poteſt. in quibus vero eſt exceſſus & defectus, in iiſdem licet & plus vſurpare, & minus conſequi. at in virtute nulla pluris vſurpatio contingit. quippe cum fieri omnino nequeat, vt virtutem alicuius per vim rapiamus, priuemuſq; habentē, id quod in pecunijs alijſq; huiuſmodi poſſeſſionibus poteſt. nā quotidie videmus accidere, vt alter alterius vel agrum, vel vineam, vel eiuſmodi quippiam violenter auferat: fortitudinem vero à forti viro, aut ſcientiam à ſciente per vim eripere poteſt nemo. In ijs igitur in quibus exceſſum & defectum habent homines, iura conſiſtūt. cum enim horum bonorum poſſint & plus & minus habere quàm deceat, in diſtribuendis his & adæquandis iura ipſa verſantur. nam quibus nullum ex huiuſmodi bonis adeſt, ijs neque exceſſus horum, neque defectus eſſe vllus A poteſt. ſi vero non eſt exceſſus & defectus, neque emendatiuum aut diſtributiuū ius vllum erit. Vnde dijs apud quos neq; diuitiæ, neq; gloria, neq; honor, neque principatus, neque quicquam ex huiuſmodi bonis reperitur: neq; ius eſt vel diſtributiuum vel emendatiuum. ſed neque illis ius eſt, qui licet bona hęc habeant, incurabiles tamen atq; inſanabiles ob luxum & intemperantiam, omniumq; flagitiorū genus euaſerunt: quippe cum emendatiuum ac diſtributiuum ius in boni alicuius aut vtilis rei æqua diſtributione ſecūdum proportionem verſetur: ſiquidem plus vſurpantem ei adæquat, qui defraudatur. Quibus enim hominibus bonum ipſum nullam vtilitatem nullumq; commodum affert, ijs ius nō eſt, at inſanabilibus nullum ex huiuſmodi bonis eſt vtile. quibuſdam vero aliquatenus ſunt vtilia hæc bona, ijs ſcilicet qui medij ſunt, & non prorſus deprauati, & ſecūdum leges & inſtituta non praue admodum B degunt. Ac ſenſus quidem talis eſt. quod vero inquit vt fortaſſe dijs ob Platonem dictum videtur, qui Dei eſſe etiam virtutem aſſerebat, vt ſi virtutem habeat Deus, ius quoque habeat neceſſe ſit: ſi ius, etiam pecunias. Quocirca Ariſtoteles Platonis hanc opinionem non admittebat. alibi enim inquit, ſi virtus moderatrix affectuum eſt, & eſt in dijs: eſſe etiam affectus in dijs, neceſſe erit.

De æquitate, æquo & bono. Cap. X.

Sequitur, vt de æquitate & æquo & bono, quo modo ſcilicet illa ad iuſtitiam, hoc ad iuris reſpiciat, diſſeramus. neque enim ſiquis recte conſideret, vt idem abſolute ſpectatur, neque vt diuerſum prorſus genere videtur, & interdum C ęquum & bonum, hominemque ipſum eiuſmodi laudamus, ita vt ad alia quoque transferre hoc nomen laudando conſueuerimus, æquum hominem probum appellantes: interdum, dum rationem ſequimur, abſurdum videtur ęquum & bonum, ſi præter ius quiddam eſt, eſſe laudabile. vel enim ius non eſt honeſtum: vel æquum & bonum non eſt ius, ſi diuerſum quid eſt: vel ſi vtrunq; eſt honeſtum, idem vtraque ſunt. Ac dubitatio quidem circa æquum & bonum ferè ex his contingit: in qua omnia quodam modo recte ſeſe habent, nihilque eſt quod ſibi aduerſetur ac repugnet. nam cum æquum & bonum iuris cuiuſdam ęquum ſit, melius ius quoddam eſt: neque tamen quaſi diuerſum aliquod genus eſt iure ipſo melius. Ius igitur & æquum & bonum idem eſt. D cum enim vtraque honeſta ſint, æquum & bonum honeſtius, meliuſque eſt. Dubitatio autem hæc oritur, quia æquum & bonum ius eſt non ſecundum legem, ſed legitimi iuris correctio

Quoniam æquitas quæ ἐπιείκεια dicitur, æquumque & bonum circa ius emendatiuum, ſicut cognoſcemus, verſatur merito vbi explicauit quid ſit huiuſmodi ius, de æquitate re diſſerere aggreditur, inquitque æquū & bonū neq; abſolute idem eſſe cum iure, neque diuerſum ab eo. eſt enim quodam iure melius, id eſt legitimo: quemadmodū etiam eſt ius naturale. Oſtendens vero æquum & bonum non eſſe idem quod ius, ſubiungit, interdum, inquiens, æquum & bonum, hominemque ipſum eiuſmodi, id eſt E æquitate præditum laudamus, eum dicētes meliorem eſſe iuſto, quod cum facimus, diuerſum proculdubio æquum & bonum à iuſto eſſe exiſtimamus. Verum etiam cum ad alia vt fortitudinem & temperantiam vel artem aliquam transferimus hoc nomē, dicimuſque verbi gratia aut temperantem forti eſſe æquiorem, vel fortem è contrario temperante, aut ædificatorem agricola, vel agricolam ædificatore, tunc perſpicuum eſt nos hoc nomine æqui & boni non pro iuſto, ſed pro bono ac pręſtante vti, vt diuerſum hoc modo æquum & bonum à iuſto eſſe videatur. Præterea, inquit, dum rationem ſequimur, abſurdum videri, ſi æquum & bonum à iure diuerſum cum ſit, eſſe laudabile dicatur. nam ſi diuerſum à iure eſt, & eſt laudabile: ius ip-

ſum neque bonum erit, neque laudabile. at ſi ius laudabile eſt: æquum & bonum minime erit. Cum ita dubitarit, nihil contrarij in ſe habere orationes has, ſed veras eſſe vtraſque aſſerit, tam quæ diuerſum eſſe à iure æquum & bonum, quam quæ non diuerſum eſſe ait. & ſimili modo ita eam, quæ æquum & bonum iure ipſo eſſe melius, vt eam, quę non eſſe melius aſtruit. Et enim quodam iure melius æquum & bonum, licet nō omni. neque vt diuerſum quid genere, eſt melius: ſed cum & ipſum ius ſit, quodam iure melius eſt: & cum vtraq; honeſta ſint, melius eſt ęquū & bonum, non omni tamen iure; ſicut dictum eſt: nam etiam ipſum ius eſt. ſi enim æquum & bonum ius cum ſit, omni iure eſſet melius: efficeretur, vt ſe ipſo quoq; eſſet melius, at id quod melius eſt, peiore aliquo eſt melius: quare ſeipſo eſſet ęquum & bonum & peius & melius: quod abſurdum eſt. Quocirca dicendum eſt æquum & bonum melius eſſe eo iure quod pacto & legibus conſtat: cuius ſcilicet emendatio ac correctio eſt. vt ſubiungit. Cum enim vtraque honeſta ſint, id eſt & ius quod pacto & lege conſtat, & æquum & bonum: ęquum & bonum melius eſt. quippe cum ius ſit non ſecundū legē, ſed legitimi iuris correctio,

B

Cuius rei cauſa eſt, quod lex in vniuerſum omnis ſtatuitur: nec fieri poteſt, vt recte de quibuſdam in vniuerſum definiatur. in quibus enim neceſſe eſt, vt in vniuerſum dicatur, recte autem id non poteſt: lex id ſumit quod vt plurimum fit, non ignorans ſanè quod peccatur & nihilo minus tamen recte ſeſe habet: quippe cum peccatum in lege minime ſit, neque in legiſlatore, ſed in rei ipſius natura conſiſtit. ſtatim C *enim rerum agendarum materia eiuſmodi eſt. Quando igitur lex in vniuerſum dixerit, & præter vniuerſale poſtea quippiam contigerit: tunc recte ſe habet, ſiqua legiſlator omiſit, abſoluteque ac ſimpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus: id quod legiſlator etiam ipſe ſi adeſſet, dixiſſet: & ſi ſciuiſſet, ita præſcribentem legem inſtituiſſet. iccirco ius quidem eſt & melius quodam iure, non eo tamen quod abſolute eſt & ſimpliciter, ſed eo quod ex abſolute loquendo peccat. eſtque ex æqui & boni natura, vt legis qua parte deficit, ob vniuerſale, emendatio ſit. id enim eſt in cauſa vt etiam non omnia ſecundum legem ſint, propterea quod vt* D *de quibuſdā lex ſanciatur, fieri nullo modo poteſt. quapropter decreto opus eſt: indefiniti enim indefinita etiam eſſe regula debet, ſicut ædificationis Lesbiæ plumbea norma, quæ ad lapidis figuram tranſmutatur, neque immobilis manet: ſic decretum ad res ipſas accommodatur.*

Cum dixerit ęquū & bonum legitimi iuris eſſe emendationem, emendat enim quod in eo peccatur: neceſſarium eſſe oſtendit, legem quæ ex pacto conſtat, peccare ob rerum indeterminationem, quæ aliàs aliter euenire conſueuerunt. nam lex in vniuerſum ſancit, eum qui depoſitum non reddiderit, infamem eſſe atque ignominioſum; peregrinum item ſi in murum aſcenderit, à ciuibus eſſe interficiendum, nec non eum qui rem cum aliena vxore ha- E buerit, caſtigari debere. Atque vnumquodque horum, id eſt infamia, interfectio, & caſtigatio, iuſtum eſt plerunque: ſed incidit tamen, vt interdum iuſtum minime ſit, ſed peccatum. Quo modo enim errans non eſt ac peccans ius illud, quod puniri iubet eum qui tyranni vxorem violauit, atque ita interfecto tyranno patriam in libertatem aſſeruit? Quo modo item peccatum non eſt exiſtimandum vel maximum, peregrinum eo nomine velle interficere, quod ingruentibus hoſtibus in murum aſcendens fortiter ſe geſſerit, atque vrbem defenderit? Cum igitur lex in vniuerſum abſtinendum eſſe ab aliena vxore præſcribat, ac propterea ad ſupplicium trahatur ille etiam qui tyrannum eo modo interfecerat, æquus & bonus hac in parte defectum legis corrigit. ſi enim id nouiſſet legiſlator euenturum eſſe, legi proculdubio addidiſſet, lexque in hunc modum fuiſſet ſcripta, A quacunque aliena vxo- A re abſtinento, præterquam tyranni, ſi ex tali concubitu ciuitatis libertas procuratur. & item, Peregrinus vnuſquiſque qui in bello murum aſcenderit, occidatur, niſi is qui defendendæ vrbis cauſa id fecerit, fortiterque ſe geſſerit. Vbi ergo fieri non poteſt, vt de omnibus recte leges inſtituantur, de ijs quæ vt plurimum eueniunt, inſtitui conſueuere. Vt plurimum autem malum eſt adulterium committere, & peregrinum in murum aſcendere & depoſitum non reddere, atque huiuſmodi cætera, non tamen ſemper, vt dictum eſt. Atque hinc perſpicuum eſt, æquum & bonum eſſe ius. iuſtum quippe eſt ne moriatur is, qui vel fortiter ſe geſſit, vel tyrannum ſuſtulit. immo melius etiam iure ipſo legitimo eſt, non tamen omni iure ſimpliciter. Appellat autem ius ſimpliciter atque abſolute, quod B ſecundum naturam eſt. nam vbi inquit abſoluteque ac ſimpliciter loquendo peccauit ſimpliciter pro vniuerſaliter ſumitur, hic vero pro naturaliter ac ſecundum naturam. Cum autem naturam hanc eſſe æqui & boni ait, naturam pro ſubſtantia, atque eſſentia ponit; eſſe igitur æqui & boni, quod in neutro genere eſt intelligendum, vnde æquus & bonus vir poſtea denominatur, ea eſſe ait, vt eius quod deficit in lege, correctio ſit, atque emendatio. id quod, ſi affuiſſet legiſlator, legi adiunxiſſet. Quod errent ac peccent leges, id in cauſa eſt, quod non omnia ſecundum legem ſunt, tum quod res ipſæ ſunt indeterminatæ, atque alio modo aliàs ſeſe habent, tum quod non de omnibus leges inſtitui ac ſanciri queūt. nam de ijs quæ alio modo aliàs ſeſe habent, & pro occaſionibus immu- C tantur, leges nullæ conduntur, ſed decreta fieri conſueuerunt, verbi cauſa, quibuſcum ſocietas ac cōfœderatio facienda ſit, quando & quò tranſmigrandum, quando exportanda, & quando minime, ea quæ in regione noſtra naſcuntur; occaſiones enim & vſus ſingula huiuſmodi nobis declarant. quæ cum ſint indeterminata, nulla lege ac regula in vniuerſum comprehendi poſſunt, quippe cum id quod rem alio modo aliàs ſeſe habentem præſcribit ac terminat, indeterminatum etiam ipſum eſſe proque rei natura quam definit, immutari neceſſe ſit. Quòd vero indefinitarum rerum regulæ etiam ipſæ ſint indefinitæ, immutenturque vnà cum rebus, plumbeam normam D leſbiæ ædificationis in argumentum adduxit: non enim ex leuibus, æqualiterque coaptatis lapidibus ædificatio quæ vocatur leſbia, extruebatur, ſed in more erat apud Leſbios, eminentias & concauitates habentes lapides ad ædificia extruenda adhibere, vt norma eis opus eſſet plumbea, quæ pro inæqualitate inflecti, atque ita dirigere inæqualium lapidum ſtructuram poſſet. Sicut igitur norma hæc plumbea ad figuram ædificationis immutabatur, ita decreta pro rerum vſu immutari conſueuerunt.

Quidnam igitur ſit æquum & bonum, & quid ius, & quo iure melius id ſit, perſpicuum iam eſt. Ex quo etiam patet quiſnam æquus & bonus vir ſit: qui enim talia eligit, atq; agit, neque eſt exactus iuris exequutor in peiorem par- E *tem, ſed imminuit potius, etiamſi legem ad id adiutricem habeat: is æquus & bonus eſt: habitusq; ipſe, æquitas, quę quidem iuſtitia quędam, nec diuerſus ab ea habitus eſt.*

Vbi declarauit qd ſit æquitas & bonitas, quis ſit æquus & bonus etiam oſtendit. Qui quis ſit, ex æquitatis ipſius definitione perſpicuum eſſe inquit. eſt enim correctio iuris ęquitas, pręſtantiorq; eſt legitimo iure, quod ex eo peccare conſueuit, quod vniuerſaliter non quod male fuerit inſtitutum, hoc enim eſt melior æquitas, non omni ſimpliciter iure, & naturali. erit igitur etiam æquus & bonus qui talium erit electiuus & actiuus, neq; exactus iuris exequutor in peiorem partem, hoc eſt, qui non omnia quæ in legibus ſunt ſcripta, ſeruare ſtudebit in peiorē partem interpretans. non enim acerbe punire vult mala perpetrata, neque in ſcripto perſiſtit, ſed ſententiam magis legiſlatoris ſectandam cenſet, etiam ſi lex, id eſt ſcriptum ipſi ad hoc, id eſt ad acerbe puniēdū auxiliari, ac fauere videatur.

De iniuria. Cap. XI.

EX his quæ diximus, manifeſtum etiam fit, an fieri poſſit, vt quis iniuria ſe ipſum afficiat, nec ne. Nonnulla enim ſunt iura quæ ad vniuerſam virtutem ſpectantia à legibus ſunt inſtituta: exempli cauſa, lex non iubet ſe ipſum quempiam occidere: quæ autem non iubet, vetat. Præterea cum quis præter legem lædit non referens læſionem, ſponte iniuriam facit: qui autem ſponte facit, is ſciens & quem, & quo modo, facit. at qui ob iram ſe ipſum iugulat, ſponte præter rectam legem id agit, quod lex non permittit: iniuriam igitur facit. ſed cui? ciuitati nimirum, non ſibi: quippe cum ſponte patiatur: nemo vero ſponte iniuria afficiatur. Vnde etiam ipſum ciuitas mulctat: eique qui ſe ipſum necauit, quaſi ciuitatem iniuria affecerit, ignominia quædam irrogatur.

Cum ſuperius de intemperante quæſiuerit, an iniuria afficere ſeipſum poſſit, idque fieri non poſſe oſtenderit, eo quod ab amica ſponte bonis ſuis ſpolietur: nunc in vniuerſum quærit, an ſibi ipſi quiſpiam inferre iniuriam queat. & quia ſicut iuſtitia eſt duplex, altera legitima, quæ omnes virtutes complectitur: altera particularis, ita iniuſtitia & iniuria vniuerſalis altera, altera eſt particularis, vtrarumq; harum mentionem facit: oſtēditq; neque vniuerſali, neq; particulari ſe ipſum afficere iniuria quempiam poſſe. Ac primum de vniuerſali agit: argumentumque in contrarium ſumit, conaturq; probare fieri poſſe, vt quis ſe ipſum lædat præter vniuerſalem iuſtitiam, præterque omne id quod in vnaquaque virtute cōſideratur: in hunc modū inquiēs. non iubet lex vt quiſpiam ſibi ipſi mortem conſciſcat: qui igitur id facit, præter legē facit. at qui præter legem facit, iniuriam facit, qui ergo ſe ipſum occidit, iniuriā facit. ſed qui iniuriam facit, alicui eam facit: efficit igitur vt qui ſe ipſum occiderit & propterea iniuriam fecerit, iniuriam alicui fecerit. ſed cui fecit iniuriā? ſibi ipſi proculdubio. fieri igitur poteſt, vt ſe ipſum quiſpiam iniuria afficiat. nam etiam non inuitus legem violauit, ſed ſponte, neq; ſponte ſolummodo, ſed probe ſciens quoq; quem offenderet, & quo modo: neq; læſionem referens. læſionem autem referre is dicitur qui vlciſci eum conatur, à quo fuerit vel contumelia vel damno aliquo prius laceſſitus. Verum hanc rationis concluſionem ſtatim refellit, cum ſubiungit: ſed cui? ciuitati nimirum eū inquiens qui ſe ipſum interfecit, iniuriam quidem facere, ſed nō ſibi, quippe cū ſpōte ſe ipſum interfecerit. at neminem ſponte iniuria affici ſatis ſuperius demonſtratum eſt. quare ſe ipſum non afficit iniuria, qui ſe occidit, ſed ciuitatem proculdubio, eo quod vel duce, vel milite, vel artifice, vel aliquo huiuſmodi miniſtro ipſam priuat. neceſſe enim eſt vt qui ſe interfecit vel princeps, vel miles vel artifex, vel aliqua alia ciuitatis pars fuerit. quare cum ciuitatem ciue priuet, eam iniuria afficit. Vnde etiam ciuitas vtpote ab huiuſmodi homine offenſa eum mulctare cōſueuit. ſed quæ animaduerſio & mulcta in eum eſſe poteſt qui ſe necauit, & non amplius viuit? ea ſcilicet, vt ſepultura ciuium indignus habeatur, aliquaque alia huiuſmodi contumelia afficiatur, quæ mortuis inferri poteſt.

Adde quod neque eo modo poteſt quiſpiam ſe ipſum iniuria afficere, quo iniuſtus ille eſt, qui ſolummodo iniuſte agit, & non omnino eſt prauus: id quod diuerſum ab illo eſt. eſt enim quodam modo iniuſtus ita prauus, vt ignauus: non vt totam in ſe habens prauitatem. Quare neque ſecundum hāc ſibi facit iniuriam quiſpiam: ſimul enim idem inferre, ac detrahi eidem poſſet: quod omnino nequit: ſed ſemper inter plures eſſe ius & iniuriam neceſſe eſt.

Poſteaquàm oſtendit in communi & vniuerſali iuſtitia non poſſe quemquam ſibi ipſi iniuriam facere, ad alteram

A iuſtitiā tranſit, quæ vna eſt & peculiaris virtus, & ei oppoſitam iniuſtitiam, quæ pluris vſurpatio eſt, qua is vt pluris vſurpator illegitimus minime ſit. Solummodo iniuſte agere inquit pluris vſurpatorem: omnino vero prauum appellat eum, qui in vniuerſali & tota iniuſtitia peccat. (id quod diuerſum ab illo eſt) id eſt, hoc quod ex pluris vſurpatione exiſtit iniuſtum, diuerſum ab eo eſt, quod eſt vniuerſale. eſt enim is iniuſtus, id eſt pluris vſurpator prauus eo modo, quo eſt ignauus & timidus. nam ſicut timidus non vniuerſa eſt præditus prauitate, ſed quadam, quæ eſt timiditas & ignauia, fortitudini oppoſitū vitium: ſic pluris vſurpator, non vniuerſam, ſed quandā habet prauitatē. quare neq; ſecundum hāc, particularem ſcilicet iniuſtitiā iniuriam ſibi facit quiſpiam. nam cum iniuſtus vt pluris vſurpator iniquus ſit, quemadmodum demōſtratum eſt, B iniquus vero plus habeat, eſt enim id pluris vſurpatoris proprium, vt plus de bonis ſibi vſurpet, ſi iniuria afficit ſe ipſum quiſpiam hoc iniuſtitiæ genere, ſui ipſius eſſet vſurpator: & vt pluris vſurpator, plus haberet, vt vſurpatus, minus: & id quo priuatus eſt, vtpote iniuriam paſſus, tanquam iniuriam inferens haberet: haberetq; idem ſimul, & non haberet: quod fieri nullo pacto poteſt. Quare efficitur, vt nequaquam ſe ipſum iniuria afficere quiſpiam poſſit.

Nec non ſpontaneum, & ex electione, & prius. nā qui propterea quod paſſus eſt, idem viciſſim facit: is iniuriam facere minime videtur. ipſe autem ſeipſum iiſdem ſimul & afficit, & afficitur. Præterea fieri poſſet vt ſponte quiſpiam iniuria afficeretur.

C Si ille qui iniuria afficitur, inuitus patitur, ipſe autem ſe ipſum quiſpiam non ſponte lædit, iniuria ſe ipſum afficit nemo. quod vero inquit & prius, idem eſt quod ſuperius dixit, quod in ſe lædendi principium habet; & prouocādi. qui enim prouocat, lædereq; incipit, ille iniuria afficit: at qui vlciſcitur & viciſsim facit, iniuriam facere non videtur non enim incipit lædere, ſed læſiones propulſat ac vindicat. ſi igitur nocumenti principium in eo eſſe debet, qui iniuria afficit, & non in eo qui afficitur, aliumque eſſe oportet ac diuerſum eum in quo principium læſionis fuerit, ab eo qui offenditur, fieriq; non poteſt vt à ſeipſo diuerſus ſit quiſpiam: fieri etiā nullo modo poterit, vt quis ſe ipſum iniuria afficiat. Præterea ſi, inquit, iniuria ſe afficit quiſpiam, fieri poſſet, vt ſponte quiſpiam iniuria affice- D retur: ſed ſponte iniuria afficitur nemo. adde quod ſi iniuria afficeret ſe ipſum quiſquam, eadem ſimul pateretur, quę & faceret, ſimulq; plus vſurparet, & vſurparetur, & ecōtrario vſurparetur, & vſurparet: quod abſurdum eſt.

Ad hæc vero ſine particularibus iniuſte factis iniuriam facit nemo. nemo enim vel cum ſua vxore adulterium committit, vel parietem ſuum perfodit, vel ſuas ipſius opes furatur. Ac demum quod iniuria ſe ipſum quiſpiam afficiat, definitione exſoluitur, qua ſponte iniuria affici vnumquemq; conſtitutum eſt.

Si iniuriam facere nihil aliud eſt, quā circa particularia operari, in particularibus proculdubio iniuria cōſiſtet. particulare autē eſt adulteriū, furtū, contumelia, & ſimilia. at E nullus eſt, qui ſuā ipſius vxorē adulteretur, aut ædiū ſuarū parietem perfodiat, aut pallium ſuū furetur. Si igitur fieri non pōt vt ex particularibus iniurijs quāpiā ſibi ipſi quiſpiam inferat, neq; ſeipſum quiſpiam iniuria afficere, vllo modo poterit. Demum, inquit, quæſtio hæc an poſſit ſe ipſum aliquis iniuria afficere definitione iniuriæ particulæ ſoluitur: nā ſi ille iniuria afficitur, qui præter voluntatem ſuam læditur, & præter voluntatē ſuā affici iniuria à ſe ipſo poteſt nemo, nemo iniuria affici à ſe ipſo poteſt.

Perſpicuum autem eſt vtrunque tam iniuria affici quam afficere, eſſe malum: alterū enim eſt minus, alterum amplius habere, quàm ſit mediocre. Quemadmodum in medicina ſalubris, in exercitatoria bonæ habitudinis exceſſus eſt. peius tamē eſt iniuria afficere: quippe cū id cū vitio ſit, & vituperabile

bile:& cum vitio quidẽ vel perfecto,vel abſolute,vel prope.
Non enim omne quod ſpontaneum eſt, eſt cum iniuſtitia, at
iniuria affici ſine vitio & iniuſtitia eſt: iniuria igitur affici
per ſe minus malum eſt. Nihil tamen vetat,quin ex accidẽti
eſſe maius malum poſſit: ſed ars tamen id nihil curat: quippe
quæ inquit lateris dolorem maiorem eſſe morbum quã ceſpi-
tationẽ.licet ex accidenti alterum interdũ euenire queat,vt
ex ceſpitatione aliquis ceciderit, atq; ita ab hoſtibus cap-
tus fuerit, atque interfectus.

Vtraq;,inquit,mala ſunt: iniuria tamen afficere, quam
affici peius eſt.ſed quo modo iniuria affici eſt prauum? eo
quod ſcilicet ab æquo ſeu æquali,& medio excidit. nam ſi
æquum eſt bonum,minus æquo,id quod eſt iniuria affici
malum eſt: non eo tamen modo quo iniuriam facere: id
enim longe peius eſt,quippe cum ex prauitate, & vitio pro
ficiſcatur:vitium vero damnandum ſit,ac vituperandum.
Cum vtraque autem eſſe mala dicat,quo modo id ſit,exẽ-
plis declarat. ſicut enim ſalubre in medicina eſt bonum
quod in mediocritate quorundam conſiſtit, plus vero &
minus quod a mediocritate ipſa excidit, non eſt bonum,
ſimili modo ſicut bona habitudo corporis in exercitato-
ria arte bonum eſt in mediocritate conſiſtens,plus vero &
minus non ita, ſic id quod iuſtum eſt in medio & æquo
poſitum vitia ſua habet per exceſſum & defectum. Peius
tamen, inquit, eſt iniuria afficere quam affici, propterea
quod cum vitio eſt vel ſimpliciter,vel prope,appellans hic
ſimpliciter vitium id, quod eſt cum electione, eo quod
ſpõte fit,prope vero id quod ſine electione efficitur. quod
vero vitium prope hoc appellet ſubiungendo declarat,cũ
inquit,Non enim omne quod ſpontaneum eſt,eſt cum in
iuſtitia)propterea quod ſcilicet neque omne ſpontaneum
eſt cum electione. nam irati homines, vt dictum iam eſt,
ſponte quidem agunt, non tamen cum electione. quod
enim ſponte fit, voluntatis eſt atque aſſenſionis. Cum au-
tem iniuria affici per ſe minus malum ſit, per accidens ta-
men poteſt eſſe maius malum, vt ſiquis iniuria ab aliquo
affectus vlciſcendi cauſa domum eius ſuccendat, ac forte
quadam ventus aliquis vehemẽs exoriatur, vt eo tota vrbs
deflagret incendio. ita enim iniuria affectum eſſe quam
affeciſſe longe peius euadet. Item ſiquis iniuria affectus
tanto dolorem ob eam rem opprimatur, vt ſibi ipſi mor-
tem conſciſcat ſed licet,inquit,maius malum per accidens
ſit interdum iniuria affici, per ſe tamen peius eſt afficere.
nam etiã cõtingere poteſt aliquando, vt ceſpitatio ac pe-
dis offenſio lateris dolore perniciosior ſit.ſed id tamẽ non
ſpectat medicus, ſed aſſerit lateris dolorẽ maiorẽ morbũ,
quàm ceſpitationem eſſe, naturam vtriuſq; conſiderans,
non id quod accidere quandoque cõſueuit. maius autem
malum eſt ceſpitatio quam lateris dolor,ſiquis hoſtes fu-
giens ex offenſione pedis decidat, atque ita capiatur, &
interficiatur.

At vero per translationem & ſimilitudinem eſt ius non
ſibi ad ſe ipſum, ſed ſibi cum quibuſdam ex ſuis: quanquam
non omne ius eſſe huiuſmodi poteſt, ſed herile tantum vel fa
miliare. In his enim rationibus pars animæ noſtræ rationis
particeps ab ea quæ eſt expers,diſtat.ad quæ cum ſpectamus,
eſſe iniuſtitia quadã ad ſe ipſum videtur:quoniã ſcilicet fieri
poteſt, vt in his aliquo modo præter ſuas appetitiones qui-
ſpiam afficiatur.Sicut igitur principi & ſubdito, ita his quo
que inter ſe eſſe ius quoddam videtur. Ac de iuſtitia qui-
dem, cæteriſque moralibus virtutibus in hunc modum de-
finitum ſit.

Cum Plato iuſtitiam in actione partium animæ inter
ſe conſtituiſſet, Ariſtoteles quia ſemel de omni iuſtitia
agere propoſuerat, de hoc etiam iuſtitiæ genere mentio-
nem facit. Ac primum inquit,per translationem dici hu-
iuſmodi ius,id eſt non proprie,deinde omne ius eſſe poſ-
ſe huiuſmodi,vt ad ſuas ipſius partes referatur. non enim
tale eſt ciuile, & quod proprie ius dicitur, id eſt quod in-
A ter eos verſatur, qui ex æquo viciſſim & regunt & regun-
tur, ſed herile, quod non proprie inter iura connumeratur
nullum enim proprium ius eſt ſeruo ad dominum, ſicut
ſuperius demonſtratum eſt. Quam autem rationem ha-
bet ſeruus ad dominum, eandem rationẽ vacans animæ
pars ad eam habet,quæ rationis eſt particeps, ea enim di-
ſtantia eſt harum duarum partium inter ſe, vt altera do-
minetur, altera ſubdita ſit. Hoc autem ius vel familiare,
vel herile eſt, vt inquit, ad hæc ſiquidem ſpectantes alicui
cum quibuſdam ex ſuis vel ius vel iniuriam eſſe dicimus,
ius, quando quod natura in ipſo dominari debet, do-
minatur, quod debet ſubijci, ſubijcitur, atque obedit,
iniuriam vero, quando econtrario ratione vacans,
pars imperat, paret rationalis, & ſubdita eſt, perinde
acſi ſeruus hero dominetur. In incontinente ſiquidem,
& intemperante dominatur irrationalis, rationalis ve-
B ro obtemperat, in continente & temperante contrà
ratio eſt quæ principatum obtinet, pars irrationalis ve-
ro ſubiecta eſt. Inter has partes igitur idem ius erit quod
inter principem & ſubditum eſt. quod autem ius inter
principem & ſubditum ſit, ſæpius iam dictum eſt, ſubdito
inquam obedire, principi quærere ea quæ ſubditis vtilita-
tem afferant & ſalutem.

Finis Quinti Libri.

Quod iuſtitiæ & iniuſtitiæ, & demum virtutis omnis & vitij medius quidam habitus ſit, quem medium habitum appellamus.

C

SI iuſtitia & iniuſtitia diſpoſitiones ſunt,quemadmo-
dum iſti volunt, quæ ἕξεις vocantur, diſpoſitiones
vero minime queũt amoueri, neque ex iniuſto iuſtus,
neque ex iuſto iniuſtus fieri quiſpiam poſſet. at fiunt non-
nulli & iuſti & iniuſti, qui prius non erant, ex aliqua alia
igitur conſtitutione fiunt. Verum vnumquodque quod
fit,vel ex contrario fit,vel ex medio aliquo quod inter con
traria poſitum eſt, iuſtus igitur, vel iniuſtus vnuſquiſque
vel ex contrario fiet,vel ex medio, non fit autẽ ex cõtrario
ex medio igit.eaq; cõſtitutio ex qua & iuſti,& iniuſti ho-
mines efficiuntur,media inter iuſtitiã erit & iniuſtitiam.
atque idem de omni vitio & virtute intelligendum erit.
Si vero dicant vitia minime eſſe diſpoſitiones, neque eiuſ-
D modi,vt amoueri nequeant, ſed nihil vetare, quo minus
ex iniuſtitia in iuſtitiam, & demũ è vitio in virtutem mu-
tentur nonnulli,dicendum eſt, ſi in natura hominum eſſe
vitium aſſerunt,omneſque naſci malos,vitium ſecundum
naturam hominibus eſſe concedendum erit: ſi vero alte-
rum ex contrariis eſt ſecundum naturam, alterum procul
dubio erit præter naturam,atque ita fiet,vt iuſtitia,& vir-
tus demum omnis præter naturã nobis inſit. quod ſi hoc
eſt abſurdum,concedant ſcilicet neceſſe eſt, ſicut iuſtus fit
iniuſtus,ita iniuſtum quoque ex iuſto effici, vt ex quo ha-
bitu in iniuſtitiam facta eſt mutatio, is medius habitus
conſtituatur. At ſi inſtent & dicant pueros,dum capaces
rationis nondum ſunt, neque iuſtos eſſe neque iniuſtos,
vt habitus hos rationalis hominis eſſe perſpicuum ſit.ſi ve-
E ro hi ſunt rationalis,nemini dubiũ eſſe, quin medius quo-
que eiuſmodi ſit, atque idcirco puerum irrationalem ne-
que in virtute,neque in vitio,neque in media aliqua diſpo
ſitione, ſicut neque aliud quippiam ex ratione carentibus
animalibus eſſe conſtitutum, dum vero ad rationem iam
peruenit,ſtatim malum euadere,ſi inquam ita dixerint, ſi
mili modo iniuſtitiam & vitium ſecundum naturam ra-
tionali homini eſſe fatebuntur. ſiquidem puer ſtatim vbi
in rationalem mutatur,in uitium etiam tranſit, idem que
eſt rationalem effici & malum.præter naturam ergo ratio
nali homini eſſe virtutem concedendum erit. Adde quòd
ſi ex vitio omnino ad virtutem mutationes fieri volunt,
illud ſaltem non negabunt, vitium vel mobile eſſe atque
eiuſmodi,

eiuſmodi, vt facile amoueri queat, vel firmum & quod difficulter remoueatur: ſed reſpondeant tandem, ſi mobile eſt, cur ex vitio in virtutẽ facilis minime mutatio ſit? ſi firmũ & quod difficulter remoueatur, cur opus non ſit prius quàm in virtutem mutatio fiat, difficultatem eam & firmitatem à vitio auferre? ſi quidem paulatim diſciplina adhibita, & exercitatione in virtutem immutamur, non repente, neq; ante quam in facilitatem redactũ vitiũ fuerit. At ſi vitij natura & eſſentia in eo conſiſtit, vt ſit firmũ, ac difficile quod remoueatur: vbi eſt mobile ac facile iã effectum, non amplius eſt vitium: ſed necdum tamen virtus eſt: quandoquidem in virtutem ex hoc ipſo habitu mutatio fit. Eſſe igitur hunc medium quendam habitum inter vitium & virtutem concedendum eſt. Præterea pueri quoque etiam ſi nondum ſint rationales, & propterea neque virtutem habeant, neq; vitium, ſimul ac rationales efficiũtur, & vel boni vel mali fiunt, in medio hoc habitu conſtituti ſunt. nõ ſunt enim ita irrationales vt bruta: quippe cũ alterum ſit irrationale quod capax rationis eſt: alterum quod rationem admittere nullo modo poteſt. Nihil igitur abſurdi eſt, ſi medium hũc habitum eiuſmodi irrationalis eſſe dixerimus. nam omnibus in vtrunque contrariorum mutatio eſt: & ita vnumquodque facultate vtrunque eſt extremorum, cum actu tamen neutrum ſit. Eſt enim quędam etiam in puero conſtitutio quidamque habitus, ex quo in vitium & virtutẽ mutatio fit: qui in ijs quæ proprie & vere irrationalia dicuntur, eſſe nullo pacto poteſt.

Quo modo ſi ex contrarijs contraria efficiuntur, & ex iuſtitia iniuſtitia, & ex iniuſtitia iuſtitia non exiſtat: & in cæteris virtutibus & vitijs non eadem ratio ſit.

Nam qui iuſtus euadit, vel ex iniuſtitia mutatur in iuſtitiam, qui contrarius iuſtitiæ habitus eſt, vel ex medio habitu, quem diximus. ea autem quæ è medio immutantur in alterum ex extremis, è medio tanquam contrario immutantur, quod enim medium duorum eſt, vtrorunq; extremorum quodam modo eſt particeps, licet neutrum eorum ſyncere atq; integre habeat. vt cum in alterum ipſorum immutatur, quaſi econtrario altero mutatio illa efficiatur. Præterea ſi omne quod mutatur, dum mutatur, in eo minime eſt, in quod mutatur: vel ſi omne quod in aliquem habitũ immutatur, ex priuatione illius habitus immutatur: priuatio autem habitui illi, in quem mutatio fit, contraria eſt: iuſtitia quoq; & iniuſtitia ex contrarijs efficerentur. ex priuationibus enim fiunt, iuſtum, quando in iuſti: iniuſtum quãdo in iuſti priuatione conſtitutum eſt. Si igitur materia ex qua generatio proprie fit, quæ eſt ſubſtãtiarum ex ſeſe ipſa ſine vlla forma poſſet ſubſiſtere: omnia quæ fiunt, proprie ex materia & priuatione gignerentur, materia inquam vt ſubiecta re, priuatione vt contrario, & non ſubiacente. ſed quia fieri non poteſt. vt ſine forma aliqua ſubſiſtat materia: ratione enim tantum à formis ſeparatur, & cogitatione, eo quòd contraria viciſſim admittat: perſpicuum eſt, eum in formam aliquam immutatur, eam in priuatione illius formæ eſſe conſtitutam, in quam immutatur, atq; ita contrariam quoq; formam habere ei in quam immutatur. in qua enim manere non poteſt dum immutatur, ea contraria eſt. ſuntq; huiuſmodi omnes contrariæ formæ, in quibus eſt atq; eſſe poteſt vnũquodq; quod in priuatione alicuius conſiſtit. Principali igitur ratione generatio proprie ex priuatione fit: deinde vero ex contrarijs etiam formis, in quibus cum ſit materia antequam in contrarium immutetur, non poteſt non ex ipſis immutari in formam, in quam immutatur. Quando igitur habitus fuerint mutabiles, & contrarietates inter ſeſe: tam ex contrarijs formis fit mutatio, quam ex priuatione eius rei in quam mutatio facienda eſt. Quando autẽ ita firmi fuerint, vt difficulter amoueri atq; auelli queant, mutationes in his ex priuationibus & ex medijs fiũt, à quibus quaſi contrarijs formis fieri mutatio cõſueuit. Atq; ea quidem quæ in alteratione, auctione, minutione, & loci tranſlatione fit mutatio, cum ſit etiam ipſa quædam generatio, nõ tamen abſolute & proprie, ex cõtrarijs efficitur. nam quæ in ſubſtãtia fit, nullo modo ex contrarijs, ſed ex contradictoria oppoſitione tantum fit: alioqui enim ſubſtantiæ aliquid eſſet contrarium.

Hominem cauſam virtutum eſſe, & non econtrario.

Si in ijs quæ natura fiunt, aliquid eſt cuius cauſa res ipſæ gignuntur, & id cuius cauſa fiunt aliqua, finis eorum eſt, ſequitur, vt in ijs quæ natura fiunt, finis aliquis ſit. finis autem illis quorum eſt finis, præſtantior eſt, quare fines etiã eorum quæ natura fiunt, præſtantiores illis ipſis ſunt, quæ cauſa ipſorum gignuntur. at homo eſt quoq; vnum ex ijs quæ natura gignũtur, quare finis etiam quidam eius erit: atque is præſtantior eo ipſo, qui eius cauſa fit. finis autem hominis eſt, vt probus efficiatur, virtuteque præditus: huius enim cauſa genitus homo eſt. at probum effici nihil aliud eſt, niſi hominis virtutes conſequi, quas adipiſci, niſi prius genitus fuerit, poteſt nemo, quippe cum homo virtutum poſſeſſionis, non virtutes hominis cauſa ſint. vnde melior longe eſt homo præditus virtutibus, quàm qui iiſdem caret. non enim ipſas nos poſſidemus, vt villam, vt domum, vt mancipium, ſed vniuſcuiuſq; virtutibus generatio in poſſeſſione conſiſtit, ipſarumque eſſentia in hoc ipſo conſtituta eſt. poſſeſſio autem ipſarum finis noſter eſt. ipſæ igitur etiã virtutes finis noſter ſunt, vt pote cum earum cauſa ſimus procreati. Præſtantiores ergo nobis virtutes ſunt, propterea quòd finis noſter in ipſarum præſentia & poſſeſſione collocatus eſt.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER SEXTVS,

CVM EVSTRATII NICAENI *Epiſcopi explanatione.*

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

BONA tibi omnia contingant pia Dei cultrix, literarũ ſtudioſa, bonarum, honeſtarumque rerum amatrix regina. nam tu cum animã & corpus inter ſe comparaueris, differentiamq; horum optime perſpexeris, potiori parti, atque excellentiori adhæſiſti, eamque neglecta inferiore ornare ſumma ope tibi euitendum eſſe duxiſti. propterea enim effectum eſt, vt liberales artes & ſcientias & virtutes quibus animæ pulchritudo ac nitor comparari conſueuit, ſemper magni feceris atque excolueris, pigmenta vero quibus aliæ illini ſolent, torques, & monilia, indumentorumque precioſam ſupellectiſem, & ſiqua alia uitiandæ naturalis formæ ac coloris commenta à mulieribus fuerunt introducta, ea omnia nõ modo contempſeris, ſed pudenda etiam eſſe iudicaris, atque ita animæ pulchritudinem & primam & ſolam affectaris, diuini illius nitoris cupida, ad cuius ſimilitudinem humana anima à principio à Deo creata extiterat. Inde ſane eſt, quòd quid ad id quod cupis conſequendum tibi ſit collaturum, ſemper inquiris, ſemperque obſeruas, quis tibi non margaritam, non lapillum precioſum, non aureũ, aut argenteum varia arte fabre factum vaſculum, non nitidas, aut ſumptuoſas, aut ſenſum oblectantes veſtes, ſed orationes eiuſmodi afferat, quæ iuuare animum tuũ poſſint: quæ uel mendacium refellant, & ueritatem confirment, uel de uirtute & uitio artem quandam tradant, doceantque, quàm pulchra uirtus ſit, atque expetenda, quoque modo in animis hominum natura comparari queat, quàm turpe item vitium ſit, quàm damnoſum & fugiendum, & qua ratione euitari ab hominibus poſſit. Quocirca cum etiam de nobis bonam quandam opinionem concepiſſes, è nobis quoque ad hoc utilitatem aliquam tibi elicere tentaſti. nos vero non ſumus eiuſmodi, vt admodum multa ſciamus, ſed imbecilles, tum ſenectute & morbis oppreſſi, tum mentis anguſtia præditi, ut nihil elegãs edere, ac ſtudio dignum valeamus. Cum tamen tu ſuperiori tempore quæſiuiſſes, immo etiam flagitaſſes, ut in primum Nicomachiorum moralium Ariſtotelis librum explanationem conſcriberemus, id iuſſui tuo obtemperantes pro viribus fuimus exequuti, ſperabamuſque fore, ut tu perſpecta ſemel noſtra imbecillitate, paruaque eruditione non amplius tale quippiam nobis eſſes impoſitura. ſed vt videris, tanto diſciplinarum ſtudio atque amore incenſa es, ut parua etiam, paruaque æſtimatione digna magnifacienda eſſe opineris. Quocirca nos quoque tuo huic incredibili literarum deſiderio obſequentes quicquid Deus ſuggeſſerit, in medium conferre non recuſabimus. Nam cum Sexti Libri quoque expoſitionem à nobis requiſiueris, eam, quantum uires noſtræ praſtare potuerint, Dei auxilio præcipue freti aggrediemur, rẽq; ipſam iã auſpicabimur, ſi prius ſcopũ ac propoſitũ Libri explicauerimus.

A Cum propoſuiſſet Ariſtoteles in hoc moralium Nicomachiorum libro de uirtutibus omnibus docere, ſtatim à principio de felicitate humana diſputationem inſtituit, de eaque in toto primo libro egit, finem eſſe hominis actionem & operationem aſſirmans. ſed quia diuerſę in homine ſunt animæ facultates, rationaſes & irrationaſes, atque ex irrationalibus virtutes actiuæ exiſtunt: nonnullæ enim ſunt ita irrationaſes facuſtates, vt rationi tamẽ ſint obtemperantes, atque ob id rationales appellari etiam ipſæ quodam modo poſſint: propterea quod eam habẽt naturam

B vt ratione modificari, operarique ſecundum eius præcepta valeant: rationiſque ita capaces efficiantur, dum per eas ratio virtutum actiuarum exequutionem abſoluit: ex ratione autem ſola abſque vllo irrationalis facultatis alicuius commercio virtutes aliæ contemplatiuæ eluceſcunt, cum per ſeſe ea operando perfectionem in contemplatione adipiſcitur ſuam: in quatuor præcedentibus libris qui poſt primum ſubſequuntur, de virtutibus actiuis tractauit. vbi ſimul de iracundia & cupiditate nonnulla egit, animæ videlicet facultatibus, quas cum brutis habemus communes, licet in illis non ita ut in nobis rationi

C ſint obedientes, docuitq; quo modo rationis imperio ad mediocritatem redigantur hi affectus, qui ex ſe bonum ipſum conſequi nullo modo queunt: ſed rationis moderamine oĩo indigent, quę præſideat ipſis, ac dominetur. Nũc vero in hoc ſexto libro de intellectiuis uirtutibus, ſeu contemplatiuis eſt diſputaturus: quaſi abſurdũ eſſe iudicarit, ſi cum eas uirtutes cognouerimus, quæ ex ratione alijs inferioribus facultatibus cõiũcta exiſtunt, eas ignoremus quas ipſa ex ſe ratio efficit, perinde ac ſi ſola rõ ex ſe bonũ ipſũ appetere minime poſſit, præſertim cum in irrationalibus & ipſum conſequatur: id quod finis rebus oĩbus eſt, quæ

D vel cuiuſcunque notæ eſſentiam fuerunt ſortitæ. Nam qui inquit ſatis eſſe homini ad perfectionem cõſequendam, ſi tantummodo in actionibus bene ſe geſſerit, is nõ uidet ſe rationem facultatibus irrationalibus inferiorem eſſe dicere. ſi.n. rationis perfectio in eo ſolũ cõſiſtit, ꝙ cum alijs recte agit, non ſeparatim ex ſe, ex illis bonum ſuum & per illas habebit, vt vel nulla oĩno ſit, ſi ab illis ſeparetur, quãquidẽ nulla propria boni appetitione prędita eſt, vel ſi ſit, ineſficax oĩno, ac uana eſſe cõcedatur bono ſuo fruſtrata, quæ vtraq; abſurda admodum ſunt. neceſſe igitur eſt, ut & rõnis

E per ſeſe abſq; aliis facuſtatibus virtutes quædã exiſtant: & eas homo quot & quę & quales ſint, optime cognoſcat, ſtudeatq; ex vtriſq; ſuam conſequi perfectionẽ, ex actione inquã, & contẽplatione, vt illa quaſi fundamentũ iacta ſupponatur ac ſulciat, hæc tãquã tectũ impoſita abſolutã perfectionẽ ædificio afferat. actio.n. idipſum ut ſit, ex cõtẽplatione cõſequitur, non ſecus ac fundamenta ex tecto. nam quẽadmodũ domus ipſa eſt, ut ambientis aeris nocumenta euitemus: reliqua vero oĩa quæ ſupponuntur, ad id ſubſtruunt, & ſuſtinẽt tecti cauſa facta ſunt ſubiecta, ita actiua

ua uirtus non alia de cauſa exiſtit, quã vt affectus noſtri ſopiantur, quo ratio ab ipſorũ perturbatione libera proprio ſuo fungi officio ſine vllo impedimẽto poſſit. Præterea irrationales facultates vel peiores ſunt ratione, vel potiores. potiores eas eſſe dicere abſurdũ atq; à rõne alienũ eſt, eſſẽt .n. & rõnis expertia aĩalia rõne p̃ditis meliora, quippe cũ quãtũ ad has facultates attinet, longe efficaciora rationalibus ſint, magis .n. & ad iram & ad cupiditates procliuia pleraque eſſe cernuntur. ſi autem ratio eſt potior, qui fieri poteſt, vt potioris uirtus & perfectio melior etiam ipſa non ſit? nam quorum ſubſtantiæ ſunt præſtantiores, eorum quoque perfectiones præſtantiores proculdubio ſint neceſſe eſt. & econtrario, quorum perfectiones ſunt inferiores, eorum etiam ſubſtantias eſt inferiores nemini dubium eſt. Sed ad eiuſdem huius rei confirmationem cum multa alia tum ipſam rerum naturam ipſamque operationem habere aliquis poſſet. Propterea igitur Ariſtoteles cum prius de virtutibus actiuis diſſeruerit, ac quaſi fundamentum iecerit, ad contemplatiuarum tractationem tranſit, quaſi tectum ipſum ac faſtigium fundamento impoſiturus. Atque hæc de fine ac ſcopo ita dicta ſint. nunc ad ipſa Ariſtotelis verba explananda veniamus. neque id ſine opis diuinæ imploratione, quo aſſequi auctoris ſniam, atque explicare recte poſſimus.

De recta ratione, duplici uirtute, & partibus animæ. Cap. I.

Voniam prius diximus & medium eſſe eligendum non exceſſum neque defectum, & medium eſſe ſicut ratio recta præſcribit, hoc iam diſtinguamus.

De uirtutibus actiuis in ſuperioribus libris agens Ariſtoteles earum vnamquanque mediocritatem eſſe ſtatuit. mediocritas autem moderatio quędam ac modificatio eſt, quæ neque excedit in actionibus & affectibus, neque deficit, quippe cum circa affectus & actiones actiuæ omnes uirtutes uerſentur, ſingulis recta ratione modum pręſcribente. recta uero ratio ea eſt quæ nunquam errat, nunquamque peruertitur, de huius nunc intellectione docere proponit. quod enim ita prius dictum eſt, confuſionem quodam modo in ſe habere quandam uidebatur. At vero affectus ſunt ira & cupiditas, vtræque animæ appetitiones rationis expertes, quibus cum appetit aliquid, moueri anima conſueuit. ira ſua quadam innata ſuperbia & elatione incitari ſolet, ut uel gloriam conſequatur, uel eum vlciſcatur & uindicet, qui dolorem intulerit. cupiditas ſua auiditate, ut uel aliquo potiatur quod iucundum ſit & ſuauitatem ſenſibus afferat, uel aliquid quod homines poſsidere conſueuerunt, acquirat & comparet: ſed quia vtræque hæ animæ facultates carent ratione, irrationali quodam modo ab affectu primum incitatæ & operantur & afficiuntur, ut in utriſque dum operantur ſcilicet & afficiuntur moderatione quadam indigeant, quam cum ex ſeſe inuenire nullo modo queant, à recta ratione adipiſcuntur. recta enim ratio eſt quæ eas moderatur, ita ut cum modo & afficiantur, & actiones operationesque ſuas proferant. Atque in hoc uirtutum eſſentia ipſa conſiſtit, mediocrisque ac moderata & affectio, & operatio dicitur, cum homo habitum mediocritatis harum facultatum fuerit conſequutus. Veruntamen quoniam dilucidiitate maiore indigere hoc uidetur, age adhuc clarius rem ipſam explicemus. Rationalis, iraſcibilis, concupiſcibilis animæ humanæ ita partes dicuntur, vt rationalis propria eius vtpote rationem in ſe habentis ſit, reliquæ duæ annexæ atque adiunctæ, quippe cum illa, licet ratione ex ſe prædita ſit, poſtea irrationalem uitam & ſenſiuam nihilo minus etiam annexam habeat, iracundia enim & cupiditas, communes etiam cum brutis animantibus, & propterea irrationales ſunt. Ratio autem ſoli rationali animæ ineſt, quippe quæ facultas eſt irrationalium partium ac facultatum præſes ac domina, ut propterea communis ceteris eſſe nullo pacto poſsit. Cum autem dicimus rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem eo modo dicimus, ut intelligamus ad id unamquanque

A facultatem natura eſſe aptam. Appetitiuæ item facultates appellantur iraſcibilis & concupiſcibilis non quòd iraſcãtur iam, aut cupiant, ſed quia ita uel affici vel operari conſueuerunt. nam quando appetitiua ipſa uis ab appetibili re iã fuerit mota, motio quę intercedit inter id quod mouet & quod mouetur, aut affectio aut operatio dicitur id quod ex definitionibus ipſarum patere etiam poteſt. Ira enim ſanguinis feruor circa cor eſſe definitur ex mutuæ offenſionis appetitione excitatus. nam licet ſemper ſanguis circa cor ſit, in quo iraſcendi uis inſita eſt, quæ etiam iraſcibilis appellatur, non ſemper tamen feruet, neque ſemper ulciſci ac mutuo offendere appetit, ſed tũc ſolummodo cum in huiuſce rei occaſionem inciderit. ſimili modo quoque cupiendi uis, quæ appetitio eſt fruendæ uoluptatis, ſeu illius quod deeſt, cupiditas, ſeu fruitionis uoluptatũ deſiderium, ſeu dolor qui ex cupitæ rei

B abſentia prouenit, non ſemper in operatione ipſa conſideratur. quippe cum non ſemper animal vel frui uoluptate appetat, uel ob ſuauitatis abſentiam doleat, uel quopiam tali modo afficiatur, ſed cum aut præſentis iucunditatis ſenſum percepit, aut ſibi eam imaginatione ita expreſſerit, ut ad ipſam quaſi adſit, moueatur, atque incitetur. Quare iraſcibilis & concupiſcibilis & in uniuerſum appetitiua, atque affectuoſa animæ uis ex facultate & poteſtate ita dicitur. Ira uero, & cupiditas, & appetitio, & affectus, cum iam iraſcitur animal, aut cupit, aut appetit, aut afficitur, nominaque hęc affectiones ipſas ſignificant quarum operationes, cum rationalem etiam ſimul operantem habent, ſiue ſuperet, ſiue ſuperetur, actiones &

C ſunt, & dicuntur. cum ſuperat quidem rationalis, moderaturque reliquas ſicut oportet, ratio recta appellatur & recta exequutio operum fit, cum ſuperatur ſuccumbitque alijs, ratio peruertitur, & errores, peccataque exiſtunt. rationalis igitur cum habitum iam ſuperantis dominantiſque acquiſiuit, uirtutes ipſas efficit atque exequitur, modumque ſemper & affectibus & actionibus imponit, ut modum nactæ ab ea & affectiones & actiones in mediocritate conſiſtant. modum etenim ac menſuram ipſis rationalis præſidentia ac dominium præſtat, atque hac de cauſa fit, ut uirtutes circa affectus atque actiones uerſari dicantur, quippe quæ habitus ſint & rationalis facultatis, quæ etiam mens actiua appellatur, & affe-

D ctuoſarum, iraſcibilis ſcilicet & concupiſcibilis, cum uidelicet illa irrationalibus incitationibus, atque appetitionibus multa attentione adhibita multoque ſtudio, ac renitentia dominari aſſueuit, eaque aſſuetudine eas cohibet ac moderatur, illæ uero cohibentur, ac ſuperiori potiorique facultati cedunt atque obediunt. His ita dupliciter diſtinctis ex utrarunque tractatione perſpicuum iam eſſe arbitror, quo modo circa affectus & actiones uerſari uirtutes dicantur. Quamobrem ad uerba ipſa Ariſtotelis ſuperius poſita iam redeamus. Inquit igitur prius diximus in mediocritate actionum & affectuum virtutes conſiſtere. affectus autem ſunt iraſcibilis & concupiſcibilis facultatis animæ appetitiones & incitationes. actiones vero ſunt quæ ex his cum electione pro-

E deunt operationes, iraſcibili ad uindictam, concupiſcibili ad fruitionem incitata. quarum ſanè motiones moderatas eſſe oportet, ſi uirtus debet exiſtere. at moderatio inter moderans eſt & moderatum. moderans eſt ratio animæ, quæ ratiocinatrix & ratiocinatio, & mens actiua appellatur. ratiocinatio, ideſt græce λογισμὸς, quaſi dicas rationatio, quia λογίζει, id eſt rationat, vt ita dicam, ideſt rationales reddit ex participatione ſui reliquas ratione expertes animæ partes iraſcibilem & concupiſcibilem, quæ in homine ea ſunt natura, ut rationi effici obedientes poſsint, quia etiam ratiocinatur & inquirit & iudicat, quo modo affectuoſarum facultatum uti incitationibus debeat. mens actiua uero dicitur ſeu intellectus, quia cum rationalis ſit & intellectualis facultas, ubi affectuoſas facultates aſſum-

plerit

pſe-it ac tractauerit, actiones ipſas efficit, quippe cum actiones nihil aliud ſint quam cũ electione rationis operationes. Rationalis igitur hæc eſt moderans: moderatum uero affectuum motio atque operatio eſt. ueruntamen rectam eſſe rationem oportet, ut ea recte moderando, ſuæque rectitudini applicãdo affectus & actiones medium inuenire, & mediocre, & bonum & declinare ab iis quę in alterutram partem aberrant, ideſt exceſſu & defectu poſſit. Sed quo modo ratio in homine eſſe ita recta poterit, vt modum affectibus, & actionibus afferat? ſi videlicet homo primum bonum ipſum appetiuerit, immoderatasque affectuum incitationes abhorruerit, deſideraueritque moderate, & vt oportet, operari obediendo rationi, deinde multos labores ſubire non recuſauerit, ſtudioque non mediocri negociis uitæ adhibito multa experientia cognouerit, vbi & quando, & quo modo fruſtrationes & exequutiones in affectibus & virtutibus exiſtant. ita enim demum fiet, vt prudens effectus rectam habeat rationem, quæ ſingula recte metiri ac moderari queat: vt neque exceſſus latere neque defectus ipſum poſſit. quibus vtriſque euitatis in medio ipſo ac moderato firmiter conſiſtit. Quod uero inquit, hoc iam diſtinguamus, dupliciter intelligi poteſt, uel enim ſe diſtincturum eſſe inquit, quo modo recta ratio dictet ac præſcribat, vel quo modo recta ipſa ratio ſit. nam recta ratio tam in actionibus eſt quam in ſpeculationibus. bonum enim in actionibus inuenit, atque eſſe id expetendum docet quod medium eſt ac moderatum in contemplationibus autem uerum ratiocinando colligit, habetque ipſum in ſe, aliiſque exhibet ac ſuppeditat: vel diſtinguamus, ideſt ſubtilius ac planius diuidamus, quippe cum ea quæ ſuperius de recta ratione dixit, paulo confuſius dicta fuiſſe videantur. nunc enim rationem quæ in anima eſt, in rationalem diuidet ac contemplatiuam, atque hanc rurſus in ſubditas ſibi ſpecies, ac da ſingulis ſuo loco ſigillatim docebit.

In omnibus enim antedictis habitibus, quemadmodum in aliis, eſt quidam ſcopus ac finis, in quem reſpiciens is qui habet rationem, intendit, ac remittit. eſtque quidam mediocritatum terminus, quas inter exceſſum & defectum eſſe dicimus, cum ſecundum rectam rationem exiſterint.

Antedictos habitus eos inquit, de quibus iam docuit, quæ uirtutes actiuæ ſunt, tam quatuor illæ quæ generales appellantur, quam cætera quæ ſub ipſis ut ſpecies ſubiiciuntur. Inquit igitur in omnibus his ſcopum eſſe quendam cum aliquis ſecundum ipſis operatur. is autem eſt qui habet rationem, at qui habet rationem eſt homo, qui cum rationalis ſit, & ratione ipſa quaſi modo ac regula in actionibus utatur, ſi motio quæ ex affectu incitatur, ulla fuerit ab eo quod fieri debet, deficere, intendit remittit, ſi excedat. Exempli cauſa ſiquis ulciſci velit eũ qui peccauerit, ſcopum habebit ut moderate vltionem faciat, neque iracundię impetum ſequetur, ſi ſupra modum incitetur, neq; non irritabit, ſi lentior eſſe videat, ſed vtrinque exceſſu & defectu euitato in medio conſiſtet, moderatamque caſtigationem peccanti adhibebit. Idem in cupiditate fiet, nam ſiquis vel cibum vel potum appetiuerit, neque indulgebit prorſus is qui moralis eſt vir & ex ratione operatur cupiditatis incitationi, neque eam prorſus reiiciet, ſed rationis modo adhibito in medio appetitionem ſtatuet, & comedet quidem, ſed quando, & vbi, & q̃tum, & quod, & quo modo oportet, & quæcunque alia in his obſeruari debent. In his etiam gentium & ciuitatum leges & inſtituta quaſi moderamina etiam ipſa & regulæ affectuum & actionum ſunt. Cum uero inquit, quemadmodum in aliis, id intelligere videtur, non ſolum in uirtutum habitibus, ſed in artibus quoque & ſcientiis exceſſum & defectum à nobis eſſe euitandum, ſi perfectum finem conſequi uolumus. Nam & ædificator & faber & ſtatuarius nihil aliud ſtudet, quam modum in omnibus ſeruare

A in multitudine & magnitudine ac cæteris quibuſcunque licet, dum uel naturam imitatur, uel ad vſum vtilitatemque fabricæ ſpectat. nihilo minus in ſcientiis quoq; idem fit, muſicus enim in unoquoque modo pro ſingulorum ratione congruitatem conatur obſeruare, verbi cauſa aliam in Dorio, aliam in Phrygio, in Lydio item aliam, atque in cæteris ſimiliter, & in hoc aliam chordam remittet, aliam intendet, in illo aliam, vt percuſſæ fides modulo accommodatum ſonum ac concentum graui & acuto apte contemperatum edant. Cæterum ſi etiam moderationem in ſcientiis eſſe verum ac certum volueris interpretari, id minime ab re erit, quippe cum ſcientiis nihil conuenientius, magiſque propoſitum ſit quam uerum per cauB ſam rei perſcrutari ac cognoſcere. Cum autem tria ſint, circa quæ animalium facultatum operationes verſantur, exceſſus, defectus & quę inter hos conſtitutæ ſunt mediocritates, mediocritates ſolas ſecundum rectam rationem inquit exiſtere. licet enim extremitates quoque ipſę à ratione recta iudicentur, non ut accommodata atque expetenda iudicantur, ſed ut res tantummodo quæ venire in cognitionem eius poſſunt. alioqui enim præter ipſam ſunt, atque extra ipſam, ſicut etiam omne extra modum eſt, quod eſt immoderatum.

Ac ſi ita dicamus, verum quidem eſt, non tamen perſpicuum. quippe cum in omnibus aliis ſtudiis circa quæ eſt ſcientia, verum ſit dicere, neque amplius neque minus eſſe elabo- C *randum, neque ociandum, ſed mediocriter, atque ut recta ratio preſcribit. nam qui ſolum hoc habet nihil amplius cognoſcet, verbi cauſa qualia corpori exhibenda ſint: ſiquis dixerit, ea ut iubet medicina, & ſicut is qui ea eſt praeditus, ſtatuit.*

Quoniam dixerat quid eſſet recta ratio, ea uidelicet qua cum præditus eſt homo, atque utitur, operationes, affectuumque incitationes moderatur, mediumque inuenit, idque exceſſibus & defectibus vtrinque adiacentibus repudiatis conſequitur, atque ita demum habitus uirtutum ſibi comparat, & quia confuſa aliquantulum eſſe videbatur huiuſmodi oratio, quippe quæ nondum planum faciebat, vel quæ eſſet recta ratio, vel quo pacto ea D tanquam menſura ac modo uti deberemus, ut ad ſcopum quendam operationes noſtras dirigentes medium poſſemus inuenire, opusque erat diuiſione aliqua ac diſtinctione, quæ rem clariorem redderet, idcirco inquit, ſi ita dicamus, quemadmodum diximus, verum quidem eſt, non tamen clarum ac perſpicuum, propterea quòd in aliis quoque ſtudiis circa quæ artifex aliqua, aut ſcientiæ effectrix ratio uerſatur, verum eſt, ſi dicamus neque laborandum, neque à labore deſiſtendum magis uel minus quam mediocritas poſtulet, ſed vbi primum operationẽ inceperimus uſque ad medium ita progrediendum nobis eſſe, vt neque deficiamus ulla ex parte, neque ulterius quippiam adiugamus. nam quia commune hoc eſt ſtudiis omE nibus tam quæ actione, quam quæ mente ac cogitatione ſola pertractantur, confuſa res ex communitate hac atque obſcura euadit, quippe cum nullius ſtudii proprium medium propriaque mediocritas ex hac oratione agnoſcatur. Quapropter oportet, ut orationem hanc paulo generalius dictam eſſe intelligamus, diuidenteſque ac diſtinguentes per ſingula ſtudia quis ſit proprius vniuſcuiuſq; modus, propriaq; mediocritas, inueſtigemus, ad quam tã quam ad ſcopum diligentiam omnem atq; operam intendamus. Quoniã vero multi affectus ſunt ac multi morbi qui hominibus contingunt, quorum nonnulli corpora præter naturam efficiunt, nonnulli etiam ipſas animas attingunt, adeo ut facultates ipſarum interdum offendant ac lædant, atque hi ita euidentes ſunt, ut vel ipſis ſenſibus pateant, propterea è medicina ſumptũ exemplũ adducit, quo planum faciat, nõ eſſe ſatis, ſi cõiter aliquid tradiderimus, niſi ẽt ſpeciatim per ſingula ſtudia ea quæ dicuntur, partiti fuerimus, vt hoc mõ oratio unicuiq; rei accomo

A data clarior efficiatur. id quod ipſe etiam hic in actiuis virtutibus faciet, dum rectam rationem, & medium aſsignabit. Studium autem ideſt ἐπιμέλειαν hic uocat quandam quaſi curam, & diligentiam, qua in ſtatum ſecundum naturam vnaquæque res reſtituitur, conſentaneo nomine ad medicinæ exemplum uſus. nam ſiquis interrogaret, qualia debeamus corpori exhibere, ut uel præſentem ſanitatem conſeruemus, uel abſentem renocemus reſponderet aliquis, illa quæ medicina ipſa præſcriberet, atque eo modo ut medicus, qui arte eſſe præditus, iuberet verbi cauſa, ſiquis dicat quo modo miſcere ea opportune, quo modo tempus anni, regionem, ætatem obſeruare, atque alia huiuſmodi debeamus, non ſatis idoneam rationem ad ſanitatem corporibus is aſſeret. communis B enim omnibus eſt atque indiſtincta: quippe cum variæ ſint ac multi formes curationes, ſubiectarumque rerum in quibus ſingula ſtudia exercentur, varia ſit ac multiplex differentia, aliaque ſint atque alia in vnaquaq; re vitia atque eiuſmodi, quæ ad id quod bonum eſt, ac ſecundum naturam, conſequendum conducant, vt in ſingulis accommodata unicuique rei diligentia ac cura opus ſit.

Iccirco oportet etiam circa animi habitus non ſolum vere hoc dictum eſſe, ſed etiam determinatum, quænam ſit recta ratio, quæque eius finitio ſit.

Licet verum, inquit, ſit quod ita in uniuerſum dicitur ſicut tamen in exemplo medicinæ patuit, ſatis non eſſe ſiquis uniuerſaliter rem ita cognoſcat, ut operari ſecundum medicinæ artem poſsit, ſic neque in animi habiti- C bus ſufficit, ut uerum hoc quod dicitur, eſſe cognoſcamus, ideſt neque magis neque minus eſſe elaborandum neque ociandum, ideſt quieſcendum, ac remittendam intentionem eſſe, ſed mediocriter, atque ut recta ratio præſcribit, ſed inſuper neceſſe eſt diſtinguere, quænam ſit recta ratio, quæque eius finitio ſit. hoc autem duobus modis intelligi poteſt. vel enim idem eſt per diuerſa, cum inquit, quæ nam ſit recta ratio, cognoſcendum eſſe, & quæ rectæ rationis finitio, uel prius de recta ratione eiuſque definitione, ſecundum de medio intelligendum eſt, qui ſcopus eſt à recta ratione comprehenſus ac definitus. atque hoc fortaſſe uidetur eſſe aptius: quippe cum debeamus utrunque in animæ habitibus tam quid ſit recta ratio, quam quid ſit medium, cognoſcere. nam D etiam ſcopus finitio quædam ac terminus eſt, quem ὅρον hic dicit, qui inſpicientis in ſe finit intuitum ac terminat.

Cum igitur virtutes animi diuideremus, alias morũ, alias mentis eſſe diximus. Ac de moralibus quidem iam diſſeruimus, de reliquis nunc dicamus, ſi prius tamen de anima nonnulla expoſuerimus.

Priuſquam verba hæc Ariſtotelis explanemus, neceſſe eſt ut de diſpoſitione qua in hoc ſexto libro vtitur Ariſtoteles aliquid dicamus. Quia in ſuperioribus libris ſatis de actiuis uirtutibus egiſſe videbatur, propoſuerat in hoc de intellectiuis docere, vt integra ac perfecta de uirtuti- E bus tractatio euaderet, nulla re omiſſa quæ ad uirtutes pertinere uideretur. Quoniam vero cum de actiuis ageret, in ſuperioribus, ſæpe incidit, ut rectæ rationis mentionem faceret, cum diceret ſecundum ipſam & ab ipſa recte perfici actiones, neque notum erat, quænam eſſet hęc recta ratio, quo ue modo ſecundum ipſam actiones dirigerentur, ab ipſaque perficerentur, quo itẽ pacto ipſa in animis hominum ſoleret comparari, neceſſario effectum eſt, ut de recta ratione hic diſſerere propoſuerit, atque iccirco de prudentia doceat, quæ ipſa recta ratio eſt. Quia vero prudentia intellectiua uirtus eſt, quę alios quoque animi habitus ſibi cognatos habet, de eis etiam conſentanee agit. hi autem, ut generalius ita dicamus, quatuor ſunt, ars, ſcientia, ſapientia, intellectus. Primũ tamen de recta ratione ac prudentia diſſe-

A rit eo quòd de ea ſępe mentionem fecit, ubi de actiuis virtutibus pertractauit, cum & eam rectam rationem appellarit, & prudentem uirum ſecundum eam operari atque agere dixerit. Vt igitur & ea quę dicuntur, continuata ſerie inter ſeſe cohęreant, & nos non diutius rectę rationis intelligentiam deſideremus, cuius ſuperius ſępe mentionem fecerat, primum de ipſa, deinde de reliquis intellectiuis habitibus agit ac docet, conuenienti omnibus ordine ubique ſeruato. Adde quòd quia prudentia media inter actiuos & intellectiuos habitus eſt, & modo ratio ſeu rationalis pars, quia in mente & ex mente quæ διάνοια dicitur, exiſtit, modo quia in agendis rebus verſatur, ratiocinaturque de uirtutibus, intellectus actiuus appellatur, opus erat, vt huiuſce uirtutis tractatio media inter contempla- B tiuos & actiuos habitus collocaretur. Atq; hęc de ordine ac diſpoſitione qua ab actiuis ad intellectiuas tranſiens uſus eſt Ariſtoteles, dicta ſufficiant. nunc ad verba ipſius redeamus de ipſiſque aliquid quod ad rem faciat, dei auxilio freti dicamus. Cum uelit igitur Ariſtoteles de recta ratione iam docere, diuiſioneque ad eam inueniendam accommodata vti, rurſus redit ad ea quę prius in primo iam dixerat, ubi animi uirtutes in morales diſtinxerat & intellectiuas, & quia de moralibus ſatis ſuperius dictum fuit, illis ſepoſitis in pręſentia de reliquis nunc docere proponit, hoc eſt de intellectiuis, inter quas etiam prudentiã reponit, propterea quòd ratio quędam etiam ipſa eſt, & mens quę de agendis ratiocinatur, & quod uere expetendum eſt, inuenit, modumque quo id inueniri queat, præ- C ſcribit. Quoniam vero de anima quoque in ſecundo ea diſſeruerat, quę ſatis eſſe ad uirtutes ipſius conſiderandas uidebantur, nunc breuiter eadem repetit. illic enim animã diuiſerat in partem ratione pręditam, & expertem rationis. hic igitur irrationali parte omiſſa eo quòd de ea uirtutibusque quę circa eam exiſtunt, ſuperioribus in libris ſatis egerit, alterius quę rationis eſt capax ſubdiuiſionem ponit, ita inquiens.

Superius enim duas eſſe animæ partes dictum eſt, alterã rationis capacem, alteram expertem. nunc vero eodem modo rationis capax diuidenda eſt. Statuanturque duæ eſſe ratione præditæ partes: vna, qua eiuſmodi res contemplamur, quarum principia aliter ſeſe habere non poſſunt: altera, qua D *ea conſideramus, quæ eſſe aliter poſſunt.*

In prioribus etiam libris dixit philoſophus rationale in homine ſumi dupliciter poſſe, ut intelligamus partim id eſſe, quod habet rationem, eaque utitur, partim quod non habet quidem in ſe rationem ac propterea ea minime uti poteſt, ſed rationi tamen obedit atque obtemperat, qui enim fieri poſſet ut inferius ueteretur ſuperiore? ſed ſuccumbit inferius ſuperiori, ac paret. atque iccirco hoc altero, illud altero modo rationale eſt. Prius igitur de ea parte quæ rationi obtemperat, eiuſque uirtutibus docuit, quæ à ratione præcipiente, ad bonumque & utile inducente perficiuntur, nunc uero ratione præditam partem animæ ſubdiuidit, in duaſque eam ſpecies, ſeu partes diſtribuit. atque ita differentias eſſe diuiſiuas oſtendit pro ſubiecta materia, circa quam tam vna quam altera E pars peculiari quodam modo uerſatur. Nam cum res alię neceſſariæ ſint, aliæ interdum contingant, alteram ex his ſpeciebus ſeu partibus circa neceſſaria, alterã circa ea quæ contingunt, verſari inquit. ſicut enim in animalis diuiſione cum diuerſo modo ſumimus differentias, interdum fit vt pro locorum diuerſationibus ſpecies ipſorum animalium diſtribuamus, alia ex ipſis eſſe terreſtria aſſerentes, alia aquatica, ita quoq; in animę facultatibus ſeu partibus non ab re eſt, ſi à genere in ſpecies diuiſionem faciamus, ſeu ab uniuerſalioribus ad ea quæ ſunt magis particularia pro rõne ſubiectæ rei circa quã operantur ac verſant. nam facultatibus aĩæ ſubiectæ res circa quas operationes ſuas exercẽt, ac produ͂c, eſſe quaſi locorũ quædã diuerſationes vident. Quoniã vero hoc minime demõſtrat vel quia rerũ

ipſarum operatione ſatis eſt compertum, uel quia longe admodum oratione indiget vt ſuperuacanea pręſenti tractationi eius demonſtratio eſſe videatur: propterea ſtatuantur, inquit, duæ eſſe ratione præditæ partes, ideſt quaſi conceſſum ita ſumatur. nam ex re bus alia eſſe, alia fieri: ex iis autem quæ fiunt, alia neceſſario eſſe, alia ut contingerit: vnicuique vel parua eruditione prædito homini manifeſtum eſt. pauci enim admodum ſunt, qui rebus animum aduerterint, qui ignorent quædã eſſe quæ intellectu, quædam quæ ſenſu percipiantur, alia item quæ neceſſario, alia quæ vt contingerit, fiant. Neceſſario fiunt ſtellarum ortus & occaſus, earumque tum acceſſus tum receſſus diuerſorum terræ tractuum habita ratione: tempora item, anni dieſque, & noctes ſeſe mutua vicisſitudine excipientes & reliqua huiuſmodi. Pugnantium autem uictoriæ aut clades quæ ab aliis in alios tranſeunt, ſunt ex iis quæ contingunt, operationeſque humanæ & actiones, aliaque id genus quam plurima: quorum ſingula erat ſuperuacaneum enumerare. Icc irco ſtatuantur hæc, inquit, quaſi nulla apud eos qui vel parum eruditi ſunt, explicatione indigeant. Nam ad horum confirmationem ac demonſtrationem vtpote quæ in maiorem nos contemplationem deducat, maiore etiam ſcientia ac perfectiore opus eſſe, neque id quidem obſcurum eſt. vt vtriſque his de cauſis ita dicat, perinde ac ſi ſibi de his aſſenſionem concedi poſtulet, neceſſarium autem indicium id eſſe inquit, quòd illorum principia alio modo ſeſe habere non poſſunt, eorum uero quæ contingunt, nullum ſignum ponit, ſed tantum ἐνδεχόμενα, ideſt quæ eſſe poſſunt, ea appellat. id quod propterea facit, quia in promptu omnibus eorum cognitio eſt: ſunt enim nobis generationi & corruptioni obnoxiis maxime cognata. Principia autem uocat, quæ uel cognitionis, uel eſſentiæ principia ſunt: unum in neceſſariis, cognitionis principia ſunt termini & pronunciata ea quæ ab auctoritate quam afferunt, auctoramenta, ideſt ἀξιώματα dicuntur: eſſentiæ vero ea, quæ & efficiunt & finiunt ideſt efficientes & finales cauſæ, quæ uel ſolæ proprie cauſæ ſunt, quippe cum ſolæ à cauſatis abſtractæ reperiantur. Eorum vero quæ eſſe aliter poſſunt, etiam ſi ipſe non dixerit, tam cognitionis quam eſſentiæ principia eiuſdem naturę ſunt. in eiuſmodi enim rebus cognitionis principia probabiles ſunt propoſitiones; eſſentiæ vero, illæ effectiuæ ac finitiuæ cauſæ, quę ut non ſint, neque operentur, contingere aliquando poteſt, vt ædificator & ſtatuarius. quæ quidem quatenus ſunt eiuſmodi effectiuę cauſę ſunt, nam etiam ſi formales quoque eædem dicantur, abſurdum eſſe non debet, quippe cum in idem eędem ſæpe concurrant, ut Medicus item & ſanitas, ille effectiua cauſa, hæc finitiua ſeu finalis. Quod autem inquit, eodem modo rationis capax diuidenda eſt, propterea dictum eſt, quia diuerſi ſunt diuiſionis modi, uerbi cauſa generis in ſpecies, ſpeciei in indiuidua, æquiuocarum vocum in diuerſa ſignificata, & alii multi, quorum unus etiam ille eſt quo totum in partes diuidere conſueuimus: quo hic Ariſtoteles & antea & nunc uſus eſt, cum animam tanquam incorporeum quoddam totum ex incorporeis partibus cõpoſitum, ideſt ex iis quę in ipſa conſiderantur facultates, diuidat, quas quidem animę partes vocamus, communioris tamen ac generalioris facultatis ſpecies conſtituimus, ut propterea eaſdem & partes & facultates & ſpecies appellare ad aliud atque aliud ſpectantes poſsimus. Nam etiam ipſa anima abſolute & ſimpliciter, quę perfectio prima dicitur corporis naturalis inſtrumentarii facultate uitam habentis, in eo quod ſcit, qui eſt habitus, ἐντελέχεια, ideſt perfectio dicatur, non in eo quod contemplatur, quę operatio, tractatioque eſt. Ita enim ipſe Ariſtoteles in ſecundo de anima nobis tradidit. Habitus ſiquidem ſi ad abſolutam vniuerſalemque facultatem reſpicias, perfectio nuncupatur, ſi ad operationem, productionemque actus, facultas ac poteſtas, ut ea quæ in dor-

A miente geometra ineſt geometria.

Ad ea enim quæ genere ſunt diuerſa, cognoſcenda, ex animæ quoque partibus diuerſa genere ea eſt, quæ ad vtrunque cognoſcendum eſt apta. ſiquidem ex ſimilitudine quadam atque affinitate cognitio ipſis contingit.

Diuerſam eſſe ſpecie animę partem quæ in neceſſariorum cognitione uerſatur, ab ea quæ ea cognoſcit, quæ eſſe aliter poſſunt hic demonſtrat. Cognoſcentibus enim inquit, cognitio aſsimilis eſt iis quę cognoſcuntur, ut neceſſariorum neceſſaria, contingentium contingens ſit. nam quo modo eſſe poteſt uel eorum quę contingunt, neceſſaria, uel neceſſariorum contingens cognitio? quemadmodum enim ſi quis aut quod abſolute eſſe poteſt, & B contingit, neceſſarium, aut quod eſt neceſſarium, eſſe eiuſmodi aſſerit, ut eſſe aliter poſsit, mentitur, ita etiam mentitur cognitio, quę & neceſſarium ut contingens, & contingens vt neceſſarium cognoſcit, quippe cum vera cognitio rem debeat eo modo quo ſeſe illa habet, cognoſcere alioqui uerum diceret qui & id quod eſt non eſſe, & id quod non eſt, eſſe affirmaret, quod fieri nullo pacto poteſt. ita enim prorſus in modo quo res eſt ſicut in ipſo eſſe rei ueritas & falſitas reperitur. adde quòd quando cognitio alterius in altero abſoluitur, cognoſcentis cum cognita re contactio quaſi quędam & coaptatio fit, & ſicut rectum curuo coaptare ob figurarum diſsimilitudinem minime poſſumus, ita fieri nullo modo poteſt ut uel contingens cognitio neceſſariæ eſſentiæ rei quę cognoſcitur, vel econtrario neceſſaria cognitio contingen- C ti eſſentię accommodetur. ſic enim & apud Deum quoque nihil neque ex futuris, neque ex contingentibus eſſe dicimus, eo quòd cognitio eius pręſens eſt, ac neceſſaria niſi tamen aliquis hoc intellectui, intellectualique cognitioni conuenire affirmet, primi vero omnium aucturis vnicam ac ſingularem eſſe cognitionem, utpote eius qui unus proprie eſt, eſtque omnium cauſa ſuperexcedens, ſupraque omnem ſubſtantiam conſtituat, atque icc irco omnia abſque ulla motione, & ſuper ſubſtantialiter, ut ita dixerim, comprehendit, tam quę ſunt, quam quæ vel præteriere, uel inſtant, ut Homerice loquar, adeo vt neque ęternitas ipſa ei poſsit accommodari, quippe quę poſterior ſit, atque ob id exiſtat quid primę cauſę parti- D ceps eſt. Sed quęrendum videtur, quo modo eſſe animę partes dicat & eam quę circa neceſſaria, & eam quæ circa ea verſatur, quæ eſſe aliter poſſunt, cum pręſertim ſpecie differre inter ſe has etiam aſſerat. eędem enim & partes erunt, & ſpecies, tam rationalis & irrationalis, quas partes animę prius appellauimus, quam hę facultates, quarum altera in neceſſariis, altera in iis quę contingunt, cognoſcendis verſatur, quas nunc ut partes animæ accipimus, cum eſſe eas partes dicamus eius animæ partis, quæ rationis eſt capax. nam ſi ſpecie differunt, & ut partes animæ ſumuntur, ſpecies animę quoque ſint, neceſſe eſt. An vero abſurdum minime eſt, ut eadem ad aliud atque aliud relata diuerſo modo ſumantur, vt ad aliud partes, ſeu membre, ad aliud ſpecies eſſe videantur Nam ſi ad animam ſpectemus, partes has ſeu membra E appellare merito poterimus, utpote quæ totam eius ſubſtantiam expleant, quæ ex uariis facultatibus & functionibus habere compoſitionem quandam uidetur, ſi autem ut res & facultates accipiantur, differre ſpecie ſine dubio dicentur. diuerſæ enim ſpecie inter ſe ſunt pars rationalis & irrationalis, item ea quæ circa neceſſaria, & quę circa ea, quę contingunt uerſantur. Id quod in ſcientiis quoque uidere licet. nam contemplatio quę de planis figuris conſiderat, quæ item de ſolidis, geometrię partes ſunt, ſi tamen per ſeſe ut contemplationes ſumantur, ſunt ſpecie diuerſæ. Grammaticæ etiam partes illæ habentur, legendi ſcilicet, explanandi, corrigendi, & iudicandi facultates: quę ſi per ſe vt cognitiones quędam conſiderentur, ſpecie diſtant. Adde quòd in

vniuerſum quoque in diſsimilaribus partes totius partes cum ſint ſpecie inter ſe differunt. vnde etiam totum ipſum diſsimilare, hoc eſt ἀνομοιομερὲς dicitur, eo quòd ex diſsimilibus inter ſe conuenientibus abſoluitur. Nihil igitur abſurdum eſſe debet, ſi eadem alio atque alio modo ſumpta modo partes alicuius, modo diuerſa eſſe ſpecie dicantur.

Quarum altera ſciendi, altera ratiocinandi facultas dicatur. conſultare enim & ratiocinari idem eſt. at de ijs quæ non poſſunt aliter ſeſe habere, conſultat nemo. Quare ratiocinatrix vna quædam pars eſt eius animæ partis, quæ rationis eſt capax.

Poſteaquam diuerſas eſſe genere id eſt ſpecie duas rationalis animæ partes ex diuerſitate ſubiectarum rerum circa quas verſantur, oſtendit, eo quòd vnamquanque cognitionem ſimilem eſſe rei quam cognoſcit, neceſſe ſit, nunc nomina etiam ipſis imponit, vt ex nominibus quoque diuerſo modo ſignificentur. atque ait, alteram oportere ſciendi, alteram ratiocinandi facultatem appellari, propterea quòd illa ſcientiam & definitionem affert eorum quæ ab ipſa conſiderantur, hæc ratiocinando & conſultando appetibilis rei inuenit veritatem, ne in ea errare poſsit appetitus, atque id quod non debeat, appetat. Nam ſcientiam inducentis facultatis veritas ipſius finis eſt, poſt cuius inuentionem in re quæſita nulla additione eſt opus, niſi aliquando ex accidenti, cum ſcientia videlicet vtpote ad actiones vtilis, aſſumitur, vt perpendiculum ad parietes ad rectos angulos extruendos, vt rectangulus triangulos ad rectas ſtatuendas columnas, & geometria demum ad machinaria inſtrumenta facienda. At ratiocinatrici & conſultatrici non ſatis eſt ſi uerum tantummodo inuenerit, ſed illud inſuper requiritur, vt agendo recte probus vir bonum eligat. Quippe cum ipſe quoque Ariſtoteles in principio huius moralis tractationis finem eius non cognitionem eſſe, ſed actionem aſſeruerit. ut autem clariorem duarum harum rationalis animæ ſpecierum ſciendi ſcilicet & ratiocinandi differentiam oſtendat, ratiocinari idem eſſe inquit, quod conſultare, eo quòd perſpicuum ſit, de iis quæ aliter fieri non poſſunt conſultare neminem, nam de iis quæ in noſtra ſunt poteſtate, quæque poſſumus diſponere ſicut volumus, conſultationes fiunt. atque ita ex rerum ipſarum operatione oſtenduntur diuerſæ eſſe genere, ſeu ſpecie inter ſe ſciendi, & conſultandi facultates: nam hominem eſſe natura ad conſultationem idoneum, perſpicuum eſt. de iis autem quæ non aliter ſeſe habere poſſunt, nemo qui ſapit, conſultat: verbi cauſa, an dies ſit ſole ſuper terram orto, an econtrario nox, vbi ſol ſub terram deſcendit. Poſtea concludit rationem, his quæ dixit, vtpote naturæ rerum conſentientibus acquieſcens. Quare ratiocinatrix facultas ratione præditæ animæ vna quædam, pars eſt. nam ſi rationalis pars animæ aliquando circa neceſſaria, aliquando circa ea operatur, quæ eſſe aliter poſſunt, circa neceſſaria vero nulla eſſe conſultatio, aut ratiocinatio poteſt, ſed tantummodo circa ea quæ contingunt, pars rationalis animæ diuerſa à ſciendi facultate alia quædam ſit neceſſe eſt, quæ circa ea quæ eſſe aliter poſſunt, verſatur. Dubitare autem merito aliquis poſſet, nihil opus eſſe inquiens, vt ex rerum ſubiectarum diuerſitate rationis capacem animæ partem in duo diſtribuamus, dicamusque alteram eſſe eius partem quæ neceſſaria, alteram quæ ea conſideret quæ aliter poſſunt contingere, ſed ſicut ſenſus idem cum ſit, contrariorum eſſe conſueuit, albi & nigri viſus, eorumque colorum qui medii inter hos ſunt, auditus ſimiliter acuti & grauis, ſonorumque aliorum quicunque magis & minus vel his accedendo vel ab his recedendo exiſtunt, ſicut item arithmetica paris & imparis perceptrix eſt, ſicutque in irrationalibus idem contingit, ita poſſe fieri ut quæ rationis eſt compos animæ pars, vna

A & indiuiſibilis permanens circa diuerſa ſpecie nihilominus uerſetur, id eſt circa neceſſaria, & ea quæ euenire aliter poſſunt, cognoſcatque illa, ſemper eodem modo vel eſſe, vel fieri, hæc vel eſſe vel fieri aliter atque aliter poſſe: Hæc dubitatio eſt cuius inuenire ſolutionem multis modis licet. Primum ita, quorum diuerſæ ſunt operationes, eorum quoque facultates diuerſæ ſint, neceſſe eſt, quorum uero, utraque hæc ſunt diuerſa, diuerſæ etiam ſubſtantiæ ſunt. quoniam igitur ſciendi facultatis proprium eſt ex neceſſariis rationem colligere, neceſſariaque habere ea quæ ex poſitis conſtitutisque conſequuntur, ratiocinatrix autem & ex iis quæ contingunt, colligit, & eiuſmodi etiam habet conſequentia, diuerſas eſſe & ſciendi & conſulendi tam facultates quam operationes perſpicuum eſt. at ſi hoc eſt, earundem quoque diuerſæ ſubſtantiæ ſunt, ſunt igitur rationem habentis animæ facultatis & ſciendi, & ratiocinandi vis ſubſtantia inter ſe diuerſæ. Hoc autem ne in vno quidem contrariorum ſenſu, aut ſcientia dicere: poſſumus id quod in rebus ipſis experiri cuilibet licet. Eodem enim prorſus modo uiſus in albo percipiendo operatur, atque in nigro, ſiue admittat viſarum rerum ſpecies. ſiue ut alii volunt (diuerſa enim hac de re philoſophorum ſententia eſt) uiſionis radius emittat. Geometria item ſcientia non diſsimili modo demonſtrationes facit de figuris quæ rectis lineis continentur, quam de iis quę circularibus & curuis conſtant ſemper enim medio eo utitur, quod rei ipſius, non tantū concluſionis cauſa eſt. Aliorum quoque eadem ratio eſt. Adde quòd neque ita neceſſarium ab eo quod eſſe aliter poteſt inter ſe diſtant, ut album a nigro, & rectilineum à curuilineo. hæc enim licet ſpecie diuerſa ſint, genere tamen ſunt eadem, neceſſarium vero & contingens penitus à ſe mutuo differunt, quandoquidem modum etiam ipſum quo ſunt, habent diuerſum, ut rationes quoque de ipſis ſeſe habere contrario modo neceſſe ſit, alias ſcilicet ex neceſſariis colligi ac neceſſariu, alias ex iis quæ contingunt & contingentes. atque ita cognitrices ipſas facultates ſpecie quoque inter ſe eſſe diuerſas, ſi modo cognoſcendis rebus genere inter ſe diſtantibus accommodari debēt. Recte igitur Ariſtoteles ratione præditæ animæ facultatis diuerſas eſſe partes dixit, eam quæ circa neceſſaria, & eam quæ circa alio atque alio modo contingentia verſatur. Multa quoque alia ad ſolutionem huius quæſtionis afferri poterant, ſed ſatis hæc ſint, ne importuna potius tractatio hæc noſtra eſſe uideatur.

Quis igitur vtrarunque harum optimus habitus ſit, ſtatuendum eſt: is enim eſt vtriuſque virtus: at virtus ad opus proprium ſpectat.

Vbi duas eſſe intellectiuæ partis animæ ſpecies demonſtrauit, nunc neceſſarium eſſe oſtendit de utriuſque uirtute etiam diſſerere, ſiquidem tam de animæ, quam de facultatum ipſius uirtutibus præſentis huius operis diſputatio inſtituta eſt. nam de intellectiuis uirtutibus agere tractationi de actiuis minime eſt poſtponendum, immo prius fortaſſe ac præſtantius eſt exiſtimandum, quippe cū ob intellectiuas actiuis nobis opus ſit, ne affectus ita animum noſtrum perturbent, ac tenebris offundant, vt veritatem contemplari nequeamus. Adde quòd cum actiones etiam volumus exercere prius intellectiuarum operationem adhibere nobis neceſſe eſt. Quare oportet, ut quis ſit optimus habitus utriuſque partis intellectiuæ animæ inueniamus, quæ ſcilicet utriuſque virtus eſt. nam cum duas rationalis animæ partes inuenerimus, debemus non ſola cognitione eſſe contentos, qua duas eſſe ipſas cognoſcimus, ſed dare operam, ut & quæ ſit utriuſque ipſarum perfectio, intelligamus, ea autem vtriuſque uirtus eſt, & ubi id didicerimus, ad ipſius acquiſitionem incumbamus. Quod uero inquit, at uirtus ad opus proprium ſpectat, id ſignificat, uirtutem eſſe habitum, qui ſibi pro dignitate ſua operetur,

imperfe.

imperfectus ſit, ut oporteat vnumquenque habitum opus proprium efficere, quo habere perfectionem ſuam queat. Sed locus hic dubitationem afferre quandam poteſt. ſi enim unamquanque facultatem in habitum progredi oportet, & unumquenque habitum in conuenientem ipſi operationem, ut ita perfectionem quodlibet conſequatur ſuam, qua de cauſa pœna digni eſſe iudicantur illi qui vel intemperanter, vel iniuſte ſe gerunt, vel decipiunt, vel tale quippiam agunt, cum tamen vnuſquiſque horum conueniente ſibi facultate vtatur, ex ipſaque operetur, in habitumque eius euenerit, ſecundumque eum agat: atque ita pro facultate perfectionem conſequatur, ne fruſtra ſcilicet facultatem eam habere videatur. Multos enim improbos homines talia ſceleribus ſuis prætendere audiui: videoque huiuſmodi opiniones & contra religionem inualeſcere, & in totas etiam gentes diffundi. quocirca ſi in his confutandis longior fortaſſe oratio hæc noſtra euadet, ne ſuccenſeat quiſpiam. ſtudium enim mihi eſt, aduerſus eos qui & vana iactant, & perturbationibus affectuum gloriantur, reſiſtere. cuiuſmodi ego diuerſis hominum moribus verſatus ſum. Primum igitur à facultatibus animæ incipiendum eſt. itque ex his ea quæ ab affectuoſis his & praue affectis hominibus dicuntur, nullam habere in ſe probabilitatem oſtendendum. Animæ enim hominis multæ facultates ſunt: quæ primum in cognitrices, atque appetitrices diuiſæ, poſtea in duas alteras partes ſingulæ rationales, ſcilicet & irrationales diſtribuuntur. nam quas communes cum ratione carentibus animantibus habemus, eas irrationales per ſe iccirco appellamus, quia propria ratione prӕditæ minime ſunt. Sed primo cognoſcendi facultates in medium producamus, quarum prima ab inferioribus incipientibus nobis occurrit, ſenſus: ſupra quem imaginatio eſt: hanc opinio, opinionem cogitatio antecedit: ultra uero cogitationem ſupremum locum obtinet intellectus. Requiro igitur ab his qui hæc tiugantur, ſint ne æquales omnes hæ quas connumeraui facultates, an aliæ meliores, aliæ peiores reperiri ex ipſis queant, quis enim neget rationales irrationalibus & eſſentia ipſa, & operatione, tum dignitate etiam longe eſſe inferiores? atque ex rationalibus omnium ſupremum eſſe intellectum, ſecundo loco vero eſſe cogitationem, ac poſt eam opinionem, quæ omnes in eo inter ſe differunt, quòd opinio rationalis cognitionis principium eſt, dum uel cõcluſam rem à cogitatione habet, & quæ cogitatio cum cauſa percepit, ipſa ſine cauſa intelligit, vel ex particularibus principia ſumit, ex ipſiſque ſingulis communitatem quãdam agnoſcit, atque ita in ſe quoddam conſtituit uniuerſale. at cogitatio quæ διάνοια græce dicitur, à quodam in quoddam ioutatur, ideſt à propoſitionibus ad concluſiones, atque ita per propriam cauſam rem quęſitam compræhendẽs operationem ſuam explet, in eoque opinionem antecellit, quòd illa ſine ratione, ideſt cauſa cognitionem conſequitur, atque ideo inſtabilis eſt atque incerta. cauſa enim vtrorunque extremorum quæ inter ſe in concluſione connectuntur, media interiecta, vinculum quoddam ad ipſa colliganda efficitur, vel prorſus inſolubile, ſi non ſolum concluſionis, ſed rei etiam ipſius cauſa fuerit, & neceſſario tam quæ denuncupantur, quam quæ ſubiiciuntur, continuerit: vel eiuſmodi, vt ſolui etiam poſsit, ſi concluſionis tantummodo cauſa ſit, & contingenti modo denuncupationes & ſubiectiones cohibeat. Intellectus autem cogitatione etiam præſtantior eſt, eo quòd ſupra cauſam omnem cognoſcendas ipſas res ingreditur, eaſque omni prorſus medio carente appulſione comprӕhendit, quaſi inſpector ipſe rerum ſeipſo & nullo alio intercedente rebus ipſis coniungitur. Ac rationales quidem in hunc modum diuidũtur. Videamus etiam irrationales, quo modo in ipſis quoque hæc in cognoſcendo operatio eliciatur. ſenſus enim circa particularia verſatur. neque ſubſtantias ipſorum comprehendit,

A id enim rationalium proprium eſt, ſed ſolas qualitates aut quantitates, aut tale aliquid quod ſubſtantiis accidere conſueuit. imaginatio autem eorum quæ ſenſu percipiuntur, imagines ac formas recipiens, in ſe ipſa conſeruat. Quænam igitur ex his facultatibus uidentur tibi eſſe potiores, rationales irrationalibus, an econtrario? quis enim eſt qui priori contradicat, cum poſterius conceſſerit? niſi fortaſſe ratione carentia ratione præditis, & ea quæ ſunt in materia materia vacantibus, & generationi corruptionique obnoxia iis anteponat, quę ſemper in eodem ſtatu permanent. Sed hæc de cognitricibus animæ facultatibus dicta ſufficiant. nunc ad reliquas, ideſt appetitrices tranſeamus. nam hæ quoque rationis capacitate, vel immunitate in quatuor diuiduntur: voluntatem

B & electionem: iracundiam & cupiditatem: quarum voluntas & electio rationales ſunt, quippe quæ ſolis ratione præditis animalibus inſint, iracundia & cupiditas irrationales, eo quòd brutis quoque communes ſunt. tum quia illæ propriam in ſeſe habent rationem exque ipſa ſuas operationes exequũtur, hæ autem in brutis quidem cum ſunt, à ratione prorſus abſunt, in hominibus nullam propriam habent rationem, ſed ea tamen ſunt natura, vt rationi alienę poſsint obtemperare, cui cum parent, virtututum opera edere conſueuerunt, cum vero ratione neglecta operantur, illis quæ prorſus ſunt irrationales ſimiles plane euadunt. Rationales igitur facultates tam quæ cognoſcendi quam quæ appetendi vim obtinent, irrationalibus longe eſſe potiores, nemo niſi prorſus à ratione

C alienus negaret. neque quiſpiam eſt, qui aut has contrarias inter ſe eſſe inficietur, aut ſi præſideat ratio, ſibique irrationales appetitiones ſubiiciat, hominem idoneum ad virtutes exequendas effici, ſi ſuccumbat autem, incitationeſque illarum ſequatur, in uitium manifeſte delabi. Ad corporis præterea voluptates appetendas ex qualibus facultatibus incitari conſueuimus, quæ frui ipſis maxime appetunt? non ne irrationales? harum uero voluptatum abſtinentiam qua vel prorſus ipſas repudiamus vel moderate admittimus, in quibus facultatibus inuenimus, nonne in rationalibus? ſi igitur in irrationalibus ad corporis voluptates vehementior incitatio efficitur: in rationalibus uero vel integra affectuum ſublatio, uel cum ratione & modo affectuum temperatio exiſtit, quo

D modo melior exiſtimari non debet vel impartibilitas vel mediocritas, quam ipſa immoderata affectuum incitatio & conſenſio? nam ita immoderate & promiſcue ad concubitus ferri, vt & in adulteria & in marium fædos coitus delabamur, irrationale prorſus effrenatumque ac furioſum eſt, quod cum facit homo, non uideo quo pacto id quod peſsimum eſt, non ſequatur, rationeque penitus deſtituatur, atque ob id inter ratione carentia & bruta animalia connumerandus non ſit. Immo ſi verum dicere volumus, bruta ipſa prauitate excedere cenſendus uidetur is qui rationem affectibus ſubiicit, idque quod natura eſt præſtantius, deterioribus facultatibus ita in ſeruitutem addicit, vt quicquid illæ appetiuerint, faciat. Reliquum igitur eſt, vt peſsimum omnium, turpiſsimumque

E que eſſe cum omnes fateantur, qui peſsima lectanda eſſe inſtituit, eaque docet, quæ hominem natura rationalem cum è ratione ipſa exturbãt, tum peiorem etiam brutis ac ratione carentibus reddunt. Accedit ad hoc, quòd nemo eſt qui eruditionis aliquantulum particeps ſit, qui tres eſſe generales virtutes ignoret, fortitudinem, temperantiam, & iuſtitiam, quæ præſidente ea animi facultate quæ ſapit, iracundiæque & cupiditatis incitationes moderante, exiſtant. Sed quo modo temperantia erit, ſi cupiditas freno rationis ſubiecta non fuerit, temperantia uero ſublata quo modo eſſe poſsit iuſtitia non video, cum cupiditas rationis moderamine reiecto neque quod ſibi, neque quod illi conuenit, ſeruet, ſed dominium quod ratio in ipſam natura habet, & ſeruitutem quam ipſa ergã rationem exhibere debet, prorſus repu-

dier, ut & nuptię alienæ violētur ex inſatiabili furore erga mulieres, & naturę etiam ipſi vim inferatur, dum maribus perinde ac fœminis abutuntur, & alienæ res iniuſtę rapiantur ex nimia lucrandi appetitione. Adde quòd prudētia quoque ipſa tollitur, cum ab irrationalibus facultatibus ſubiugatur ratio, deorſumque in intemperantiam, atque amentiam trahitur. quod cum fit, fortitudo quoq; ipſa euaneſcit, quæ ex iracundia freno rationis moderata exiſtit. nam cum ratio ita affecta ſit, turpiterque affectibus ſuccumbat, efficitur, vt neque ipſa ſuo naturali ſtatu vti poſsit, cum imperandi omnem auctoritatem iam amiſerit, neque iracundia rationi ſubiici tanquam dominæ amplius patiatur, ſed imperium etiam ipſa detrectet, effrenisque ad quodcunque incitata fuerit, feratur, ex nimiaque libidinis relaxatione ac licentia præceps delabatur. atque ita efficietur, ut neque uirtus ulla uſquam exiſtat, neque homo ex operatione homo ſit. Vel igitur ii qui voluptuoſam vitam ſummum bonum eſſe ſtatuūt, in eiuſque fruitione felicitatem ponendam cenſent, virtutes hominis eſſe eas fatentur quas commemoraui: ſique id faciunt, ſibi ipſi aduerſantur, cum uirtutes eſſe concedant, & contraria tamen virtutibus uitia præferant, vel virtutes eſſe vllas penitus negant, quam opinionem omnibus qui mentis ſunt compotes, eſſe contrariam, ac recte ſentientibus aduerſari nemini dubium eſt. Sed dicent fortaſſe, qua de cauſa ſummus rerum opifex irrationales has facultates naturæ hominum indidit, ſi ex illis operari homo non debeat: atque ita operari, vt quàm maxima poſſet intentione in ipſis uteretur, quo perfectiores ex vehementia operationis atque intentione facultates ipſæ redderentur? ad quod in hunc modum reſpondemus, facultates has ita natura eſſe comparatas, vt operari duobus modis poſsint. vel enim rationi obtemperantes, vel rationis imperium reſpuentes id faciunt. cum igitur obtemperāt rationi, rationis etiam ipſæ participes quodam modo ac rationales efficiuntur, atque ut hominem decet, operationes omnes exequuntur ſuas, cum rationem repudiant, nō ſolum brutis conuenientes actiones efficiunt, verum etiam peiores longe quàm bruta ipſa eſſe conſpiciuntur, cum pręter propriam temeritatem, rationalem quoque animæ partem, ac ſapientem ſecum adiunctam ad ſcelera ac flagitia excogitanda adiutricem habeant, ſecumque eam in perniciem præcipitem trahant. Illud præterea aduertendum eſt, vnumquodq; quod perficitur, ab eo perfectionem ſuam conſequi, quod præſtantius illo ipſo ſit, quod perficitur, ad idque attrahi, atque attolli: rationem vero irrationalibus facultatibus longe eſſe præſtantiorem. qui fiet igitur, ut peiores ac uiliores perficiantur, ſi non ad præſtantiorem facultatem fuerint reductę, atque illi ſubiectæ, ſed eam ad ſe detraxerint ac ſibi ſubditam reddiderint? nam ſicut anima rationalis nunquam perfectionem conſequetur ſuam, niſi ad intellectum referatur, ac per eum ad Deū ſublata illuſtretur, ſic nunquam neque iracundia neque cupiditas perfectæ vnquam effici poterunt, niſi ad rationē reductæ ab ea moderatæ ac meliores reddantur. nō enim in exceſſu operationis ipſarum perfectio eſt, ſed in eo ꝙ rectę rationi tanquam menſuræ ac modo ſubiiciuntur, atque ita per participationem fiunt rationales, quemadmodum etiam anima rationalis dum intellectualis & diuina fit perfecta euadit. Vnumquodq; enim quod ad aliquid aliud ſe præſtantius ſuſcipiendum idoneum eſt, cum id ſuſcipit, perfectum efficitur, cum non ſuſcipit, in imperfecto ſuo ſtatu permanet, in quo quidem ſolet proficere, ſi non proficiat. Errat igitur, qui in eo perfici irrationales facultates aſſerit, dum magis ac magis inteodunctur. Nam ſi irrationalium facultatum perfectio in hoc conſiſtit, dum amplius earum augetur irrationalitas, atque intenditur: in eiuſdem remiſsione atque imminutione, id quod obtemperando rationi conſequuntur, imperfectio erit. ſi enim contrarium ex contrario exiſtit, ex contrario quoque exiſtet contrarium. at ſi hoc fiet, erit irra-

A tionalitas ratione præſtantior ac melior, quippe cum id ex quo perfectio, eo ex quo imperfectio prouenit, longe præſtantius eſſe nemini dubium ſit. Sed quid eſſe à ratione magis alienum poteſt, quàm ſi irrationalitatem rationi anteponendā cenſeamus? nam hoc modo rationali etiam animæ melius eſſet, ſi ſibi ipſi, & peioribus, quàm ſi diuinorum, Deique ipſius fruitioni inniteretur, resque omnes in eo proficerent ſi ad peiora delaberentur, atque ita nos quaſi in via progreſsi ad id tandem deueniremus, vt infima quæque corpora, infimamque materiam omni incorporea ſubſtantia, Deoque ipſo primo omnium, omniaq; ultra omnem comparationem ſupereminēte meliora eſſe exiſtimaremus, ac præſtantiora. Quo quid ſtultius eſſe, magiſque impium poteſt? Atque hæc ab appetitrici-

B bus facultatibus ſumpta argumenta ſunt. circa enim affectus ac uoluptates corporis ſenſus & imaginatio operantur, & fortaſſe etiam peruerſa opinio. nam intellectus & cogitationis in his opera, niſi quatenus ipſarum rerum naturas percipiunt, nulla prorſus eſt. Quo modo igitur melius eſt vt homo qui rationalis eſt, ſecundum irrationales cognitiones ac peiores uitam traducat, atque inde à præſtantioribus ac rationalibus recedens prorſus reddatur irrationalis? intellectus præterea & ſcientia ſeu cogitatio certę cognitiones ſunt, imaginatio & ſenſus incertæ atque erroneę, ſecundum quas qui uiuit, ſecundum errorem uiuit, erransque eſt, qui igitur ſecundum has uiuere, quæq; his iucunda ſunt, ſectari hortatur, errans legiſlator eſt, atque ob id procul à Deo recedit. Quo modo igitur uerita-

C tis prænunciator ideſt propheta, & à Deo erit, qui procul à Deo abeſt, tantique erroris hominibus eſt auctor? Quo circa quis ſcopus ac finis ſummi opificis fuerit, cum animę rationali tum irrationalem, tum uegetalem uitam adiunxit, conſideremus. Vtrum id fecit ut qui rationales ſunt, affectibus indulgentes temere uiuant, atque irrationabiliter? an ut ita cum carne hac craſsiore, & mortali, ac repugnante apta animæ fieri colligatio poſſet? ſi priorem ob cauſam fecit, ipſe opifex animabus noſtris eſſe in cauſa uidebitur, ut in peius delaberentur, quippe qui peiora melioribus copulauerit, atque in corporibus noſtris utraque coniūxerit. at hoc eſt abſurdum. falſum igitur propoſitum, ex quo abſurditas conſequitur cēſendum eſt. Quærenda igitur uera cauſa eſt huius in eodem contrariorum

D coniunctionis, quæ bonitati ipſius opificis conueniens dubitationem hanc diſſoluat. Nam qui omnia ex bonitate ſua creauit Deus, poſtquam hæc quoque mortalia ex materia conſtantia, quæ ſuapte natura ad malum contrahendum prona ſunt, produxit: neque ea bonitatis ſuæ, rationis, atque ordinis expertia eſſe paſſus eſt. ſed animarum rationalium ſubſtantiam fecit, quæ iungi corporibus ex contrariis rebus compoſitis poſſent: quia uero hęc connexio ſine medio nullo modo fieri poterat, cum corpora ex rationali anima ſine medio ullum bonum conſequi, ullamve illuſtrationem nequirent admittere, propterea uegetalis, & ſenſitiua uita huic adiūctæ ſunt, quæ mediæ inter rationalis animę, & corporis copulationem, mutuamque cognationem intercederent, ut ex earum opera-

E tionibus idoneum redderetur corpus ad affectionem ſuſcipiendam, quę ex ratione induceretur, quippe cum craſſiores, materialesque magis hæ ſint, quam rationalis, quā caro autem & corpus ſubtiliores à materiaq; remotiores. rationalis enim anima eam naturam habet, ut & ſubſtantia, & operatione à corpore ſeparari poſsit, hæ autem cum neque ſubſtantia neque operatione ſeparari à corporibus queant, ſed in materia, & in ſubiectis corporibus exiſtant, ſola intellectione non ſecus ac ſpecies ſeparantur: ut propterea inſeparabiles perfectiones, id eſt ἐντελέχειαι à nonnullis qui de his agunt, appellatæ fuerint. Primus igitur ac præcipuus animarum harum coniunctionis finis hic eſt. Sed ne corpus ea cauſa animam conſequutum vt ornaretur, bonumque redderetur, inornatum potius ac peius hac coniunctione efficeretur, datę ſunt le-

ges

ges ac mandata, quæ & potiorem partem in naturali ſuo ſtatu conſeruarent, & peiorem meliori ſubiiciendo meliorem facerent. nam rationalis anima inuiolata atque illæſa ſeruatur, cum ad ea quæ præſtantiora ipſa ſunt & ſublimiora, conuertitur, ideſt ad intellectum, ac Deum, ab ipſiſque perficitur, ipſa vero irrationales partes ad ſeſe ducit ac trahit, ac per ſe ex virtutis exequutione ad ſublimiora quoque illa ac præſtantiora attollit. Quorum nihil falſus ille propheta percipiens turpiſſima omnium, ac fœdiſſima legibus ſanxit. is enim eſt, quem Arabes, Aegyptij, Perſę, cæterique omnes qui huiuſmodi uitam traducunt, prophetam ſuum, ac legiſlatorem prædicant: fædus homuncio, omniſque turpitudinis, atque obſcœnitatis plenus: qui ne ea quidem abhorruit, quę Sodomis & Gomorris contigere, igni conſumptis, propterea quòd ea quę iſte legibus inſtituit, flagitia perpetrabant, adeo ut terra quoque ipſa, quam flagitioſa obſcœnitate calcauerant, penitus conflagrarit, redactaque in cinerem fuerit. Sed quid plura? ſatis enim hæc ſunt ad abſurditatem huius dogmatis refellendam, quippe cum neque à principio noſtrum hoc propoſitum fuerit. Reſumamus igitur rurſus Ariſtotelis ipſius verba, atq; ea, ut incepimus, explicare tẽtemus.

De principijs agendi. Cap. II.

TRia autem ſunt, quæ in anima actionis, ac veritatis dominium habent, ſenſus, intellectus, & appetitus. ſed ex his ſenſus nullius principium actionis eſt. id quod perſpicuum eſt ex eo, quòd beſtiæ ſenſum cum habeant, actionis participes minime ſunt.

Adhuc de altera rationalis animæ facultate quæ circa ea quę eſſe aliter poſſunt, uerſatur, ideſt ratiocinatrice hic agit. nam quia ſenſiua cognitio particeps quodam modo etiam ipſa eſt iudicij quod in materialibus, aliterq; aliàs ſeſe habentibus uerſatur, ipſam quoque hic enumerans, tria eſſe in anima inquit, quæ dominium actionis & veritatis habeant, ſenſum, intellectum, & appetitum. non quòd ſenſus in actiones uim aliquam exerceat, illiſque pręſideat, ſed quia cognitionis etiam ipſe ſpecies quædã eſt, verumque in quibuſdam percipere poteſt, dum circa materiam & contingentia operatur, circa quæ intellectus ẽt actiui negocium eſt. Intellectus vero ipſe generaliter ſumptus in neceſſaria, & ea quæ contingunt, ſuam partitur operationem. agit enim, & contemplatur, agit circa ea quæ eſſe aliter poſſunt: contemplando vero & circa ea quæ eſſe aliter poſſunt, artificioſe ac probabiliter, & circa neceſſaria ac ſtabilia ſcienter cognoſcit. appetitus autem & ſenſus ipſius & rationis ideſt actiui intellectus quaſi miniſter quidam eſt, quippe cum ille appetenda & fugienda proponat, materiamque operandi, id eſt iucunda & moleſta ipſi offerat, ratio uero quæ eligenda, quæ item repudianda ſint, iudicet, atque utriſque his conuenientem modum præſcribat. Senſum autem non eſſe actionis alicuius cauſam, beſtiarum ideſt brutorum animalium exemplo declarat, quæ licet ſenſu ſint prædita, nullam tamen exercere actionem poſſunt. nam cum ſentiant & iucunda, & moleſta, quæ ſubiecta ſenſibus ſunt, ea quæ moleſtiam afferunt uel fugiendo, uel repugnãdo ac vindicando reijciũt, quæ vero oblectant, uel ad ſeſe attrahendo, vel perſequendo appetunt, ut nulla in ipſis, quia ratione vacãt, eſſe actio poſſit. actio enim in ijs eſt in quibus eſt conſultatio, quæ quod eligendum eſt proponit, ad quod poſtea appetitus incitatur. nulli igitur actioni præeſt ſenſus, ſed totum in ipſas dominium intellectus obtinet, atque appetitus, ille, dum ex conſultatione iudicat, atque inuenit id quod appetendum eſt, hic, dum apprehendit ac perſequitur, quod intellectus eſſe melius iudicauit. ut in brutis carentibusq; ratione animantibus appetitus cognitioni & iudicio irrationali, in rationalibus rationi & intellectui actiuo inſeruiat, ac miniſtret. Quare ſenſum nullius actionis eſſe principium, rectè dictum eſt. Nam quando etiam in ratione præditis quæ ſenſui iucunda videntur, perſequitur appetitus, rationis iudicium tunc ceſſat, & qui natura eſt rationalis, quaſi ratione careat, ita operatur, brutiſque ſimilis euadit, dum ſecundum ſenſum, quæ cognitio eſt irrationalis, uitam traducit. Cuiuſmodi ſunt glorioſi, auari, libidinoſi ac voluptarij, qui ea duntaxat quæ percipere ſenſibus queunt, appetere conſueuerunt, eorum nulla cura habita quæ intellectu percipiuntur.

Quod vero in cogitatione affirmatio & negatio eſt, idem in appetitu perſequutio eſt, & fuga.

Rationẽ nobis tradit, quam habent inter ſe in actionibus cogitatio & appetitus, earundemque differentiam: cogitationem, ideſt διάνοιαν appellans intellectum actiuum, hoc eſt contemplationem quæ operatur, cum quis de eligenda re iudicat. omnis ſiquidem cogitatio de vero & falſo inquirit, ut hoc refellat, illud comprobet. appetitus autem in boni perſequutione, & mali fuga verſatur. quando igitur de agenda aliqua re inquiſitio fuerit, bonane ſit, necne, cogitatio ipſa ratiocinando id colligit, appetitus vero ſi bonum id fuerit, apprehendit ac perſequitur, ſi malum, fugit, atque arcet. atque ita appetitus ad cogitationem tanquam dominam miniſtri rationem obtinet, ſeu diſcipuli ad magiſtram, cum quid aut mandet, aut doceat cogitatio, ipſe excipiat, ut aut bonum eligat, aut malum fugiat, atque euitet. iccirco inquit quod in cogitatione eſt affirmatio & negatio, idem eſſe in appetitu perſequutionem ac fugam, hoc eſt, ſicut cogitatio quod ipſi bonum eſſe ex ratiocinatione viſum fuerit, eſſe bonum affirmat ita appetitum quod bonum eſt, perſequi: quod eiuſmodi eſſe cogitatio demonſtrauerit. ſicut item cogitatio eſſe bonum id negat, quod non eſſe bonum collegerit, ita quod bonum non eſt, fugere appetitum. Hæc autem de hominibus ijs dicuntur, qui ex ratione & iudicio viuunt.

Quare cum moralis virtus habitus electiuus ſit, electio vero conſultatrix appetitio, propterea oportet, ſi modo electio proba eſt, vt & ratio ſit vera, & appetitus rectus, & eadem & illa dicat, & hic perſequatur. Atque hæc cogitatio ſeu mens, & veritas actiua eſt.

Hoc ex pręcedente conſequitur. nam quia appetitus ad mentem ac cogitationem ſpectat, ab eaque occaſionem ſequendę aut fugiẽdæ propoſitæ rei accipit, propterea virtutem electiuum eſſe habitum inquit. ſcientia enim habitus quidem quoque ipſa eſt, ſed non electiuus, non enim circa ea verſatur, quæ eſſe aliter poſſunt, quæque in conſultationem cadunt, ſed circa neceſſaria, quæ ſemper eodem modo ſunt, licet nullus circa ea quippiam egerit. quorum quidem perfectionem, id eſt veritatem cognoſcere in noſtra ſitum eſt poteſtate, ut autem ipſa hoc modo ſint, aut non ſint, non eſt in nobis. multos præterea habitus etiam à natura habemus, cuiuſmodi ſunt & ſenſus. virtus tamen talis minime eſt, ſed in noſtra poteſtate eſt collocata, & ex electione proficiſcitur, utpote electione & ſtudio noſtro acquiſita. Electionem quoque definit, eam eſſe appetitum conſultatiuum aſſerens. electio ſiquidem vis appetitiua cũ ſit, appetitus etiam eſt, conſultatiuus uero, quia præcedente conſultatione operatione ſua fungitur, ac melius peiori anteponit. Tria enim ſunt quæ in actionibus conſiderantur, voluntas, electio, & conſultatio. Volũtas boni abſolute appetitus eſt, quæ in diuinis ſubſtantiis exactam boni ipſius habet comprehenſionem, quod ex ſeſe etiam ſine vllo conſultationis adminiculo appetit, id quod iccirco fit, quia in diuinis nullus prudentiæ defectus reperitur. anima autem corpori alligata, atque ex eo perturbatum mentis intuitum adepta, pleraque ignorat, ut prudentia maxime indigeat, cum uelit quidem bonum, ſed timeat tamen, ne in errorem aliquem delabatur. Quocirca conſultat, ac deliberat, atque inde vbi bonum inuenit, id non bono anteponit, atque eligit. ut apud ipſam inter uoluntatem & electionem media conſultatio intercedat, quæ

A id quod voluntas confuſe appetit, ipſa diſtincte in quacunque propoſita re agenda denudet, atque aperiat electionemque ad ipſum id eligendum incitet. Quam ob rẽ concurrere duo hæc neceſſe eſt, ut ſcilicet & ratio quam mens noſtra conſtituit, uera ſit, qua ſiue bonum eſſe bonum, ſiue malum eſſe malum oſtenditur, & appetitus etiã ſit rectus, ne ſi peruerſus hic fuerit, id minime appetat, quod ratio perſequendum eſſe demonſtrarit, ſed ad contrarium preceps deferatur, id quod ſæpe in perturbatis fieri conſpicimus. Quemadmodum in Medæa, quæ licet ex ratione cognoſceret mala eſſe ea quæ erat perpetratura, ab iræ tamen appetitu ſuperata ea fecit, quæ ratio mala eſſe demonſtrauerat. Quo modo autem erit appetitus rectus? ſi electio ſcilicet proba, ac bona ſit, id eſt ex virtu B te facta, quæ melius peiori anteponat. nam electio cum appetitus ſit conſultatiuus, ut dictum eſt, ſi bona ſit atque ex virtute, illud prorſus appetet, quod uere bonum conſultatio eſſe collegerit. Quare quod ratio bonum eſſe affirmauit, id cum bonus eſt appetitus conſultatiuus perſequitur. Atque hæc mens & veritas actiua eſt.

Contemplatiuæ autem cogitationis & non actiuæ neque effectiuæ bene & male eſſe, eſt verum & falſum, hoc enim totius cogitatiuæ opus eſt, ſed actiuæ & cogitatiuæ veritas eſt, quæ appetitui recto conſentanea ſit.

Cum in duas partes cogitationem & mentem diuiſerit, quarum alteram circa ea quæ contingunt, alteram circa neceſſaria uerſari dixit, illamque ratiocinandi, hanc ſciẽ C di facultatem appellarit: ratiocinatricisque proprietatem iam explicauerit, nunc de ea agit, quæ ſcientiam affert. in illa enim non in contemplatione ſola finis erat, ut ſatis inueniſſe veritatem fuerit: ſed oportebat appetitum etiam accedere, qui demonſtratam rem perſequeretur, & actionem, quæ bonum cognitum atque inuentum exequeretur. quãdoquidem eius acquiſitio in noſtra poteſtate eſt. nam cum eſſe aliter poſſit, ut efficiatur, noſtro ſtudio indiget. cuiuſmodi eſſe ea quæ ad temperantiam ſpectant, manifeſtum eſt. iccirco ſpecies illa mẽtis ac ueritatis actiua fuit appellata. Contemplatiuæ autem cogitationis & mentis quæ neque actiua neque effectiua eſt, bene & male ſe habere contemplationis terminos non excedit, ſed euſque tantum progreditur. bene enim ſeſe habet, cum D verum inuenit, male, cum errat, & fallitur, ut ſiquis de figura terræ inquirat, globine, an tympani, an lentis formã habeat, hic enim ubi globoſam eam eſſe inuenerit, acquieſcit, ac ſatis habet, neque ei amplius eſt opus aut globum facere, aut terram, uel quippiam aliud excolere ad veritatis demonſtrationem. Adiunxit autem hic Ariſtoteles actiuæ effectiuam, eo quod etiam ipſa circa ea quæ contingunt, operatur, & circa ea quæ in nobis ſunt, opus ſuum efficit, cuius cauſa videlicet prius rationis conſideratione uſa fuerat, id quod in ædificatoria & fabrili huiuſmodiq; alijs uidere licet. Cum uero dixerit, bene & male ſe habere in contemplatrice nihil aliud eſſe quàm verum & falſum, ſubiungit, hoc enim totius cogitatiuæ opus eſt, eo quòd tam ueri inuentio, quàm aberratio in falſitatem utriſque E cogitationis & mentis partibus eſt communis. unde etiã infert, ſed actiuæ & cogitatiuæ veritas eſt, quæ appetitui recto conſentanea ſit. in ea enim cogitationis parte quæ non in veritatis inuentione ſiſtitur, ſed inſuper requirit, vt ex appetitu conſultatiuo, quæ eſt electio, aliquid agatur, bene & male habere in uero & falſo non conſiſtit, ſed actionem quoque ſequi aliquam neceſſe eſt, ut in ea veritas conſentanea, id eſt conſentiens & conueniens ſit appetitui recto. ita enim & cum inuenta eſt veritas, bonum ipſum agitur, quippe cum actiuum bonum, bonum ſit, & cum appetitus rectus eſt, ne contrarium eligat, quàm ratio collegerit, ſed illud ipſum plane quod vere fuerit demonſtratum.

Electio igitur actionis principium eſt, vnde eſt motus, non cuius cauſa. electionis vero appetitus, & ratio quæ alicuius cauſa eſt.

In actiuis virtutibus, operationibusque ipſarum, quæ propriè actiones dicuntur, tria hæc conſiderantur, cogitatio quæ etiam ratio priuatim appellatur, electio, & appetitus, quam igitur rationem inter ſe hæc tria habeant, nũc oſtendit, electionemq; eſſe actionis cauſam inquit & cauſam quidem non finalem, quæ eſt cuius cauſa aliquid fit, ſed effectiuam. vnde enim eſt motus, ea effectiua cauſa eſt. nam ex electione gignitur actio, atque efficitur, ubi enim hæc id quod à ratione demonſtratum eſt, bonum oppoſito malo anteposuit, operamur, atque agimus. electionis item cauſam appetitum eſſe dicit, & rationem quæ alicuius cauſa eſt. At vero ſuperius appetitum vt genus electionis, & rationem vt differentiam conſtitutricem ſumpſit, quando electionem eſſe appetitum conſultatiuum definiuit, quo modo igitur nunc & appetitum & rationem eſſe cauſas electionis effectrices inquit? materiales enim potius uel utræque dici poſſent, vtpote totius, quod ex ipſis conſtat, partes, nam quod ex partibus conſtat totum, forma eſt: in materiaque id eſt in partibus ijs ex quibus conſtitutum eſt, conſideratur, uel ſi non vtræque materiales, ſaltem altera materialis, altera formalis dicenda erat. in definitionibus enim genus materiæ, differentiæ formæ ſolent correſpondere, ut hic ſibi conſtare Ariſtoteles minime videatur. An fortaſſe ſuperius appetitum vt electionis genus ſumpſit, propterea quòd irrationalibus & rationalibus eſt communis, electionem uero, eo quòd in ſolis ratione prę ditis reperitur, eſt enim conſultatiua, tanquam ſpeciem ei ſuppoſuit. Hic autem efficientem cauſam electionis eſſe appetitum inquit iccirco, quia re aliqua appetibili propoſita prius quidem appetitus ipſe, quæ eſt rei abſolute appetibilis cupiditas quædam, excitari conſueuit, etiam abſque ratione, deinde ratio incitationem eius atque impetũ cohibet ac moderatur, ratiocinando atque oſtendẽdo an recte ac pro dignitate appetiuerit. atque ita poſtea electio ſubſequitur, ab appetitu origine ſumpta, & à ratione quę veritatem circa rem appetibilem demonſtrarit. nam ſic efficitur, ut electio appetitum ut genus, rationem ut differẽtiam in ſe habeat, non illam quidem inquirentem ac ratiocinantem amplius quale id ſit, quod appetitus perſequitur, id enim iam inuenit, atque ob id ſubſequuta eſt iam electio, ſed conſultantem, vt eo quod appetit potiti etiam valeat. Nam facultatibus & potentiis quę ſupra animæ ſubſtantiam ſunt, cum extra materiam ſint, nulla opus eſt cõſultatione, quippe cum illa tantũ velint, quæ vel ex neceſſitate poſſunt, in quibuſque nihil eſt, quod abſolute contingere aliter queat. animæ autem quæ tum materiæ & corpori innexa eſt, tum facultates irrationales adiunctas habet, ambiguitas, & ignoratio accidit, actionesque eius in eo uerſantur, quod eſſe, ac non eſſe aliter poteſt, vt periculum inde ſit, ne in prudentiæ inopiam ſæpenumero delabatur. Quocirca conſultatione ipſi opus eſt, qua modum inueſtiget, quo rem appetibilẽ vel conſequatur abſolute, vel conſequi facilius poſſit. Cum dixerit autem electionis principium appetitum eſſe & rationem, ſubiungit, quæ cauſa alicuius ſit, vt eam rationem & mentem ſignificet quæ agendis rebus accommodatur, quæ non ad ueritatis inuentionem vſque tantum progreditur, ſed quæ actionis, finisque eius cauſa ratiocinatur, rebuſque conuenit, quæ eſſe aliter poſſunt, ad actionemque & effectionẽ pertinent, nam quę ſcientiam affert cogitatio, & ratio non alicuius alterius cauſa ueritatem demonſtrat, ſed in ipſius inuentione acquieſcit, ſicut iam dictum eſt. Ex his igitur colligere poſſumus, duplicem in agendis bonis tam appetitum eſſe, quàm rationem. primus enim appetitus ille eſt, qui ante excitatur, quàm ratio quippiam iudicarit, demonſtrarítque an propoſita res digna ſit, quæ appetatur, qui quidem nondum rationalis dicitur. ſecundus alter ſubſequitur appetitus cum ratione, quæ electio etiã nuncupatur:

nuncupatur, qui poſtquam appetendum eſſe aliquid demonſtratum fuerit, exiſtere conſueuit. atque hi gemini appetitus ſunt. prima autem ratio ea eſt, quæ bonum eſſe quod appetimus, ratiocinatur, electionemque ſolet antecedere, ſecunda vero, quæ modum inuenit, quo id quod iam elegimus, conſequi etiam valeamus.

Vnde neque ſine intellectu & cogitatione, neque ſine morali habitu electio eſt. bona etenim actio, & quod item contrarium in actione eſt, ſine intellectu & cogitatione, & moribus non exiſtit.

Confirmat hic id quod prius dixit, principium effectiuum electionis appetitum eſſe, ac rationem eam, quæ ad actionem vt finem ſpectat, oſtenditque hoc à poſteriori, coniecturali vſus demõſtratione. nam appetitum, inquit, & rationem eſſe electionis efficientes cauſas inde eſt perſpicuum, quòd ſine intellectu, & cogitatione, & morali habitu nulla electio eſt. niſi enim & appetitus ad rem ipſam appetibilem excitatus ac motus fuerit, & intellectus actiuus de ipſa eadẽ re ratiocinetur, ac colligat eſſe eligẽdam, electio neque eſſe, neque operari vllo modo poteſt. intellectum & cogitationem, id eſt [illegible] & [illegible] hic rationem appellat, quæ de appetibili re ratiocinatur. cogitatio enim etiam ipſa intellectus vocatur, quippe quæ ipſius intellectus imitatio ſit. Quod enim is qui proprie intellectus dicitur, ſimplici appulſione cognoſcit atque intelligit, id cogitatio medio via rei ipſi accõmodato explicat, ac comprehendit. Cum vero ait, neque ſine morali habitu de appetitu intelligit, propterea quod ex moribus euenit, vt appetitus vel recte, uel non recte operetur. cũ enim mores boni ſunt, rectum, cum praui, peruerſum eſſe etiã appetitum neceſſe eſt. Quare oportet in electione tam cogitationem, quàm appetitum inter ſeſe conuenire, ut hic recte appetat, illa uere ratiocinetur ac demonſtret. nam recte & non recte in actionibus abſque his utriſque eſſe nullo modo poteſt, recte ſanè, cum bene vtraque ſeſe habent, non recte, cum male & peruerſe.

Cogitatio vero ipſa nihil mouet, ſed ea quæ cauſa alicuius eſt, & actiua. hæc enim etiam effectiuæ dominatur: quippe cum cauſa alicuius faciat, vnuſquiſque qui facit, neque ſinis abſolute, ſed ad aliquid & alicuius ſit, id quod ſit. non tamen id quod agitur. bona enim actio finis eſt, finis vero ipſius eſt appetitus. Iccirco vel appetitiuus intellectus, vel intellectiuus appetitus electio eſt. Tale autem principium eſt homo.

Differentiam duarum cogitatiuæ ſpecierum etiam ſuperius dixit, quam hic quoque oſtendit. ſubdiuidit enim cogitandi facultatem, quæ circa ea uerſatur, quæ eſſe aliter poſſunt, in actiuam, & effectiuam, inquitque has eo inter ſe diſtare, quòd illa non vlterius quàm ad actionis ipſius finem progreditur, effectiua vero cum alterius cauſa operetur, ſuæ operationis finem quendam habet, qui ad aliud quoddam refertur, ut quam rationem habet actiua ad ſcientiam, eandem effectiua ad actiuam habeat neceſſe ſit. nam quemadmodum ſciendi cogitatio ueritatis inuentionem finem habet, nihilque ulterius procedit, actiua uero licet veritatem etiam ipſa inueniat, non in ea tamen conquieſcit, ſed actionem etiam adiũgit, ut id quod appetitus affectat, de quo etiam fuerat ratiocinata, aſſequi poſſit, ſic effectiua cum finem ſuæ operationis opus id quod effecit, habeat, non eouſque conſiſtit, ſed ad alterum ſublimiorem perfectioremque finem ſpectat, verbi cauſa, ædificandi ars finem quidem habet domus ædificationem, ſed aliud tamen quid domo ipſa præſtantius ac perfectius ſpectat, quę eſt conſeruatio, & ſalus eorum quæ in domo vel deponuntur, uel inhabitant. uideturque hoc animæ hominis admodum eſſe accommodatum: nam cum anima & ſeparata à corpore ſit, aliiſque ipſi annexis uiuendi facultatibus, dum. ſ. abſq; ullo corporis munere conſideratur, & coniũcta iiſdem ſit utilitatis ipſorum cauſa, cum ſit cum ipſis, & pro ipſa extrinſecus operationes quaſdam edit, quatenus eſt ſeparata, operationem ſupra

A hæc ipſa habet, uerumque ex propria ſua perfectione inuenit, nihilque vlterius requirit: quippe quę quod rationem finis magis ſubeat quàm ueritatem ipſam, habeat nihil. quatenus vero ad corpus ipſum, vitaſque reliquas ſpectans operatur, ut eas ſubiiciat ſibi, in melioremque ſtatum deducat, prout conuenit unicuique, præter ueritatis inuentionem fines alios habet, nõ quòd ipſi etiam hic veritatis indagatio atque inuentio ſatis non ſit, ſed quòd aliæ ad propriam perfectionem ſola ueritate non ſunt contentæ, ſed & operationibus aliis, & actionibus indigent, ut ita ſequi id quod melius eſt, poſſint, ideſt rationem, ne ad deteriora delapſæ nobilitatem eius deturpent, maculamque aliquam ei inurant. Cum enim ſint natura materiales hæ rationi adiunctæ facultates, multiſque ob id extrinſecus

B indigeant, iccirco fit, vt & actiones & fines actionum diuerſi genere exiſtant, ideſt & cuius cauſa, & quo. nam artes multa neceſſaria ad vitam fabrefacientes inuentæ ſunt id quod in effectiuis uidere licet, in quibus finis cuius cauſa, eſt ipſum artis opus, ipſumq; effectum, finis uero quo, id eſt ob quem, eſt naturæ noſtræ mortalis neceſſitas, quę multis adiumentis indiget, tum vt conſeruetur, quodque exinanitum eſt expleat, tum ne læſionem aliquam extrinſecus patiatur. exempli cauſa, panifica ars finem cuius cauſa, panem habet, finem autem quo, ut hominem alat, ac nutriat. fabrilis item finis cuius cauſa, eſt uas, quod eius operationis effectio eſt, id eſt olla, aut lebes, finis quo, eſt quantum ad hominis uſum atque utilitatem uaſa hęc ſpectant. necnon ædificatrix cuius cauſa habet domum, quæ

C ædificationis ipſius & fabricationis eſt finis, quo, hominis tutelam, ut nocumenta ex aere ab eo arceat, aliaque nonnulla que extrinſecus ingruere, læſionemque afferre ei aliquam poſſent. Atque hæc breuiter dicta ſint, ut propoſitæ orationis ſcopum ſummatim colligeremus. nunc uerba etiam ipſa diligentius perpendamus. COGITATIO, inquit, ipſa nihil mouet &c.) dixerat actionis principium effectiuum eſſe electionem, electionis vero appetitum & rationem quæ cauſa alicuius eſſet, rationem cogitationem & mentem actiuam appellans, ne igitur quiſpiã omnis cogitationis finem eſſe alicuius cauſa opinetur, omnemque cogitationem habere aliquid quod ad alterum finem præter veritatem moueat, cogitationem ipſam inquit abſolute per ſeſe alium finẽ veritate ipſa perfectiorem non habere, ad quem aliquid moueat, cuius reſpectu

D motionis principium ſit, ſed vbi tamen ad agendum ſe trãſtulit, actiuam cogitationem euadere, tuncque electionẽ mouere, ut agat, atque id quod appetit, aſſequatur, de quo ſcilicet antea quoque veritatem ipſam indagauerat, fueratque ratiocinata. iccirco inquit non ipſam cogitationem abſolute mouere, ſed eam tantum quæ cauſa alicuius eſſet & actiua, ideſt quæ ueritatem ob finem aliquem ab ea diuerſum inquirit, atque inuenit, quę etiam actiua propterea dicitur, quia præter veritatis inuentionem actionem quoque exigit, ad eamque electionem mouet, atque incitat, vt ad finem eum perueniat, quem ratiocinando expetendum eſſe docuit. HAEC enim, inquit, etiam effectiuæ dominatur) actiua cogitatio, quæ & ratiocinatio, &

E ratiocinatrix cogitatio dicitur, effectiuæ etiam cogitationis principium eſt. effectiua uero ea eſt quę opus, quod eſt ab operatione diuerſum, pro fine habet, cuiuſmodi omnes ſunt, quæ effectiuæ artes appellantur, vt ſtatuaria, ædificatrix, fabrilis, ac cæteræ, quibus ſingulis diuerſus ab operatione finis eſt, ſtatuariæ ſtatua, ædificatrici domus, fabrili lectica, aut ſedile, aut menſa, aut quippiam tale QVIPPE cum cauſa alicuius faciat, unuſquiſque qui facit &c.) finẽ inquit effectiuæ, id eſt opus, & effectum ipſum ob quod non eſt operatio abſolute, quod ſcilicet ſui ipſius cauſa minime eſt, neque in ſeipſo conquieſcit, ſed ad aliud reſpicit ad quod tanquàm præſtantiorem ſuperioremque finem refertur, cuius etiam eſſe dicitur, eo quod ob ipſum factũ eſſe nemo ambigat. ædificatricis enim finis cũ ſit domus ex ſe perfectionem non habet, ſed ad hominis vſum, utilitatemque

tatemque reſpicit, illius ſe ne eſt, vtpote ob ipſum facta. Id & in omni effecta re videre licet. Actiuæ autem finis non eſt huiuſmodi, ſed ſatis eſt duntaxat, vt finis, bona ipſa actio. appetitusque à principio hoc exiſtit, vt qui appetit, & bene appetendo, & bene demonſtrando, & recte conſultando, & demum ſicut debet, operationem ſuam perficiendo, bene agat. ICCIRCO vel appetitiuus intellectus, uel intellectiuus appetitus electio eſt. tale autem principium eſt homo.) Quoniam ab appetitu, inquit, incipit electio, intellectumque habet ratiocinatiuum, atque actiuum, qui appetitui ipſi paret, dum primum ratiocinatur atque examinat rectene ille appetiuerit, deinde eligit ac conſultat, quo modo appetitam rem conſequi poſſit, iccirco electio uel appetitiuus intellectus diceretur, quippe quæ appetitum tempore præuenientem, intellectum ſubſequentem habeat, uel appetitus intellectiuus. idem enim utrunque eſt, ſiue intellectus ponatur ut genus, & appetitus vt differentia ſubiungatur ad contemplatiui diſtinctionem, ſiue anteponatur appetitus, generiſque vicē obtineat, differētię vero loco ſubſequatur intellectus, quo ab appetitu abſolute, qui ineſſe etiam brutis natura conſueuit, diſtinctio aliqua efficiatur, ita ut tres electionis definitiones habitu ac reſpectu diuerſæ, re ſubiecta autem eædem ſint, immo uero prima & tertia ſolo nomine inter ſe differant, nam quod in prima eſt conſultatiuum, id in tertia intellectiuum dicitur. qui enim appetit cogitat, atque intelligit, habitumque ipſum pro fine habet, cuius cauſa intelligit, ratiocinatur, ac conſultat, non enim cognitionē, ſed actionem, ſibi proponit. Quod vero inquit tale autem principium eſt homo, eiuſmodi habet ſententiam: Ex ijs quæ operantur alia ſupra electionem operantur, quæcunque rationem humanam excedunt, vt Deus: quæ item inter intellectum & animam ſunt, utraque in anima conſtitutas exuperant. omne enim quod eligit, cõſultat, quod conſultat, defectu prudentiæ conſultat. Deus autem & intellectus prudentia non caret, neque apud ſe quicquam quod contingat, ſed neceſſaria omnia ac ſtabilia habet. quę uero carent electione, ratione etiam carent ſolus autē homo operari ex electione natura poteſt, principiumque & cauſa eorum eſt, quæ ex ea efficiuntur. iccirco opinionem hanc ſequutus, primum principium & cauſam operationum quæ ex electione fiunt, eſſe hominem inquit, quippe cum neque ante ſe, neque poſt ſe quippiam habeat, quod electione in operando vtatur. ſicut. n. iam diximus quod eligit etiam conſultat, quod autem cõſultat tum ratiocinando operatur, tum circa ea conſultationem habet, quę euenire aliter atque aliter poſſunt.

Nihil autem eſt eligibile, quod factum eſt. verbi cauſa Ilium expugnaſſe eligit nemo. non enim conſultat quiſpiam de eo quod factum eſt, ſed de eo quod futurum eſt, eſſeque aliter poteſt. quod autem factum eſt, quin factum ſit, fieri nullo modo poteſt.

De ijs quæ electioni ſubiecta ſunt, hic loquitur: oſtenditque ea eſſe eiuſmodi, vt euenire aliter atque aliter poſſint, & futura ſint, neque enim de neceſſarijs conſultat quiſpiam, neque de ijs quæ antea facta iam ſunt. quòd ſi de his non eſt conſultatio, neque electio erit, quippe cum vnuſquiſque qui eligit, conſultando eligat, vnde etiam cõſultatiuus appetitus electio ipſa definita eſt. Quo modo igitur erit eligibile id de quo nulla eſt conſultatio? quorſum enim conſultaret quiſpiam de re iam facta, & de aliquo ex ijs quæ neceſſaria ſunt, de quibus ſanè conſultat nemo, vana que omnis conſultatio eſt? De factis igitur & neceſſarijs nemo qui ſapit conſultat: atque ob id etiam neque huiuſmodi quippiam eligit. nam ſi vbi eſt electio, ibi eſt conſultatio: vbi non eſt conſultatio, neque electio ſit, neceſſe eſt. adde etiam quòd ſi de ijs quæ euenire aliter poſſunt, ſuntque in noſtra poteſtate, electio eſt: fieri autem non poteſt vt quod factum eſt, non ſit factum, quod factum eſt, eligibile nullo modo erit. huius autem exem-

A plum Troiæ expugnationem ponit. quis enim nunc eſt, qui expugnare eam urbem eligat, quæ multis ante ſeculis fuerit expugnata?

Iccirco recte Agatho inquit:

Re namque ſola hac ipſe priuatur Deus
Vt facta minime infecta poſſit reddere.

Tragicus Poeta fuit Agatho: cuius hic meminit Ariſtoteles, quòd conſentientia cum ipſo ſcripſerit. vnde etiam dictum eius laudat. Quia enim, inquit, hæc ita ſe habent, propterea etiam Agatho recte dixit, adeo neceſſe eſſe ut quod iam factum eſt, non poſſit eſſe non factum, ut de Deo etiam ipſo dicere audeamus, quòd licet omnia poſſit, utpote omnium cauſa, eo ſolo tamē priuetur, vt quod factum eſt, facere quin factum ſit, nequeat. nam uel Deus B eſt cauſa etiam rei factæ: omnium ſiquidem tam quæ ſunt, quàm quę fuerunt, cauſa eſt: vnde ſi id quod factum eſt, ita tolleret ut factũ non eſſet, tollere etiam ne ipſe eſſe cauſa illius, poſſet: vel ſi rei factę non eſt cauſa, cauſa omnium non erit, quæ utraque abſurda ſunt, fierique nullo modo poſſunt.

Vtrarumque igitur intellectiuarum partium opus veritas eſt. Quocirca ſecundum quos habitus vtraque maxime verum dicet, ij vtrarumque virtutes erunt.

Diuiſit ſuperius intellectum noſtrum in actiuum, & cõtemplatiuum, hoſque differre inter ſe ſubiectis rebus oſtēdit, quòd alter circa ea quæ eſſe aliter poſſunt, alter circa neceſſaria tantum verſetur. ſumpſit præterea ſeparatim actiuum in quo & recta ratio & prudentia conſideratur, C de eoque ea diſſeruit, quę ad notionem eius explicandam ſatis fuerunt. nunc de omnibus intellectiuis habitibus dicere proponit, quæ omnes ad intellectum abſolute referũtur, atque iccirco ſumit id quod omnibus his commune eſt, quaſi finem ipſorũ, quod etiam opus appellat. Inquit igitur, cum in duo intellectus noſter diuidatur, in actiuũ, & contemplatiuum, vtrorumque horum veritas finis eſt. oportet igitur ſtatuere ſecundum quos habitus pręcipuè vtraque ex his partibus intellectus uerum dicet, qui etiam virtutes vtrarumque harum ſunt, ac de omnibus ipſis poſtea diſſerere. Sed dubitare aliquis poſſet, quo modo partes has rationalis animæ dicat, cum anima vnum quoddam ſit ex incorporeis, quæ etiam ſeparabilia à corpore ſunt. nam ſi incorporeum quoddam per ſe eſt anima, pro D culdubio etiam indiuidua erit, ſi indiuidua, quo modo partes habeat quærendum eſt. An ratione corporis indiuidua anima dicitur, quemadmodum etiam cætera omnia incorporea quæ poſt primam cauſam ſunt? nam per ſe & illa in compoſitione conſiderantur, ex diuerſiſque tanquam partibus conſtituta ſunt, ac compoſita. ſiq; etiam deitas in ipſis dicatur, per participationem habere deitatem dicuntur, nihilque ex ipſis eſt, quod ita ſit Deus, ut nihil aliud ſit. vnus vero Deus hoc ipſum per ſe eſt, quod dicitur Deus, aliudque nihil, licet omnia ſimul, quatenus eſt cauſa omnium, ſit. At ex ijs quæ poſt ipſum ſunt, quicquid Deus dicitur, aliud quid eſſentia cum ſit, participatione eſſe Deus dicitur, vt ſit ſimul & deificatum & deitas, & particeps & participans. ecce iam tibi compoſitio, E quæ ſi eſt, partes quoque erunt, ex quibus totum componitur. quòd ſi ea quæ ſupra animam ſunt, excepto primo omnium auctore, compoſita ſunt omnia, multo magis anima erit compoſita. non eſt igitur abſurdum, ſi partes etiam habere eam dicamus: quippe cum non ſecundum dimenſionem, & continuitatem, quæ in corporibus eſt, eas eſſe intelligamus, ſed eo modo quo natura comparatum eſt, ut incorporea componantur.

Habituum intellectualium enumeratio, quod ſcientiæ obiectum, & quæ proprietates.
Cap. III.

SVmpto igitur altius principio rurſus de ipſis dicamus.

Quoniam prior vnaquæque ſubſtantia ſua ipſius perfectione

ſectione eſt: cum dixerit iam de ſubſtantia duarum animæ partium, id eſt ratiocinatiuæ, ac contemplatiuæ quātum ad propoſitum eſt ſatis: nunc de vtriuſque harum perſectione docere vult. ac propterea reſumit orationē, quaſi de iiſdē, partibus ſcilicet intellectiuæ animæ habenda ſit, id quod & verba ipſa, altius, & rurſus, nobis intelligendū eſſe oſtendunt. nam quæ de vtriuſque ipſarum uirtutibus ac perſectione traduntur, de ipſis his dicta eſſe nemini dubium eſt.

Sint autem ea quibus anima affirmando aut negando verum dicit, numero quinque: hæc vero ſunt ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, intellectus. nam exiſtimatione & opinione fieri poteſt, vt mentiamur.

Vniuſcuiuſque rei quæ eſt vel fit, ſubſtantia ex proceſſu ab effectiua cauſa cōſideratur, perſectio vero ex conuerſione rei ad illam, dum ad illam accedere affectat, illamque quatenus licet, imitari ſtudet, vt ſicut illa eſt perfecta, ita etiam ipſa res perfecta ea ſcilicet quę ipſi conuenit, perfectione efficiatur. Ideo animę etiam neceſſe eſt & partibus eius, ut ad illam efficientem cauſam conuertatur, illamq; bonis habitibus & operationibus imitetur. ſicut igitur ſubſtantiam intellectiuæ animæ facultatis cognouimus, alteram ſcilicet eius partem eſſe contemplatiuam, alterā ratiocinatiuā, atque hanc circa ea quæ aliter poſſunt euenire, illam circa neceſſaria verſari, ſic debemus quoque habitus illarum cognoſcere, quibus operando perfectę fiunt cauſamque ſuam perſectione imitantur, atque ita boni ipſius fruitionem percipiunt. ob hoc enim vt eſſent productæ ſunt. Enumerat igitur quot ſint habitus, eoſque in quitesse numero quinque, quos etiam nominatim exponit. tot autem eos eſſe prorſus neque excedere, neque deficere, ita ex diuiſione manifeſtum fiet. Intellectiuam animæ facultatem duas habere partes dictum iam eſt, vnam, quæ circa ea quæ contingunt, alteram quæ circa neceſſaria verſatur. quæ in iis quæ contingunt, verſatur, ſubdiuiſa in duas etiam ipſa diſtribuitur ſpecies, actiuam & effectiuam, quarum altera prudētia, altera ars nominata eſt. quæ uero in neceſſarijs verſatur, tres admittit partitiones: quarum vna ſcientia, altera ſapientia, tertia intellectus appellatur. ac præter has quidem partes nihil inueniri amplius poteſt. quid autem vnaquæque harum ſit, quidque à cæteris differat, procedēs diſputatio explicabit. Sed hæc hactenus. nunc verba etiam ipſa particulatim uideamus.

SINT autem, inquit, ea quibus anima affirmando aut negando verum dicit, numero quinque.) Quia primus Ariſtoteles de intellectiua animę facultate hæc inueſtigauit quinque, in quæ ad ſummum ipſa diſtribuitur, propterea ſint, inquit, fidenter hoc diſcipulis ſuis præcipiens. cum vero ait quibus anima affirmando uel negando verum dicit, id ad ſenſitiuæ differentiam poſuit, immo fortaſſe & opinionis. nam qui recte opinatur, recteque imaginatur, vel ſentit, cum non errat, uerum etiam ipſe dicere, hoc eſt uerax eſſe, ideſt ἀληθεύειν dicetur, non eo tamen quòd pronunciet aliquid, ſed quod bene prout eſſentia cognoſcentis facultatis requirit, affectus ſit. at in loquutione & intellectione ueritas affirmatione utitur & negatione, vereque affirmat, aut negat in unoquoque ex iis quæ fuerunt connumerata. Addidit autem, exiſtimatione & opinione &c. ea de cauſa, quia ſingula ex his quinque dū in propria conſtitutione ſua manent, mentiri nunquam poſſunt, exiſtimatio uero in uniuerſum & opinio fallit ac mentitur nonnunquam, quemadmodum ſi quis aut pedali magnitudine eſſe ſolem opinetur, aut lunam dum terram illuſtrat, ex ſeſe habere totum lumen exiſtimet. Verū in hoc dubitare aliquis poſſet, primum, quo modo uerum dicere anima affirmando, vel negando intelligatur, quaſi fieri poſſit, ut in aliquo etiam alio orationis genere quàm in ſola enunciatione veritas reperiatur, cum tamen neque optatio, neque imperatio, neque vocatio, neque interrogatio admittere vllo pacto ueritatem aut falſitatē queāt.

A Deinde qua de cauſa quinque hos habitus veraces eſſe ſimul omnes ita neceſſario aſſerit, ut nunquam mentiātur? nā ſcientia & ſapiētia & intellectus cū circa neceſſaria verſentur, certam quidem ac ſtabilem veritatem habebunt, at ars & prudentia, quæ ſubiecta habent eiuſmodi, vt euenire aliter atque aliter poſſint, qua ratione neceſſario uerum dicent? veritas ſiquidem orationis ipſum eſſe rei conſequitur, & ecōtrario ipſum eſſe rei ueritati orationis correſpondet, vt quibus eſſe firmum ac ſtabile eſt, de iis certa ac ſtabilis veritas quoque ſit: quibus contrà inſtabile eſt atque incertum vt ſint, de ijs non poſſimus quippiam certi pronunciare. qui igitur de neceſſariis contemplantur, neceſſario uerum dicunt, cum de ipſis quid pronunciant: qui vero circa ea quæ contingunt, verſantur, non neceſſario de ipſis uerum eos dicere cenſendum eſt, ſed prout contigerit. Quare uidetur Ariſtoteles cum rerum ueritate minime conſentire, cum artem & prudentiam inter abſolute ueridicos habitus repoſuerit. quid igitur ad hoc dicendum eſt? illud ſanè quod prima ipſa ueritas ſuggeſſerit. Dubitatio itaque prima ita eſt ſoluenda. Veritas quidem & in uerbis, & in rebus conſiſtit, in rebus, cum vnum quodque quod eſt, ſemper & eodem modo ſeſe habet; in uerbis, cum de re quæ eſt, quòd ſit, pronunciamus, atque aſſerimus, quæ nimirum ueritates in eo inter ſe diſtant, quòd hæc ſyncerum ac purum in ſe verum habet, illa quę eſt in uerbis, habet aliquid etiam quod nō ſit verum, quippe cum ex ſimplicibus vocibus compoſita ſit, ſimplex autem uox nihil quod aut verum aut falſum ſit, poſſit ſignificare. propterea ut ueritatem quæ in uerbis eſt, ab ea quæ eſt in rebus diſtingueret, uerum dicere animam inquit ex his habitibus affirmando, aut negando: vtpote de rebus inueſtigantem, ac pronunciantem id quod in ipſis uerum inuenitur vel fortaſſe non ut ab alio aliquo diſtingueret, affirmare aut negare Ariſtoteles poſuit: ſed vt id quod eſt, ſignificaret, non poſſe fieri ut uerum niſi enunciando dicat quiſpiam. Ad ſecundam autem quæſtionem, quo modo habitus qui circa ea uerſantur quæ eſſe aliter atque aliter poſſunt, verum abſolute ac prorſus dicant, ita reſpondendum eſt, non habitus ipſos eſſe in cauſa mendacij, cum fine quem ſibi faciendo, aut agendo propoſuerāt fruſtrantur, ſed rerum ipſarum naturam, quæ in materia conſtituta, inſtabiliſque eſt. Exempli cauſa in medicina, quæ ægrotantium ſanitatem procurat, ſi nihil eorum quę fieri poſſunt, medicus ipſe prætermiſerit, ſed omnia accurate atque opportune tractarit, ægrotus autem nihilo magis tamen propterea curetur & conualeſcat, ſed moriatur non eſt medicus qui errat, ac fallit, ſed ipſa rei natura, quę materialis cum ſit, incertitudine, atque inſtabilitate prædita eſt: neque quiſpiam qui recte velit iudicare, id uitio dādum medico exiſtimabit, quòd finem quem ſibi à principio propoſuerat, non fuerit conſequutus, ſed fruſtrationis cauſam in inſtabilitatem naturę proculdubio referet. Idem in ædificatoria, idem in fabrili arte cenſendum eſt. idem quoque in ciuilibus actionibus de prudentia eſt dicendum: prudens enim, licet, diligenter conſideret, recteque ac vere ratiocinetur: exturbatur tamen ſæpenumero à fine quem propoſuerat, non quòd ipſe fallatur, ac mentiatur, ſed quòd ſubiectæ ipſi res fluxæ atque inſtabiles cū ſint, immutantur, atque excidunt. non eſt igitur ille accuſandus quòd fine ſuo nō fuerit potitus: ſed potius quòd recte ratiocinatus fuerit, ac conſultarit, laudandus, cauſaque fruſtrationis non ipſi, ſed naturæ rerum quæ contingere aliter poterant, inſtabilitati aſcribenda eſt. Ars igitur & prudentia habitus ſunt per ſe quidem veridici, ſi tamen aliquando falſum ſubſequatur, id non habituum ipſorum eſt, ſed rerum contingentium inſtabilitatis. Vnde etiam Demoſthenes, cum vitio ei daretur, quòd non euenisſet id quod ipſe conſuluerat, ita crimē oblatum diluit, nemo inquit, de futuris conſultare certum quid poteſt, rerum futurarum inſtabilitati quod reprehenſione dignum erat aſcribens. Opinio uero, & ea quæ ſpeciali nomine exiſtimatio,

matio,ſeu ſuſpicatio, id eſt ὑπόληψις appellatur, quando mentiuntur, ex ſe, non ex alio mentiuntur, ac falluntur: atque in ſe errorem ipſum habent: quippe cùm verum ipſum ignorent, atque id quod veritati contrarium eſt exiſtiment, atque opinentur. quemadmodum ille facit,qui cum in aqua demerſum remum videat, & ex aquæ fluctuatione allucinetur, fractumque eſſe eum putet, viſione ipſa deceptus, ita re uera eſſe opinatur, atque exiſtimat. Animæ igitur habitus contemplatiui qui circa neceſſaria verſantur, vtrinque tam ex ſubiectis ſibi rebus, quàm ex ipſis enun iationibus veritatem habent, ut in ipſis ueritas quæ in uerbis eſt, cum rerum veritate penitus conſentiat. qui vero circa ea quæ contingunt, munus ſuũ exercent,vere quidem etiam ipſi pronunciant, & ratiocinantur: ſed interdum tamen fit,vt rerum ſubiectarum naturam reſiſtentem ob inſtabilitatem, repugnantemque habeant.

Scientia igitur quid ſit, hinc manifeſtum eſt,ſi exquiſite tractare, & non ſequi ſimilitudines opus eſt.

Nũc de ſingulis quæ enumerauit,diſſerere incipit,quid que vnumquodque ipſorum ſit, docet: & quid à reliquis differat.quia igitur cognata hæc cum ſint,quandam inter ſe habent ſimilitudinem, vt in exacta horum perceptione noſtra confundatur intelligentia, ut differentias ipſorum ignoremus,aliudque pro alio interdum ſumamus,iccirco inquit,ſi exquiſite tractare, & non ſequi ſimilitudines opus eſt.nam quemadmodum licet columbæ & palumbis ſimilitudo quædam ſit, non tamen ob id eandem eſſe & columbam & palumbem debemus aſſerere: ſed proprijs ipſas differentijs inter ſe diſtinguere, ſic & ars & ſcientia quamuis quadam inter ſe ſimilitudine coniunctæ ſint: quòd cauſas ſcilicet rerum à ſe effectarum utræque aſſignant: quòd item ordine in diſciplina utuntur, ſine quo recte conſiſtere non poſſunt,aliaque fortaſſe nonnulla huiuſmodi communia habeant, non ob id tamen una & eadem res ſunt exiſtimandæ,ſed oportet,ut differentiis vtrarunque diſquiſitis diuerſas eſſe ſpecie vtraſque aſſeramus. Eodem modo de reliquis. Aduertendum autem eſt Ariſtotelem in enumeratione horum quinque habituum primam artem,deinde ſcientiam,tertio loco prudentiam,poſtea ſapientiam & intellectum conſtituiſſe, hic vero vbi ſingularum rationes explicat, à ſcientia exordium ſumpſiſſe, ea de cauſa, quòd ille ſua vſus conſuetudine ab imperfectiore,id eſt arte inceperit, deinde ad ſcientiam vtpote perfectiorem progreſſus eſt. prudentiam autem cum ſapientia & intellectu ob cognationem coniunxit, propterea quòd in nomine etiam cum intellectu prudentia communicat, quippe cum prudentia intellectus actiuus nominetur, qui circa utilia humanæ uitæ verſatur, vt inter has quoque prudentia utpote inferior, ſapientiæ & intellectui anteponenda fuerit,ante intellectum vero ſapientia, eo quod intellectus eſt id quod ſupremum omnium eſt,gignitque ſapientiam. ſunt etiam qui prudentiam in uniuerſum eorum quæ ſunt cognitionem appellent, ſed hos in præſentia omittamus, in horum enim tractatione ſequi Ariſtotelis ſententiam debemus. Dum autem vnumquodque explicat,ſcientiam anteponit vt exquiſitiorem,& perfectiorem, quippe quæ circa ea quæ ſunt, & neceſſario eueniũt, verſetur. ars vero in ijs quæ contingunt, ſtudium omne ſuum collocat.nam etiam ea quæ ſunt, iis quæ fiunt, natura ſunt priora,ſuntque actus abſque ulla poteſtate,at quę contingunt,in poteſtate eſſentiam ſuam habent,nunquãque ab ea ſeparantur,licet enim in actum etiam proceſſerint,ſintque actu aliquid, poteſtate tamen ſunt oppoſitũ eius quod ſunt.quin ipſe quoque Ariſtoteles cum ea quæ ſupra generationẽ ſunt, generationi obnoxiis anteponat in libro de interpretatione poteſtate priorem eſſe actum dixit: actum ingenita, & æterna,poteſtatem generationi corruptionique obnoxia appellans.quam ob cauſam etiã in quarta eiuſdem libri ſectione cum perfectiorem propo-

A ſitionum expoſitionem faceret, neceſſariũ eſſe, ante alias omnes ſtatuit,vt eius contradictionem vt pote natura antecedentem reliquarum contradictiones conſequerẽtur.

Omnes enim id quod ſcimus, non poſſe aliter ſeſe habere exiſtimamus, quæ autem aliter eſſe poſſunt, cum extra contemplationem fuerint, an ſint,necne,latent.ſcibile igitur neceſſario eſt,ergo æternum. quæ enim neceſſario ſunt, abſolute omnia ſunt æterna. quæ autem ſunt æterna, generationi, & corruptioni minime ſubiacent.

Maximam eſſe differentiam,quantum ad ſubiectas res attinet,inter artem & ſcientiam, hic confirmat Ariſtoteles:communique ad hoc notione vtitur,communis enim inquit,nobis omnibus hominibus inest exiſtimatio, non B poſſe aliter ſeſe habere id quod ex ſcientia cognoſcimus, nam quæ aliter atque aliter poſſunt euenire, tantam habent in eo quòd ſunt, inſtabilitatem, vt an prorſus ſint, necne, facile lateant, cum extra contẽplationem fuerint. hoc autem quod inquit, extra contemplationem, duobus modis ſumi poteſt, vel enim contemplari pro videre intelligemus, vt talis ſit ſenſus, ea quæ poteſtate ſunt, & contingunt, tunc eſſe exiſtimamus, cum in actum venerunt, ſenſibusque expoſita ac præſentia conſpiciuntur,cũ vero in poteſtate adhuc ſunt, an prorſus ſint,latent, ſuntque ijs quæ non ſunt, per quàm ſimilia. at neceſſaria non ita,ſed ſi etiam nullus ea uideat,ſunt tamen nihilominus, uel igitur ſic eſt intelligendum, vel contemplari pro intelligere & conſiderare ſumendem eſt, neceſſaria.n. ſunt, C ſiue ea contempletur & conſideret quiſpiam, ſiue non cõſideret,quæ contingunt uero, an prorſus ſint, latere conſueuerunt, ſi ab aliquo non fuerint conſiderata,id quod fit ex imbecillitate, exilitateque eſſentiæ eorum, in quibus cum immiſta poteſtas ſit,quæ nunquam ab ijs quæ eſſe poſſunt, ſeparatur, & intelligentiam noſtram impedit, & ipſorum eſſentiam obfuſcat.Ex cõparatione igitur inter ſe neceſſariorum, & eorum quæ aliter atque aliter eueniunt, colligit neceſſarium, atque ex eo æternum eſſe id quod ſciri poteſt. quod enim non poteſt aliter ſe habere, eſt neceſſariũ,quod eſt neceſſarium,id nunquam eſt quando non ſit,quod autem eſt huiuſmodi, æternum eſt.omne enim quod abſolute ac ſimpliciter eſt neceſſarium ęternum eſſe manifeſtum eſt. abſolute autem & ſimpliciter D dicimus eſſe neceſſaria, quæcunque eiuſmodi ſunt, non ex conditione, nam cum neceſſarium eſſe dicimus ſedere aliquem quo ad ſedet, id non abſolute & ſimplici ratione,ſed ex conditione neceſſarium eſt.at quæ ſunt æterna, generationi & corruptioni minime sũt obnoxia. Nõ enim aliter eſſe poſſunt æterna, niſi ſint neque generabilia,neq; corruptibilia,quippe cum illud ſemper ſit,quod non in tẽpore eſt,ſed ſupra tempus, quod autem eſt ſupra tempus, ſupra etiam generationem ſit, nam omnis generatio eſt in tempore.at quod eſt ſupra generationem, eſt etiam ſupra corruptionem. ſi enim ſit ſub corruptione, in quid eius corruptio euadet? ſiue enim in ingenerabile, ſiue in generabile corrumpetur, ſi in ingenerabile, corrupto ingenerabili ingenerabile gignetur, atque ita efficietur, vt E id quod gigni non poteſt,gignatur,ſitque idem & generabile ſimul, & ingenerabile. ſi uero in id quod generabile eſt,fiat corruptio,ingenerabile in id quod generabile eſt, commutabitur, atque ita rurſus ingenerabile non erit ingenerabile.ſed ſi ita natura erit comparatum,ut ingenerabile immutari poſſit,nihil erit quod ſupra generationem ſit.at omnes non ſola eſſe in natura rerum generabilia opinamur, immo ne eſſe quidem propria ipſa exiſtimamus, cum ſemper & generentur, & intereant,neque unquam, vt Platonis Timæus aſſerit, re uera ſint.ea enim ſunt proprie, quæ ſemper eodem modo ſeſe habẽt. nam & prima cauſa immobilis prorſus eſt, atque immutabilis, ut neceſſe ſit, eam à ſibi ſimilioribus rerum productionem incepiſſe,ac primum in æuo non in tempore æterna ac perennia, deinde in tempore generationem, quæque ipſi ſunt obnoxia,

obnoxia, creaſſe. præterea ſi hæc proprie nec ſunt, nec dicuntor eſſe, ad quorum comparationem, ita dicuntur ad eorum proculdubio quæ proprie ſunt. quæ autem proprie ſunt ea ſanè quæ firma ac ſtabili eſsētia prædita ſunt, hæc vero ſunt ea quæ ſemper eodem modo ſeſe habent. at quę ſunt huiuſmodi, æterna ſunt, & ingenerabilia, & incorruptibilia. Ante temporaria igitur æterna, ante generationi obnoxia ingenerabilia, ante corruptibilia incorruptibilia ſunt. Adde quòd quę proprie eſſe aliquid dicuntur, ex participatione alicuius proprie eſſe, id quod ſunt, dicuntur: quod antem particeps eſt, alicuius quod re uera ſit particeps eſt, quare id quod re vera & proprie & per eſſentiam eſt, id quod non proprie, ſed ex participatione eſt, antecedit. neceſſario igitur æterna & ſupra generationem & corruptionem conſtituta temporariis & generationi corruptionique obnoxiis priora ſunt. Accedit ad hoc, quæ ſunt in generatione, quòd corruptioni obnoxia ſint, actu ipſo cognoſcuntur, corruptio autem vniuſcuiuſq; eſt vniuſcuiuſque malum, ab eſſentia enim, quod proprium ſingulorum bonum eſt, deiicit, atque exturbat: ſunt igitur in malo, & cũ malo ſuo ea quæ corruptioni ſunt obnoxia, quippe cum neque eſſentiam, neque bonum ipſum ſyncerum, ſed cum contrario commiſtum habeant. vnde ergo habent hæc id quod ſunt? ex aliquone, an ex nullo? ſi ex nullo, ſine cauſa, & fortuito exiſtent: nam vt ex ſe ſint, fieri nullo pacto poteſt, ex ſeſe enim ſufficerent, boniq; eſſent capacia, neque corruptionem vlla admitterēt. ſi igitur sũt fortuito, unde ipſis conſequutio, atque ordo euenit, quo vt plurimum eſſe eadem perſeuerant? niſi ex cauſa etiam hæc bona exiſtant, atque eam ob cauſam id quod raro & inordinate ex materia proueniret, participatione boni ſuperent: bonum enim eſt, quod in ipſis inordinatum omne ad ordinem reducit, licet id facere ſemper non poſſit, ſed aliquando fruſtretur. nam quod fortuito accidit, raro euenire conſueuit. non ſunt igitur fortuito, ſed neque aliunde quàm ex bono. non enim ab aliquo alio niſi à bono adeo poſſent conſeruari vt tamdiu, ideſt plerunque durarent, bonoque ipſo fruerentur. à bono igitur hæc etiam omnia producta eſſe, ac creata cenſendũ eſt. At bono proprium eſt creationem & productionem à ſimilibus incipere: eiuſmodi vero ſunt ea, quæ plane ac ſyncere ſunt bona, nullamq; mali ipſius corruptionis commiſtionem admittunt: efficitur ergo vt priora ſint æterna, quibus eſſentia ſupra tempus & generationem eſt, à quibus corruptio, mutatioque in ſubſtantia quàm longiſſime abeſt: vt per ipſa poſtea media ad hæc vſque corruptibilia proceſſerit creatio, & ad extrema vſque & infima prouidentia permearit. Quin etiam cum hæc quæ hic ſunt, propterea quòd prætereunt, ac tranſeunt, umbræ appellentur, & omnis vmbra ad verum aliquod exemplar referatur: hinc quaſi communi teſtimonio perſpicuum fit, alia eſſe perfecta & uera, in quæ tanquam exemplaria umbræ ipſæ hę referantur. erunt igitur intelligibilia horum corruptioni obnoxiorum exemplaria, utpote uere ac ſyncere bona, quæ ſolo intellectu percipi poſſunt, ut ex modo etiam cognitionis ipſius quàm uere ſint, quantoque his fluxis & caducis antecellant, facile pateat. hæc ſi quidem ſenſu & imaginatione percipiuntur: illa mente, & intellectu, cũ ab affectuum perturbatione liber in tranquillitate conſtitutus eſt, à primoque ipſo lumine illuſtratus immobilia illa quiete attingit, ac contemplatur. Verum fortaſſe reprehenderet nos quiſpiam, quòd tam longam præter propoſitum orationem protraxerimus: ſed iuuandi deſiderium nobis in cauſa fuit, quod ex Stagiritæ uerbis occaſione ſumpta ſententias has produxit, philoſophis non inutiles futuras.

Omnis præterea ſcientia eiuſmodi eſt, vt doceri, ſcibile vero, vt diſci poſſe videatur. ex præcognitis autem fit omnis doctrina, ut in reſolutorijs etiam diximus. nam altera ex induction fit, altera ratiocinatione: atque inductio quidem

A *principium eſt vniuerſalis, ratiocinatio ex vniuerſalibus.*

Alteram hic ſcientiæ notam ſubiungit: quòd videlicet & ipſa ex doctrina nobis traditur, & quod ſubiectum ipſi eſt, per doctrinam cognoſcitor. id quod etiam in principio poſteriorum dixit. vbi & illud addidit oportere eum qui ſcientiam aliquam docendus eſt, ſemper aliquid prænoſcere, non quodlibet ſanè, ſed quod ad propoſitæ rei diſciplinam faciat. Ne autem infinite progedi hæc cognitio exiſtimetur, apte aſcenſum eius circũſcribit ac ſiſtit, cum inquit: altera ex inductione fit: altera ratiocinatione. principiorum enim comprehenſio ſcientia etiam ipſa quodammodo eſt. ſcientia quoque eſt ex principijs conſtituta demonſtratio, quæ medio cauſa ipſa rei vtitur, ac per ipſam id quod colligitur confirmare conſueuit. ſed
B alio modo principiorum perceptio, alio ex principijs concluſarum rerum cognitio à nobis acquiritur: differentiã enim ipſe ſubiungit, ita inquiēs: atque inductio quidem principiũ eſt uniuerſalis, rõcinatio ex vniuerſalib. nã quomõ & principiorũ ſcientia cõparetur, & eorũ quæ ex principijs fuerint demonſtrata, hic oſtendit. principia enim, inquit, per inductionem nobis innoteſcunt, cum vniuerſalia ſingularibus confirmamus, ac probamus: atque ea poſtea iam conceſſa ſumentes ratiocinationem cõponimus, quæſitæque rei demonſtrationem facimus. nam quæ eidem ſunt æqualia & inter ſe quoque eſſe: & in vniuerſum quæcunq; alicui vni rei in aliquo ſunt eadem, inter ſe quoque eadem eſſe: ita probare conſueuimus. Multa ſingularia in medium producimus, vnique cuilibet rei
C comparamus: atque ita vbi & illi rei & inter ſe eſſe eadem oſtenderimus, idq; in diuerſis rebus ita ſeſe habere inuenerimus. vniuerſale conſtituimus: quo poſtea ſumpto, atque in maiore diſtantia & extremitate collocato res de quibus quæſtio eſt, inter ſe eſſe æquales demonſtramus. Idem in cæteris principijs facimus. ita vt diuerſa ſcientiæ ſpecies vtraque eſſe cognoſcatur principorum ſcilicet, & eorum quæ ex principijs demonſtrantur. Vnde etiam ipſe concludens rationem ita ſubiungit.

Sunt igitur principia ex quibus conſtat ratiocinatio: quorum non eſt ratiocinatio: ergo inductio.

Hoc inquit, vt eſſe alteram ſcientiam confirmet, diuerſam ab ea quæ ratiocinando fit, quæ demonſtratio appel-
D latur: quæ ſanè alterius modi eſt, quam ſit demonſtratio; conuenitque principiis ex quibus ratiocinatio conſtituitur. nobiſque ea eſſe principia manifeſtat, ut non ſit neceſſe iis qui demonſtrare volunt, in infinitum aſcendere, cum ſatisfaciat inductio, quę ex euidentia ipſa rei uniuerſale cõfirmat. At vero in dubium uenire poſſet, quo modo ſenſiua cognitio melior non ſit ac præſtantior, quam ea quæ ſcientia acquiritur, ſi principia ſcientiæ ex ſenſu confirmationem habent ac fidem. nam ſi inductio ex ſingularibus fit, eiſque principiorum confirmatio, principiorum confirmatio ex ſenſibus eſt. at principia ſcientię ac demonſtrationis cauſæ ſunt, quare etiam ſenſus demonſtrationis & ſcientiæ erit cauſa. cauſa uero potior eo eſt, cuius eſt cauſa: potior igitur & melior quam ſcientia eſt ſenſus, quem
E cum brutis communem habemus. ſed eſt abſurdum ut quæ ratione carent, præſtantiora eſſe ratione præditis dicantur. Quo circa huic dubitationi ita occurrendum eſt, ac dicendum, ſi ſenſus vt efficiens ac generans ſcientiam, cauſa eius eſſe diceretur, merito ſcientia eum eſſe præſtantiorem aſſerere deberemus, cum uero ut miniſter, ac ſeruus ſcientiæ, qua ratione is qui miniſtrat, ea cui miniſtrare ac ſeruire cõſueuit, potior ac melior ſit exiſtimandus non uideo, quippe cum etiam ferrandi ars quæ fabrili inſeruit, non propterea quòd materiam aptiorem ei reddit ſuperior ac melior fabrili ipſa cenſenda ſit, nec metallica item ærariç, aut argentariæ, aut aurificinæ ob id ſit anteponenda, quòd omnibus his materiam ſuggerat. Nam ſenſus quoque cum ex iis quæ ipſi ſunt nota, propoſitiones quaſi materiam demõſtratiuæ & ſcientificæ ſubiiciat

ad uni-

ad vniuerſalis confirmationem euidentia ipſarum vſus: merito non efficiens demonſtrationis & ſcientiæ, ſed miniſtrans cauſa dicendus eſt. Quod autem uicem materiæ obtineant in demonſtratione & ſcientia ea quæ ſenſu cō probata fuerint, inde licet uidere, quòd propoſitiones ipſæ præ concluſa re nihil aliud ſunt, quam materia, quam veluti præparatam aptioremque redditam ex uniuerſalis per inductionem facta confirmatione ſumens demonſtratiua, ei concluſionem quaſi formam apponit, atque affingit. cauſam igitur quæ formam efficit, dicere nullo modo ea eſſe inferiorem debemus, quæ materiam præparat, ac ſubminiſtrat.

Efficitur igitur, vt ſcientia quidem demonſtratiuus ſit habitus, & quæcunque alia in reſolutorüs deſinimus.

B Hæc cōcluſio eſt eorum quæ antedicta ſunt, quòd duo ſcilicet ſcientiæ modi ſint, alter, ex ratiocinatione, qui habitus eſt demonſtratiuus, qui ex iis quæ ſecundum ipſam rem, & quatenus ipſa eſt, ſumuntur, & prima ſunt & cauſæ rei concluſę, efficitur, hęc.n. ſunt quę in reſolutoriis determinauit. Vbi hoc dixit Ariſtoteles debebat, ut oratio clarior, planiorque euaderet, diſtributionem ſubiungere, ideſt ad quidem, quæ particula diſtributiua eſt, vero ſubiungere, in hunc modum, ut ſcientia quidem demonſtratiuus ſit habitus &c. inductio uero uniuerſalium ex particularibus & ſingularibus confirmatio quædam. id tamen non fecit, ſed quaſi ex antedictis manifeſtum eſſet, prætermiſit, aliudque intulit, quo ſcientiam eſſe etiam vniuerſalem principiorum cognitionem probat, quæ ex ſingularibus conſtituatur, hoc modo.

C *Quando enim quodam modo credit, & nota ipſi ſunt principia, ſcit.*

Ideſt, quoniam quidam etiam hic modus eſt probationis & confirmationis certæ atque indiſſuaſibilis, cum ex inductione in cognitionem uniuerſalis uenimus, ſi nota ita nobis erunt principia, neceſſario appellari etiam ea ſcientia poterit.

Nam ſi non magis quam concluſio, ea nota ſint, ſcientiam ex accidenti habebit.

Hoc ad maiorem confirmationem adiunctum eſt, quod hæc ſcilicet rectè poſsit ſcientia nominari. ſi enim non eſt ratiocinatio, ſed inductio id, ex quo principia fidem admittunt, maiorem principiis ex inductione, quam conclu D ſioni ex ratiocinatione cōfirmationem afferri neceſſe eſt, niſi enim magis quam concluſionem ſciat principia quiſpiam, quæ ex inductione manifeſtantur, non propriè ſcientiam rei concluſæ, ſed ex accidenti acquiret, quippe qui per ea quæ ſimili modo incerta ſunt, incertum cognoſcat: nam cum ex euidentia ipſa rerum principiorum manifeſtatio efficiatur, qui fieri poteſt, vt principia certiora non ſint, quam concluſæ rei ex ratiocinatione notitia? omnem ſiquidem niuem eſſe albam cum ſine ullo medio ſimplici cognoſcentis appulſione percipiatur, certius proculdubio cognitione ea eſſe debet, quæ medio ac compoſitione indiget. Neque hoc nouum proſſus eſt exiſtimandum, neq; à primo hominis errore longe alienum. perfectus enim à E principio ab omnium opifice creatus eſt homo, ut nullo habitu careret qui ad perfectionem ſpectaret. quod ſi ita eſt, ſapientem quoque fuiſſe cum patet, qui non cogitando ſolummodo, ſed intelligendo etiam pro ratione naturalis ſui ſtatus operaretur, intelligēdo autem operari nihil aliud eſt, niſi abſque ullo medio res ipſas ſimplici intellectus appulſione comprehendere, quòd ſi ſtatum illum ſeruaſſet, legemque à creatore acceptam nō fuiſſet tranſgreſſus, ſed animo ad ſuperiora conuerſo eorum frui conſortio ardenter appetiuiſſet, inferiora uero eatenus aduertiſſet, quatenus, prout ordini ac naturæ eius conueniebat, curam eorū erat habiturus, ſtabilis ipſi ac perpetua perfectio huculque permanſiſſet, ſed quia ab inferioribus illectus ſurſum intendere uires neglexit, vitamque ſenſualem concupiuit, propterea à propria perfectione deiectus ge-

A nerationi & corruptioni obnoxius factus eſt, atq; ita craſſitudine mortalis corporis offuſcante ac turbante intellectualis ei oculus concluſus eſt atque opertus, vt ſenſuum cognitione poſtea indiguerit, quæ ſine medio circa propria obiecta operaretur, eumque quaſi generatione dormientem ac ſopitum expergefaceret, eique ex ſingularibus quæ cognoſcit, occaſionem ad uniuerſalia percipienda exhiberet, exque operatione quam abſque medio ullo circa particularia exercet, uiam ſuppeditaret, qua ex inductione communes notiones conſtituere poſſet, ex quibus poſtea medio carentibus, eo quòd mens eas medio carentibus modis collegerit, demonſtratiuę ac ſcientificæ concluſiones conficerentur. Hinc enim fit, vt ignorantię velamen ſibi detrahat, atque in ſeipſum redeat, affectuumque B grauamine exonerato tandem ad ſuperiora, atque ad ipſum creatorem ſuſpiciat, atque attollatur. Quamuis enim intellectus ipſius ſubſtātia corruptioni minime ſuccubuerit, quia tamen cum corruptibilibus connexus fuit, corruptus etiam ipſe in operatione eſt, ut neque in imperfectis perfectionem, neque in corruptis incorruptionem ſeruare prorſus potuerit. Hæc igitur quæ per inductionem fit pronunciatorum in ſciētiis conſtitutio, iam priori illi intellectus animæ noſtræ perfectioni, quàm poſteriori ſaluti conſentanea eſt.

De arte. Cap. IIII.

C *AC de ſcientia quidem in hunc modum deſinitum ſit. Eius autem quod eſſe aliter poteſt, aliud efficiendum, aliud agendum eſt.*

Vbi de ſcientia abſoluit orationem, ad artem tractandam deſcendit, quidque ea ſit explicat, quidque differat à cæteris habitibus quos connumerauit. Sicut autem in ſciētiæ tractatione ſubiectum eius prius expoſuit, deinde proprietatē eius declarauit, ſic in arte nūc facit. id enim quod eſſe aliter poteſt ſumit, idque in efficiendum atque agendum diuidit, efficiendumque arti, agendum actioni attribuit, deinde quid ars ab actione differat, oſtendit, tum artis propria explicat, ipſamque definit. Cum igitur ars circa ea uerſetur, quæ eſſe aliter poſſunt, horum autem duæ ſint ſpecies, quarum altera arti, altera actioni ſubiicitur, differentiam prius eorum quę euenire aliter poſſunt, manifeſtat, ac tradit, ut inde quæ actioni, quæ arti item ſubiiciantur, perſpicuum ſit.

Effectio autem & actio diuerſum quid eſt. de ipſis autem his, extrarÿs etiam ſermonibus credimus.

Diuerſas eſſe inter ſe effectionem & actionem, cū quaſi conceſſum ſumpſerit, communi hominum opinione id confirmat, certam eſſe harum differentiam inquiēs, ex iis etiam quæ omnes de ipſis cōmuni cōſenſu homines opinantur. Extrarios enim ſermones. i. ἐξωτερικοὺς eos appellat quos extra logicam traditionem communiter uulgus habere conſueuerunt. vnde etiam quaſi his acquieſcens quodam modo ſubiungit, ſic concludit in hunc modum.

Quare etiam habitus actiuus cum ratione ab effectiuo habitu cum ratione diuerſum quid eſt.

E Aliud eſt actiua ideſt πρακτικὴ & aliud actio, aliud item ποιητικὴ, i. effectiua & aliud effectio. actiua enim & effectiua habituum, actio & effectio tractationum, atque operationum ſunt nomina, quoniam uero tractationes habitibus promptiores ſunt ac manifeſtiores, propterea ex ipſarum diuerſitate diuerſos eſſe etiam habitus cognoſcimus. nam cum euidentes ſint operationes, ac pateant, à vulgo etiam percipiuntur, ut aliud actionem, aliud effectionem eſſe fateantur, neque quod factum eſt, actum, neque quod actum, factum appellent, ſed vtraque ſuis vocabulis nominent: ex his igitur habitus quoque vnde ipſæ operationes prodeunt, diuerſos eſſe inter ſe inuenimus. Quapropter quaſi concludens ita inquit, quare propterea quòd actio & effectio ſunt diuerſæ, habitum quoque actiuum cum

ratione

ratione ab effectiuo habitu cum ratione diuerſum quid A eſſe perſpicuum eſt. vtrobique autem poſuit cum ratione eo quod ſuperius etiam in enumerstione eorum habituũ idem poſuerat. non enim quemlibet actiuum, ſeu effectiuum habitum intelligere hic debemus, ſed qui cum ratione exiſtunt, eiuſmodi enim veridici ſunt.

Neque à ſe mutuo continentur: neque enim actio, effectio, neque effectio actio eſt.

Nequis exiſtimet, inquit, ita inter ſe eſſe diuerſos hos habitus, vt alter contineat, alter contineatur, id quod in generibus & ſpeciebus fieri videmus, ſunt enim etiam genera & ſpecies inter ſe diuerſa, alioqui ſpecies plures ſubſtantiales differentias quam genera habere minime poſſent. ſed actio & effectio non ita inter ſeſe differunt, quippe cum neque actio effectionem, neque effectio actionem B contineat.

Quoniam autem ædificatoria, ars quædã eſt, atq; id quod habitus quidam cum ratione effectiuus, neq; vlla ars eſt, quę non ſit habitus cum ratione effectiuus, neq; vllus huiuſmodi habitus, qui non ſit ars, efficitur, vt & ars, & habitus cum ratione vera effectiuus idem ſit.

Poſtcaquam actiuum & effectiuum habitum inter ſe comparauit, diuerſoſque ita eos eſſe oſtendit, vt alter ſubijci alteri minime poſſit, nunc definire artem vult, ad huiuſque declarationem ædificatoriam aſſumit, quæ vna ex artibus etiam ipſa eſt, eiuſque exemplo adeo conuenire arti definitionem oſtendit, vt cum ea etiam mutuo conuertatur, & raciprocetur. Inquit enim quoniam ædificatoria eſt ars, ſpcieſque artis, id eſt ſpecies artis abſolu C te, ac generaliter ſumptæ, ac propterea eſt etiam habitus quidam cum ratione effectiuus: hoc eſt, definitionem hãc quæ ita inquit, admittit, quatenus eſt ars, & ſpecies artis: ac propterea habitus quidam eſt cum ratiune effectiuus: quippe quæ definitionem artis non vniuerſaliter, ſed particulariter, vt conuenit ſpeciei admittat. dixit autem id quod habitus quidam &c. vt ſignificaret artem eiuſque definitionem de ædificatoria ſubſtantiali modo denuncupari, perinde ac ſi aliquis hominem eſſe quoddam animal aſſerens, eſſe eum diceret id quod ſubſtantia quædam animata ſenſiua eſt, propterea quod pars animalis eſt homo, ac ſpecies, quæ in animal vt genus referatur. vnaquæque enim ſpecies nihil aliud eſt niſi id quod aliqua pars generis ipſius eſt: ſiquidem cum dicit id quod ſubſtantialem D denuncupationem generis de ſpecie oſtendit. ſicut igitur idem eſt ſi dicamus hominem eſſe, & id quod eſt quoddã animal, & id quod eſt ſubſtantia quędam animata ſenſiua, ita quoque idem eſſe cenſendum eſt, ſi aſſeramus ædificatoriam eſſe & id quod eſt ars quædã, & id quod eſt habitus quidam cum ratione effectiuus, quippe cum definitio hæc & arti ſit adæquata, & cum arte ipſa mutuo reciprocetur. Vbi autem de ædificandi arte hæc dixit, ad vniuerſale tranſiens, neq;, inquit, vlla ars eſt, quæ non ſit habitus cum ratione effectiuus, neq; &c. id eſt, quoniam non ſolum ædificatoria hanc definitionem admittit, ſed omnis etiam ars, neq; cuipiam alteri ꝙ artæ nõ ſit, ratio hęc cõuenit, & ſolius & omnis artis eſt, cum arteq; eſt reciproca, id ꝙ propriom definitionis eſt, cum ſcilicet neq; deeſt E quippiam, neq; redundat. Cum enim inquit, neq; vlla ars eſt quæ non ſit habitus cũ ratione effectiuus, nihil aliud facit, quã ſi omnẽ artem eſſe huiuſmodi habitum affirmaret. veritas autem omnibus quæ ſuperius connumerauit, cõis eſt. ea. n. quinq; tantũmodo ſunt quibus homo cũ ratione & prudentia verum dicit. Nam canis cũ ſagacitate narium occultatã ferã indagat, atq; inuenit, licet verax & ipſe ſit, ſine tamen ratione & prudentia id facit, ſolaq; naturali aptitudine ad id faciendum incitatur.

Ars autem omnis circa generationem verſatur, comminiſciturque, & contemplatur, vt eorum aliquid fiat, quæ & eſſe & non eſſe poſſunt, quorumq; principium eſt in eo qui facit, non in eo quod efficitur.

Cum quid ſit ars, definierit, nunc vt perfectius rem ipſam intelligamus, de ſubiecto eius docet, inquitque omnem artem circa generationem verſari, generationem appellans ea quæ euenire aliter poſſunt, propterea quod in eodem ſtatu non permanent. perſeueratio enim in eodem ſtatu ac firmitas neceſſarijs, iſſque quæ ſupra generationem ſunt, propria eſt, circa quæ ſcientia verſatur. ars vero circa ea quæ contingunt, munus ſuum exercet, comminiſciturque & contemplatur. Ideſt ex ſeſe ſtudet propria ratione vtens, vt eorum quippiam efficiatur, quæ & eſſe & non eſſe poſſunt, interdum enim quod ab arte fit, poteſt & factum eſſe, & non eſſe factum, & poſteaquam etiam factum eſt, poteſt deſiſtere. quare fieri poteſt vt quod ab arte eſt effectum, & ſit & non ſit. nam neceſſitas nullo modo ei niſi ex conditione conuenit, quippe cum non poſſit quippiam ſimul circa idem & eſſe & non eſſe, ne contradictio ſimul vera eſſe reperiatur, ſi id quod iam effectum eſt atque euenit, non eſſe tunc quando eſt, dicamus. Quod vero ait quorum principium eſt in eo qui facit, non in eo quod efficitur ad diſtinctionem eorum poſitum eſt, quæ à natura fiunt, nam etiam naturam circa generationem operari videmus, ſed ipſa tamen inſita in rebus per corpora ipſa permeans intrinſecus operatur, ars vero non intus, ſed extra corpora, circa quæ verſatur, munus ſuum exercens artificioſas formas affingit. nam & ſtatuaria extra æs, & fabrilis extra lignum conſtituta, atque in artifice ipſo ſita extrinſecus ſubiectas ſibi res mouet, vnde etiam exteriorem earum ſuperficiem duntaxat format, atq; expolit. Quare effectiua cauſa in rebus artificioſis in eo qui artificioſe operatur, cõſtituta eſt non in eo quod efficitur, id eſt non in ſubiecta re quæ effectionem ipſam admittit.

Neque enim eorum eſt ars, quæ ex neceſſitate vel ſunt vel fiunt: neque eorum, quæ ſunt ſecundum naturam: in ſe enim hæc principium habent.

Propterea, inquit, circa generationem & ea quæ eſſe aliter poſſunt, verſari artem dicimus, quia eorum quæ ex neceſſitate vel ſunt vel fiunt, ars minime eſt, non enim tantummodo ſunt nonnulla ex neceſſitate, ſed etiam fiunt. Sunt quidem, materia carentes, incorporeæque ſubſtantiæ, cœleſtes orbes, elementorum vniuerſitates, quæ ſanè omnia eadem ab opifice ipſo perpetuo conſeruantur, Fiunt autem à neceſſitate, cœleſtium orbium motus, anni ac temporum viciſſitudines, atque huiuſmodi reliqua. ſecundum naturam vero ſunt animalia & plantæ. Ea igitur quæ ſubiecta arti ſunt, in eo differunt à neceſſarijs, quòd contingere aliter atque aliter poſſunt, à naturalibus vero, ꝙ principium motionis in ſe vt illa minime habent.

Quia autem effectio & actio diuerſum quid eſt, non actionis, ſed effectionis eſſe artem neceſſe eſt: & quodam modo circa eadem verſatur & ars & fortuna: ſicut etiam Agatho inquit:

Fortunam amat ars, artem ipſa fortuna inuicem:

Vbi diuerſas eſſe inter ſe actionem & effectionem oſtendit, hic quaſi conceſſum ſumit, artem effectionis eſſe, & actionis, eo ꝙ fines artis opera ſunt, quæ poſt artificialem operationem permanent, actioni autem ſatis idoneus finis bona ipſa operatio eſt. ſubiũgit poſtea quodam modo circa eadem & artem verſari & fortunam, idq; etiam Agathonis poetæ teſtimonio comprobat, qui amicas inter ſe eſſe artem & fortunã facit, dũ inquit. Fortunam amat ars &c. Sed conſiderandum qua de cauſa & ipſe Ariſtoteles circa eadem vtraſque verſari aſſerat, & Agatho amare ſe mutuo ipſas dicat. proptera ſcilicet quia vtræque & ſubiectarum ſibi rerum cauſam extrinſecus habent, & diuerſum ab operatione opus, nam & qui ex arte operatur, materiam quæ eſt extra ipſum, mouet, & qui ex fortuna in aliquam rem ſiue bonam, ſiue malam incidit, extra illam etiam ipſe eſt, aliudque agens ac ſpectans in eam incidit, verbi cauſa, ſiquis in balneum profectus eo con-

ſilio vt lauetur, ibi librum aliquem offendat, quem multum diuque antea quæſiuerit: ſiquis item vel vineam fodiens theſaurum inueniat, vel domum pergẽs in lapidem impingat, & claudicet, horum enim omnium operator extrinſecus eſt. & quod ex accidenti euenit, tum præter operantis conſilium incidit, cum diuerſum ab operatione eius opus quoddam eſt, vt in his & fortuna & ars inter ſe conueniant, licet poſtea in eo differant, quod ars ex propoſito artificis finem plerumque habet, fortunæ vero finis is eſt, qui & præter operantis conſilium, & raro euenire conſueuit.

Ars igitur ſicut dictum eſt, habitus quidam eſt cum ratione vera effectiuus: inertia autem econtrario, habitus cum ratione falſa effectiuus, circa id quod aliter eſſe atque aliter poteſt.

Vbi ſatis de arte & quid ſit, & circa quæ verſetur, declarauit, quid ſit contrarium eius, etiam oſtendit, quæ eſt inertia, id eſt ἀτεχνία. iccirco enim rurſus definitionem artis repetit. vt ex comparatione melius quid ſit oppoſitum eius demonſtret. nam ſi ars eſt habitus cum ratione vera effectiuus, inertia ſiue inartificium econtrario, habitus cum ratione falſa effectiuus erit. in reliquis enim cum ars & inertia conueniant, in recto & peruerſo, vero item & falſo diſcrepant: nam vtræque circa ea verſantur, quæ aliter ſeſe habere poſſunt, nunquam enim in errorem & falſitatẽ ars delaberetur, in inertiamq; abiret, niſi res, circa quas verſatur, euenire aliter atque aliter poſſent.

De prudentia. Cap. V.

De prudentia vero ita ſtatuere poſſemus, ſi conſideraremus quoſnam eſſe prudentes dicamus.

Cum quinque veraces habitus ſint, quos hic enumerauit, poſteaquam de ſcientia & arte diſſeruit, de prudentia nunc tertio loco conſiderat, quæ quatuor reliquis ad moralem, ciuilemque contemplationem eſt accommodatior: tum enim eius recta ratio menſura & regula eſt, qua medium & mediocritas ipſa in actionibus omnibus reperitur: tum ea media efficitur, vt de intellectiuis habitibus tractatio apte cum præcedentibus iungatur, ac connectatur, quippe cum vtriſque tam intellectiuis quàm actiuis eadem conueniat. nam cum intellectiuæ animæ facultatis ſit etiam ipſa, in actionibus quibus præeſt, quaſque metitur, operationem ſuam exercet: vnde etiam hic inter artem & ſcientiam de quibus ſuperius egit, reliquoſque duos habitus ſubſequentes ſapientiam & intellectum media collocata eſt. Intellectum autem non eum hic intelligimus qui abſolute & eſſentia eſt, ſed eum qui habitu tantummodo & participatione eſt intellectus. non enim inter veridicos habitus fuiſſet conſtitutus, niſi hac ſignificatione acciperetur. anima enim noſtra quatenus eſt anima, explicate operatur, dum ratiocinando ex propoſitionibus tranſit ad concluſiones: quatenus vero mentis atque intellectus eſt particeps, ſimplici appulſione intelligit, habetque & principia & terminos quaſi intellectus ipſius reſonantias ac veſtigia. cum vero hæc tranſcenderit, quando intellectualis euaſerit, intelligibilia intelligibili modo percipit. ſicet enim non repente omnia ac ſimul, ſicut ille qui per eſſentiam eſt intellectus, ſigillatim tamen vniuerſa comprehendit atque intelligit. vnde etiam huiuſmodi conſtitutio quia extrinſecus aduenit atque acquiritur, non natura, ſed habitus animæ appellatur. Ariſtoteles igitur cum definire prudentiam propoſuerit, tractationem eius ab ijs eſſe incipiendam inquit, in quibus ineſſe conſpicitur, id eſt à ſubiectis ipſis, in quibus vt habitus conſtituta eſt, hi autem ſunt prudentes homines, ſunt enim manifeſtiores nobis quam habitus, illi qui habitibus præditi ſunt, communemque de ipſis opinionem quaſi con-

A ceſſum quoddam principium ſumit, cum inquit,

Videtur igitur prudentis viri eſſe proprium, poſſe recte conſultare de his quæ ſibi ipſi bona ſunt, atque vtilia.

Quoniam verò multa ſunt huiuſmodi, fierique poteſt, vt aliquis & in vno aliquo quod bonum ſibi & vtile ſit, & in pluribus atq; omnibus bene ſe gerat, iccirco ſubiũgit,

Non ex parte, vt quæ tam ad ſanitatem & robur conferant, ſed quæ ad bene viuendum † in vniuerſum.

Neque enim ſiquis quæ ſibi ad ſanitatem vel robur corporis faciant, recte cognorit, de ijſque recte conſultarit, propterea ſimpliciter etiam eum eſſe bonum conſultorẽ ac prudentẽ dicendũ eſt, ſed ille eſt prudens, qui de omnibus, quæ ad totam vitam pertinent, tam animæ quã corporis & externa bona, recte conſultat. ſiue enim ὅλον id eſt totum & vniuerſum, ſiue ὅλως quod eſt omnino & in vniuerſum legamus, nam etiam hoc in exemplaribus nõnullis re-

B peritur, eadem erit ſententia. Si enim dicamus, quæ ad bene viuendum vniuerſum ſeu totum faciant, ſignificabit ut ipſum bene viuere tutũ quoddam eſſe, eiuſq; eſſe eſſe partes ſingula, quæ in moralibus operationibus atque actionibus conſiderantur, cuiuſmodi ſunt tum quæ ad virtutes ſpectant, tum quę in corporis conſtitutionibus, externiſq; rebus euenire aliter poſſunt, in noſtraq; ſita ſunt poteſtate quorum vnumquodq; & cauere, & eligere poſſumus. Si autem legamus ὅλως id eſt in vniuerſum, ſeu omnino, ſimpliciter atq; vniuerſaliter ſignificabit, vt ille intelligatur eſſe prudens, qui nõ in vno aliquo, ſed qui vniuerſaliter in omnibus quæ in nobis ſunt, recte conſultat. atque ita licet diuerſa dicendi figura eſſe videatur, vnam tamen atq; eandem in ſenſu vim habet.

C *Cuius rei argumento illud eſt, quòd eos etiam qui circa aliquid conſultant, prudentes appellamus, cum ad finem aliquem bonum de ijs quorum non eſt ars, recte ratiocinantur. Quare in vniuerſum quoque is erit prudens, qui erit conſultatorius.*

Quamuis nõ abſolute, inquit, atq; vniuerſaliter prudẽs ille ſit, qui circa aliquid recte conſultat, ſed qui circa omnia id facit, quibus vita hominis quæ multiplex ac varia eſt, conſtituitur: quod tamen qui in omnibus recte cõſultat, prudens ſit, ex illis qui in ſingulis bene conſultat, ſumi argumentum poteſt. prudentes enim in ſingulis eos appellamus, qui ad bonum aliquem finem recte ratiocinantur, quare in vniuerſum quoq; qui conſultatorius eſt, eum prudentem eſſe conſtat. ſicut enim in vnaquaque re pru-

D dens dicitur, qui fine aliquo bono ſibi propoſito recte ad eum conſequendum conſultat, ac deliberat, ſic in vniuerſum quoq; ille erit prudens, qui in omnibus finem bonũ ſibi proponit, vtq; eo potiatur, recte rationem ac conſiliũ inire conſueuit. nam quia ea quæ ſigillatim fiunt, nobis quàm vniuerſalia ſunt manifeſtiora, propterea fit, vt ex inductione ſingularibus ac particularibus vniuerſalia cõfirmemus ac probemus. De ijs autem quorum non eſt ars iccirco adiũxit, quia poſſumus ẽt, licet nihil huiuſmodi nobis propoſuerimus, de artificioſis recte cõſultare, quę tamẽ in artem, non in prudentiã referuntur: quippe cum diuerſas inter ſe eſſe & artem & prudentiam iã demonſtratũ ſit. Quod autem probabilibus rationibus rẽ hãc perſequatur, id nos mouere minime debet. diximus.n. iã à principio pręſentea res eſſe eiuſmodi, vt eſſe aliter atq; aliter poſſint, ne-

E que oportere vt in his à neceſſarijs ductas demõſtrationes exigamus. Conſultatorium vero .i. βουλευτικὸς eũ appellat qui ad conſultandũ idoneus eſt: is aũt bonus eſt cõſultor.

De ijs vero quæ aut eſſe aliter non poſſunt, aut nequeunt ſub actionem ipſius cadere, conſultat nemo.

Definitionem prudentiæ præparat, vt einſmodi conſtituatur, quæ & eam ab vtriſque ſcientia ſcilicet & arte de quibus iam diſſeruit, diſtinguat, & cum ea reciprocetur. nam quæ hic inquit, à ſcientia prudentiam diſiungũt ac ſeparant. prudentia enim conſultatiuus habitus eſt: nemo autem de ijs quæ eſſe aliter non poſſunt idest de

neceſſarijs

neceſſarijs conſultat, quippe cum quæ eſſe aliter non poſſunt, neceſſaria ſint. ſed neque conſultat quiſpiam de ijs q̃ agere ipſe nõ valet. ea enim quæ fieri nequeũt, ſunt duplicia, vel abſolute & ſimpliciter, vel alicui: abſolute, vt vno & eodem temporis momento eum qui in Thracia ſit, in Aegyptum peruenire, alicui, vt eum qui pauper ſit, & peregrinus, omnibuſque ignotus, maxime vrbis imperium obtinere in qua ſcilicet talis ſit. Quòd ſi conſultatiuus habitus eſt prudentia, & nemo de neceſſarijs, ijſque quæ fieri non poſſunt, conſultat, efficitur, vt qui in habitu prudentiæ conſtitutus eſt, neque neceſſaria, neque ea quæ fieri nequeũt habitui ſuo habeat ſubiecta. Vbi hęc de prudentia eiuſq; operatione dixit, neceſſariaq;, & quæ fieri nequeunt ab ea exclusit, diuerſam eſſe à ſcientia prudentiam colligit in hunc modum.

Quapropter ſi modo ſcientia eſt cum demonſtratione: & eorum quorum principia poſſunt aliter ſe habere, nulla eſt demonſtratio: omnia enim poſſunt etiam aliter ſe habere: de neceſſarijs autem non licet conſultare: prudentia neque ſcientia neque ars eſſe vllo modo poterit.

Prudentiæ & ſcientiæ inter ſe differentiam conditionali ratione viſus oſtendit. tria enim aſſumpta in hac ratiocinatione connexa inter ſe ſunt, vnum, ſcientiam cum demonſtratione eſſe: alterum, eorum non eſſe demonſtrationem quorum principia ſe habere aliter poſſunt, tertium, nullam de neceſſarijs eſſe poſſe conſultationem, ad quorum duo, id eſt primum & tertium comprobanda, quoniam ſuperius ſatis fuerunt demonſtrata, nullam aliam aſſumptionem aut rationem affert, ſed ſecundum duntaxat, atque id preſſe admodum confirmat, cum inquit, omnia enim poſſunt etiam aliter ſe habere, quod ſanè propoſitum ex ſecundę ſumptionis oppoſito ſequi videtur. ſecunda enim ſumptio ita ait, quorum principia poſſunt aliter ſe habere eorum non eſt demonſtratio id eſt quorum quęſtionum principia eſſe aliter poſſunt, earum non eſt demonſtratio, quippe cum omnium demõſtrationum propoſitiones eſſe neceſſariæ debeant. huius igitur oppoſitum erit. quorũ principia eſſe aliter poſſunt, eorum eſt demonſtratio, & ex hoc conſequitur, omnia ergo poſſunt etiam aliter ſeſe habere, quod ad oſtendẽdam abſurditatem ſubiunctum eſt. ſi enim ex principijs quæ aliter eſſe poſſunt, fieri demonſtrationes concederemus, omnia euenire aliter poſſent, & quod eſſet neceſſarium inueniretur nihil. Poſſumus tamen alio etiam modo hoc interpretari, vt de ijs quæ ex principijs huiuſmodi colligũtur, ac conficiuntur, dictum eſſe intelligamus, vt ſenſus talis ſit. propterea eorum quorum principia eſſe aliter poſſunt, non eſt demonſtratio, quia omnes quæ ex principijs huiuſmodi colliguntur concluſiones, poſſunt etiam aliter ſe habere, at ea quæ ita ſit, non eſt demonſtratio: ſed oportet, vt quæ demõſtratiue concluſa fuerint, aliter ſe habere nullo modo poſſint.

Scientia quidem, propterea quia id quod in actionem venit, eſſe aliter poteſt: ars, quoniam aliud actionis, & aliud effectionis genus eſt.

Superius adducta ratione prudentiam à ſcientia diſtinxit, non ab arte, cum dixerit, ſcientiam & ex neceſſarijs ratiocinari, & neceſſaria colligere, prudentiam vero & ex ijs quæ contingunt, & contingentia: ſcientiam præterea non eſſe conſultatiuam, quippe cum de ijs quæ neceſſariũ eſt vt ſint, vel non ſint, circa quæ verſatur ſcientia, conſultet nemo, prudentiam vero conſultatiuam eſſe. quia tamen in argumenti concluſione artem quoq; ſcientiæ adiunxit, ac prudẽtiam ab vtriſq; eſſe diuerſam aſſeruit, propterea hic cauſas vtrorunque ſubnectit, cur prudentia neq; ſcientia ſit, neque ars. Non eſt enim ſcientia, quia actiua eſt & circa agenda verſatur, omne autem quod agibile eſt, aliter atque aliter ſe habere poteſt, quod vero eſt ſcibile, minime, prudentia igitur non eſt ſcientia. ſed neque eſt ars, quia id quod ſuperius iam dixit, actio & effectio di-

A uerſæ inter ſe ſpecie ſunt. Poſtea vero quam omnia hæc ita explicauit, prudentiæ definitionem conſtituit, dum inquit:

Reſtat igitur vt prudentia habitus ſit vera cum ratione actiuus circa ea quæ & bona & mala homini ſint.

In hac definitione aduertendum eſt, tam ſcientiæ & arti quàm prudentiæ eſſe commune, vt habitus ſit vera cum ratione, omnes enim hic enumerati habitus vera cum ratione eſſe dicti ſunt. vt autem actiuus habitus ſit, proprium eſſe id quidem prudentiæ, ſi ad ſcientiam & artem comparetur, ſi ad actiuas artes, eſſe adhuc commune. quod enim additur circa ea quæ & bona & mala homini ſunt illud ſanè proprium re vera prudentiæ eſt, abſoluitque definitionem, efficitque vt cum re definita reciproce-
B tur. prudẽtia enim ſola eſt, quæ circa ea quæ homini ſunt & bona & mala, verſatur, vt bona inueniat atque eligat, quo modoque ea conſequi poſſit, conſultet, mala caueat, & euitet, quippe cum vtraque hæc ad prudentiæ virtutem ſpectent, vt & ſubiectarum ſibi rerum qualitates inueniat, & de modo cogitet ac conſultet, quo & conſequi & euitare eas optime poſſit.

Nam effectionis finis diuerſum quid ab ea eſt: actionis vero, non ſemper, ipſa enim bona actio finis eſt.

In differentia artis & prudentiæ tradenda de effectiuis artibus tantum loquutus videtur, dum diceret in eo artem à prudentia diſtare, quod ars opus quoddam præter operationem ſuam effectum haberet, vt ædificatoria ædes, ſtatuaria, ſtatuam, & ceteræ effectiuæ ſua vnaquæ-
C que opera, prudentia vero non ita. Sed quia præter has effectiuas nonnullæ aliæ quoque actiuæ artes reperiuntur, quorum fines non ſunt quidem effecta aliqua opera, ſed quædam tamen alia præter operationes, quæ operationes ipſarum conſequuntur, vt militaris victoria, familiaris, & quæſtuarię diuitię: & facile fieri poterat, vt vna ex his prudentia eſſe exiſtimaretur, iccirco hoc ſubiungit, vt ab actiuis quoque artibus prudentiam eſſe diuerſam oſtendat. Vniuſcuiuſque enim artis tam effectiuæ quam actiuæ diuerſus ab operatione finis eſt. effectiuę ſiquidem eſt, vt diximus, effectum opus, vt ſtatua, & domus, atque aliud huiuſmodi, actiuæ autem licet effectum aliquid non ſit. eſt tamẽ etiam ipſius ab operatione quippiam diuerſum: militarem enim victoria, familiarem ſeu diſpenſatricem
D & quæſtuariam lucrum & diuitię conſequuntur. ab his igitur etiam actiuis artibus prudentia in eo differt, quod quamuis habitus actiuus ſit, finem tamen nullum alium habet niſi bene agere. gloria enim & laudes quæ ex bonis actionibus ſequi plerunque conſueuerunt, fines prudentiæ nullo modo ſunt exiſtimandi, alioqui prudens non prudens eſſet, ſed glorioſus, quippe qui non finem habitus ſui, quæ eſt bona actio, ſectaretur, ſed quæreret aliis placere, gloriamq; & honorem apud alios ſibi aucupari. Cuiuſmodi rerum ille qui vere eſt prudens in actionibus ſuis nullam curam habet, ſed id tantum ſtudet, vt eas recte exequatur, recteq; agat. Ideo inquit effectionis finem diuerſum quid ab ea eſſe, actionis vero non ſemper. omnis enim effectio opus quoddam effectum neceſſario habet,
E quod præter effectionem ipſam, quæ artificis effectiui eſt operatio, exiſtit. At non omnis actio alium præter actionẽ finem habet, ſed illæ tantum quæ artes actiuæ appellãtur. nam prudentia ſibi ipſam bonam actionem, nullumque alium pręter ipſam finem proponit: ſi autem prudentiam hic quæ inter intellectiuas virtutes connumeratur, actiuam appellauimus, nihil mirum eſſe debet, cum etiam intellectus ipſe ob id actiuus nominetur, quod circa agendas res verſatur. Eſt igitur intellectiua prudentia, quia in mente & cogitatione eſt, ex eaq; procedit, actiua, quia in actione ipſa verſatur atque operatur.

Propterea Periclem atque huiuſmodi viros prudentes eſſe exiſtimamus, quia & quæ ſibi & quæ alijs hominibus ſunt bona, poſſunt contemplari. eos autem eſſe tales

putamus, qui familiares & ciuiles ſunt.

3 Quia in definitione prudentiæ dixerat, actiuum habitum eam eſſe circa ea quæ & bona & mala homini eſſent, id nunc communi hominum opinione comprobat. nam quia circa talia, inquit, verſatur prudentia, propterea Periclem & ſimiles, prudentes eſſe exiſtimamus: cum enim homines, contemplari ea poſſunt quæ & ſibi & alijs hominibus bona ſunt: tales autem eſſe putamus, eos qui rei familiaris, & ciuilis idonei adminiſtratores ſunt. nam familiares diſpenſatores eiuſmodi ſunt, vt quæ & ſibi & cohabitantibus ſunt bona & mala, conſiderare poſſint, ciuiles item, quæ ſibi & ciuibus ſuis vel nocent vel conferunt. ita vt bona eligant, mala effugiant & euitent, familiæ tamen præſides in minoribus rebus ciuiles in maioribus habitum ſuum exercent, vnde etiam ſunt præſtantiores. Hinc fit, vt quando ſapientes Deum prudentem appellant, quaſi ab illis ad familiam & ciuitatem B adminiſtrandam idoneis viris ad exemplar illud quod cum ratione & ordine & concẽtu vniuerſam creationem gubernat ac ſeruat, prudentiæ nomen transferant. oportet enim eos qui recte adminiſtrare & familiarem & ciuilem rem volunt, ſumma cura & diligentia diuinum illud exẽplar imitari, vt bene ac feliciter ſe gerentes tam ſe quã totas familias, & ciuitates conſeruent, & ad omnium auctorem Deum reducant.

Inde etiam eſt quòd temperantiam σωφροσύνην appellamus, vt pote prudẽtiam conſeruantem. talem enim exiſtimationem conſeruat: quippe cum iucundum & moleſtum non omnem exiſtimationem corrumpat, & peruertat, verbi cauſa triangulum tres angulos duobus rectis æquales C *habere, vel non habere, ſed eas tantum quæ ad agendas res ſpectant.*

Prudentiam eſſe habitum qui circa ea verſetur, quæ bona vel mala homini ſunt, hîc etiam temperantiæ nomine confirmat. temperãtia enim σωφροσύνη græce dicta eſt, ab eo quod σώζειν τὴν φρόνησιν, id eſt prudentiam conſeruat. Vbi vero temperantiæ nominis etymologiam explicauit, prudentiæ nomen in exiſtimationem quæ generalior prudentia eſt, transfert, opinio enim & ſcientia & prudentia in exiſtimationem tanquam genus reducuntur, inquitque temperantiam talem ſolummodo exiſtimationem ſeruare, quæ circa ea quæ homini bona vel mala ſunt, verſatur, non omnem abſolute: hocque à contrario demonſtrat, id D eſt ab intemperantia, quæ iucundi & moleſti dominatio eſt. non enim ea omnem exiſtimationem corrumpit, hoc eſt cum voluptas & dolor in aliquo dominatur, opinionem eius de triangulo nullo modo corrumpit, aut peruertit, vt cum verum ſit eum habere tres angulos duobus rectis æquales, non ita eſſe exiſtimet, ſed vel tribus rectis poſſe conſtare, vel aliquo alio modo, quo triangulum duos tantummodo rectos habere negari queat. voluptas enim & moleſtia quæ ſenſu percipiuntur, circa quas tẽperantia verſatur, nullam cum huiuſmodi contemplationibus, atque exiſtimationibus communitatem habent, ſed exiſtimationes tantum illæ quæ ad agenda ſpectant, ab huiuſmodi doloribus & voluptatibus corrumpuntur. Agenda autem ea ſunt quæ agendo & tractandu vel be- E ne nos gerimus, vel male: bene, cum prudentia ſeruatur, id eſt cum temperanter agimus: male, cum non ſeruatur, id eſt cum intemperanter nos gerimus. ſeruatur enim prudentia, cum neque illecebris & iucunditate voluptatis, neque doloris aſperitate ratio vincitur, corrumpitur autem, ac perit, cum ratio irrationalibus facultatibus ita ſuccumbit ac cedit, vt voluptatem ob ocium & relaxationem ſequatur, dolorem contra ob laborem & aſflictationem fugiat, id quod in pleriſque hominibus videre licet, qui voluptate illecti turpiter viuere eligunt, dolore vero deterriti bene atque honeſte vitam traducere euitant ac fugiunt. Verum hæc inquiens Ariſtoteles vi-

A deri poſſet recti & prudentiæ operationem in ſola temperantia conſtituere. iucundum enim & moleſtum ſoli temperantiæ ſubijci videntur, quibus cum dominatur ratio, virtus hæc relucet, cum obtemperat & cedit, incontinentia & intemperantia inhoneſti habitus ac turpes in animis noſtris coaleſcunt. ſed ſi hoc ita eſt, & ſola temperantia prudentiam conſeruat, vbi fortitudinem & iuſtitiam collocabimus? vel enim aliquis alius habitus erit excogitandus qui circa prudentiam verſans in exequutionem harum duarum virtutum nos deducat, vel omnes temperantiæ nomine appellabuntur, neque erunt tres, ſicut in ſuperioribus libris traditum eſt, actiuæ virtutes, fortitudo, iuſtitia, temperantia: ſed vna tantum, quæ principatum omnium obtineat. quid igitur ad hæc dicendum eſt. Primum, virtutes omnes inter ſe eſſe affines, tantaque inter ſe ſimilitudine connexas, vt B mutuo ſeſe conſtituant, atque introducant, nihilque mirum eſſe debeat, ſi id quod de vna dictum eſt, ceteris etiam conueniat. Deinde multiplicia eſſe iucunda, & moleſta aſſerimus, neque omnia, cum de vnaquaque ſigillatim loquimur, omnibus eſſe ſubiecta, ſed cum abſolute atque vniuerſaliter dolor & voluptas ſumitur, tum omnibus conuenire. vnde etiam ſicut dictum eſt, vniuerſaliter Ariſtoteles ſuperius de his ita eſt loquutus, ob voluptatem, inquiens, praua eligere, ob dolorem ab honeſtis abſtinere conſueuimus. Plato item in legibus, igitur, inquit, vnumquemque noſtrum ſui iuris eſſe ſtatuamus, habereque duos eadem in re conſultores aduerſarios & amentes, quos voluptatem & dolorem appellamus. quaſi voluptas & dolor affectus quidam communes ſint, qui C in omni actione conſequi ſoleant, amentes quidem, eò quod rationis ſunt expertes, conſultores vero, quia in omni actione altera, vt praua eligat, alter vt ab honeſtis abſtineat, quaſi ſuggerere homini, ac conſulere videtur. Præterea tertio etiam modo occurrere huic dubitationi poſſumus, ſi dicamus Ariſtotelem hic non de ſpeciali temperantia intellexiſſe, ſed de ea quæ communiter de omnibus virtutibus dicitur. temperantia ſiquidem quæ ſpeciem quæ ſpeciem virtutum eſt, vtpote vna duntaxat ex actiuis, non circa omnem abſolute moleſtiam & voluptatem verſatur, ſed circa eas tantummodo quæ guſtatu & tactu percipiuntur. alij vero ſunt dolores, aliæque voluptates in quibus fortitudo conſpicitur. licet enim formidabilia, & fiduciam afferentia ſubiecta ſibi habeat for- D titudo, dolores tamen & voluptates etiam ſequitur. confidimus enim, cum inuenturos nos iucunda ſperamus, timemus contrà, cum moleſta aliqua futura nobis ſuſpicamur. ſed neque in ipſa iuſtitia exercenda abeſt dolor & voluptas. qui enim iniuſte agit in diſtributionibus & commercijs, vt voluptate alliciatur, doloremque euitet, ne auferatur ſibi id quod habet atque vſurpat, ſummum ſtudium adhibet, iuſtus autem ſola iuſta actione ſibi tanquam fine propoſita omnes huiuſmodi & dolores & voluptates contemnit, ſolamque ipſam iuſtitiam amplectitur. Quicunque igitur in omnibus abſolute voluptatibus & doloribus partis illius animæ quæ ratione eſt prædita, præſidentiam ac dominationem ita ſeruat, vt à nulla voluptate, nulloque dolore ſuperetur, is abſoluta ac ſimplici ra- E tione temperans ſeu frugalis poſſet appellari, id eſt σώφρων: quippe qui ſaluam habeat prudentiam, ad frugemque omnium virtutum peruenerit. Speciali vero appellatione temperans ille eſt, qui voluptatibus & moleſtijs quæ guſtu & tactu percipiuntur, nullo modo ſuccumbit, ſed ita ratione cupiditatum & libidinum ignobilitatem retrepat ac ſubigit, vt animi ſui nobilitatem contaminare atque obſcurare nunquam poſſint. Ariſtoteles igitur hic non de ſpeciali intellexiſſe cenſendus eſt, ſed de generali temperantia ſeu frugalitate, quæ communis eſt, atque omnes virtutes in ſe complectitur. Neque vero temperantia ſolummodo & communi & propria ſignificatione accipitur: ſed in reliquis etiam virtutibus idem

fieri

fieri conſueuit. Nam iuſtitia quoque proprie dicitur, quę & in contractibus & in diſtributionibus verſatur, dicitur etiam communiter non tam ab ipſo Ariſtotele, quam ab alijs quoque ſapientibus, ea quæ efficit, vt inſtituta ac iura omnia & naturalia & ciuilia in omnibus virtutibus cõſeruentur. Moderari enim ita omnes animæ partes vt proprio munere vnaquæque optime fungatur, vt ratio affectibus dominetur, propriamque ita nobilitatem retinet, iracundia rationi vt principi ac reginæ obtemperet, cupiditas eidem ſuadenti ac pręcipienti ſubiecta ſit, illud vero generalis iuſtitiæ proprium eſſe merito exiſtimandum eſt. qui autem talem habitum conſequutus fuerit exacte atque optime iura etiam ciuilia ſeruabit, atque exequetur. Iam vero fortitudinem ſicut proprie ita communiter quoque appellari quis neſciat? nam cum aut aduerſus omnes affectus fortiter reſiſtimus, & contra omnes eorum impetus, atque inſultus inconniuentes animæ oculos, intentoſque habemus, aut neceſſariarum rerum inopiam pro nihilo ducimus, vt nihil noui aut inopinati contingere in vita nobis poſſe exiſtimemus, quo modo id altitudinis animi ac fortitudinis maxime proprium eſſe non debet? Inde eſt, vt puto, quod ſe mutuo conſequi virtutes dicuntur. Recte igitur hic Ariſtoteles communiore ſignificato temperantiam ac frugalitatem ſumit, ſeruatrcque prudentiam dicit, eo quod ea moderatione ſua vnamquamque animę partem in naturali ſua conſtitutione temperat ac conſeruat. Id quod etiam deinde manifeſtum eſt, quod cum dixiſſet voluptatem & dolorem non omnem exiſtimationem peruertere, ſed eas tantum quæ ad agendas res ſpectant, vniuerſaliter loquutus eſt, agendæ enim res non temperantiæ ſpecialis tantummodo ſunt, ſed ad omnem virtutem actiuam communiter referuntur.

Principia enim agendarum rerum ſunt id cuius cauſa res aguntur. illi autem qui aut voluptate aut dolore corruptus eſt, principium ſtatim non apparebit, neque eius cauſa, atq; ob id omnia eligi, atque agi oportere. vitium enim eiuſmodi eſt, vt principium corrumpat. Quam ob rem neceſſe eſt prudentiam habitum eſſe cum ratione vera actiuum circa ea quæ humana bona ſunt.

Quo nam modo temperantia ſeu frugalitas quæ circa dolores & voluptates verſatur, prudentiam in animo noſtro conſeruet, oſtendit, principiaque agendarum rerum eſſe finales cauſas inquit, in quas ſcilicet ſpectantes, quaſq; vt expectandas prius nobis proponentes actiones ipſas aggredimur. Agendas autẽ res ſeu agibiles, quæ πρακτὰ Gręci vocãt res ipſas appellat, quas in actionibus operari recte conſueuimus quarũ ſingulæ ob finẽ aliquẽ fiũt, qui vel abſolute bonus ſit, vel eſſe videatur. Ille igit qui rationẽ quaſi animæ oculum à voluptatis & doloris perturbatione corruptam habet, in agendis rebus cæcutit, & principium id id eſt finalem cauſam ſtatim non videt, ſed mora aliqua & meditatione ipſi eſt opus vt à perturbatione reſipiſcat, in certamque boni cognitionem ſine vllo errore perueniat. impedimento enim ei eſt perturbatio affectuum, quę tardum ac ſegnem eum ad boni inueſtigationem reddit, atque ita facit, vt in appetendo errans aliud pro alio concupiſcat, peiuſque ſemper ac deterius eligat. Vbi vero inquit neque eius cauſa, aut ob id omnia eligi atque agi oportere, ſubintelligendum idem verbum eſt ideſt non apparebit. qui enim voluptate vel dolore corruptam mentem habet, ei neque principium ideſt finalis cauſa, neque illud apparet, eius finis cauſa, atque ob id eligi omnia atque agi oportere, vt re vera bonum finem conſequamur. vitium enim eiuſmodi eſt, vt finem ipſum corrumpat, id eſt occultet ac celet, dum affectuum perturbatione quaſi profundis quibuſdam tenebris bonum ipſum ita obſcurat ac tegit, vt ne eſſe quidem videatur. Poſteaquam hæc dixit Ariſtoteles, hancque ab etymologia temperantiæ ſeu frugalitatis argumentationem conſtituit, definitiunẽ prudentiæ rurſus quaſi concluſionem ſubiungit, quaſi ex hoc neceſſario conſequatur, prudentiam eſſe habitum cum ratione vera actiuum circa ea quæ homini bona ſunt. cum ratione quidem, quia omnes hominis actiones ſunt cum ratione, quippe quæ in homine inſita non poſſit omnibus eius actionibus non adeſſe. immo ratio ipſa eſt quæ agit, ſiquidem etiam homo, quatenus habet rationem, homo eſt. affectus enim cum brutis habemus cõmunes. ſed tamen quando ſeruatur prudentia, quod fit cum temperans & frugi eſt is qui agit, vera etiam ipſa ratio eſt, vtpote quæ de fine recte iudicet. quando non ſeruatur, falſa euadit, errans enim quod bonum non eſt, quaſi bonum ſit, eligit. Iccirco poſteaquam dixit cum ratione ſubiunxit etiam vera, eo quod ex errore ratio falſa efficiatur. habitum autẽ actiuum poſtremo poſuit ob electionem, qua, vt fieri actio poſſit, opus omnino eſt. ſi enim ratio ſine electione verum conſideret, non actiua, ſed contemplatiua tantummodo erit.

Iam vero artis eſt virtus, prudentiæ autem minime.

Alteram rationem affert, qua ab arte prudentiam eſſe diuerſam oſtendit. Quod enim hic inquit, eam vim habet ac ſi diceret. Prudentia eſt virtus, ars virtus non eſt: prudentia igitur non eſt ars. Inde autẽ conſtat & artẽ non eſſe virtutem, & prudentiam eſſe virtutem, quod artis eſt virtus, prudentiæ autem minime. virtus autem artis & artificis eſt artificioſe & recte circa opera propria & actiones verſari. fieri enim poteſt, vt erret artifex vel ob incuriam & negligentiam, vel ob earum rerum imperfectionem circa quæ verſatur: at prudentis quatenus eſt prudens, eſſe error non poteſt: ac propterea neque vitium, quare neque virtus. Prudentiæ igitur virtus non eſt, ſed ipſa eſt virtus. fieri autem nullo modo poteſt, vt virtus virtutis reperiatur, ſicut neque motionis motio, neque generationis generatio, alioqui in infinitum eſſet progrediendum.

Atqui in arte quidem qui ſponte peccat, magis eligendus eſt: minus, qui in prudentia idem facit: ſicut etiam circa virtutes. Igitur prudentiam non artem, ſed virtutem quandam eſſe manifeſtum eſt.

Idem hic probat, diuerſas ſcilicet genere inter ſe prudentiam & artem eſſe, ita vt prudentia virtus ſit, ars minime. ſi autem genere ſunt diuerſæ, ſpecie quoque differant, neceſſe eſt. Ratio autem ad hunc modum progreditur, in arte ſiquis ſponte peccet, eligendus magis eo eſt, qui inuitus peccat. verbi cauſa ſi pictor, vel ſtatuarius, vel ædificator in propria arte ſponte peccet, & inartificioſe vel praue opus ſuum efficiat, dum aut negligenter & ſine vllo ſtudio, aut mercede etiam aliaque huiuſmodi re inductus id pertractat, is ſanẽ magis eſt eligendus, quàm ille qui ob imperitiam artis fine ſuo inuitus fruſtratur. nemo enim erit ſi optio detur, vt vtrum velit eligat, eumque ad opus aliquod efficiendum adhibeat, qui perito imperitum anteponat: ſed artificioſum & peritum vnuſquiſque potius eligit. conabitur tamen poſtea bene artifice ipſo vti, ac quatenus fieri poterit, ſuadebit, atque hortabitur vt recte ille arte ſua vtens opus perfecte abſoluat. atque in arte quidem hoc modo res ſe habet in prudentia vero non ita. Nam cum prudens ſponte mentitur, alterum ex duobus facit, vel ad contrarium finem tendẽs loco boni malum eligit, vel modo quo bonum cõſequi poterat relicto ad malum ducentem viam ſequitur. atque vtroque modo improbus, prauusq; conſultor eſt, ac propterea non eligendus, ſed vitandus & fugiendus. Hoc autem in omnibus virtutibus euenit. Quare prudentia cum id quod proprium virtutum eſt, habeat, virtus eſt, ars vero quæ virtutum proprietate caret, non eſt virtus. Cum vero inquit minus eſſe eligendum eum qui in prudentia ſponte peccat, vel minus pro minime & nequaquam ſumit, ſicut in explanatione modo à nobis declaratum eſt, vel pro minus & rarius accipiendum eſt, eo quod interdum incidere poteſt, vt prudens etiam ſi ſpon-

te peccet, repudiandus non ſit. exempli cauſa, ſi alienigena aliquis ab externis captiuus factus, deinde nomē apud ipſos prudentis conſequutus in bello contra ſuam patriam dux ab iiſdem conſtituatur, ſummamque rerum ſuſcipiat, is ſane laude dignioe, magiſque eligēdus videbitur, ſi ſponte ea conſilia ineat, quibus clades ſuis, victoria patriæ comparetur, quam ſi ſaluti & gloriæ eorum quibus imperat, neglecta patria conſuluerit.

Cum autem duæ ſint animæ partes, quæ rationis capaces ſunt, prudentia alterius virtus eſſe videretur, id eſt opinatiuæ, nam circa id quod aliter ſe habere poteſt, & opinio & prudentia verſatur.

Quid ſit prudentia, quidque ab arte & ſcientia differat, ſatis demonſtratum eſt. quia vero diuerſæ animæ partes ſeu facultates ſunt, in quanam earum prudentia exiſtat, nunc tradit. Rationalem igitur facultatem in duas partes diuidit, cogitatiuam & opinatiuam. nam intellectus ſupra animam eſt. licet enim intellectualem etiam animam vocet, intellectumque in ea eſſe dicat, non ſubſtantialem tamen eum intelligit, ſed acquiſititium, qui vt habitus, ſicut ſuperius dictum eſt, comparari ſolet. vnde etiam quia & acquiri extrinſecus, & amitti poteſt, inter veridicos habitus connumeratus fuit. quando enim pura & libera anima ab affectibus eſt, ad intellectum prope accedit, eiuſq; propinquitate illuſtratur, atque inde eam vim accipit, vt intellectuali modo operari poſſit, id eſt ſimplici appulſione rerum naturam percipiat, non repēte quidem & ſimul omnia, vt qui proprie intellectus dicitur, ſed ſigillatim cūcta comprehēdēs, dum intellectum ipſum circuit, ex aliiſque quæ ab ipſo intelliguntur, ad alia tranſitum facit. Oſtendit itaque in opinatiua animæ parte prudētiam exiſtere, eo quod vtræque tam opinio quam prudentia circa ea verſentur, quę eſſe aliter poſſunt. illa, vt animæ pars, hęc vt habitus. Nam cum anima ſua opinandi facultate circa ea verſetur, quę eſſe aliter poſſunt, circa eaq; operādo aliquandiu immoretur: fit, vt multa ex earū rerum conſuetudine peritia contracta in habitum prudentię veniat quo eā quæ agit, contingēnter exequatur. quocirca non ſemper propoſitum finem conſequitur, ſed eo quandoq; etiā fruſtratur. ſatis enim eſt facultatibus atque habitibus animæ qui circa ea verſantur, quæ eſſe aliter poſſunt, ſi plerūque ad finem propoſitū perueniant. nam animæ pars ſciētifica quia in neceſſarijs munus ſuum exercet, propterea etiam neceſſarios fines habet ac certos.

Adde quod neque habitus eſt duntaxat cum ratione. cuius rei indicium eſt, quod eiuſmodi habitus eſſe obliuio poteſt: prudentiæ non poteſt.

Quia ſubiecta ſcientiæ & prudentiæ adeo inter ſe diſtabant, vt ſatis habituum etiam ipſorum oſtendere diuerſitatem poſſent, iccirco ſuperius ſcientiæ & prudentiæ diſcrepantiam breuibus perſequutus eſt. Cum autem ars & prudentia circa eas res vtræque verſentur, quæ eſſe aliter poſſunt, cognatioque hæc ſubiectarum rerum efficiat, vt diſcerni habituum ipſorum diuerſitas difficulter queat, propterea opus fuit, vt plures rationes afferret, quibus ab arte prudētiam diſtingueret ac ſepararet. vnde & ante prudentiæ definitionem multas vtrarumque diſſimilitudines poſuit, & nunc etiam poſt definitionem nonnulla adiungit, quæ ad eandem rem faciunt. commune enim, inquit, vtriſque illud eſt, quod ſunt habitus cum ratione. ſed prudentia non id tantum habet, ſed eſt inſuper circa humana bona actiua, id quod ſolius prudentiæ propriū eſt. qua ex re aliud differentiæ ipſarum argumentum conſequitur, quod artis obliuio in anima obrepit interdum, prudentiæ minime. hoc autem propterea euenit, quia ex arte non ſemper operamur, ex prudentia ſemper operari neceſſe eſt. quæ enim prudentiæ ſunt ſubiecta, ſemper homini expoſita atque obuia occurrunt, vt oporteat eum ſemper conſilio idoneo vti ad ipſa adipiſcenda, quippe cum nullum tempus, nullus locus, nulla actio, nullus denique affectus reperiatur, quo ex virtute viuere natura hominis non debeat. Extra tempus autem aut locum, aut actionē, aut affectum eſſe nemo poteſt, dum viuit: in quibus omnibus prudentia opus eſt, quæ quia ſemper operatur, admittere obliuionem non valet. in arte autem non eſt ita. ſæpe enim euenit, vt artifex artis ſuæ operatione aliquandiu intermiſſa vel penitus, vel aliqua ex parte ipſius obliuiſcatur.

De intellectu. Cap. VI.

QVoniam vero ſcientia de vniuerſalibus ac neceſſarijs exiſtimatio eſt: rerum autem demonſtrabilium, ſcientięque omnis principia ſunt: cum ratione enim eſt ſcientia: efficitur, vt, principij rei ſcibilis neque ſcientia, neq; ars, neq; prudentia eſſe poſſit. Quod enim eſt ſcibile, demonſtrabile eſt: hæ autem circa ea verſantur, quæ eſſe aliter poſſunt. Sed neq; vero ſapientia horū eſt. ſapientis enim eſt, de nonnullis habere demonſtrationem.

Poſteaquam Ariſtoteles de tribus veridicis habitibus, arte ſcilicet, ſcientia, & prudentia ſatis docuit, nunc de reliquis duobus ideſt ſapientia & intellectu diſſerere incipit, initiumque à ſcientificis principijs ſumit, vt ex his propoſitorum habituum notionem nobis declaret. enunciata enim illa quæ principia ſcientiarum ſunt, ἀξιώματα Gręcis appellata, quaſi dixeris auctoramenta, ſunt extrema quædam veſtigia intellectus, atque, vt ita dicam, reſonantiæ, quippe cum circa hæc anima noſtra intellectuali modo operetur, id eſt ad imitationem illius qui proprie intellectus & eſt & dicitur, ſimplici appulſione ea percipiat, ſineque vlla ratiocinatione comprehendat. Scientiam autem de vniuerſalibus eſſe, inde perſpicuum eſt, ſenſus circa ſingula verſatur, eſtque in ſubiecto communi ſenſorio, inſtrumentiſque vtitur quibus accommodate ad vnamquamque rem ſenſibus expoſitam operationem ſuam exercet. Scientia vero cogitationis eſt habitus; at cogitatio ideſt διάνοια diuerſa longe à ſenſu eſt. ſi itaque ſenſus circa ſingula verſatur, ſcientia circa ſingula minime verſabitur, ſi non circa ſingula, ergo circa vniuerſalia. omnis enim res vel vt vniuerſalis, vel vt ſingularis, ſumitur, neque pręter hos duos vllus alius tertius modus eſt, quo conſiderari res poſſint. nam etiam quando de iis quæ ſola ſunt & vnica, inquirit ſcientia, verbi cauſa de ſole & luna, an deficiant, aut propter quid deficiant: non quaſi de vna quadam re demonſtrationes facit, ſed ita perinde ac ſi innumerabiles lunæ, ac ſoles reperirentur. dictum præterea ab ipſo Ariſtotele etiam ſuperius hoc eſt, ſcientiam videlicet de neceſſarijs eſſe. Principia autem eſſe demonſtrabilium, id eſt eorum quæ per demonſtrationem concludunt, ac conficiuntur, omniſque ſcientiæ, neque id obſcurum eſt. omnis enim doctrina ac diſciplina quę cogitatione percipitur, ex pręcedente fit cognitione, vt ipſe etiam poſteriorum reſolutoriorum libros exorſus affirmat. ſunt autem principia termini & poſitiones, quę auctoramenta appellantur. Quod vero inquit cum ratione enim eſt ſcientia, iccirco ſubiungit, vt cuiuſlibet ſcientię eſſe principium confirmet, quippe cum principia ea ſint, quę cauſas eorum quę demonſtrantur, ſuppeditant, quæ quidem cauſę nihil aliud ſunt, quam rationes. Cum autem inquit demonſtrabilium, & deinde ſubiungit ſcientięque omnis, vel idem per vtrunque intelligit, eo quod demonſtrabilia percipiantur cognitione ſcientifica, quę cum ratione & cauſa rei comprehenſio eſt: vel demonſtrabilia concluſione collectas ipſas res appellat, ſcientiam vero totam ratiocinationis totius pertractationem, quippe cum & eorum quę demonſtrantur, & ſcientiæ principia ſint: eorum quę demonſtrantur ſanè, quia cogitationem firmant, ac ſiſtunt, ſcientię, quia ipſa ad confirmationē eorum quę demonſtrantur, principijs vtitur. Poſtea infert principij rei

ſcibilis

ſcibilis neque ſcientiam, neque artem neque prudentiam eſſe poſſe, quæ ſcilicet circa huius perceptionem verſetur. inde cauſam ſubdit cur id fiat, oſtenditque neque ſcientiam eius eſſe, eo quòd ſcientia ſcibilis rei ſcientia ſit, ſcibile autem ſit demonſtrabile, at principium minime demonſtrabile ſit, ſed demonſtratiuum, quippe quod vt demonſtratio conſtituatur, ipſum cauſam afferat. Neque artem item, neque prudentiam principij eſſe hoc modo probat, illæ circa ea verſantur quæ aliter atque aliter poſſunt ſeſe habere, principium vero ſcientiæ neceſſarium eſt. vbi autem nullam ex his tribus principiorum ſcientiæ eſſe perceptiuam declarauit, poſtremo, neque ſapientia horum eſt, inquit. nam demonſtratio non prorſus aliena à ſapiente eſt, ſed interdum fit, vt ſapiens quoque ea vtatur. at ſi id eſt, ſequitur vt principia demonſtrationũ antiquiora ipſa ſapiẽtis operatione ſint: alioqui ad demonſtranda nonnulla ab ipſo minime adhiberentur.

Si igitur ea quibus verum, & nunquam falſum dicimus circa ea quæ vel poſſunt, vel non poſſunt aliter euenire, ſunt ſcientia & ſapientia & prudentia, & intellectus, ex tribus autem horum eſſe nihil poteſt, tria dico prudentiam ſapientiam & ſcientiam: reſtat intellectum eſſe principiorum.

Propoſuerat Ariſtoteles in his de intellectu & ſapientia dicere, qui ex quinque veridicis habitibus explicandi reſtabant: nam de tribus reliquis ſcientia, arte, & prudentia ſatis quantum ad præſentem tractationem attinet, dictum iam eſt. principia igitur ſcientiarum in medium aſſumpſit, vt inde occaſionem notitiæ intellectus ipſius explicandæ caperet. oſtendit enim principiorum ſcientiæ neque ſcientiam vllam eſſe, quæ ipſa, quatenus ſcientia eſt, comprehenderet, neque artem neque prudentiam, denique neque ſapientiam. quoniam vero quinque habitus omnes ſunt, quibus verum dicimus, nulloque ex horum quatuor principiorum cognitio nobis comparatur, reſtat intellectum eſſe eum, quo in principiorum ſcientiæ cognitionem venimus: huncque à cæteris veridicis habitibus in eo diſtare, quod nullus ex alijs niſi ſolus hic ſcientiarum principia pro ſubiecto habet. nam qui eſſentia intellectus eſt, cum omnia quæ in cognitionem cadunt, in ſeſe habeat, ſimplicique appulſione ac repente percipiat, nunquam ab ipſis exturbatur, atque excidit, hic vero qui in nobis eſt, qui habitu tantum eſt intellectus, ſolas à principio communes notiones proprias operationes, atque intellectiones habet, quæ eius qui eſt proprie intellectus, quaſi extremæ reſonãtiæ ac veſtigia ſunt. vnde cum ab affectuum turbatione & confuſione liber ab annexis ſibi facultatibus ſeſe ſuſtulerit, ſuiq; iuris iam effectus propriam perfectionem receperit, tunc vnamquãque intelligibilem rem ſimplici appulſione comprehendere etiam ipſe poteſt, non repente tamen atque in æternitate, vt ille qui proprie eſt intellectus, ſed ſigillatim, & in tẽpore ab alio in aliud tranſiens, ſicut dictum eſt. oportet enim animam ex affinitate quã habet cũ intellectu, intellectuale aliquid in ſeſe habere, eiuſque quod ſupra naturam ſuam eſt, participem eſſe, vt rerum productiones à prima cauſa connexa quadam ſerie progrediantur. nam ſemper id quod inferius eſt, cum ſuperiori connectitur, quandamque cum eo ſimilitudinem contrahit. ſicut poſt rationalem animam videre eſt non ſtatim naturam & corpus ſubſequi, ſed medias quaſdam alias vitas intercedere, quas perfectiones atque actus idest ἐντελεχείας etiam ipſas eſſe affirmant, quæ tamen ſeparari à corporibus nequeãt, ſed & è certis illorum temperaturis exiſtant, & ſimul cum illorum diſſolutione intereant, atque euaneſcant. quæ ſanè quoniam imaginem quandam rationalis animæ referunt, ab eaque ſibi accommodatam illuſtrationem conſequuntur, cognitione quæ ſenſu & imaginatione fit, præditæ ſunt. Quocirca nemo ab anima tantum profe-

A ctum requirat, vt in perfectam intellectus operationem poſſit peruenire, ne in ſubſtantiam quoq; eius immutari eam concedendum ſit. donec enim ſubſtantia animæ ſeruatur, fieri nullo modo poteſt, vt in eam operationum præſtantiam aſcendat, quæ ſuperiori naturæ adæquetur, ne cogamur poſtea fateri cauſam à ſubſtantia operationem, ſuperioris ac præſtantioris cognitionis quam ſubſtantiæ conueniat, cauſam extitiſſe, quod à ratione prorſus eſſe alienum nemini dubium eſt. ſiquidem eſt natura ita comparatum, vt vnaquæque res modum eum proficiendi ac menſuram habeat, quæ ſubſtantiæ ſuæ ſit conſentanea. Cæterum inquiſitione dignum illud videtur, quo modo hic rationem concludens, reliquoſque habitus præter intellectum à principiorũ perceptione ſeiungens, tres B tantum prudentiam, ſcientiam, & ſapientiam connumerarit, de arte vero nullam mentionem fecerit. an fortaſſe dicendum eſt id eum feciſſe, propterea quod tam prudentia, quam ars circa eiuſdem generis res verſatur, eas ſcilicet quæ alio atque alio modo euenire poſſunt. de arte igitur tacuit, eo quod ſimul cum prudentia intelligatur. Sed qua de cauſa artem & prudentiam inter veridicos habitus reponit? ſcientia enim, & ſapientia, & intellectus cum ſubiectas ſibi res neceſſarias habeant, neceſſario verum dicunt, ars vero & prudẽtia quo modo eſſe veridicæ poſſunt, cum circa ea verſentur quæ aliter, atque aliter ſeſe habent, atque iccirco fine ſuo fruſtrentur interdum, atque à vero excidant? nam alioqui ſubiecta neceſſaria etiam ipſas habere concedẽdum eſſet, quod abſurdum eſt. Quæſtio hæc C & obiecta ſuperius fuit, & quodam conuenienti modo etiam ſoluta, nunc autem repetita hic eſt, vt alteram ſolutionem nanciſcatur, quæ erit huiuſmodi. verum dicere his quoq; vt plurimum competit, quippe cum eorũ quæ vt plurimum fiunt, omnis ars, omniſque prudentia ſimiliter ſit. quare ob id veridicæ etiam ipſæ dicendæ ſunt, quia plerunque verum dicunt, neq; enim ex æquo verum & falſum, neq; rarius verum, ſed plerunq; obtinent, quod autẽ plerunq; fit, ſuperare id quod rarius euenit, merito debet, merito igitur inter veridicos habitus etiam ipſæ fuerunt numeratæ.

De ſapientia. Cap. VII.

D *Sapientiam autem in artibus attribuere illis conſueuimus; qui abſolutiſſimi in ipſis ſunt: vnde Phidiam ſapiẽtem marmorarium, Polycletum ſtatuarium ſapientem dicimus, nihil aliud hic ſapientię nomine quam artis ipſius virtutem ſignificantes.*

Cum de tribus veridicis habitibus ſcientia, arte, & prudentia docuiſſet, velletq; ad reliquos explicãdos ſapientiã & intellectũ deſcendere, conſiderationẽ quandam de ſciẽtiæ principijs in medium protulit, quæſiuitq; ad quemnã ex quinq; habitibus principiorũ inuentio ac cognitio pertineret? quã vbi ex inductione oſtẽdit, nulli ex reliquis quatuor eſſe accommodatã, intellectui tantũ modo aſcripſit, eo ꝙ ipſe eſſet qui ex ſeſe principia & pareret, & ſcientijs ſuppeditaret. ſatis. n. in præſentia eſſe exiſtimauit de intel-E lectu hæc dicere, nã cætera ſi de eo perfectius agere voluiſſet, diligentiorẽ multo atque exquiſitiorem tractationẽ requirebãt. Quæ aũt hic de intellectu inquit obſcurã quãdã eius notitiã ſolũmodo nobis oſtẽdũt, atq; indicãt, quæ ſcilicet ex operatione quadã intelligitur, qua cõmunes notiones percipit, quæ, ἀξιώματα .i. auctoramenta appellãt. circa hæc enim intellectus noſter verſans intellectualẽ quãdam operationẽ pręſe fert, dũ ſimplici ea appulſione, id eſt medio, ac ratione vacante cognoſcit, quippe quæ ad ea quæ intelliguntur, percipienda media definitione minime indigeat. Vbi hoc declarauit Ariſtoteles, ad ſapientiam explicandam poſtea tranſit, ac primum communi de ea hominum opinione ſumpta, ſapientiam inquit de artibus quoque dici ſolere, ita vt eius nomen abſolutiſſimis

artificibus aliquando attribuamus: vnde Phidiam ſapientem marmorarium, & lapicidam dicimus. Phidias enim cum eſſet lapicida apte marmoribus rerum naturas imitabatur: atque in eis quàm exactiſſime fieri pro materia poterat, animalium, plantarum, aliarumque rerum omnium formas exculpebat. Polycletus item ſtatuarius ſapiens nominabatur: quia ſcilicet etiam ipſe in ſtatuis è metallo effingendis erat peritiſſimus, quatenus ſubiecta materia capiebat. Deinde differentiam ſubiungit qua ſapientia hæc quæ in artibus eſt, ab ea diſtat, quæ vere ſapientia dicitur: in artibus inquiens ſapientiam nihil aliud eſſe, quam artium ipſarum virtutem. nulla enim alia de cauſa in illis ſapiens quiſpiam appellatur, niſi quod in propria arte eam quam vnique ſubiecta materia ſuſcipere poteſt, perfectionem abſoluit, eſtque quidam ſapiens, vtpote in tali re, talique materia perfectionem eatenus aſſequutus, quatenus materiæ ipſius natura poſtulabat. atque hæc ſapiētia virtus eſt vnicuique arti accommodata, quæ vnamquamque prout ſingulis conuenit, abſoluit, ac perficit; hæcque ea eſt, de qua ſuperius dicebamus, cum differentia artis & prudentiæ ab Ariſtotele tradebatur. artis enim eſſe virtutem, prudentiæ non eſſe oſtendit: quippe quæ ipſamet virtus ſit, neque admittere aliunde virtutem poſſit.

Ceterum eſſe alios quoſdam omnino, non ex parte ſapientes exiſtimamus, neq; alia aliqua in re ſapientes, quemadmodum inquit Homerus in Margite:
Is nec foſſor erat, nec erat robuſtus arator,
Aut alia re aliqua ſapiens. ſic numina diuum Conceſſere,

Aliam eſſe inquit, ſapientiam omnino & non ex parte, id eſt non in hac, aut illa materia particulariter, ſed omnino, atque vniuerſaliter: id quod communi etiam opinione confirmat, cum inquit eſſe alios quoſdam omnino non ex parte ſapientes exiſtimamus. aduerte autem quo modo omnino & alia aliqua in re hic dictum ſit, nam ſicut ſubſtantia ipſa omnino atque abſolute eſt. reliqua vero quæ vel in ſubſtantia, vel circa ſubſtantiam ſunt, non eſſe abſolute & ſimpliciter, ſed eſſe aliquid dicuntur, ipſius ſcilicet ſubſtantiæ aliquid, verbi cauſa ſubſtantiæ vel quantitas, vel qualitas, vel reſpectus, vel poſitio, vt ſedere, & ſtare, & iacere: item vel eſſe in loco, vel in tempore, vel aliquid ex nouem denuncupationibus ſeu prædicationibus eſſe dicuntur: ſic etiam vnaquæque ars cũ ſubiectam habeat ſubſtantiam, & vel in ea vel circa eam operetur aliquid, illud quod operatur quodq; vel in ſubſtantia, vel circa ſubſtantiam efficit, tantummodo cognoſcit, ac percipit, id autem eſt forma ea quam in propria artis materia artifex ponit, atque abſoluit, quæ ſanè nihil aliud eſt, quam accidens, ac propterea non abſolute atque omnino eſt aliquid, virtuſque eius ac perfectio non ſapientia abſolute, ſed quædam ſapientia appellatur. Sapientia vero abſolute ac ſimpliciter, quæ circa eorum quæ ſunt idest ſubſtantiarum cognitionem verſatur, non quod eſt aliquid, ſed quod abſolute eſt, hoc eſt non accidens, ſed ſubſtantiam cognoſcit. Quemadmodum igitur in generationibus facimus, cum accidentis generationem nõ abſolute ac ſimpliciter generationem, ſed quandam generationem dicimus, ſubſtantiæ vero, generationem omnino, non quandam generationem appellamus, propterea quod ea eſt omnino, ac re vera generatio, ſicut etiam Ariſtoteles ipſe nobis tradidit, eodem modo quoque cognitionem & ſapientiam, cum eſt accidentium, cognitionem quandam, & ſapientiam quãdam dicimus, quique ea eſt ſapiens, in aliquo ſapientem, ac quẽdam ſapientem vocamus. at qui circa ſubſtantiam atq; ea quæ per ſe ſubſtantiam conſequuntur, ſapiens eſt, ſapientem omnino ac ſimpliciter nũcupamus, omnium autem in ſapientia præſtantiſſimum, eum qui circa principales ſubſtantias verſatur, præſtantiſſimamque ſapientiam ſciẽtiam eius appellamus, quæ theologia, id eſt diuina eſt, ſubſtantia ex Platonicorum ſcientia eſt triplex, naturalis,

A diſciplinaris, & diuina. quamuis enim Ariſtoteles diſciplinarem ſeu mathematicam circa ea quę per abſtractionem ſunt, verſari aſſerat, id tamen Platonice hac de re opinantibus non placet, propterea quod ea quæ ex abſtractione ſunt ſenſui expoſitis ac naturalibus ſint inferiora ac deteriora, eo quod ex ipſis originem habeant, poſtq; ipſa ſubſiſtant. abſurdumque eſſe inquiunt ſub, ſidicamus, animã, quæ natura ipſa & ſingularibus, naturalibuſque rebus multo eſt præſtantior, habere quidem in ſe rationes ſubſiſtentes, non tamen eas ante ſenſibilia rationali, atque animaſſ quodam modo inſitas habere, ita vt materialibus ſenſibilibuſque ac ſingularibus potiores, ac natura priores antiquioreſque ſint. licet à principio ignoratione ex generationis vinculo cõtracta ſenſu, à materia que abſtractis ſpeciebus ac rationibus vti cogatur, quo qui in ipſa ſunt cognitionis igniculi incendantur, qui quidem ex propria na B tura ab opifice inditi generationis perturbationibus obſcurati ita latent, vt niſi adhibita purgatio ſit, apparere nullo modo poſſint, perinde atque ignis cinere opertus, qui primum vbi diſcuſſus cinis eſt, apparet atque extat, deinde ſi materiam attigerit, in flammam ingentem ſæpenumero incendi conſueuit. Eſt igitur abſolute ſapiens is quẽ diximus, quem diuerſum eſſe ab eo qui quodam modo eſt ſapiens, Homeri Margitis teſtimonio comprobat, Id autẽ Poematis nomen eſt, cuius meminit non ſolum ipſe Ariſtoteles in primo Poetices libro, ſed etiam Archilochus, & Cratinus, in epigrammatibus, item Callimachus: Homerique eſſe opus teſtantur. Homerus enim hic de eo ſapiente intelligit, qui omnino eſt & proprie ſapiens, & nõ quodam modo, aut aliqua in re, vt ii qui in artibus excellunt. C poteſt ſiquidem & foſſor in ipſo fodiendi opere optima ſe gerere, atque in eo ſapiens appellari, arator item in arando ſimiliter, atque alius alia in re, ſed vnuſquiſque tamen ex his quadam tenus, quadamque in re eſt ſapiens. qui vero omnino ac proprie ſapiens dicitur, longe ab his diuerſus eſt. poſteaquam hæc dixit Ariſtoteles, concludit rationem, ac ſubiungit in hunc modum.

Quapropter exactiſſimam ſcientiarum eſſe ſapientiam manifeſtum eſt. ſapientem igitur non ſolum ea quæ ex principijs ſunt cognoſcere, ſed etiam circa principia ipſa verum dicere oportet.

Sed vnde hanc concluſionem collegit? ex eo videlicet, quod is qui in vnaquaque arte abſolutus eſt, ſapiens in ea D eſſe dicitur. nam ſimiliter quoque ille in vniuerſali cognitione erit ſapiens, qui in vniuerſali ſapientia eſt abſolutus; ea autem non ſolum eorum quæ ex principijs demonſtrãtur, ſed principiorum quoque ipſorum cognitio eſt, quippe quæ etiam circa ipſa verum dicat. quid eſt autem circa principia verum dicere, niſi habere rationes quibus ipſa etiam comprobentur? ſunt enim nonnulla principia, quæ licet probatione aliqua indigeant, non neceſſario tamen ab ijs qui in vnaquaque ſcientia periti ſunt, ratione vlla cõprobantur, ſed perinde ac conceſſa ſumuntur, exq; illis ita ſumptis quæ ad vnamquamque ſcientiam ſpectant, demonſtrari conſueuerunt. at ſapiens cum reliquis omnibus cognitione antecellat, ſingulisq; abſolutior, ac perfectior ſit, horum etiam principiorum ſi aliquo modo opus eſt, E rationes aſſignat. Scientiarum enim principia triplicia ſunt, nonnulla enim auctoramenta ſeu dignitates, alia ſuppoſita ſeu ſuppoſitiones, quædã poſtulata appellantur. Auctoramenta quidem, quę ἀξιώματα à Græcis dicuntur, ea ſunt, quæ etiam apud diſcentem ex ſe auctoritatem, & fidem conſequuntur, neq; vlla extrinſecus, niſi ſola in verbis explicatione aliqua adhibita certa ac nota omnibus ſunt. vt illud, quæ eidem ſunt æqualia, inter ſe quoq; ęqualia eſſe neceſſe eſt. Cum vero, non certam habet notionem auditor, ſed ſtatuit tamen ac concedit ita eſſe, id ſuppoſitum dicitur. circulum enim talem eſſe figuram ex communi notione abſque diſciplina non habemus, ſed vbi audimus tamẽ, ſine demonſtratione cõcedere conſueuimus.

Poſtulatum

Poſtulatum autem vocatur, cum & ignotum eſt, quod dicitur, & id ſine conceſſione vlla audientis ita quaſi ab eo petiuerimus, ac poſtulauerimus, ſumere ſolemus: vt, omnes rectos angulos æquales inter ſe eſſe. declarant autem non ineſſe ſuppoſita in animo diſcentium, illi qui de aliquo huiuſmodi tractare ſtuduerunt, vt Ptolemæus, cum definitionem corporis recte ſeſe habere oſtendit. Poſito enim puncto eum in tres partes fluere poſſe demõſtrat, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. atque ita quia ex eodem puncto plures quam has tres excogitare fluxiones non licet, fieri non poſſe inquit, vt plures etiam quam tres diſtantiæ ac dimenſiones exiſtant: atque hoc modo perfectam eſſe corporis definitionem aſſerit, quæ corpus habere tres diſtantias, ſeu dimenſiones conſtituit. Poſſumus igitur vel ſic intelligare de eo qui omnino ſit ſapiens, vt diximus, vel hoc altero modo. B Prima philoſophia, quæ eadem theologia eſt ars artium, & ſcientia ſcientiarum appellatur, atque id propterea, quia artes & ſcientias ſola ipſa conſtituit, dum earum principia quæ demonſtrationem non admittunt, quando opus eſt, declarat atque explicat, atque ita efficit, vt illæ ex ijs quæ ipſa ſuppeditarit, proprios conſequi fines poſſint. Exempli cauſa in fabrili & ædificatoria arte perpendiculum eſt, & rubrica, & rectangulum trigonum quod alpha ſeu alphadium à Græcis, à literę A ſimilitudine, amuſsis à Latinis nominatur. ac perpendiculo quidem vtitur ædificator: idque tantum de eo cognoſcit, certumque apud ſeſe habet, ad recta erigenda ædificia id inſtrumentum perquam eſſe accommodatum: C quæ autem cauſa ſit, cur funiculus annexum plumbum demittens ad dirigendos parietes conducat, illud vero quatenus ſcilicet artifex eiuſmodi eſt, ignorat, ſed ſapiens huiuſce rei cauſa reddita cur perpendiculi ea vis ſit, principium ædificatricis artis conſtituit, atque ob id vt ars ipſa quoque conſtituatur, eſt auctor. nam quia plumbum è funiculo dependens graue corpus eſt, grauia autem corpora ad vniuerſi centrum tendunt ac feruntur, efficitur, vt funiculus quoque cui annexum plumbum eſt, ad rectos angulos deferatur, atque ita fit, vt ædificatoria funiculi directionem ſequuta rectos parietes extruat. De rubrica item rationem refert ſapiens. nam cum ab vtrique ligni extremis capitibus rectà porrecta fuerit, eſt in cauſa vt detractis ſuperuacuis partibus quæ obliquitatem faciebant, lignum dirigatur, D rectæ ſiquidem lineæ id acceptum referri debet, cuius applicatione directio illa effecta eſt. ſimili modo quoque amuſsis columnis in altum erectis appoſita in cauſa eſt, vt recta collocatione conſtituantur, propterea quod recta linea ad rectum angulum efficiendum ad perpendiculum ducitur, atque ita fit, vt ſapientia cum rationes & regulas vnicuique arti exhibeat, vt ipſæ quoque artes ſint, cauſa extiterit. Idem in ſcientijs videre licet. Geometra enim vbi puncti, lineæ, ſuperficiei, corporis definitiones admiſit, nihil amplius de ipſis inquirit, ſed ipſis qua principijs vſus, reliqua poſtea demonſtrat. tres ſiquidem diſtantias, ſeu dimenſiones ſumit, longitudinem, latitudinem, & profunditatem ex quibus corpus, duas item longitudinem & latitudinem ex quibus ſuperficies conſtituitur: E tum vnam tantummodo longitudinem ſcilicet latitudine carentem, quæ eſt linea, cuius terminus ab vtraque parte punctus eſt, qui indiuiſibilis eſſe definitur. Sapiens vero primum eo quo ſuperius oſtendimus modo tria tantum eſſe interualla, tres ue dimenſiones demonſtrat, perfectamque eam eſſe magnitudinem; quę tres huiuſmodi dimenſiones ſeu diſtantias admittit, deinde euidens pronunciatum in hũc modum ſumit, quod terminat aliquid, eo quod terminatur, ſimplicius eſt, atque iccirco fit, vt omne quod terminat, ab eo quod terminatur vna dimenſione deficiat. qui enim fieri poteſt, vt terminus vel rei terminatæ ſit in dimẽſione æqualis, vel plures re terminata dimenſiones habeat? atque ita demonſtrat, ſuperficiem quia corporis terminus eſt, vna ab eo dimenſione deficere, vt quoniam corpus in tres porrigitur diſtantias, ſuperficies duabus tantum longitudine & latitudine cõſtituatur. ſimili modo lineam propterea quod ſuperficiem terminat ab ea vna dimenſione deficere, vt vno tantum interuallo præditam euadere eam neceſſe ſit. at punctum cum lineæ terminus ſit, quæ in vnam tantum dimenſionem porrigitur, omni prorſus carere interuallo, omnique diſtantia. atque ad hunc modum omnes magnitudinum, punctique definitiones recte ſeſe habere oſtendit. Sicut igitur in his principia haberi à ſapientia conſpiciuntur, ita in reliquis quoque & artibus & ſcientijs ſiquis diligenter conſidere, principiorum inuentricem eſſe ſapientiam reperiet. iccirco non aliqua in re ſapiens, ſed omnino atque vniuerſaliter ſapiens appellatur primus philoſophus, qui theologus, id eſt diuinorum indagator idem eſt, propterea quod cæteris omnibus artificibus & ſcientibus qui in aliquo ſapientes ſinguli ſunt, eſt in cauſa vt ſapientes & ſint, & dicantur. Cum autem inquit Ariſtoteles, ſapientem non ſolum ea quæ ex principijs ſunt, cognoſcere, ſed etiam circa principia ipſa verum dicere oportere, id antedictorum concluſionem ſubiungit, qua efficitur, vt cum ſapientia habitus ſit, & eius operatio, & quid inter eam & ſcientiam interſit, nobis innoteſcat. ſcientia ſiquidem circa ea tantum quæ ex principijs colliguntur, veritatem exercet, cum ad inueſtigandas, inueniendaſque res ſibi ſubiectas principijs ipſis vtatur, de principijs vero quatenus eſt ſcientia inquirere nihil poteſt. at ſapientia etiam de principijs verum dicit, cum ipſa in eo quod antecellit ſcientiæ, confirmet ac probet.

Quare ſapientia erit intellectus & ſcientia: ac quaſi habens caput ſcientia rerum præſtantiſſimarum.

Hoc auctarium quaſi quoddam eſt, quod ex concluſione ſuperiore conſequitur, quo ſapientiam eſſe habitum ex intellectu & ſcientia compoſitum manifeſtat. nam cum intellectus principiorum veritatis cognitionem habeat, ſcientia vero ex principijs ab intellectu acceptis proprias ſuas quęſtiones demonſtret, ſapientia quæ & principia vt intellectus, & quæ ex principijs colliguntur, vt ſcientia, cognoſcit, merito ſimul erit & intellectus & ſcientia. atque iccirco in ſciẽtijs capitis vicem obtinebit, quia rerum præſtantiſſimarum ſcientia eſt. præſtantiſſima ſiquidem ſunt principia, ſi enim ſunt cauſa eorum quæ concluduntur in ſcientijs, quo modo pręſtantiora atque honoratiora illis eſſe non debent? principia igitur ſunt capita eorum quæ in ſcientijs conſiderantur. ſapientia vero quę ſcientijs principia ſuppeditat, merito ſcientiarum etiam ipſa caput dicetur. Tametſi hoc quod inquit ſapientiam eſſe caput habentem ſcientiam, intelligi quoque alio modo poteſt, ſcientiæ enim quia ex ſeſe non habent principia, ſed à ſapientia accipiunt, propterea decapitatę ſeu capite carentes iure appellari poſſent, ſapientia autem cum integra ſit ac perfecta, habeatq; ex ſe principia, iccirco capitata ſcientia dicitur, quaſi habens caput, quę principia ipſa ſunt. Sed non ab re, vt puto, erit, ſi quęramus, cur habitus veridici quatuor tantum non fuerint connumerati; ſed intellectus quinto loco adiunctus ſit? nam cum ſapientia intellectus ſit & ſcientia, qui tantummodo ſciens eſt, à ſapiẽtię integritate & perfectione in eo deficit, quod habet quidem ab intellectu accepta principia, ſed veritatem tamen circa ea non aſſequitur, qui vero vlterius progreſſus in ſapientiam deuenit, etiam intellectum iam habet, vt circa principia verum dicere quoque ipſe poſſit. Qui igitur fit, vt qui in ſapientia intellectus continetur, ſeparatim quaſi diuerſus ab ea ſit, fuerit connumeratus? an fortaſſe quia cũ ſapientia ex intellectu & ſcientia compoſita ſit, prius oportuit ea quę tanquam partes eius ſunt, exiſtere, deinde ita ex vtriſque ipſis eam conſtitui, atque eo magis, quod ſeparari vtraq; à ſe mutuo poſſunt, vt ſimpliciter ac per ſe eſſe prius videantur, deinde contingi, ac ſapientiam abſoluere. fieri

enim

enim poteſt vt aliquis Intellectualis euadat, adeo vt circa principia verum dicat, non tamen ſit ſciens, quippe, cum ea quæ ex principijs demonſtrantur, nondum cognoſcat, ac propterea neque ſapiens ſit, eo quod altera ex ſapientiæ partibus ſit deſtitutus: ſimili modo ſciens eſſe eſſe quiſpiã abſque intellectione poteſt, donec veritatem circa principia nondum aſſequutus eſt. Qui autem vtraſque veritates eſt complexus, & principiorum ſcilicet, & eorum quæ ex principijs colliguntur, is ſimul & intellectualis eſt, vtpote theologus, & ſciens, quippe qui ea quæ ex principijs cõſequuntur, ex principijs cognoſcat. Quare neceſſe eſt, vt vnuſquiſque ex veridicis habitibus ſeparatim ſibi accommodatam rationem admittat. Videndum tamen eſt, nunquid diuina, & quæ ſupra generationem ſunt, præſtantiſſima ac precioſiſſima appellet, circa quæ præcipuum primæ philoſophiæ ſtudium verſatur, quæ etiam principia omnium ſunt, quæ in generationem cadunt, & vere ſunt, ſoloque intellectu percipiuntur, ac propterea præſtantiſſima, atque honoratiſſima habentur, à quibus philoſophia & intellectus hominum operatio veritatem circa ſcientiarum principia accipit, atque incenſum inde lumen præuium ad cognitionem habet, dum in principiorum perceptione animæ oculus adeo illuſtratur, vt medio carentem vnionem terminorum inſpiciat, ex quibus medio carentes propoſitiones componuntur. Verum autem dicere circa principia quaſi proprium ſapientiæ poſuit, nõ quod ſcientiæ quæ à ſapiẽtiã eadem accipiunt, circa ea vera non dicãt, ſed quia ſapientia cum veritatem circa principia primum comprehendat, ipſa eſt quæ ſcientijs eandem poſtea ſuppeditat.

Abſurdum enim eſt, ſiquis ſcientiam ciuilem, aut prudentiam honeſtiſſimam eſſe exiſtimat: niſi ſcilicet homo ſit optimum omnium quæ in mundo ſunt.

Hactenus differentiam, qua diſtat ſapientia à ſcientia, expoſuit, nunc quo modo eadem à prudẽtia diſtinguatur, oſtendit. connectit autem orationem enim coniunctione, pro autem ſumpta, id quod alibi etiam facere aliquando conſueuit. ſumit autem ciuilem & ſcientiam, eo quod ad oſtendendam prudentiæ & ſapientiæ diuerſitatem plurimum faciant. abſurdum enim eſt, ſi ciuilem facultatẽ eſſe ſcientiam dicamus, quod conſequi apud eum neceſſe eſt, qui prudentiam eſſe ſapientiam aſſerat. nam cum ſapientia ex intellectu & ſcientia conſtituatur, prudentia vero ciuilis ſit, qui prudentiam eſſe ſapientiam inquit, in eam neceſſitatem incidit, vt ſcientiam ciuilem eſſe fateri etiam cogatur. id autem abſurdum eſt, propterea quod ſcientia circa neceſſaria, ciuilis circa ea quæ contingunt, verſatur, vt fieri nõ poſſit, vt quæ inter ſe adeo in ſubiectis diſſidẽt, conuenire ac coniungi ſimul queant. prudentia igitur ſapientia non eſt. Studio quidem digna, atque honeſta prudentia eſt, non tamen præcipue, ac maxime, vt ſapientia. id quod ex eo declarat, quod cum prudentia circa ea verſetur quæ homini conferunt, ſi homo optimum omnium eſſet, quæ in mundo ſunt, prudentia quoque eſſet honeſtiſſima omnium, ſtudioq; maxime omnium digna, ſed hoc non eſt, vt ipſe etiam procedendo oſtendit, reſtat igitur vt ſapientia prudentia eſſe nullo pacto poſſit.

Nam ſi ſalubre & bonũ hominibus ac piſcibus diuerſum eſt, album, autem & rectum idem: ſapiens quoq; idem, prudens diuerſum eſſe omnes aſſeuerarent. id enim ſingula quod circa ſeipſum quod bene ſe habet, conſiderat, prudens eſſe dicerent, eiq; ſeipſa committerent.

Alterum argumentum hoc eſt ad diuerſitatem ſapientiæ & prudentiæ comprobandam, ex diuerſo & eodem ſumptum. diuerſi enim ſalubre & bonum, eiuſdem album & rectum quaſi exemplum producit. nam diuerſi generis animalibus ſalubre eſt aliud atque aliud, bonum item ſimili modo, vt hominibus & piſcibus, cibus enim ſalubris, aut victus, aut quippiam huiuſmodi hominibus aliud, aliud piſcibus eſt, propterea quod cum conſtitutio ac

A temperatura vtrorunque diuerſa ſit, diuerſa quoque eſſe ea neceſſe eſt, quæ diuerſis temperaturis conducunt. & bonum eodem modo, bonum enim hic intelligit, non quod commune atque abſolute, ſed quod primum vnicuique bonum eſt, quippe cum hominibus quatenus homines ſunt ac terreſtria animalia, bonum ſit in terra vitam traducere, piſcibus, qui aquatici ſunt, contra in aquis: album autem & rectum non aliquibus album ſit & rectum aliquibus minime, ſed idem ſemper ſit omnibus. Ita quoque ſapiens apud omnes idem eſſe omnes aſſeuerarent, prudens vero non idem apud omnes, ſed aliud atque aliud. illud ſiquidem eſt prudens, quod conſiderat & inuenit, necnon eligit bonum, quod accommodatum ſibi eſt, & recte vt conſequi id poſſit, procurat. idque eſſe prudens
B vnumquodque iudicaret, & ſi committere alicui ſalutem ſuam vellet, ei proculdubio ſeſe crederet, quod ſciret bonum proprium & recte cognoſcere, & recte ſibi comparare, vt quemadmodum ſibi, ita etiam ipſi ſalutem optime procuraret. Atque hæc eſt tota horum verborum ſententia: age vero ſingula etiam, ſi alicubi explanatione aliqua opus eſt, particulatim perpendamus. NAM ſi, inquit, ſalubre & bonum hominibus ac piſcibus eſt diuerſum &c.) Cum velit oſtendere ſapientiam apud omnes eſſe eandem, prudentiam vero diuerſam, atque inde ſapientiæ & prudentiæ differentiam manifeſtare, quo nihil noui hac in re aſſertum ab eo eſſe cognoſcamus, ſalubre & bonum aſſumit, album item & rectum: illa, eo quod naturam apud diuerſos diuerſam habent, hæc, quia pro diuerſi
C tate naturarum non immutãtur, ſed ſemper apud omnes eadem permanent. ſi igitur in iſtis, inquit, ita res ſeſe habet, nihil noui ſuſpicari debemus, ſi ſapientia & prudentia eodem modo inter ſe differunt, ita vt ſapientia eadem ſemper ſit, prudentia vero pro vniuſcuiuſque vtilitate & commodo immutetur, ac variet. ſapientia enim cum præſtantiſſimarum rerum ſcientia ſit, ſicut res ſibi ſubiectæ nullam mutationem admittunt, ſed ſtabiles ſemper ſunt, propriamque naturam perpetuo ſeruant, ita ipſa ſtabilis ſemper atque eadem eſt. Prudentia autem cum vtilitatem vniuſcuiuſque ſpectet, quæ diuerſa apud alios atque alios eſt: idcirco ipſa quoque apud alios alia
D & non eadem eſſe ſemper conſpicitur. Quare ſapiens idem eſſe omnes dicerent, nihilque aliud quam ea quæ ſunt, quatenus ſunt, & ſingulorum principia ſcire. prudens vero non idem, ſed aliud atque aliud pro vtilium ac conferentium varietate. nam licet dum vtile appellamus, quaſi vnam quandam rem generatim eodem vocabulo ſignificare videamus, multam tamen in ſpecie vtilium diuerſitatem reperimus. Quod autem inquit id enim ſingula quod circa ſeipſum &c. ita eſt intelligendum, atque ordinandum. ſingula enim ex ijs quæ ſunt, ſi quid ſit prudens, perpenderent, illud eſſe profecto prudens aſſererent, quod cõſiderat, id eſt, percipit ac cognoſcit id quod bene ſe habet, id eſt bonum eſt circa ſeipſum, & quaſi circa ſe id continet vtilis & commodi cognitione: eique etiam ſa-
E lutem ſuam curandam committerent. Dixit autem ſingula neutro genere quaſi vltra homines intellectionem protendens, vt irrationalia etiam ſimul complecteretur. ſiquidem illa quoque ei, quodcunque inter ipſa prudens eſſe quiſpiam diceret, in tutelam ſeſe committunt, id ſequuntur, ad id tendunt, quaſi per id ſalutem ſint conſequutura. Inde enim fit, vt inter ipſa fœminę mares ſequi, & ex voce eorum, ex motu, ex ſtatu depẽdere cõſueuerint.

Vnde etiam beſtias nonnullas prudentes eſſe inquiunt, quæcunque in vita traducenda prouidendi habere vim quandam videntur.

Prudentiam eſſe habitum quo vnumquodque quod ſibi bonum eſt conſiderat, communi opinione confirmat quanquam communior hæc prudentiæ ratio eſt ad omnia pertinens, quæcunque facultate quadam prouidendi eſſe prędita videntur. vbicunque enim communem ho-

minum

minum opinionem de re aliqua inuenimus, ea quaſi certa ad rerum quæſitarum comprobationem vti conſueuimus. Inquit igitur, adeo prudentiæ eſſe proprium, vt vnumquodque quod ſibi bonum eſt conſideret, vt beſtijs etiam id homines attribuere ſoleant, beſtias enim nonnullas prudentes eſſe inquiunt. quænam? quæcunque in vita traducenda habere prouidendi quandam facultatem videntur beſtias autem appellat abſolute omnia irrationalia animalia, inter quæ nonnulla ea natura eſſe prædita reperiuntur, vt ſibi, ſalutique ſuæ prouideant, ſiue magnitudine & viribus præſtent, ſiue parua, atque imbecilla admodum ſint. vrſi enim latibula inueniunt, quo & ſeſe abdere hyemis tempore valeant, & cibos recondere, vt ſiquando ob frigoris intemperiem prodire nequiuerint, ijs quæ repoſuerunt, interim vitam ſuſtentent: comportare autem conſueuerunt glandes, mala, nuces, & quicquid huiuſmodi eſui idoneum eſt. byeme enim cum prædari, atque animalia minora capere non poſſunt, contenti ſunt ijs quæ depoſuerunt. ſimili modo apis & formica: illa mel in aluearibus recondit, hæc in ſubterraneas cauernas fructus congerit, ſibique prouidet, vt quo tempore vagari extra non licebit, intus præparatum alimentum habeat. Item aranea telas contexit, quibus ad victum ſibi comparandum beſtiolas irretiat, ac venetur. Dixit autem videntur & prouidendi vim, propterea quod non proprie ipſis neque ratio ineſt, neque prouidentia, ſed proprietates quaſdam veluti extremas rationis notas, ac reſonantias quaſdam natura inſitas habent.

Perſpicuum autem eſt ciuilem & ſapientiam eandem eſſe nullo modo poſſe. nam ſi eam quæ circa ſibiipſis vtilia verſatur, ſapientiam dicent, multæ erunt ſapientiæ: non enim vna eſt quæ omnium animalium bonum conſideret; ſed ſingulorum diuerſa. niſi ſcilicet vna quoq; ſit medicina circa omnia quæ ſunt.

De eadem re rurſus inquit, non ſolum prudentiam à ſapientia, ſed ipſam quoque in vniuerſum ciuilem facultatem à ſapientia diſtinguens. eſt enim prudens etiam ciuis qui ſuas ipſius vtilitates tanquam homo inquirit, prudens item ciuilis eſt, hoc eſt ciuitati præſidens, qui illa conſtituit & ſancit, quæ publice ciuitati conducunt. nam ſi ſapientiã dicent eſſe ciuilem facultatem, eo quod ea quæ ſunt publice ciuitati vtilia, conſiderat, multæ erunt ſapientiæ, ſiquidem ſingulæ animalium naturę pro ſua quæque proprietate peculiaria quædam commoda habent: proprium enim bonum ſecundum naturam vniuſcuique eſt. ſicut etiam medicina pro diuerſitate naturarum vniuſcuiuſque alia atque alia eſt. propterea quod varia eſt animalium temperatura, atque iccirco varium quoque id eſt, quod naturæ ſingulorum conuenit. videtur autem hoc argumentum eandem vim cum ſuperiore habere, niſi quod illic peculiarius, & proprie magis de prudentia agit, hic communius, ita vt ciuilem quoq; facultatem complexus ſit.

Quòd ſi hominem cęterorum animalium optimum eſſe dixerint; id nihil refert: quandoquidem homine alia natura ſunt longe diuiniora: vt ea quæ ſunt maniſeſtiſſima, ex quibus mundus conſtitutus eſt.

Obiectionem quandam ſibi hic infert. nam cum ſuperius ex eodem & diuerſo ſapientiæ & prudentiæ differentiam oſtenderit, ſapientiam inquiens apud omnes eſſe eandem, vtilium vero & conducentium conſiderationem, quæ prudentia eſt, non eandem, ſed pro vniuſcuiuſque natura aliam, atque aliam, quemadmodum medicinam, diuerſitatemque hanc prudentiæ ex animalium diuerſitate comprobarit, quæ cum variæ naturæ ſint, varias quoque habent pro vniuſcuiuſque genere ſibi accommodatas vtilitates, vt habitus quoque qui eas procurant, atq; eligunt, eſſe diuerſos in vnaquaque animalium ſpecie neA ceſſe ſit: quippe cum ſi naturæ ſint diuerſæ, & commoda, & qui ea conſectantur habitus, differant: poſtea obiectionem in hunc modũ ſubiungit. ſed quiſpiam fortaſſe præſtantiſſimum atque optimum cęterorum animalium eſſe hominem dixerit, atque icicirco habitum quoque, qui hominis vtilitati prouidet, alijs eſſe preſtantiorem debere, qui cęterorum animalium commoda perſequuntur: atq; ita effici, vt prudentia ſit ſapientia, quippe quę omnium pręſtantiſſima ſpeculetur, ideſt ea quę naturę hominum quę omnium optima eſt, conducunt. Cui reſpondens nihil id referre, inquit, id eſt, ad demonſtrandum diuerſas eſſe inter ſe ſapientiam & prudentiam minime eſſe accommodatum. licet enim iſtis animalibus ſit potior homo, quæ communi cognitioni expoſita ſunt; ſunt alia tamen

B in rerum natura, quę naturam habent homine longe diuiniorem. ac Platonici quidem Heroas intelligeicunt, dęmonas, aliaſque huiuſmodi naturas, quin etiam cœleſtia corpora ſupra humanam conditionem eſſe: ſed Ariſtoteles hic ſola ea aſſumit, quę ſunt maniſeſtiſſima, ex quibus mundus conſtitutus eſt, ea autem ſunt cœleſtia corpora. vnicuique enim ex his Gręci ſicut animam & rationem, & intellectum, ita prudentiam attribuunt, atque inde eius quod bonum ſingulis eſt, cognitionem, eiuſque appetitionem, & prouidentiam, & ſtudium ad id adipiſcendum, id quod prudentię proprium eſt: Ita vt alia pręter hominum prudentiam hęc longe diuinior, ac pręſtantior reperiatur. Id autem dici de ſapientia minime poteſt, quia cum ſapientia ſcientia & intellectus rerũ

C natura prę ſtantiſſimarum ſit, eadem eſt apud omnes, in quibus eſt. & ſi enim aliquantulum immutatur, dum augetur quodammodo, vel minuitur, eadem tamen natura eſt: non ſecus atque album cum intenditur, ac remittitur, at prudentia, quia vniuſcuiuſque bonum quod conſiderare pollicetur, aliud atque aliud eſt, ipſa quoque alia atque alia euaſit. id autem in ſapientia non fit. res enim natura præſtantiſſimę, quę cognitioni ipſius ſubijciuntur, eędem apud omnes ſunt, tametſi magis vel minus cognoſcuntur, pro diuerſitate habituum, vel etiam naturarum illorum qui ipſas cognoſcunt. Quòd autẽ corporum quę orbiculariter feruntur, prudentia potior ſit,

D & prouidentia, & demum bonum quodlibet quod in ipſis, pręſtantius ſit his quę in hominibus conſpiciuntur, ex corporea ſubſtantia alibi demonſtrat, ab ijs quę maniſeſtiora nobis ſunt, progrediendo. diuiniſſima enim eorũ corpora appellat, generationeq; omni & corruptione ſuperiora, atque inde perſpicuum eſſe oſtendit, ea tum animata eſſe, tum rationali anima & intellectuali & prudentia prędita, atque id pręſtantiori modo, quam humanę naturę conueniat. eo quod abſurdum futurum ſit, ſi pręſtantiora corpora inferioribus eſſe inferiora cogamur fateri, id quod fiet, ſi anima carere ea dixerimus. quod enim anima caret, animato deterius atque inferius eſſe, nemini dubium eſt. alia quoque multa his longe plura afferre ſolent ij, qui cœleſtia corpora, eorumq; vires commendant, no-

E ſtriſque eſſe longe pręſtantiora opinantur, de quibus conſiderare nunc ſuperuacuum exiſtimo.

Conſtat igitur ex ijs quæ dicta ſunt, ſapientiam eſſe rerum præſtantiſſimarum natura ſcientiam & intellectum.

Superius oſtendit intellectum qui in nobis eſt, diuerſum à ſcientia & prudentia eſſe, ex eo quod neutra harum principiorum habet cognitionem, ille vero habet, deinde de ſapientia agere aggreſſus, eandem quoque à ſcientia quidem & prudentia diſcrepare declarauit, ſimul tamen & principiorum eſſe perceptricem, & eorum, quæ ex principijs demonſtrantur. nũc autem ex ijs quę ſuperius dixit, colligit definitionem, ex illis inquiens eſſe maniſeſtum, ſapientiam eſſe rerum natura pręſtantiſſimarum & ſcientiam & intellectum, quatenus ſcilicet de principijs verum dicit, intellectum, quatenus ea ſcit, quę ex principijs colliguntur, ſcientiam. vt autem ipſam ſupra eam quę communiter ſcientia vocatur, extollat, addit rerum

natura

natura præſtantiſſimarum, vel principia præſtantiſſima ac precioſiſſima appellans, præ ijs videlicet quæ ex ipſis demonſtrantur, quibus tam vt ſint, quam vt cognoſcantur, in cauſa ſunt, vel diuina ipſa hoc nomine ſignificans, quippe quæ & incorporea ſint, & materia careant, ex ſeſeque ſubſiſtant, nihilque quod poteſtate ſit, in ſe habeant, ſed actus planè ſint. ſemper enim ſunt, nunquamque ex eo ſtatu in quo ſunt, in alterum immutantur. id quod in vno quoque horum quæ generationi ſunt obnoxia, fieri quotidie videmus. nam quæ generationi & corruptioni ſubiacent, cum ſemper poteſtatem ſibi annexam habeāt, nunquam poſſunt conſiſtere, ſed cōtinuo fluxu tantiſper feruntur, quo ad poſtremo è priore ſtatu penitus exturbata in alterum tranſeant. atque hoc merito materiæ euenit, quę quia pura potentia eſt, nunquam ea forma quam adipiſcitur, eſt contenta, ſed alteram ſemper appetit. ſi.n. in aliqua certa re ſiſteret, ac firmaretur, cum ſit prorſus potentia, nullumque actum in ſe habeat, proprietatem ſuam minime ſeruaret. Diuinę autem res cū ſint prorſus actus, atq; ideirco à materia penitus abſolutæ, nunquā in aliud ab eo quod ſunt, immutari queūt. In quibus verſans ſapiētia merito & intellectus & rerum natura præſtantiſſimarum ſcientia appellatur, intellectus quidem, eo quod intellectuali modo operans intelligibilium, quatenus cadere in cognitionem hominis poteſt, perceptionē acquirit: ſcientia, quia etiam medio vtentem cognitionem comparat, efficitq;, vt quando opus fuerit, rerum harum naturas ratiocinando percipiamus.

Vnde Anaxagoram & Thalem atque huiuſmodi homines cum ignorare ea quæ ſibi vtilia ſunt, viderint, non prudētes, ſed ſapientes eſſe dicunt: ac ſuperuacua quidem, & admiranda, & difficilia, & diuina cognoſcere ipſos aſſerunt, ſed inutilia tamen, propterea quòd non humana bona inquirūt. prudentia autem circa humana bona verſatur, atq; ea quæ in conſultationem cadunt.

Rurſus ſapientiam à prudentia eſſe diuerſam quadam alia communi opinione confirmat, quam homines de viris ijs habent, qui conſenſu omnium ſapientes fuerunt exiſtimati, cuiuſmodi eſt Anaxagoras & Thales. Ecce enim hi ſapientes dicuntur, ſed non prudentes: propterea quod ignorant ea quæ ſibi conducant. nam cum in cognitione eorum quæ hominnm vitam excedunt, occupati fuerint, commoda vitæ & vtilitates neglexerunt. Hi enim, inquit, ſuperuacua, & admiranda, & difficilia & diuina cognoſcere dicuntur. ſuperuacua, quia præter ea ſunt, quæ præſenti vitæ conferunt, admiranda, quia communem hominnm cognitionem excedunt, difficilia, propterea quod labore multo ac ſtudio opus eſt, antequam ad ea percipienda attingere quiſpiam poſſit: diuina autem ſeu dæmonica, quæ δαιμόνια græce inquit, ideirco quia animum à corpore cui natura addictus eſt, meditatione alienantes, in eorum cognitionem venire conſueuerunt, atque ita ſupra hominem elati quaſi genijs ſeu dæmonibus ſimiles videntur euaſiſſe. hæc autem ſunt naturalia, & diſciplinaria ſeu mathematica, & in primis theologica, quæ tane à ſapientibus cognoſcuntur, & humanæ vitæ inutilia ſunt. nam qui ea ſectantur ſapientes, non quærunt bona humana, ſed quæ ſunt ſupra hominem, quæ autem ſunt ſupra hominem, ad prudentiam de qua hic eſt ſermo, minime pertinent, hæc ſiquidem circa humana bona verſatur, quæ etiam in conſultationem veniunt, cum aliter atque aliter contingere, ac euadere in vtrāq; partem queant. Sciendum tamen eſt reperiri ſępenumero apud veteres nomen prudentiæ pro qualibet cognitione ſumptum, etiam ea quę rerum natura prēſtātiſſimarū ſit, quippe cum Deo quoque eam attribuant. Quemadmodum Pulitarchus Chæroneus, cum in hunc modum inquit: non enim argento aut auro beatum numen eſt, neq; tonitruis & fulguribus eſt munitum, & potens, ſed ſcientia, & prudentia: cętera enim omnia quibus indigent homines cum exhibeāt Deus, intellectum & prudentiam quæ propria ipſius ſunt, quibus ſolis vtitur, non exhibet. neque enim hic Plutarchus de eo habitu intelligit, qui de ijs quæ homini vtilia ſunt, recte conſultat, ſed de ſingulari ac ſimplici rerum cognitione, qua prima ipſa cauſa omnia etiam antequam fiant, cognoſcit ac percipit.

Prudentis enim id maxime opus eſſe dicimus, vt recte cōſultet: de illis autem conſultat nemo, quæ euenire aliter nequeunt: neque de ijs quorum finis aliquis non eſt, atque is eiuſmodi, vt agendum bonum ſit.

Idem oſtendere vult, ſapientiam ſcilicet cum prudentia non eſſe eandem. ſuperius enim ex ſubiectis vtriſque rebus hoc declarauit. nam cum diuerſæ ſint res, circa quas ſapientia & prudentia verſantur, dinerſos etiam inter ſe eſſe habitus ipſos neceſſe eſt, vt in terrimenſoria & numeraria arte, id eſt geometria & arithmetica videre licet. cū enim numerus diuerſus à magnitudine ſit, diuerſæ etiam ipſæ inter ſe artes neceſſario ſunt, ſiquidem altera circa numeros, altera circa magnitudines munus ſuum exercet. nam ſi illæ ſcientiæ quæ licet circa idem genus verſentur, idem tamen alio, atque alio modo conſiderant, diuerſæ inter ſe ſunt, multo magis eas diuerſas eſſe inter ſe exiſtimādum eſt, quæ diuerſa abſolute habent ſubiecta. hoc autē quod dico, tum ex arithmetica & muſica, tum ex geometria & aſtronomia patere poterit: arithmetica enim & muſica circa numeros vtræq; verſantur, illa tamen in ſe ipſos conſiderat, muſica, tantūmodo quatenus ſe mutuo reſpiciūt. quis enim ſit par numerus, quis impar, quis item pariter impar, quis impariter par: quin etiam quis primus & incompoſitus, quis ſecundus & compoſitus, atque huiuſmodi, numerorum per ſe conſideratio eſt, quæ ad arithmeticam ſpectat. quæ autem ſit conſonantia quę per quatuor voces fit, quæ per quinq;, quæ item per omnes, quas διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, & διὰ πασῶν vocant. numerorum alia contemplatio eſt, quatenus ſcilicet inter ſe habent proportionem, ſiue ſeſquitertiam, ſiue ſeſqualteram, ſiue duplam. hæ igitur duæ artes quāuis idem ſubiectum habeant, qui numerus eſt, ſunt tamen inter ſe propterea diuerſæ, quia altera numerum per ſe, altera quatenus ad alium ſpectat, ſpeculari conſueuit. eodem modo quoque geometria & aſtronomia circa idem genus vtræque, quæ eſt quantitas, negocium habent, quia tamen altera in ſtatu, altera in motu eandem conſiderat, propterea diuerſæ inter ſe artes euaſerunt. Superius igitur ſapientiam & prudentiam inter ſe differre hoc modo demonſtrauit, nunc ex vtriſque id eſt ſubiecto & operatione diſcrepantiam earum maniſeſtat. conſultatio enim prudentis operatio eſt. poſſe autem & non poſſe aliter ſeſe habere ex ijs ſumuntur, quæ ſubiecta habitibus ſunt. colligere autem rationem in hunc modum poſſumus. Prudentis maxime opus eſſe dicimus recte conſultare, ſapiens quatenus ſapiens eſt, non conſultat, ſapiens igitur quatenus ſapiens eſt, non eſt prudens: vel econtrario, prudens igitur quatenus eſt prudens ſapiens non eſt, vtrumque enim ex ijſdem aſſumptis colligi in ſecunda figura poteſt. ſapientem vero non conſultare, ita probat, ſapiens circa ea verſatur, quæ euenire aliter nequeunt, at de ijs quæ euenire aliter nequeunt, conſultat nemo, ſapiens igitur non conſultat. quod vero inquit neque de ijs quorum finis aliquis non eſt, atque is eiuſmodi vt agendum bonum ſit, alterius rationis propoſitio eſt, addendaque eſt altera, vt integra ratiocinatio efficiatur, in hunc modum, circa quę verſatur ſapiens, eorum finis agendum bonum non eſt, eorum autem vniuſcuiuſque quæ prudens conſiderat, finis agendum bonum eſt. reſtat igitur, vt ſapiens eſſe prudens non poſſit, quatenus videlicet ſapiens eſt. nam fieri quidem poteſt, vt idem homo vtriſque habitibus præditus ſit, atque ita ex alio tamen, atque alio habitu ſit & ſapiēs & prudens. non enim quia in vno & eodem vtrique hi habitus reperiuntur, propterea vnum eſſe tantummodo

cum

eum cenſendum eſt, quemadmodum neq; geometriam, A
& arithmeticam, licet in vno ſimul eſſe poſſint, vnam tamen & eandem eſſe ſcientiam affirmamus, niſi ſcilicet ex accidenti. Agendum bonum dixit, propterea quod ſapienti quoque contemplationis & ſtudij finis, quidam eſt, alioqui fruſtra omnis in inquirenda veritate ſuſciperetur labor, ſed is tamen contemplatio ipſa, rerumque ipſarum cognitio ac perceptio eſt, non agendum bonum. agendum ſiquidem bonum eſt, quod actione comparatur. ab actione autem diuerſa contemplatio eſt.

Bonus autem conſultor abſolute ille eſt, qui quod optimum homini ex agendis rebus eſt, coniectura aſſequi ratiocinando poteſt.

Cum prudentis proprium eſſe dixerit bene conſultare, B
prudentiamque ipſam circa ea verſari, quæ euenire aliter poſſunt, atque iccirco à ſapientia eſſe diuerſam, eo quod illa neceſſaria duntaxat conſiderat, atque ea quæ cadere in conſultationem nequeunt, conſentanee nunc quid ſit bonus conſultor, definit, inquitque eum eſſe eius quod optimum homini eſt ex agẽdis rebus coniectatorem idoneum, ratiocinando. in qua quidem definitione coniectatorem idoneũ ſeu qui coniectura aſſequi poteſt, vt genus, reliqua vt differẽtias poſuit. ac genus quidem prudentiã tã ab intellectu, quam à ſapientia, & ſcientia ſtatim diſtinguit, quippe cum coniectare nihil aliud ſit, quam meditari, & conſiderare, & ratiocinari, quo modo propoſita res recte poſſit agi, atque adminiſtrari, quorum nihil tribus illis habitibus congruit. illi enim circa neceſſaria
verſantur, coniectura vero circa ea, quæ aliter atque aliter C
euenire poſſunt. Quod optimum homini eſt vt differẽtia poſitum in definitione ab artium effectis prudentis, prudentiæque finem ſeiungit. ſunt enim bona etiam illa quidem, quæ à bonis artibus efficiuntur, vtpote vtilia & commoda homini, quemadmodum eſt ſedes, menſa, indumentum, atque huiuſmodi reliqua, ſed nihil tamen ex ipſis optimum eſt, niſi ſolum id quod ad prudentiam ſpectat, affectus in homine rationi ita ſubijcere, vt ipſa princeps ac domini irrationalis partis reddatur. nam agenda bona ea dicuntur, quæ actione perficiuntur, cuiuſmodi eſt fortiter in bello ſe gerere, cupiditatum oppugnationi reſiſtere, tẽperanter agere, ac ſimilia, quorum ſanè omnium optimũ
ac præſtantiſſimum illud eſt, cum eò prouehitur aliquis, D
vt in impatibilitatem, affectuumque omnium ſublationẽ deueniat, & licet natura vinctus corpori ſit, extra ipſum tamẽ propoſito ac meditatione excedat. Ratiocinãdo autem definitioni poſtremo adiunxit, eo quod ratiocinandi vis pars ea animæ eſt, quæ agendis rebus præſidet, atq; vt hac quoq; particula prudentiam à tribus illis, quos modo diximus, veridicis habitibus diſtinguat, quippe cum in illis non actiuus intellectus, quæ eſt ratiocinandi facultas, ſed contemplatiuus operetur. Recte igitur tum boni conſultatoris habitus tum ipſe bonus conſultator definiretur, ſi ita diceremus: eſſe habitum quidem eum qui ratiocinãdo idoneus ſit ad coniectandum id quod homini ex agendis rebus optimum eſt, bonum autem conſultatorẽ, qui ipſo
hoc habitu preditus ſit. ſed Ariſtoteles hominem cui ineſt E
habitus, loco habitus ipſius definiuit. Quemadmodum enim bona conſultatio prudentiæ ſumma præſtantia eſt, ita bonus conſultator prudentium omniũ eſt ſupremus.

Adde quòd ne q; vniuerſalium tantum prudentia eſt, ſed opus eſt, vt ſing[u]la etiam cognoſcat. eſt e[n]im actiua: at actio circa particularia verſatur.

Alia hæc ſapientię & prudentiæ differentia eſt. ſapiẽtia enim vniuerſalia cognoſcit ſemper, prudentia vero cum circa agendas res verſetur, habet quidem regulas vniuerſales tam morales quam ciuiles, ſecundum quas & vitam traducere priuàtim, & publice ciuilia tractare opus eſt, ſed conſideeat tamen particularia, in quibus ſcilicet actiones exercet, quandoquidem omnis actio in particularibus exiſtit. neque tamen in regulis tantummodo eſt vniuerſale & particulare, vniuerſale inquam, quod conſideratur & dicitur, particulare, quod efficit atq; agitur, ſed in rebus quoque conſpiciuntur. nam bonum vniuerſale eſt, ne cognati inter ſe diſſideant, ſeditionibusq; agitentur, quiq; hoc & opinatur & dicit, vtcunq; vniuerſaliter facit. at non debere hos aduerſus illos diſſenſionem moliri, verbi cauſa vel populum Athenienſem inter ſe, vel Athenienſes aduerſus Lacedęmonios, id iam eſt particulare.

Hinc fit, vt nonnulli etiam neſcientes nonnullis ſcientibus actuoſiores ſint: & in reliquis illi qui ſunt periti, nam ſi quis leues quidem carnes cognouerit, faciles concoctu eſſe, & ſalubres, quæ tamen leues ſint, ignoret: is profecto ſanitatem non efficiet: ſed ille efficiet magis, qui auium carnes eſſe leues & ſalubres ſciuerit. prudentia vero actiua eſt. Quare vel vtraq;, vel hanc potius habere oportet.

Idem probat, prudentiam ſcilicet circa particularia maxime verſari, ex cauſato cauſam demonſtrans. nam quia circa particularia magis eſt prudentia: iccirco nonnulli neſcientes vniuerſalia, id quod arti magis eſt accommodatum, nonnullis qui ea ſciunt, magis idonei in actionibus ſunt. periti enim ideſt qui experientiam ſequuntur, ignorantes vniuerſalia particularia tractare conſueuerunt, atque ob id actuoſiores, hoc eſt in actionibus exercendis aptiores ſunt. ſcientes autem vocat eos qui rationem & artem ſectantur, eo quod cauſas eorum quæ ſiũt, cognoſcant, quas qui experientia tantum nituntur, atque ob id experimentarij appellati ignorant. recte vero diximus ex cauſato cauſam hic comprobari, nam vt nonnulli neſcientes, id eſt experientia tantum nixi, quibuſdam ſcientibus, qui ſcilicet vniuerſales rationes ſine vlla rei peritia callent, ad agendum magis idonei ſint, illud in cauſa eſt, quod prudentia circa particulara & ſingula verſatur. prius autem poſteriori confirmat, quia cauſatum quam cauſa ex ijs quæ in particularibus aguntur, nobis notius eſt, atque euidentius. nam quod ait & in reliquis illi qui ſunt periti in teſtimonium & cõprobationem huiſce rei poſitum eſt, vt ſcilicet in vniuerſum declaret, experientiam in vnaquaque re ad actionem exequendam magis eſſe neceſſariam. Subiungit enim non è ciuili, ſed è medicina ſumptum exemplum, vt non in prudẽtia duntaxat, quæ ciuilis virtus eſt, ſed in omni quoq; actione verũ hoc eſſe cognoſcamus. ait enim, ſiquis cognouerit leues carnes faciles ad cõcoctionem eſſe & ſalubres, quænam vero ſint leues, neſciat, is ſanitatẽ non efficiet, eo quod vniuerſaliter id nouit. nam cum quales ſint leues, ignoret, quibus vti debeat ad ſanitatem vt leuibus, ignorat, atque ita vel nullis veſcetur carnibus, timens ne malis atque inſalubribus vtatur, vel graues quaſi leues & faciles ſint, aſſumet. ille autem qui particularius ab experientia didicit auium carnes eſſe leues ac ſalubres, faciet ſanitatem. Hucuſque maior propoſitio eſt, ex particularibus conſtans, quod ſcilicet actionibus particulare quam vniuerſale magis neceſſarium ſit. Deinde minorem infert, prudentiam videlicet actiuam eſſe, & in actionibus exiſtere. poſtea concluſionem ſubiũgit ita tamen vt reijcere rationem veritus eſſe videatur, vel vtraq; inquiens habere oportere eum qui agere vult, & prudentem virum, vniuerſale ſcilicet & particulare, id eſt rationem & experientiam. vel hanc potius id eſt experientiã, quippe quę particularia cognoſcit, actionibuſque magis ſit accommodata. Sed nihil ab re fortaſſe erit, ſi rationes has in figuram ſyllogiſticam reſoluamus. Prudentia actiua eſt, atque in actionibus exiſtit, omnis autem actio in ſingularibus ac particularibus operari conſpicitur, prudẽtia igitur in particularibus ac ſingularibus operatur: hoc ita collectum rurſus tãquam propoſitũ aſſumimus. prudẽtia in particularibus & ſingularibus operatur, at in omni habitu qui in particularibus & ſingularibus operatur, experiẽtia ratione vtilior eſt vtilior igitur prudentiæ experientia quam ratio eſt. Atq; hæ vtraq; ratiocinationes ſunt in tertio modo primæ figuræ concluſæ.

Filet

Eſſet autem quadam etiã hic architectonica ac princeps.
Quoniam prudentiam dixit rationem eſſe quæ verſare-
tur circa particularia, atque operationem in actionibus
ederet, ratio autem abſtracta eſt à particularibus: iccirco
eſſe inquit, etiam hic, id eſt in actionibus architectoni-
nicam, vt oſtendat ſcilicet quo modo ſe habeat ratio &
vniuerſale ad experientiam & particulare. ratio ſiquidem
& vniuerſale cum non habet experientiã adiunctam, ar-
chitectonice ſtatuit duntaxet, ac præfinit, agere tamen ob
imperitiam non poteſt, cum vero adeſt experientia, vtrun
que poteſt tam definire, quam agere, eſtque ſimul & ar-
chitectonica & actiua,

De partibus prudentiæ. Cap. VIII.

ATque eſt quidem & ciuilis prudentia idem habitus;
eſſentia tamen ipſis eadem non eſt.

Eadem quidem eſt ciuilis & prudentia in eo quod
vtriuſque munus eſt tam bene conſultare, quam id quod
homini optimum eſt, in agendis rebus ratiocinando con-
iectare, quia tamen prudentia eius eſt qui per ſe eſt pru-
dens, ſuaque ipſius commoda coniectat, ciuilis autem ea
quæ publice ciuitati vtilia ſunt, conſiderat: iccirco ratio-
ne quadam inter ſe differunt. prudentia ſiquidem ciuilis
etiam ipſa coniectatrix eſt, ſed eorum, vt dixi, quæ ad pu-
blicam vtilitatem ſpectant, quæ vero non ciuilis, ſed mo-
ralis eſt, ea vnius tantummodo hominis emolumenta cõ
ſectatur: vt hæc ciuis, illa ciuilis hominis prudentia ſit.
nam ciuis etiam eſt vnuſquiſque, qui in ciuitate degẽs quę
commoda ſibi ipſi ſunt, cõiectat, atq; id ſtudet, vt ſibi ſoli
virtutes ciuiles exerceat, dum vel prudentioribus obtem-
perat, vel diſcit ipſe, rationeſque habet eorum quæ agit
atque operatur, quæ ad perfectionem humanam eam de-
ducant. ciuilis autem vir eſt, qui habet quidem quoque
ipſe artem, quo modo tractare rempublicam oporteat:
ſed procurat tamen, vt in omnibus quod optimum ciui-
tati eſt, efficiatur. ſicut ipſe etiam in principio huius ope-
ris Ariſtoteles docuit. propterea inquit, non eadem ta-
men vtriſq; eſſentia eſt. quorum enim habituum ſubiectæ
res ſunt diuerſę, eos habitus inter ſe quoque eſſe diuerſos
neceſſe eſt.

Eius autem prudentiæ quę circa ciuitatem verſatur, alte
ra eſt vt architectonica ac pręſes, quę eſt legis latrix: altera
vt particularis, quæ communi nomine ciuilis appallatur: at-
que hæc actiua eſt conſultatiua. decretum enim vtpote ex-
tremum, agenda res eſt:

Cum diuiſerit prudentiam in ſpecialem & communem
ſpecialemque communi nomine prudentiam, commu-
nem ciuilem appellarit, eo quod communiter de ciuitatis
vtilitate conſultet, hanc in vniuerſalem & particularem
nunc ſubdiuidit, vniuerſalemque architectonicam &
& legiſlatricem vocat, particulari autem nomen com-
mune imponit idest ciuilem proprie nuncupat. nam ſi-
cut ſuperius prudentiam quæ rationem abſque experien-
tia habeat, architectonicam appellauit, vtpote ijs qui circa
ſingula agunt, præſidentem, modoſque agendi præſcribẽ-
tem: ita hic legiſlatricẽ quæ in vniuerſum regulas ſtatuit,
ſecundum quas illi qui ciuiles res adminiſtrant, agere de-
bent, architectonicam vocat, eo quod quæ agenda ſunt,
agentibus præcipit, ipſa vero, quatenus eiuſmodi eſt, actio
nes nullas tractat. particularem vero communi nomine
ciuilem appellat, quæ etiam iudicialis dicitur. quæ com
mune nomen proprie habet, propterea quod ipſa eſt quę
proprie ciuitatem adminiſtrat, & agit particularia. nam
legiſlatrix ciuilis ea de cauſa nominatur, quia conſtitu-
tionis ciuitatis in cauſa eſt. communes enim leges haben-
tes homines ſecundum eas inter ſe conueniunt & congre-
gantur, atque ita ciues, & ciuiles euadunt. altera autem
ciuilis proprie & iudiciaria dicitur, qa talis re ipſa & ope-
ratione eſt, tametſi melius eſt, vt ciuilis quam iudiciaria,

A appelletur, quippe cum nõn tam iudicia, quam conſilia,
quam magiſtratus, quam conciones, cæteraque omnia ci
uilia adminiſtret. eſt autem hæc actiua conſultatiua,
eo quod conſultans particularia agit, ad inſtitutaſq; leges
ac mores reducit. DECRETVM enim, vtpote ex-
mum, agenda res eſt.) quia eſt id quod extremum aliquis
iudicando vel conſultando decreuit, quid in propoſita re
videlicet agendum ſit, non vt vniuerſale, ſed vt extremum
& particulare. vniuerſale ſiquidem in actionem cadere
nullo modo poteſt.

Iccirco ciuitatem adminiſtrare hi tantummodo dicun-
tur: hi enim perinde ac manuales artifices ſoli agunt.

Ex hoc perſpicuum eſt recte à nobis dictum eſſe, eam
facultatem quæ ciuilis proprie dicitur idest particularem
B ciuiles res tractare atque agere. ecce enim nunc quoque à
philoſopho idem dicitur. adminiſtrare enim ciuitatem le
giſlatores non dicimus, propterea quod quatenus ſunt le-
giſlatores, non agunt, ſed regulas tantum quo modo tra-
ctanda res publica ſit, tradunt: ſed ſoli illi qui agunt, ad-
miniſtratores, tractatoreſque ciuitatis, appellantur. nam
ſiquis & ſit legiſlator & agat, quatenus eſt legiſlator, erit
architectonicus ac pręſes ciuilis adminiſtrationis: quate-
nus vero agit, erit ciuilis adminiſtrator: quippe cũ illi quo
que manuales artifices ſint, qui artes ipſas exercent, non
qui quo modo exercendæ ſint, præſcribunt ac docent. ſi
enim aliquis ſit qui & doceat quo modo exercendę ſint ar
tes, & ipſas exerceat: in eo quod docet, architectus, in eo
ꝙ agit ac tractat particularia, manualis artifex vocabitur.

C *At vero prudentia etiam maxime ea eſſe videretur, quæ*
circa ſeipſum & vnum quiſpiam vtitur: atque hæc commu-
ni nomine prudentia appellatur. illarum autem alia familia-
ris, alia legis latrix, alia ciuilis dicitur: atque huius altera
conſultatiua, altera iudicialis.

De prudentia diligentius adhuc conſiderat, de habiti-
buſque ipſis cognatis idest familiari diſpenſatione, legiſla
trice, & ciuili. ſunt enim hæ inter ſe cognatæ omnes, prop
terea quod omnes conſultatiuæ ſunt, circa eaque verſan-
tur, quæ homini ſunt optima, in eo vero differunt, ꝙ pru-
dẽtia eſſe maxime ea videtur, vt ipſe inquit, quæ circa vnũ
tantum verſatur, vniuſque vtilitatem coniectat, vnde
etiam commune habet nomen, prudentiaque proprie ap
D pellatur. nam reliquæ prudentiæ quidem ob id tantum di
cuntur, quia ea conſiderant, quæ euenire aliter atque ali-
ter poſſunt, quæque in conſultationem cadunt, homini-
que vtilia ſunt: quia tamen circa diuerſa ſubiecta verſan-
tur, non tam à prudentia, quam inter ſe quoque diuerſę
ſingulæ euaſerunt. ac diuerſa pro ſubiectorum varietate
ſortitæ ſunt nomina. familiæ enim diſpenſatrix vna ex ip
ſis dicitur, quia circa familiam, reſque ad ipſam pertinen-
tes verſatur, altera legiſlatrix, quæ quo modo ciuitas
adminiſtranda ſit, regulas in vniuerſum præſcribit: ter-
tia ciuilis quæ circa ciuitates, earumque adminiſtratio-
nes opus ſuum exercet. Diuidit autem ciuilem in duas,
conſultatiuam ſcilicet & iudicialem: eo quod hæ duæ
E præcipuæ in ciuitatibus partes ſunt; altera, quæ vtilitati-
bus publicis prouidet ac conſulit, altera, quæ ſicut be-
ne ſe gerẽtes honoribus afficit, ita peccantes pœna inflicta
coercere conſueuit.

Species igitur † cognitionis quædam eſſet, ſibiipſi proſpi-
cere: ſed differentiam magnam tamen habet. videturque
ille qui ſua cognoſcit, in hiſque verſatur, prudens: ciuiles
autem † negocioſi.

Differentiam hic docet eius qui in ſe eſt prudens, &
familiaris, & ciuilis, vnicuique horum inquiens & cogni-
tionem eſſe & prudentiam, ſed habere tamẽ non paruam
inter ſe diuerſitatem, licet genere fortaſſe eadem ſint,
adeò vt qui ſua ipſius bona cognoſcit, in ipſiſque verſatur,
prudens: ciuilis autem non prudens, ſed negocioſus & cu-
rioſus eſſe videatur, quippe qui ea quæ aliena ſunt, præ-
terq; ſuam vtilitatem inquirit. Atque huius quidem ora-
tionis

tionis hæc eſt ſententia, ſed verba etiam ipſa diligentius conſideremus, primumque illud aduertamus, in nonnullis exemplaribus legi, ſpecies cognitionis quædam eſſet, in alijs vero cognitionis loco, prudentiæ reperiri. ſi igitur legamus cognitionis, ipſo hoc nomine prudentia quæ circa vnum eſt ab alijs ita ſeparabitur, vt ſoli ipſi conuenire nomen prudentiæ intelligamus, reliquas verò eatenus cum ea communicare, quatenus cognitiones etiam ipſæ ſunt. ſin autem ſpecies prudentiæ quædam eſſe legerimus, omnibus his idem nomen prudentiæ attribuemus: licet poſtea differre eas inter ſe dicamus, pro diuerſitate ſubiectarum rerum, & alijs quæ ipſe Ariſtoteles progrediendo declarabit. Cum vero ait ſibiipſi proſpicere id eſt græce τὸ αὑτῷ, quod ipſi eſt, ſubintelligendumque eſt vtile, aut bonum, aut quippiam eiuſmodi, vt integra loquutio ſit, quod ſibiipſi vtile eſt, aut bonum, aut conducens proſpicere, & cognoſcere. ſed magnam tamen, inquit, differentiam habet. nam licet ſpecies cognitionis ſit, quæ ſibi vtilia ſunt & commoda cognoſcere, longe tamen diſcrepat & à familiari, & à ciuili: magiſque à ciuili. familiaris enim diſpenſatio cognitioni vtilitatis vnius affinis eſt, ſiquidem familiæ dominus dum proprij commodi curam habet, omnium qui in domo ſunt, vtilitatibus conſulit, ac quaſi in ſe cæteros omnes contineat, communiter omnibus prouidet. Inquit autem, videtur eſſe prudens qui ſua tantum ſpectat, vt verbo videtur, communem opinionem hominum atque exiſtimationem ſignificet. hinc etiam patet, melius eſſe, vt ſuperius cognitionis potius quam prudentiæ legamus. ecce enim eũ qui ſua cognoſcit, in ipſiſq; verſatur, prudentem eſſe ex cõmuni opinione dicit. ciuiles autem πολυπράγμονες idest curioſi, ſeu πολυπράγμονες idest negocioſi videntur: vtrunq; n. in nonnullis exemplaribus legitur. qui enim ciuiles res adminiſtrant, negociorum ſunt cupidi & ſtudioſi, multiſque curis & negocijs implicantur, quippe cum multa ſint ac varia ea quæ ciuitati conueniunt, non vnum tantum, vt id quod prudens tractat.

Vnde etiam Euripides:
Quo nanque pacto valeo prudens dicier?
Cui ſic licebat inter alios milites
Negocio eſſe ſine vllo & æquam ſumere
Partem bonorum cætero cum exercitu?
Nam curioſos, atq; agentes plurima Odere diui.

Euripidis teſtimonio, hoc idem confirmat, qui in Philoctete ita ait: Quo namque pacto & c. his enim Iambis Euripides verbis quidem manifeſte, ſed rebus tamen obſcure prudentiam à familiari & ciuili videtur diſtinguere. inducit enim Philoctetem ſe à prudente diuerſum eſſe affirmantem, eo quod cum poſſet ſine vllis negocijs commoda ſua procurare, atque ita eſſe prudens, ſe ad rem publicam adminiſtrandam, ciuileſq; res agendas tranſtulit, vt loco prudentis curioſus euaſerit, curioſus inquã, ob curas multas quibus ille diſtringi conſueuit, qui ciuiles res tractat. atque hoc eſt quod ab Euripide habemus, alium eſſe prudentem, & alium ciuilem: ſed ſi res etiam ipſas in medium quiſpiam producat, circa quas vterq; horum verſatur, integram horum differentiam cognoſcere poterit. Prudentia enim à familiari & ciuili non ſubiecto tantum diſcrepat, quod ipſa quidem quæ vni tantum vtilia ſunt conſiderat, familiaris vero quæ familiæ toti conducunt, ciuilis autem ciuitatis, quique in ea ſunt omnium commoda conſectatur, verum etiam ſpecie inter ſe tres hi habitus diuerſi eſſe conſpiciuntur, quandoquidem ſubiectæ ipſis res ſpecie quoq; inter ſe differunt. Prudens enim cum de proprijs curam habeat, priuatim id dat operam, vt tam corporis, quam animę ſaluti conſulat, vt & illud bene conſtitutum ſit, & valeat, & anima recta ratione vtens affectuum moderationem in actionibus præ ſe ferat. Familiaris vero in eo ſtudium ſuum exercet, primum vt domum bene conſtitutam habeat nõ tam ſtabilitate ædificij ac firmitate, quam ventorum opportunis flatibus, cœliq; temperie ad frigus, caloreſque pro habitantium commoditate tolerando, deinde vt familiæ victus ſuppetat, ne vel lædatur ab aliquo, vel lædat quempiam, tum vt cohabitãtium quiſque proprium ſuum munus obtineat, pro animæ & corporis qualitate, pro ætate, pro ſexu, quantum ad imperandum, & obediendum ſpectat, cæteraque aliæ quæ in familijs diuerſitatem aliquam habent, ſiue ad ſtudia cuiuſque, ſiue ad amictum, ſiue ad cibi, potuſque rationem attinet. At ciuilis de legibus agit, atque id curat, vt optimę atque vtiliſſimæ conſtituantur, quæ tum ad mores ciuium faciant, tum ad ſitum vrbis ſint accommodatę, vt & cum finitimis, & cum longinquis etiam populis commercia facilia reddantur, quo neceſſaria comportari & exportari commode poſſint, de mœnibus item curam habet vt firma ſint, & ad externos inſultus tutam efficiant ciuitatem, tum ſordibus expurgandis prouidet, vt non ſolum ad ſanitatem ciuium ſalubris aer conſeruetur, verum etiam vt mundę intus viæ nulla cœni fœditate tranſeuntes inquinare ac polluere queant, de aquis etiam & balneis nihilo minus conſiderat, de venalium rerum, quæ præcipue ad cibum & potum, ſpectant, expeditione, de bello item & pace, quibuſcum ineunda ſocietas atque amicitia ſit, aduerſus quos bellum gerendum, de iure, & iniuria, de pœna & honoribus, quibus vel mali coercendi, vel boni honeſtandi ſunt, de artibus item & ſcientijs præſcribit, quas diſcere, à quibus abſtinere, quibus vti & quatenus ciues debeant, cęteriſque alijs huiuſmodi, de iis tamen in primis quę ad ad pietatem, deique cultum, & venerationem ſpectant. Videmus igitur hęc omnia quę tribus his ſubiecta ſunt, diuerſa ſpecie, indigere & experiẽtia, & cognitione, & tractatione. quod ſi hæc ſpecie ſunt diuerſa, diuerſæ quoq; ſpecie ipſę facultates erunt. In vniuerſum enim quarum artiũ & ſciẽtiarum diuerſa ſpecie ſubiecta ſunt, eę ipſę quoq; inter ſe ſpecie ſunt diuerſæ. quamuis enim nonnulla videantur tribus his eſſe communia, modus tamen quo vel priuatim, vel communiter tractantur, diuerſus ac varius cum ſit, facit, vt diuerſa etiam ipſa euadant. cuiuſmodi ſanctitas, ac pietas eſt, qui eſt habitus Deo, diuiniſq; rebus accõmodatus, quippe cum omnes homines tam priuatim, quã publice pie ſe gerere ac religioſe debeant.

Quærunt enim quod ſibi bonum eſt: idque agendum eſſe exiſtimant.

De prudentibus hoc quoque dicit in plurali numero, licet ſuperius ſingulari vſus ſit. nam quęrere quod ſibi bonum eſt, exiſtimareq; id tantummodo eſſe agendum, neque ſuperuacaneum quippiam, & curioſum tractare, multiſque negocijs diſtringi, prudentis proprium eſſe dictum eſt, vt ſi etiam multi idem habeant, prudentes omnes ſint, non ciuiles, ſed ciues tamen, vt in primo huius operis libro declaratum eſt. hæc enim moralis nominata fuit, qua vnuſquiſque vel prudentioribus obtemperẽs, vel ipſe eruditione inſtructus, atq; ex ſeſe ipſo rerum rationibus cognitis melior quidem redditur, non tamen adhuc idoneus eſt, vt pręſidere ciuitati, adminiſtrareque rempublicam poſſit, atque ob id ciuilis nomen conſequatur.

Ex hac igitur opinione euenit, vt prudẽtes hi ſint: tametſi fortaſſe vniuſcuiuſq; bonum ſine familiari & ciuili non eſt.

Vnde euenerit, vt prudentes eos eſſe dicamus, qui quod tantum ſibi bonum eſt quęrunt, hic oſtendit, ex illa ſcilicet antedicta communi opinione. qui enim à principio hoc opinati ſunt, poſteris quaſi per manum eam tradiderunt, quam tamen ipſe approbare minime videtur, dum inquit, tametſi fortaſſe & c. aperte enim his verbis ſignificat, ſe eum qui tamen id quod ſibi bonum eſt, quęrit, in familiarem, & ciuilem referre, quaſi ex ſe id nequeat cognoſcere, ſed ad eius cognitionem ope illorum indigeat. nam cum familiaris diſpenſator vnoquoque qui in domo ſunt, ſit prudentior; ſingulos docebit, quidq;. vtile ipſis ſit, manifeſtabit. idem faciet ciuilis illis qui in ciuitate degunt.

A gunt. Iccirco inq̃t, abſq; familiari & ciuili vniuſcuiuſq; bonum eſſe non poſſe, eo quod ſinguli ad id quod ſibi bonum eſt cognoſcendum familiari arte, & ciuili indigeant, quæ ſanè vtræque præſtãtiores morali ſunt, & ea quæ vnius ſolius bonum conſiderat. Cæterum hoc à principio fortaſſe neceſſarium eſt, non tamen fieri non poteſt, vt ſpatio aliquo temporis ita diſcat aliquis, atque erudiatur, vt ad bona ſibi per ſe comparãda abſque illis idoneus euadat. Vel igitur hoc modo locus hic intelligendus eſt, vel quia homo natura eſt ſociabile, ac gregabile animal, ſpectaſſe Ariſtotelem ad huiuſmodi hominis naturam credendum eſt, dixiſſeque prudentem per ſe ſolum non poſſe proprium bonum ſequutum virtutem exercere niſi vel in ciuitate, vel in domo degat. Ita enim ſolum, ſineq; vlla hominum ſocietate vitam traducere, vel diuinum ſupraque hominem, vel homine inferius ac ferinum eſt.

B *Præterea vero quo modo proprium vniuſcuiuſque bonum adminiſtrare oporteat, obſcurum eſt, atque iccirco conſiderandum.*

Hoc etiam argumento neceſſe eſſe oſtendit, vt prudens in ſocietate degat. nam cum oporteat eum proprium ſuũ bonum adminiſtrare ideſt diſponere, & tractare, id autem quo modo fieri debeat, incertum ſit, & obſcurum, conſideratione & conſulto opus eſt, quod id quod dubium & incertum eſt, patere poſſit. at conſideratio & conſilium ſocietatem requirit. ſocietas autem vel familiaris, vel ciuilis eſt. recte igitur dixit, fieri non poſſe vt ſine familiari, & ciuili prudens cognoſcere quod ſibi bonum eſt, valeat.

Huiuſce autem rei indicium quoque illud eſt, quòd iuuenes licet geometrici & mathematici, atq; in eiuſmodi rebus C *ſapientes euadant: prudentes tamen euadere non videntur.*

Idem à ſigno confirmat, rei ipſius operationem in medium producens. verum enim, inquit, id eſſe quod diximus, hoc eſt non poſſe quempiam prudentem eſſe, ſuæq; priuatim vtilitati proſpicere, niſi in ſocietate degat, cum hominibuſque prudentibus in actione verſetur, atque inde peritiam quandam conſequatur, inde etiam perſpicuum eſt, quod iuuenes homines propterea eſſe prudentes non poſſunt, quia non ſatis multum tempus vixere, vt callere quiuerint peritia rerum particularium, quæ in conſuetudine hominum & commercio agi conſueuerunt. ne autem quiſpiam in tempus ſolum, & ætatem, non in negociorum imperitiam cauſam cur iuuenes non ſint prudentes, referat, quaſi id ætatis imbecillitate tantum D modo contingat, operationem circa ſcientias eorum in medium profert, geometras & abſolute mathematicos eos effici poſſe affirmans, quippe cum natura eorum in tenera etiam adhuc ætate ingenio eo prædita ſit, vt difficiles ac ſubtiles mathematicarum contemplationes percipere valeat, atque inde pateat, non eſſe breuitatem vitæ impedimento ipſis, ne prudentes euadant, ſed quia prudentia non niſi longa experientia ſingularum rerum, ſenſuiq; expolitarum comparari conſueuit, dum in ipſis tractandis multa & agimus & patimur, multa item videmus, & audimus, ex quibus omnibus habitum prudentiæ acquirimus, quo noſtra ipſorum bona inuenire atque eligere, expedireque etiam rationibus accommodatiſſimis poſſumus. hoc enim non alio modo conſequimur, quam ex E longo rerum vſu, dum in hominum conſuetudine & ſocietate verſamur, obſeruamuſque ſingula, quidque ex qualibet re vel à nobis, vel ab alijs facta euenire ſoleat, ſubinde aduertimus.

Cauſa autem ea eſt, quod particularium eſt prudẽtia, quæ ex experientia † nobis innoteſcunt: iuuenis autem expertus non eſt. experientiam enim temporis afferet longitudo.

Cauſa, inquit, cur iuuenes fieri mathematici poſſint, prudentes non poſſint, ea eſt, quod mathematicæ diſciplinæ ſcientiæ ſunt, ſcientiæ autem vniuerſales & intellectuales ideſt rationales, atq; iccirco facilius mente ac ratione animę noſtræ comprehendi queunt, vt non multa ad eas per- A cipiendas temporis mora, ac longinquitate opus ſit. prudẽtia vero circa particularia verſatur, quę ex experientia nobis innoteſcunt. ſiue vt alia lectio habet, quæ ex experientia nobis innoteſcunt, ſiue vt alia lectio habet, quæ ex experientia particularium actionum conſequutus eſt. loco enim huius particulæ ἃ γίνεται γνώριμα ἐξ ἐμπειρίας ideſt quę fiunt nota ex experientia, ſeu ex experientia innoteſcunt, ἃ γίνεται φρόνιμα ἐξ ἐμπειρίας ideſt quæ fiunt prudentia ex experientia, reperitur. Propterea igitur iuuenis agere prudenter nequit, quia nondum tam multum tẽporis ſpatiũ viuendo expleuit, vt rerum quæ ſigillatim & agũtur & dicũtur, peritiã adipiſci potuerit. EXPERIENTIAM enim temporis afferet longitudo) afferet in futuro dixit, vt iuuenes quaſi ad prudentiam conſequendam adhortetur, atque incitet, vt temporis proceſſu multarum rerum experientiam acquirere, atque ita in prudentiæ habitum B nitantur peruenire.

Nam illud etiam cõſideratione dignum videtur: quid ſit, quòd puer fieri mathematicus poteſt, ſapiens, aut naturalis non poteſt? an quia illa per abſtractionem ſunt: horum autẽ principia ab experientia ſumuntur: & hæc non credunt quidem iuuenes ſed dicunt: illorum vnumquodq; quid ſit, obſcurum non eſt.

Poſteaquam iuuenem non poſſe eſſe prudentem dixit, eo quod prudentia & longum tempus, & multam rerum experientiam requirat, id quod nondũ iuuenis conſequutus eſt, iuueniliq; ætatẽ ad mathematicas diſciplinas percipiendas eſſe ſatis, ad prudentiam vero requirendam non eſſe, alteram ſimilem quæſtionem ſubiungit, dignumque C videri conſideratione eſſe inquit, cauſamq; inquirendam, cur mathematicus puer euadere poſſit, ſapiens, aut naturalis ſcientię peritus nõ poſſit. cauſaſq; ipſe huic rei duas aſſignat, vnam, ꝙ mathematicę diſciplinæ per abſtractionem percipiuntur, ſapientiæ vero, & naturalis ſciẽtiæ principia ab experientia ſumuntur. id ꝙ ita intelligendum eſt. Mathematicę ſcientiæ imaginatiuæ ac cogitatiuæ cũ ſint, in imaginatione & cogitatione noſtra conſiſtunt: in imaginatione, quę res ipſas format, atq; exprimit, in cogitatione, quæ eaſdem ratiocinando examinat, ac perpendit. res enim mathematicas per abſtractionem conſideramus, id eſt dũ abſtrahimus ipſas atq; amouemus à ſubiectis fundamentis in quibus inſunt, formamuſq; eas in noſtra imaginandi facultate abſq; materia & corpore à ſenſu ſuſcep- D tas; ſenſus enim cum ſine medio ipſis vtpote ſenſibilibus occurrat, earum ſpecies in imaginationẽ traducit, imaginatio vero quaſi quædam tabella in ſe eas recipiens, ac conſeruans cogitationi, ac rationi ſubijcit cõſiderandas, quas cogitatio quaſi animę oculus intuens examinat ac perpendit, quidque ipſæ ſint, quæque ipſas conſequantur, inuenit, rationeſque ipſarum aſſignat, ac reddit. hoc autem & in numeris & magnitudinibus fit, quæ res mathematicis diſciplinis ſubiectæ ſunt. Geometria enim circa magnitudines verſatur, figuraſque quæ in his exiſtunt, conſiderat, planas ſcilicet, & ſolidas, planas, vt triangulos, quadrangulos, atque huiuſmodi: ſolidas, globos, cylindros, cubos, conos & ſimilia. Aſtronomia quoque circa magnitudines munus ſuum habet, ſed ſicut illa E immobilem magnitudinem, ita ipſa mobilem contemplatur, vt quaſcunque figuras in cœlo & cœleſtibus conſiderat, eas cum motu conſideret. Quemadmodum vero hæ duæ circa magnitudines alio tamen, atque alio modo verſantur: ita reliquę duæ arithmetica & muſica circa numeros ſtudium ſuum exercent, illa numeros per ſeipſos acceptos, hæc inter ſe comparatos inueſtigat, quippe cum de ſeſquioctaua numerorum ratione, ſeſquitertia, ſeſqualtera, dupla, cæteriſque huiuſmodi proportionibus pertractet. quorum ſanè omnium licet nihil ſine ſubiecto in quo eſt, poſſit ſubſiſtere, ab eo tamen adeo vnumquodque abſtrahitur ac remouetur his ſcientijs, vt ſine materia intellectuali ac rationali quodam modo percipiatur.

Atque ita ſit, vt puer quoque cum magnitudinum & figurarum formas abſtrahere à ſubiectis queat, euadere mathematicus poſsit: ſapiens vero, aut naturalis propterea non poſsit, quia hi habitus principia ab experientia accipiunt. Quo modo autem ab experientia horum principia ſumantur, non eſſe obſcurum vel cuilibet, exiſtimo. Sapientem autem vocat theologum, cuius ſtudium circa diuinas, materiaque carentes formas ac per ſe ſubſiſtentes eſt, naturalem vero qui circa materialia verſatur, atque ea quorum eſſentia non abſque locali motu exiſtit. Vel enim licet quantum ad totum ſpectat, non immutentur, ſi partes conſideremus, continua incitatione feruntur, vel quantum ad totum etiam attinet, aliquo modo quieſcũt aliquo mouentur atque ob id naturalia appellantur: quippe quæ quietis & motus principium in ſe habeant, quæ natura eſt. Primum igitur dicamus, cur & quo modo mathematica contemplatio per abſtractionem efficiatur: ſapientia vero & naturalis conſideratio minime. ſi enim hæc recte perpenderimus, facile fiet, ut ad ea quæ ab Ariſtotele dicuntur, recte intelligenda illuſtremur. Mathematicorum igitur cognitio per abſtractionem fieri dicitur, quia numeri & magnitudines ideſt magnitudinum figuræ quantitates ſunt, & qualitates: quæ cum ſine ſubiecto hoc eſt ſubſtantiis in quibus inſunt, re ipſa eſſe non poſſint, cogitatione noſtra ab ipſis abſtrahuntur ac remouentur: atque ita in imaginatione formata, rationis examinationem, inquiſitionemque ſubeunt. abſtrahuntur autem quia non vnum genere ſubiectum habent, ſed in diuerſis eſſe poſſunt. numerus enim in variis ſubiectis tam corporeis ſcilicet, quam incorporeis ſubſiſtit: verbi cauſa decem & decem corporibus & decem animabus poteſt accidere, & nouem item: & ſinguli alij. ſiquidem nemini dubium eſt, quin & vnum eſſe corpus queat, & multa corpora: vna item anima, & multæ: vnus quoque intellectus, & multi. multitudo enim nullo certo termino præfinita eſt, ſed tam in pluribus, quam paucioribus ſumi, at conſiderari poteſt. Idem quoque in figuris videre licet: quæ neque ipſæ certum ac definitum genus, cui accidant, ullum habent. Globus enim non ita in vniuerſi corpore tantummodo ineſt, vt in alio aliquo nequeat exiſtere, ſed eius formam & lignum & lapis & aurum & argentum & æs & ferrum, aliaque huiuſmodi omnia admittunt. Circulus item non in ſolo cœlo, ſed in quam plurimis aliis corporibus poteſt deſcribi. Reliquæ etiam figuræ tam planæ, quam ſolidæ ſimili modo in variis ac diuerſis generibus conſiderantur. Propterea igitur fit vt quẽadmodum ab vna quadam ſpecie corporea quælibet figura abſtracta in alio atque alio ſubiecto eſſe poſsit: ita etiã vna quædam forma ipſarum ab omnibus per cogitationem abſtracta in imaginatione noſtra quaſi in ſubiecto pingatur primum, atque imprimatur: deinde cogitatione ac mente conſideretur. Vnde etiam mathematica hæc ideſt diſciplinaria ob id dicuntur, quód cum non poſsint re ipſa ſine ſubiecto aliquo ſubſiſtere: diſciplina tamen & comminiſcentia noſtra ita abſtrahuntur, vt ſine ulla ſubiecti alicuius intellectione etiam definiantur. nam cum dicimus: circulus eſt figura plana una linea contenta, ad quam omnes quæ ab vno puncto qui intra figuram eam eſt, lineæ rectæ ducuntur, æquales inter ſe ſunt: nullum ſubiectum ſumitur, ſed ipſa per ſe figura definitur. id quod in reliquis quoque figuris ſit. In numeris etiam idem patet. nam cum numerus ille ſcilicet qui numerat, collectio unitatum dicitur, nulla in definitione eius ſubiecta natura intelligitur. vnuſquiſque item numerus pari modo definitur vt nouem, ut decem, nouem ſcilicet, aut decem unitatum collectio: ita ut ſolus numerus ſine vlla ſubiecti intellectione ſumptus eſſe conſpiciatur, qui multis ac diuerſis rebus accommodari poſsit. Formæ vero ſubſtantiales, non ita ſeſe habent: ſed vel materia carent, per ſeque ſubſiſtunt, atque ita ſunt immateriales ſubſtantiæ, quæ cum ſint in nullo ſubiecto collocatæ à A nullo ſubiecto ne cogitatione quidem queunt ſeparari: ſunt enim ipſæ ſibiipſis ſedes, ut intellectus, ac rationales animæ. nam hæ quoque quando cum corporibus ſunt non in ipſis ſunt collocatæ ac fundatæ, ſed potius ipſæ corporibus ſedem exhibent, continentque in ſe corpora. id quod ex eo licet cognoſcere, quód cum ſeparata ab animabus fuerint corpora, motu omni, atque operatione deſtituuntur, adeo vt ne propriam quidem definitionem amplius poſsint ſuſcipere, quæ ipſis in connexione conueniebant, non ut corporibus abſolute, ſed ut talibus corporibus, quatenus ſcilicet animabus quibuſcum erant coniuncta, ſunt accommodata. vel materiales quidem ſunt atque imperfectæ formæ, utpote ſubiectis indigentes ad ſubſiſtendum: ſed quia tamen ſubiecta ipſa perficiunt, B dum actus cuiuſdam atque operationis admodum dignæ ipſis cauſam exhibent, qua ante formarum harum ſuſceptionem priuata erant, propterea ſubſtantiales ſunt, & naturales, quippe quæ naturam principium habeant, quæ & ſubiecta formis, & formas ſubiectis reddit accommodatas. atque hæ ſunt irrationales & naturales vitæ, & ſiqua alia forma eſt, quæ his correſpondeat. adde quód ipſa quoque natura huiuſmodi eſt, quippe quæ forma eſt materialis, à ſubiectoque minime ſeparabilis, & cum materia definitur. Iccirco neque hæ per abſtractionem, neque ſuperiores poſſunt conſiderari, illæ quidem, propterea quód cum perfectionem ex ſeſe habeant, in ſeque fundatæ ſint, nullo ſubiecto indigent ad ſubſiſtendum, à quo abſtrahi atque amoueri cogitatione poſsint, hæ quia cum in ſubiecto ſint, ab eo ſeparari nullo pacto queunt, ita vt ſine eo C admittere definitionem non poſsint. nam equus cum animal ſit irrationale hinnibile, ſubiectum habet in definitione comprehenſum. homo item cum pro compoſito ſumitur, quemadmodum naturaliter definitur, ſubiectũ in definitione connexum habet, animal enim eſt rationale mortale intellectus ac ſcientiæ capax. atque animal quidem ſub corpore animato collocatum eſt, quod tanquam materia animæ ſubiicitur, mortale autem corporis naturæ proprium eſt. naturales uero omnes definitiones coniuncta cum formis habent ſubiecta ſi naturaliter aſsignentur. nam ſi abſque ſubiectis ſumantur, imperfectæ ſunt, ut illa quę iram eſſe inquiens uindictę appetitum nihil aliud adiungit, quia ſubiectum non comprehendit, im- D perfecta eſt. non enim eſt reciproca, id quod definitioni neceſſario debetur. poteſt enim fieri vt quis uindictam appetat, nulla tamen iræ perturbatione incitatus ſit. ſi igitur reciproca eſſe debet ac perfecta definitio iræ, ita conſtituenda eſt, ira eſt feruor ſanguinis circa cor ex appetitu uindictæ, feruor ſanguinis circa cor, ex materia, ex appetitu uindictæ, ex forma ſumitur. ſanguis ſi quidem qui circa cor eſt, & febri ſubiacet, qui feruidus præter naturam morbus eſt, & iræ, qui appetens affectus eſt, naturaque animali inſitus. Ex his igitur ſubſtantiales formas ſiue perfectæ ſint, ſiue imperfectę, neque eſſe ex abſtractione, neque dici poſſe manifeſtum eſt. Atque hęc quidem hactenus dicta ſunt, ut cognoſcamus ſubiecta mathematicum ſcientiarum ex abſtractione eſſe, natu- E ralis vero & primæ philoſophiæ, quæ per excellentiam ſapientia appellatur, minime. Quo modo uero ſapientiæ & naturalis principia ab experientia ſumantur, reſtat conſiderandum. Experientiam autem hic non ex conſueta ſignificatione ratione carentem peritiam, ſed negocioſam cognitionem appellari exiſtimo, quæque ex applicatione ad res, animaduerſioneque comparatur. hoc enim cognitionis genus mathematicę, quę ſicut dictum eſt, per abſtractionem fit, oppoſitum eſt. Qui igitur circa naturalium formarum cognitionem operari uult, ut hinc exordiamur, in iis quæ à natura fiunt, ſtudium ſuum exercet: ea autem materialia ſunt, & particularia. non enim hominem uniuerſaliter, ſed quendam hominem facit natura: equum item non uniuerſalem, ſed particularem, & ex reliquis naturalibus vnum-

quodque ſimili modo. Quare is qui non rationali modo A ideſt logice, ſed naturali naturalia inueſtigare propoſuerit, principia cognitionis ex particularibus ſumet, quę ſenſibus expoſita ſunt. atque ita fiet, vt naturalis à ſenſibus expoſitis incipiens propriam contemplationem & ſcientiam tractet, dum vnà cum materia de formis conſiderat materialibusque rebus rationales vias ac methodos applicat, materialia nanque ac ſenſibilia primum animaduertit: tum vniuerſalia ipſis applicat, atque ita propriam artem ac ſcientiam conſtituit, ab hoc ſiquidem, atque illo homine exorſus, atque vnumquenque ita ſe habere opinatus, conſiderationem de omnibus poſtea vniuerſalem efficit, & quod ſenſibile eſt in artem, ac ſcientiam redigit: dum ratio illis per cõtemplationem accommodatur, quæ B per experientiam à ſenſibus fuerunt ſubiecta. Atque in naturali quidem ſciẽtia hoc modo principia ab experientia ſumuntur. In ſapientia vero cuius ſubiecta minime ſunt ſenſibilra, ſed diuina, & immaterialia, ſenſumque excedentia, quo pacto hoc idem fiat, quærendum videtur. An in hac quoque ea quæ quantum ad nos attinet, prima ſunt, non natura, perceptionis principia nobis efficiuntur licet enim in diuinis prius natura ſit quod producit quã quod producitur, quod perficit quam quod perficitur, quod cuſtodit quàm quod cuſtoditur, quod illuſtrat quàm quod illuſtratur, quod purgat quàm quod purgatur, ac demum quod exuperat, quàm quod exuperatur, nobis tamen nõ ea eſt facultas, vt ſtatim à principio prio- C ra compræhendere ac percipere valeamus, atq; ita ex eorum notitia, poſteriorum rationes inueniamus, ſed cognitioni noſtræ primum ſeſe offerunt, quæ extrema ſunt. hęc autem in corporibus conſiderantur, ſuntque ſenſibus obuia, ac particularia. Quocirca particularibus his animũ intendentes, horumque varietatem, conſtitutionem, connexionem, ac diſpenſationem admirati, rationali atque intellectuali contemplatione ad proximam cauſam recurrimus, ac ſubleuamur, atque id tantiſper efficimus, quo ad primum, vnumque omnium principium deueniamus vt in ſapientia quoque principium cognitionis à ſenſibus expoſitis rebus ac particularibus per experientiam ſumi perſpicuum ſit. Quod vero inquit, & hæc non credunt D quidem iuuenes, ſed dicunt, talem habet ſenſum, iuuenes cum de naturalibus & diuinis audiunt, quia nondum ob ætatis breuitatem conuenientem ipſis experientiam conſequuti ſunt, dicere quidem, & pronunciare quæ audiunt, poſſunt, ſed res tamen ipſas percipere non poſſunt: in mathematicis autem non ſolum verba ipſa proferunt, verum etiam quid ſit vnumquodque, cognoſcunt, quippe cum non multo opus ſit tempore ad ipſa intelligenda. non credere autem ipſos ita accipiendum eſt, vt his quippe quæ non percipiunt, nulla certa perſuaſione acquieſcere eos intelligamus. iuuenes vero ideſt νέους appellat hic pueros, ut ex principio quæſiti huius manifeſtat, cum inquit, cur puer fieri mathematicus poteſt &c. puerum vo- E cans eum qui uel prope pubertatem eſt, vel eſt iam puber, vel hanc ætatem paululum exceſsit.

Præterea error in conſultando vel circa vniuerſale, vel circa ſingulare contingit. vel enim omnes aquas ponderoſas eſſe prauas, vel hanc eſſe ponderoſam ignorat quiſpiam.

Hoc ad ſuperiora refertur, vbi dicebat communis boni cognitione eſſe opus, ſiquis quod ſibi bonum eſt eſſet intellecturus, vt qui ſibi ipſi eſſet prudẽs, familiari, & ciuili quoque indigere videretur. nam qui conſultat, is vel recte finẽ ſuum coniectat, vel ab eo errat & peccat, recte autem coniectare, & errare tam in uniuerſali quam in particulari poteſt quiſpiam. Quare tam uniuerſalis boni quam particularis cognitionem habere prudentem neceſſe eſt. Vniuerſale autem bonum vocat commune, particulare, priuatum & proprium uniuſcuiuſque. at proprium prudentis, commune familiaris & ciuilis eſt. Eſt igitur prudenti opus familiari & ciuili: ut non ſolum proprii boni, ve- A rum etiam communis cognitione prę ditus de utroque recte poſsit conſultare. Exemplum vniuerſalis & communis boni ponit, omnes ponderoſas aquas eſſe prauas, particularis & priuati, hanc eſſe ponderoſam. qui enim in aquarum cognitione errat, promiſcue vtetur aquis, & prauas ſæpenumero adhibebit, quaſi nulla prauitate affectæ ſint, & bonas, quaſi prauæ ſint, reiiciet. Sicut igitur hic vel in vniuerſum, uel in parte errat, ita ei qui de bono conſultat, vel in vniuerſali, vel in particulari error continget. quia vero commune quam proprium & particulare perfectius eſt, quippe quod latius pateat, & particulare ipſum contineat, prudens qui communis cognitionem adeptus eſt, perfectior quoque ipſe erit, atque ita efficie- B tur, ut is qui priuatim eſt prudens familiaris & ciuilis cognitione indigeat, quæ communem vtilitatem ſpectat.

Prudentiam autem non eſſe ſcientiam perſpicuum eſt: eſt enim vltimi, ſicut diximus: quippe enim eiuſmodi ſit id quod in actionem cadit. 11

Auctarium quaſi quoddam ſubiungit, quod ex iis quæ modo dixerat, conſequi neceſſario videtur. nam ſuperius quoque prudentiæ & ſcientiæ differentiam oſtendit, quia tamen etiam nunc iuuenem eſſe prudentem non poſſe declarauit, eo quòd ad prudentiam conſequendam experientia opus ſit, qua iuuenis caret, nam quæ in actionem cadunt, circa quæ prudentia uerſatur, particularia C ſunt, particularia autem experientia percipiuntur, hinc conſequitur prudentiam à ſcientia neceſſario eſſe diuerſam. tum quia ſcientia circa vniuerſalia, prudentia circa particularia munus ſuum exercet, tum quòd iuuenis, quia prudentia & longum tempus & multam experientiam requirit, effici quidem ſciens dum eſt iuuenis, poteſt, prudẽs non poteſt.

Vnde etiam intellectui oppoſita eſt. ille enim eſt terminorum, quorum nulla ratio eſt: hæc vltimi, cuius non eſt ſcientia, ſed ſenſus, neque is propriorum: ſed eiuſmodi, quo ſentimus, in mathematicis triangulum eſſe vltimum. ſiſtet enim etiam illuc: ſed hic ſanè ſenſus magis eſt qui eſt prudentia: ille ſpecies altera eſt.

D Sicut illis quæ ſuperius de prudentiæ & ſcientiæ differẽtia dixerat, id quod modo explanauimus, additamentum adiunxit, ita hic iis quæ prius de prudentia & intellectu expoſita ſunt, hanc quaſi appendicem annectit, qua differre prudentiam ab intellectu demonſtrat. Oppoſitã enim eſſe prudentiam inquit quantum ad ſubiectum ſpectat, intellectui quoque, non ſecus ac ſcientiæ. Sicut enim à ſcientia diuerſa eſt prudentia, quia illa circa vniuerſalia hæc circa particularia uerſatur, ita quoque ab intellectu in eo diſtat, quòd intellectus terminorum, ipſa vltimorũ perceptiua eſt. Terminos autem, ideſt ὅρους appellat, vel rationes ipſas definitiuas, quibus mathematici in ſua quiſque ſcientia vti conſueuerunt, exempli cauſa, cum uel a- E rithmeticus, quid ſit numerus, aut quid ſit impar numerus, aut quid par, definit, uel geometra, quid punctus ſit, quid linea, quid ſuperficies, quid corpus, quid circulus, qd triangulus, cæteraq; huiuſmodi, quæ definitiue ac determinate ſumi apud ipſos ſolent. Vel igitur definitiones has vel prima principia abſolute terminos vocat. omnia enim ſcientiarum principia termini quodam modo ſunt. nam dum reſolutione utimur, tunc inquirere deſinimus quid ex principiis magis proprium ſit, cùm ad ipſa uſque aſcenderimus. Cum igitur termini duobus modis ſumi poſſint ratio quoque quæ terminorum nulla eſſe dicitur, dupliciter intelligitur, aut ratio ſcilicet qua quæ ſit uniuſcuiuſque rei eſſentia, declaratur, aut cauſæ aſsignatio, ac ratiocinatio, nam utroque modo & principia non eſſent principia, ſed in infinitum eſſet progrediendum, & ſcientias non eſſe ſcientias contingeret. Diuerſa eſt ergo prudẽtia ab intellectu, eo quòd primorum eſt intellectus qui ſunt termini, ultimorum vero .i. ſenſibilium & particularium

riu m prudentia eſt, differunt enim inter ſe ſubiecto: vt & quod circa prima, & quod circa vltima verſatur, vnum & idem eſſe nullo modo poſsint. In eo vero prudentiæ & intellectus ſubiecta conueniunt, quòd vtraque ſcientiam non admittunt: nam neque terminorum, neque ſenſibilium rerum & particularium vlla ſcientia eſt. ſed diuerſa tamen ratione id euenit: in intellectu ſanè, quia termini ſupra ſcientiam ſunt: in prudentia, quia quæ ſenſibus ſubiacent, & particularia, inferiora ſunt, quam vt ſcientia percipi valeant: atque iccirco ſenſu ſolo cognoſcuntur. Ceterum conſiderãdum id videtur, cur in ſubiecto intellectus plurali numero eſt vſus, dum inquit terminorum ipſum eſſe, prudentię autem ſubiectum ſingulariter expoſuit, eſſe vltimi prudentiam aſſerens: cum tamen ſingula & particu-
B laria plura quam vniuerſalia numero ſint? vniuerſale enim in vnoquoque genere vnum eſt, ad quod particularia plura vtpote ab ipſo contenta reducuntur. an fortaſſe id factum eſt, quia prudentia in operationibus non de omnibus ſimul particularibus agit, ſed vnum aliquod numero ſibi ſumere ſigillatim conſueuit, de quo conſideret, cuiuſque exequutionem procuret: intellectus vero vniuerſale ſemper intelligit, quod quamuis vnum ſit, quia tamen multa in ſe continet, multa eſſe uideri poteſt, vt merito de hoc plurali numero, de prudentia ſingulari vſus ſit. Senſus vero, inquit non propriorũ, ſed quo ſentimus &c. ideſt ſenſum qui circa prudentiæ ſubiectum operatur, nó ita appellamus, vt eum, qui in vnoquoque ſenſibilium genere propriam operationem præ ſe fert: quemadmodum circa colores viſum, circa ſonos auditum, circa odores ol-
C factum, guſtum circa ſapores, tactum item circa ea quæ tangi poſſunt, ſed eum qui particularia abſolute percipit & ea in quibus ſenſiua cognitio operari conſueuit. Siquis enim de bello quodam, aut de pace quadam conſultet, fieri ne debeat, nec ne: & ſi fieri debeat, quo pacto, aut quam ob cauſam debeat, & ſi non debeat, ſimiliter inquirat is non de re quæ vnius alicuius ſenſus propria ſit, ab eoque ſolo percipiatur, ſed de abſolute ac communiter ſenſibili conſultat. cuius rei exemplum in mathematicis vltimum triangulum ponit. nam quamuis mathematica ſcientia de iis agat, quæ triangulo per ſe inſunt, idque uniuerſaliter demonſtret, vltimus tamẽ triangulus, ideſt indiuiduus & ſingularis non ſcientiæ, ſed ſenſui obiectus eſt: atque id
D non quia color, aut ſonus, aut quippiam aliud ſit, quod vno aliquo ſenſu iudicetur, ſed quia tantummodo eſt particularis. nam eum eſſe ſenſui expoſitum his declarat quæ in hunc modum ſubdit, ſiſtet enim etiam illic, eſſe enim vltimum triangulum ſenſu perceptibilem, inde conſtat, quòd illic quoque ideſt in mathematicis ab vniuerſalibus & iis quæ reliqua continent, ad ſingularia, & contenta deſcendens quiſpiam ſiſtet, vbi ad vltimum aliquid deuenerit, quem ad modum in cæteris omnibus fit, cum ab vniuerſalibus ad particularia deſcendit aliquis. ſiſtat enim in extremis, atque vltimis neceſſe eſt. cum enim cognitiuarum facultatum duo ſint habitus, utraque ſcilicet extrema, tam prima, quam vltima: cum ab inferiori parte ſurſum aſcendimus, intellectus vltimus eſt, eo quòd vſque ad ipſum, atque ea quæ ab ipſo cognoſcuntur, aſcenſio
E fit, ſenſus vero primus, eo quod ab hoc aſcendendi principium ſumimus. Cum autem econtratio à ſuperiori deorſum deſcendimus, intellectum, quæque ab ipſo percipiuntur, prima ac principia ſtatuimus, ſenſum vero, & quæ ſenſu capi poſſunt, quæ ſunt ſingularia ac particularia, vltima, quippe cum ad ea poſtremo deueniamus. Cum autẽ ſenſum hoc modo dicimus, non vnum aliquem ex particularibus, ut viſum, auditum, cæterorumque huiuſmodi aliquem, ſed abſolute communem ſenſum intelligimus. indiuiſibili enim aliquo vltimo opus eſt, quod contraria in ſenſibus, ac diuerſa genere iudicare poſsit: quemadmodum exempli cauſa in uiſu fit. lux enim cum in aerẽ agat, eum ad ſuſcipiendas uiſibilium rerum ſpecies idoneum reddit, ipſas ille ſuſceptas ad pupillam traducit, pupilla ſen-

A ſiuo ſpiritui, ſpiritus communi ſenſui defert: qui cum impartibilis ſit, & contraria comprehendere, & quid ea inter ſe differant, poteſt iudicare. Idem in auditu, idem in reliquis omnibus ſenſibus efficitur. S E D hic ſanè magis ſenſus eſt, qui eſt prudentia: ille ſpecies altera eſt.) Quia ea quæ in actionem & conſultationem cadunt, particularia eſſe, & ſenſui expoſita iam declarauit, circaque ea verſari prudentiam oſtendit, vt ratiocinandi facultate continenter attingantur, nunc quaſi comparationem facit perſenſionis particularium, eius ſcilicet quæ cum prudentia, & eius quæ abſolute fit, ideſt communis ſenſus. id enim ſignificat cum inquit, eiuſmodi quo ſentimus hoc eſt communi ſenſu, quo nobis comparatur, ut ſentiamus, unus enim is eſt, & ad omnia quæ ſub ſenſus cadere poſſunt, có-
B munis. nam diuiſio in quinque pro ſenſibilium rerum diuerſitate euaſit, quibus communis ſenſus indiget, ut eos tanquam inſtrumenta habeat, quibus ad diuerſa genere percipienda vtatur. Iccirco communitatem hanc quaſi qualitatem quandam ſenſui huic attribuens, non dicimus inquit ſenſum propriorum ſenſibilium huic uel illi, qui videlicet per ſenſorium aliquod inſtrumentum operatur ſed eiuſmodi & talem, quali abſolute & communiter ſentimus. Hunc igitur qui cum prudentia fit, propterea magis ſenſum eſſe inquit, quia cum ratione & conſideratione efficitur, ille autem ratione & conſideratione omni caret. quanto itaque id quod eſt cum ratione, præſtantius eo eſt, quod rationem non admittit, tanto prudentia potior ſenſus eſt eo qui rei alicuius proprius eſt. vnde etiam ille ſenſus ſpecies altera ac diuerſa ab hoc eſt: non
C ſecus ac rationale & irrationale inter ſe diſtant.

De bona conſultatione. Cap. IX.

IAm vero quærere & conſultare inter ſe differunt: conſultare enim quærere aliquid eſt.

Poſteaquam de quinque habitibus ideſt prudentia, arte, ſcientia, ſapientia, intellectu iam docuit, qui veridici ſunt de nonnullis aliis agere propoſuit, qui etiam ipſi in natura hominum conſiderantur, quatenus ex ratione operari conſueuerunt. nam ſicut in actiuarum operationum tractatione nihil omiſit, quod ad abſolutionem, integri-
D tatemque doctrinæ attinere videbatur, ita in intellectiuis ſibi eſſe faciendum exiſtimauit. De bona igitur conſultatione primum agit. atque eo modo in his tractandis progreditur, quo in ſuperioribus habitibus uſus eſt: prius enĩ vnumquemq; horum ab aliis ſeparat ac diſtinguit, quibus cum habere quandam ſimilitudinẽ videntur: deinde propriam vnicuiq; rationem ac reciprocam aſsignat. Quoniã autem de prudentia proximo loco dixerat, cui propriũ eſt recte conſultare, iccirco de recta conſultatione primũ ſibi eſſe diſſerendum duxit, ſed quia recta conſultatio ſub conſultationem abſolute refertur, de conſultatione abſolute pauca quædam anteponit. at quia homo ad inquirendũ ſicut ad conſultandũ etiã idoneus eſt, ſuntq; inter ſe ſimiles inquiſitio & conſultatio, ante omnia inquirendi & con-
E ſultandi differentiam tradit, atque uniuerſalius quærere quam conſultare eſſe inquit, quippe cum unuſquisq; qui conſultat, inquirat etiam, & non econtrario qui inquirit etiam conſultet. conſultatio enim de agendis rebus inquiſitio eſt, at inquiſitio non tam de agendis rebus eſt, quam de aliis quoq; quæ in contẽplationẽ ueniunt. nã dũ quærimus, an dimetiens lateri ſit cõmetiens, nec ne, an itẽ luna in vmbrã terræ incidat, nec ne: non de agendis rebus inquirimus, ſed de iis quæ ad contẽplationẽ ſpectant. quare cõſultatio cum ſit inquiſitionis ſpecies, inquiſitio quædam eſt, & conſultare item quærere aliquid eſt.

Oportet autem de bona conſultatione quid nam ſit, ſtatuere, vtrum ſcientia aliqua, an opinio, an bona coniectatio, an aliquod aliud genus.

Cum prudentiæ recte conſultare, neceſſe ſit, ei qui de prudentia egerit, de bona conſultatione tractatio neceſſaria eſt. Ideo vbi de prudentia diſſertationem abſoluit, conuenienter quid ſit bona conſultatio, exponit, prius tamen quid non ſit, oſtendit, vt ab habitibus nonnullis aliis ipſam diſtinguat, quorum aliquis idem eſſe cum ipſa non diligenter rem perpendentibus videri poſſet: quos etiam enumerat.

Scientia quidem non eſt: non enim de iis quæ ſciunt, inquirunt. bona autem conſultatio, conſultatio quædam eſt. qui uero conſultat quærit, & ratiocinatur.

Ante omnia bonam conſultationem à ſcientia ſeiungit ratiocinando in hunc modum: Scientia non quærit, quærit autem bona conſultatio, bona conſultatio igitur non eſt ſcientia. eſtque ratiocinatio in ſecunda figura, cuius maiorem propoſitionem ita confirmat, ſciens ſcit ea quæ ſcibilia ſunt: de iis autem quæ ſcit, non inquirit quiſpiam: itaque ſciens de ſcibilibus non inquirit, atque hæc in prima figura concluſa ratio eſt. minorem vero ſic aſtruit, bona conſultatio conſultatio quædam eſt, at qui conſultat, quærit, quærit igitur bona conſultatio. Verbum vero quo vtitur hic Ariſtoles cum inquit, βουλή τίς ἐστι i. conſiliũ quoddam eſt ſeu conſultatio quædam eſt, idem eſt quod βούλευσις. βούλησις autem voluntatem ſignificat, quæ non eſt inquiſitio, ſed appetitio. Quod vero ait, ratiocinatur, medius terminus eſt, quo cum qui conſultat, quærere demonſtrare poſſumus, ut talis ratio euadat, Qui conſultat, ratiocinatur, qui ratiocinatur inquirit, qui conſultat igitur inquirit. Dixit autem, non enim de iis quæ ſciunt, inquirunt, ad ſcientes referens orationem, vt ſenſus ſit, bonã conſultationem non eſſe ſcientiam inde patet, quòd ſcientes de iis non inquirunt, quorum ſunt ſcientes, iccirco vero à ſcientia ad ſcientes rem tranſtulit, quia ſcientia cum in anima inſita ſit, latet: ſcientes vero ipſi extrinſecus operari euidenter conſpiciuntur.

Sed neque bona coniectatio eſt: quippe cum & abſque ratione, & citum quid bona coniectatio ſit: longo autem tempore conſultent: Vnde aiunt, cito agenda eſſe quæ conſulueris, tarde vero ac diu conſultandum.

Quia coniectare & conſultare habere inter ſe quandam affinitatem videntur, eo quòd ante rem fieri vtraque conſueuerũt, ad quam tam qui conſultat, quam qui coniectat reſpiciunt: fieri poterat, ut idem eſſe & coniectare & conſultare quiſpiam exiſtimaret, ac propterea recte vtrunq; facere idem quoque eſſe arbitraretur, hac de cauſa à bona coniectatione bonam conſultationem hic etiam diſtinguit. diſtinctio autem penes tempus ſumitur. Inquit enim bonam coniectationem abſque ratione eſſe, id eſt ſine rationis meditatione ac conſideratione, & breui tempore fieri, eum uero qui conſultat, meditari ac diu, multumque deliberare, cum prudentia quę ad rem conducat, indigeat, ignoretque à principio quo modo rem de qua conſultat, perficere, atque exequi ualeat, quæ ſanè diuerſa inter ſe ſunt. Prouerbium præterea vulgare in teſtimonium adducit, quo monemur, tarde id eſt diu ac longo tempore conſultare, cito vero ea quę decreuerimus agere debere, eo quod conſultatio longũ indiget tempore ad modũ conſtituendum, quo aſſequi rem ipſam valeamus, actio autem celeritatem requirit, ne quæ rerum humanarum inſtabilitas eſt, re quę in conſultationem venerat, immutata inuentus modus ad ipſam aſſequendam ineptus reddatur. Hoc prouerbio in conſiliis ad Nicoclem vtitur etiã Iſocrates. Quod vero inquit, longo autem tempore conſultent, per defectum dictum eſt, conſultantes enim eſt ſubintelligendum.

Adde quòd ſolertia & bona conſultatio diuerſa inter ſe ſunt. ſolertia vero bona quadam coniectatio eſt.

Aliud argumentum, quo bonam conſultationem à cõiectatione bona diuerſam eſſe oſtendit, ex parte, ſeu ſpecie bonæ coniectationis ſumptum. vbi enim quaſi conceſſum ſolertiam eſſe bonam quandam coniectationem poſuit: per id poſtea bonam conſultationem & bonam cõiectationem idem non eſſe colligit, ſi enim eſſent idem, quia ſolertia bona quędam eſt coniectatio, ſolertiam eſſe bonam etiam quandam conſultationem neceſſe eſſet, at hoc non eſt, non eſt igitur bona conſultatio & bona cõiectatio idem. Non eſſe autem ſolertiam bonam conſultationem, ex ſolertiæ definitione manifeſtum eſt. Solertia enim incõſiderata medij aſsignatio eſt, medium uero appellant cauſam, cur quod in concluſione denuncupatur, & prædicatur, in ſubiecto ineſt. nam cum interrogatus quiſpiam, cur id huic inſit, inconſiderate & in præmeditate cauſam aſſignarit, is ſolers eſſe dicitur, exempli gratia, ſi forte quis interrogetur, cur qui ex tali circulorum deſcriptione exiſtit triangulus, æquilaterus ſit, nulla conſideratione & meditatione adhibita videat, propterea id eſſe quia duo eius latera vni ęqualia sũt, hoc modo.n. cauſam ſolerter aſſignat. aſſignatio aũt inconſiderata ſine meditatione fit: bona vero cõſultatio, conſultatio eſt, at conſultatio omnis eſt cum meditatione: omnis autem meditatio longa quadam tẽporis mora efficitur, lõga igitur quadã temporis mora bona quoq; conſultatio fiat, neceſſe eſt. quod enim caret conſideratione & conſultatione ſub conſideratione & conſultatione reduci nullo pacto poteſt. At vero ſolertiã eſſe bonã cõiectationem patet, cito enim ſolertia cum recta coniectura medium aſsignat. neque tamẽ qui quodlibet aſſignat, ſolers eſt: ſed qui eam quæ proprie rei cauſa eſt, ſine cõſideratione reddit. id quod non modo in iis quæ in contemplationem veniunt, verum etiam in agẽdis rebus fit, ab eo enim qui de actionibus examinatur, ratio exigi geſtarum rerum conſueuit, quam ſi in promptu habet, recteque aſsignat, ſolers etiam ipſe appellatur. Quapropter opus eſt vt qui cum rõne degere in vita propoſuerit, is rerũ quas egit, in promptu habeat rationes, paratusque ſit ad eas, ſiquis requiſierit, optime reddendas, quo ſe integrum atque innocentem probare in omnibus queat, alioqui probum eſſe nullo modo poterit.

Neque vero bona conſultatio opinio vlla eſt. ſed quoniã errat, qui male conſultat: qui bene, recte id facit: bonam conſultationem eſſe rectitudinem quandam perſpicuum eſt: quæ tamen neque ſcientiæ eſt, neque opinionis: ſcientiæ ſiquidem neque rectitudo vlla eſt, neque error: opinionis autem veritas rectitudo eſt.

Diuerſam eſſe bonam conſultationẽ ab opinione & ſciẽtia hic declarat, quia vero bonam conſultationem opinionem nullam eſſe dixit, vultque ſcientiam cum opinione coniungere, atque ita ſimul ab vtriſque bonam conſultationem ſeparare, quoddam aliud quod bonæ conſultationi proprium eſt, in medium inducit, cuius opinio & ſcientia expertes ſunt, ea eſt rectitudo, quam ineſſe bonæ conſultationi ex contrario, id eſt mala conſultatione demonſtrat. mala conſultatio enim & bona conſultatio ſibi mutuo aduerſantur, ſimili modo error & rectitudo. ſi igitur mala conſultatio eſt error & peccatum, bona conſultatio rectitudo proculdubio erit, quando quidem ſi vni ex contrariis contrarium ineſt, alteri quoq; ineſſe alterum neceſſe eſt. Quocirca bonã conſultationẽ eſſe rectitudinẽ iam liquet. Non eſſe autem eam neque ſcientię neq; opinionis rectitudinẽ, ita oſtendit, ſcientiæ ſanè, quia ſcientiæ ſicut non eſt error, ita neque rectitudo eſt, nam contraria circa ſubiectum vel ſpecie vel genere idem exiſtunt, genere, ut album & nigrum circa corpus, omnis enim color in corpore conſpicitur, ſpecie, vt morbus & ſanitas in corpore aĩalis. ſi ergo rectitudinẽ admitteret ſcientia, admittere & errorẽ poſſet, at errorẽ non admittit, neq; rectitudinẽ igitur admittere ipſam dicendum eſt. nam quæuis ſciẽtiã, quæ ex iis quæ per ſe inſunt alicui, quatenus ipſum eſt, ſuntq; prima, & cauſæ concluſionis, cognitio eſt, atque iccirco neceſſaria, atq; eiuſmodi, quæ nullo modo aliter ſeſe habere

quęat,

quæ eſſe rectitudinem ipſam aſſerere poſsimus: rectitudinis tamen capacem eam eſſe nunquam fatebimur. ſi hoc enim concederemus, rectitudinem eſſe rectitudinis, ac ſimili modo motionis motionem, generationisque generationẽ concedi neceſſe eſſet, quæ fieri non poſſe in naturalibus diſputationibus ipſe Ariſtoteles demonſtrat. nã ſi etiam eſſe rectitudo dicatur, neque ſic errorem admittere poterit: quippe cum alterum ex contrariis alteri ſubiici ad ſubſiſtendum prorſus nequeat. at vero opinionẽ non ita admittere rectitudinem, ſicut bona conſultatio, ex eo probat, quòd opinionis rectitudo veritas eſt, ſiquidem recte opinans ille & eſt, & dicitur, qui uere opinatur: vt veritas quoque opinio recta ſit. qui autem recte conſultat, non neceſſario verax ſemper eſt, poteſt enim aliquando de falſu quiſpiam recte conſultare, vt dedita opera mẽtiatur vel apud inimicum, quo in errorem ipſum inducat vel apud amicum, quo eum è malo aliquo & calamitate eripiat, ac liberet. quarum rerum exempla in hiſtoriis multa reperiuntur. ac ſunt quidem huiuſmodi conſilia bonæ conſultationes, nam & ad utilitatem conſulentium ſpectant, & recta ob id ipſum ſunt. opiniũ vero recta cum falſitate eſſe nullo pacto poteſt. Cum dixiſſet autem, neque vero bona conſultatio opinio, adiunxit vlla, propterea quòd opinionum diuerſa ſunt genera, aliæ enim cogitationis noſtræ ſunt concluſiones, quæ ex neceſſariis pronunciatis confectæ veræ & neceſſariæ ſunt: aliæ à ſenſu & imaginatione ortum habent, quæ falſæ ſunt ſæpenumero, quemadmodum cum remum ſub aqua fractum aut curuum eſſe opinamur: cum integer ipſe & rectus ſit noſtra uero viſio aquæ agitatione ac fluctuatione inflectatur. multi enim errores imaginationibus & ſenſibus accidere conſueuerunt, ut opiniones etiam quæ ex ipſis errantibus exiſtunt, errantes ac falſæ quoque ipſæ euadant. ſimul autem ſcientiam cum opinione hic coniunxit, eo quòd multæ opiniones ſcientiarum concluſiones cũ ſint, cum ſcientiis in eo habent communitatem.

Accedit, quòd definitum iam omne id eſt cuius eſt opinio.

Alia differentia opinionis à bona conſultatione hæc eſt, opinio enim vel affirmatio eſt, uel negatio perfecta iam ac determinata, hoc nanque ſignificat hic definitum eſt, perfectum ſcilicet ac determinatum eſſe, id eſt, ad terminũ iam atque abſolutionem deueniſſe. bona vero conſultatio recta inquiſitio eſt, qua ad rem nondum determinatam ac perfectam progredi conſueuimus.

Quin etiam neque ſine ratione, bona conſultatio eſt: cogitatione igitur eſt inferior: quippe cum nondum ſit enunciatio. nam opinio non inquiſitio, ſed enunciatio iam eſt.

Eiuſdem argumenti vim habet hoc, licet alio modo dictum ſit. ſimiliter enim bonam conſultationem nondum eſſe abſolutam, opinionem vero iam eſſe perfectam oſtendit. ſumitque rationem quæ & bonæ conſultationi & opinioni communis eſt, inquitque non ſine ratione eſſe bonam conſultationem: vnde quia non eſt abſoluta & perfecta, à cogitatione deficit, eaque inferior eſt. Concluſionis autem modo ita inquit, cogitatione igitur inferior eſt, perinde ac ſi ita ratiocinetur, bona conſultatio ratio perfecta non eſt: cogitatio eſt ratio perfecta, bona igitur conſultatio cogitatio non eſt. tunc enim cogitatio dicitur ratio, cum propria concluſione iam fuerit abſoluta ac perfecta, at bona conſultatio dum fit, exiſtit: propterea nondum enunciatio, ſed ad enunciationem id eſt affirmationem, uel negationem progreſsio eſt, quo cum peruentum eſt, non amplius eſt conſultatio, atque iccirco nec que bona conſultatio, ſed ad opus iam de quo conſultatio eſt habita, prodeundum eſt: unde etiam non eſt opinio propterea quòd ea non inquiſitio, ſed enunciatio, id eſt vel affirmatio iam eſt, vel negatio: Quocirca bona conſultatio & cogitatione inferior eſt, cum ſit quaſi generatio quędam, ac motio, ac propterea imperfecta operatio, cogitatio vero in rationis operatione perfectionem

A ſuam habeat. & opinio non eſt, eò quòd opinionis perfectio in enunciãdo cõſiſtit, id quod, ſicut ſæpenumero diximus in bona conſultatione non ineſt.

Qui autem conſultat, ſiue bene: ſiue male id faciat, quærit aliquid, ac ratiocinatur.

A bona conſultatione ad conſultationem tranſiit, ut eam genus bonæ conſultationis eſſe oſtendat, cui ſubſtantialibus differentiis additis, abſoluere definitionem eius poſsit, nam ea quoque quæ de bona conſultatione huc uſque dixit, ob id dicta ſunt, vt genus ipſius inueniretur, quæ enim videri poterant eſſe genera ipſius, ut bonam coniectationem, ut ſcientiam, ut opinionem reiicit, quæſiuitque accurate quid nam eſſet re vera, ſub quod tanquam genus reduceretur. Connectit autem cum ſuperioribus orationem, genusque huc bonæ conſultationis B ab opinione ſeiungit, nam cum inquit, eum qui conſultat, ſiue bene, ſiue male id faciat, quærere aliquid ac ratiocinari, ſimul & conſultationem ab opinione diſtinguit, & diuiſionem ipſius conſultationis facit, in bonam, & malam. quibus commune eſſe vtrumque aſſerit, quærere aliquid ac ratiocinari, id quod proprium generis, id eſt conſultationis eſt, ab opinioneque alienum, illa enim eſt enunciatio, ſicut dictum eſt, atque ea uel finita, vel infinita, quæ non in quærendo amplius aut ratiocinando uerſatur. bene igitur & male conſultare diuiſiuæ differentiæ conſultationis ſunt, quod eſt genus, ſpecierumque ipſius bonæ & malæ conſultationis conſtitutiuæ: atque ita genus bonæ cõſultationis planè ac ſine ulla ãbiguitate explicatũ eſt

C *Sed bona conſultatio conſultationis rectitudo quædam eſt. iccirco primum quid ſit, & circa quid verſetur conſultatio, eſt quærendum.*

Cum bene & male conſultare differentias eſſe conſultationis ſiue conſilii dixerit: alteram ex ipſis quæ eſt bene conſultare, nunc bonæ conſultationi aſcribit, atque ait, cum duæ ſint differentiæ bene & male, bene bonæ conſultationis eſt, ſicut nomen etiam ipſum bonæ conſultationis, id eſt εὐβουλίας præ ſe fert, bene autem & recte idem eſt bona igitur conſultatio rectitudo quędam conſultationis ſeu conſilii eſt, cum itaque conſultatio genus bonæ conſultationis ſit, quærendum primum eſt de conſultatione & quid ſit, & circa quid uerſetur, vt fine bonæ conſultaD tionis definito, quid ſit bona conſultatio, id eſt quę ſit bonæ cõſultationis eſſentia & genus nobis innoteſcat. vniuſcuiuſque enim ſpeciei eſſentia genus ipſum eſt, differentiæ vero qualitates quædam ſunt, quæ circa ſubſtantiã exiſtũt qualisq; ea ſit, determinant. quærere aũt circa quid verſetur conſultatio, nihilominus ad cognitionẽ eius uidetur conferri, præſertim cũ aïæ noſtræ habitus, atq; operationes ex ſubiectis rebus circa quas negociũ habent, maxime percipi ſoleãt. Recte & dixit bonã conſultationẽ rectitudinẽ eſſe quãdã, propterea quòd tã de bono, quam de malo recta dici conſultatio poteſt, ſicut ipſe in ſequentibus declarat.

Quoniam vero rectitudo pluribus modis dicitur: non omnem rectitudinem eſſe bonam conſultationem perſpicuum E *eſt. incontinens enim & prauus quod proponit ſibi ratiocinando videre, aſſequetur: vt ita recte quidem conſultauerit: magnum tamen malum ſibi compararit. Ac bene conſultaſſe eſſe bonum quoddam videtur. talis enim rectitudo conſultationis bona conſultatio eſt, qua ad bonum aſſequendum ſpectat.*

Poſteaquã genus bonæ cõſultationis inuenit, quod eſt conſiliũ, ſeu cõſultatio, ſpecificas differẽtias colligit, interſeq; connectit, vt definitionẽ abſoluat, primãq; rectitudinem ſtatuit. ſed quia rectitudo æquiuoce dicitur, quęnam ſit rectitudo bona conſultatio oſtendit, uel. n. bonus finis eſt, qui à conſultante proponitur, & cõſultatio recta ob id eſt, quia ad bonũ tendit, uel licet finis bonus nõ ſit, qui cõſultat tamẽ accõmodata ad eũ cõſilia init, recteq; coniicit quæ ad eũ conſequendũ conductura ſint, ac propterea etiã

conſultando conſumpſir. Quocirca quæ longiore quam
oporteat tempore ſit conſultatio, nondum bona conſulta
tio cenſenda eſt. multi enim ſunt, qui vel ob ingenij tardi-
tatem, vel ob animi timiditatem, aliudq; huiuſmodi quip
piam ſegniores effecti, plus temporis quam neceſſe ſit, in
conſilijs conterere conſueuerint: atq; inde fine eo quem
ſibi propoſuerunt, aut prorſus fruſtrentur, aut non perfe-
cte, aut ſi perfecte, non ſine periculis tandem potiantur. at
que hoc ipſum omnino, plus temporis quam oporteat in
conſilijs terere, vituperabile eſt, & bonæ conſultationi nō
conuenit. Hæc vbi dixit, reſumit ſuperius dicta, atque in-
quit, eam conſilij rectitudinem eſſe bonam conſultationē
quæ primum vtilitatem finis in ſe habet: deinde modi ho
neſtatem, quam ſignificat cum inquit, ſicut oportet, tum
temporis idoneam ac conuenientem moram quam verbū
illud, quando, præ ſe fert. nam quod ait, ſecundum vtilita-
tem & quod oportet, idem vtraq; quamuis diuerſis voca-
bulis videntur ſignificare, ut ita intelligamus ſecundum
vtilitatem & id quod oportet appetere, vel quod oportet
quod græce dicitur w' ēw id exprimit quo eſt opus, ideſt
quod conducit, & confert.

Fieri item poteſt, vt & abſolute bene conſultet quiſpiam & ad quendam finem. bona itaque conſultatio abſolute ea eſt, quę ad finem abſolute: quædam vero bona conſultatio, quæ ad quendam finem ſpectans perficitur.

Bonę conſultationis definitionem iam videtur aſsignaſ
ſe, cum rectitudinem conſilii tanquam genus, reliqua tan-
quam differentias poſuerit, quæ perfectionem eius abſol-
uunt, quaſi nondum eſſe queat bona cōſultatio, ſi aliquid
ex iis quæ dicta ſunt, defuerit. ſi videlicet vel finis qui pro-
ponitur, non ſit vtilis, vel modus quo finis cōparatur, non
bonus, vel tpis mora qua cōſultatio ſit, lōgius quā oporte-
bat protracta ſit. cæterum quia finis ſumi dupliciter pōt
de eo etiam hic diſtinguit. alter enim abſolute & vniuer-
ſaliter finis eſt, ad quem omnia quæ ſigillatim apud homi
nes recte efficiuntur, referri conſueuerunt, quemque cum
appetit, & aſſequitur homo, quatenus homo eſt, perfectus
euadit, quę eſt felicitas, quę tota quędā perfectio eſt, finis-
que vniuerſalis ex omnibus quæ recte ſigillatim fiunt, cō-
poſitus. poteſtque homo ad hunc ſpectans & recte conſul
tare, & non recte: recte ſanè, cum eam quæ vere felicitas
eſt, felicitatem eſſe exiſtimat, quæq; ad eam deducunt re-
cte atque apte exercet, ac tractat, non recte, cum & circa
finem ipſum errat, quique non eſt finis, finem eſſe putat,
& vana quædam & inania perſequitur, quaſi ad finem eū
conferant. alter finis eſt particularis, ſingulorū ſcilicet quę
vniuerſæ felicitati ſubijciuntur, poteſtq; aliquis & ad hunc
conſequendum tam bene, quam male conſultare. Hoc igi
tur eſt quod nūc agit: differentiam enim nobis tradit &
bonæ conſultationis abſolute, quæ ad felicitatem. i. ad finē
eum deducit, qui abſolute finis eſt, & bonæ conſultationis
particularis, quæ ad ſingulas partes felicitatis conſultantē
dirigit. nam tum de fine vniuerſali, ideſt felicitate, tum de
ſingulis finibus poſſe quempiam & recte opinari, & per-
uerſe, inde conſtat, quòd qui diuitias, vel voluptatem cor
poris, vel ſanitatem, vel aliquid aliud huiuſmodi eſſe felici
tatem opinantur, ſicut à veritate aberrant, ita cum ea quæ
ſibi comparare ſtudent, tāquam finem ac ſignum ſibi pro
poſuerint, in quod omnes vitæ ſuæ curas ac rationes conii
ciant, vane atque inaniter laborem in conſultando impen
dunt, qui vero contra operationem animæ ex uirtute in
vita perfecta atque integra hominis finem eſſe ſtatuunt, ij
ſanè & de fine recte ſentiūt, & cum omnia quæ ſigillatim
ad finem hunc ſpectant, appetere ſibi propoſuerint, abſo-
lute ſunt boni conſultores. quod ſi in particularibus quo-
que ea ſeruant, quæ ad bonam conſultationem faciunt,
boni conſultores etiam priuatim euadunt. Hæc enim in-
quit Ariſtoteles, vt nobis declaret, ſicut eſt unus commu-
nis finis ad quem particularia omnia vtilia referuntur, al-
A ter vero particularis, ita alteram eſſe communem & uni-
uerſalem bonam conſultationem, alteram particularem,
vt illa communē finem, hæc particularē ſpectet. Cū aūt in
principio huius ſententiæ, item poſuerit, dubiā huius ora-
tionis intelligentiā fecit. videtur enim ita dixiſſe eo quòd
quaſi à ſuperioribus dependeat oratio, alteram quandam
differentiā huic definitioni velit adiungere, cū tamen per-
fecta meo quidē iudicio definitio iam ſit, diuerſaque hæc
à ſuperioribus conſideratio ſubiungatur, qua eum qui bo
nus conſultor abſolute eſt, à particulari diſtinguit. Ita
enim inquit. fieri præterea poteſt vt & abſolute quiſpiam
bene conſultet, & ad quendam finem: bene abſolute con-
ſultare ad communem finem: bene vero ad aliquid conſul
tare ad quendam finem attinet, qui tamē cum ſit pars cō-
B munis, ad eiusque perfectionem faciat, bonus etiam ipſe
eſt. eſtque abſolute bonus conſultor is qui & communem
finem certo cognoſcit, & ea quæ ad ipſum perducunt, re-
cte exercet, bonus vero conſultor ad aliquid, qui quod ſi-
bi vtile eſt, tanquam finem proponit, recteque ad eum cō-
ſequendum conſilio utitur.

Si igitur prudentium eſt bene conſultare, bona conſultatio rectitudo ea eſſe videretur, quæ ſecundum vtilitatem ad quendam finem ſpectat, cuius prudentia vera exiſtimatio eſt.

Hæc definitioni particularis bonæ conſultationis vidē-
tur eſſe accommodata. quia enim de agendis rebus pro-
prie omnis conſultatio eſt, agendæ vero res ſunt particu-
C lares, atque ideo circa particularia omnis eſt conſultatio:
definitioni bonę conſultationis adiungenda eſt hæc par-
ticula, ad quendam finem, ſed quia etiam prudentium eſt
bene conſultare, opus eſt, vt in hac eadem definitione pru
dentia quoque aſſumatur, vt perfecta atque integra bonæ
conſultationis definitio euadat, quemadmodum ab Ari-
ſtotele exponitur ad hunc modum, Rectitudo, quæ ſecun
dum vtilitatem ad quendam finem ſpectat, cuius pruden-
tia vera exiſtimatio eſt, in qua, rectitudo, quidem vt genus
ſumitur oppoſita obliquitati, & peruerſitati, quæ ad pro-
poſitum finem, & id quod quærimus conſequendū inepta
atque aliena prorſus eſt, ſecundum utilitatem, additur, vt
ab ea conſilij rectitudine diſtinguatur, quæ ad malum &
inutile ſpectat, nam ea quoque poteſt quidem eſſe recti-
D tudo conſilij, quippe cum ad eius rei quam ſibi propoſuit
licet noxæ & damnoſæ acquiſitionem conferat, ut ſiquis
de furandis alienis rebus conſultet, modumque idoneum
ad id dirigentem inueniat, rectitudo enim hæc quoque
conſilij eſt, eo quòd ad finem propoſitum de quo con-
ſultatio eſt, deducit ac dirigit, non eſt tamen bona con-
ſultatio, propterea quòd neque illud de quo eſt conſulta-
tio, bonum eſt. Præterea ad quendam finem, poſitum
eſt, ob communem conſultationem & vniuerſalem, quę
non quendam & vnum, ſed communem & uniuerſalem,
cæteroſque alios complectentem finem reſpicit. Cum ve-
ro poſtremo adiungitur, cuius prudentia vera exiſtima-
tio eſt, id vltimæ differentiæ in definitione locum obtinet
quæ cum ipſa etiam bona conſultatione reciproca eſt,
E non ſecus atque in hominis definitione, intelligentiæ &
ſcientiæ capax, omnis enim bona conſultatio talem ha-
bet finem cuius prudentia vera exiſtimatio eſt. omne
item quod in conſultationem cadit, cuius prudentia ve-
ra exiſtimatio eſt, id bonæ conſultationis finis eſt. nam
quia prudentia certa ac non errans ratio eorum eſt, quę
appetuntur, atque in conſultationem ueniunt: propte-
rea fit, ut omnia quæ ei deliberanda proponuntur, ho
neſta ſint atque utilia, & modi etiam quibus fines ipſi
propoſiti obtinentur, honeſti ac boni ſint, ad fineſque
accommodati, quippe cum ab habitu honeſto ac bono
prudentiæ adminiſtretur. opus igitur eſt, ut bonæ con-
ſultationi hæc quoque differentia addatur, quaſi pro-
prium quoddam ſubſtantiale, quod ipſam ab habi-
tibus illis diſtinguat, qui habent quidem reliquas dif-

ferentias, ſed carent tamen prudentia, quæ verum de fine A ipſorum exiſtimet ac iudicet. ac propterea fortaſſe in principio huius ſententiæ, item poſuit Ariſtoteles, quod ἔτι idest etiam, adhuc, & propterea: eo quòd bonæ conſultationis definitio aliquo adhuc indigeret additamento: quo ſcilicet ab ea quæ abſolute bona conſultatio eſt, quæ finem vniuerſalem ſpectat, ſeiungeretur: illiſque tantum aſsignaretur, quæ ſigillatim hominibus in quæſtionem ac deliberationem proponuntur, ſuntque vtilia, & tum modis honeſtis ac bonis, tum conueniente temporis mora comparantur. Atque hic bona conſultatio vniuerſalis & particularis ita accipitur, vt de eo quod abſolute & vniuerſaliter in conſultationem venit, & de iis quæ particulariter & ſigillatim deliberantur, oratio intelligatur B Siquis vult autem, vniuerſale etiam ita ſumere. hic poteſt vt de eo intelligat quod & vniuerſaliter, & particulariter venire in conſultationem poſsit, eo quòd ſemper id de quo conſultamus, particulare quoddam eſt, particulare uero unumquodque ad uniuerſale reducitur. ut hoc modo quoddam etiam conſultabile ſub id quod conſultabile abſolute eſt, reducatur. at enim huiuſmodi uniuerſale actu nunquam eſt: neque conſultatio de uniuerſali haberi vllo pacto poteſt. nam & qui agunt, & conſultant, ſunt particulares, & quæ aguntur & conſultantur, particularia item & ſingula omnia ſunt. Quocirca quod hic & abſolute finem & abſolute ſeu uniuerſaliter conſultabile appellamus, non eo ſenſu dicimus, ut notionale, ſed C vt totum quoddam eſſe intelligamus. & item particularia conſultabilia ea vocamus, quæ ſicut partes ad totum referuntur ad vniuerſale, ſiquidem cum prudentia appetuntur, prudentiaque eſt quæ efficit, ut conſequi ea optimé valeamus.

De perſpicacia Cap. X.

Iam vero perſpicacia quoque eſt & hebetudo, quibus homines perſpicaces atque hebetes dicimus. neque omnino idem cum ſcientia vel opinione hæc eſt: omnes enim eſſent perſpicaces: neque eſt vna aliqua ex ſingulis ſcientijs verbi cauſa neque medicina, de ſalubribus enim eſſet: neque geometria: nam circa magnitudines verſaretur: neque enim de ijs quæ ſemper ſunt, & motu carent, perſpicacia eſt, neq; de ijs quæ quomodolibet fiunt: ſed de quibus dubitaret quiſpiam, atque conſultaret. D

Quemadmodum in virtutibus actiuis poſteaquam generales expoſitæ fuerunt, fortitudo, temperantia, iuſtitia, de nonnullis aliis ſpecialibus, liberalitate, magnificentia, magnanimitate tractatum fuit: ita hic prudentia cum virtus ſit notionalis & generalis alias quaſdam de quibus hic agitur, ſub ſe habet, bonam conſultationem ſolertiam, perſpicaciam, clementiam, de quibus in præ- E ſentia docet Ariſtoteles, quarum alias iam tradidit, ac definiuit, alias deinceps explicat. ſicut igitur cum de bona conſultatione ageret, primum eam à ſcientia & opinione & bona coniectatione, nonnulliſq; alijs generibus eſſe diuerſam demonſtrauit: deinde inuento eius genere, ac differentijs conſtitutiuis, hiſq; apte ac côuenienter inter ſe applicatis, eius propriam definitionem tradidit, idem nunc de perſpicacia facit, nam eſſe ac reperiri perſpicaciá & oppoſitá ei hebetudinem, i. græce εὐσυνεσίαν & ἀσυνεσίαν ex iis qui earú ſunt participes declarat, quos denominatiue ab ipſis his habitibus perſpicaces & hebetes appellare conſueuimus. Perſpicax enim & hebes qualitate quadam affecti ſunt, qui ſané, niſi perſpicacia & hebetudo qualitates quædam eſſent, ita appellari minime poſſent. Vbi hoc modo hos eſſe habitus oſtendit, quærit deinceps quid ſit perſpicacia, ac prius quid non ſit, declarat: vt poſteaquam à tribus quibuſdam generibus eam ſepararit, tum accommodatum ei genus, propriaſque differentias inue- A niat, atque ita, ſicut de bona conſultatione fecit, perfecte atque abſolute quid ſit, valeat definire. Inquit igitur neque omnino & uniuerſaliter idem eſſe cum ſcientia & opinione perſpicaciam, eo quòd ſi eſſet, efficeretur, ut omnes tam ſcientes quàm opinantes perſpicaces etiam eſſent: idest omnino & in vniuerſum qui ſciret vel opinaretur, eſſet quoque perſpicax. neque vnam aliquam ex ſcientiis particularibus eam eſſe oſtendit. ſcientias autem hic etiam artes communi vocabulo appellat: quippe cum medicinam tanquam ſcientiam aſſumat. eſt enim quædam ſcientiæ definitio, qua artes quoque connumerari inter ſcientias poſſunt, quæ ita ait. ſcientia eſt quæ priorum, & poſteriorum ordinem in ſe habet: vnaquæque B enim ars & ſcientia ordinem quendam eorum quæ tradit ita ſeruat, vt alia primo, alia ſecundo loco, ac poſteriore conſtituat. cum poſteriora explicari recte non poſsint niſi prius quæ præcedunt, fuerint declarata. ex iis igitur, quæ artibus & ſcientiis ſunt ſubiecta, neque ſcientiam neque artem eſſe perſpicaciam docet. nam ſi eſſet medicina de ſalubribus & morboſis & neutris pertractaret, ſiue corpora, ſiue victus, ſiue medicamenta ea fuerint, circa quæ videlicet medicina ipſa verſatur. ſi item eſſet geometria, de magnitudinibus ageret, circa quas geometriæ negocium eſt, quarum ſané aliæ ſemper ſunt, & motu carent idest immobiles in ſubſtantia atque immutabiles ſunt, cuiuſmodi ſunt cœleſtia corpora, ut ipſe quoque Ariſtote- C les in libris de cœlo demonſtrat. ea enim licet quantum ad locum attinet, moueantur, in ſubſtantia tamen eodem modo ſemper ſeſe habent. adde quòd in loco etiam ratione partium duntaxat mouentur, quantum vero ad totum ſpectat, ſtant, & locum non mutant. circa magnitudines enim tam planas quam ſolidas verſatur geometria, planas quidem, vt circulos, triangulos, quadrangulos, cæteraſque huiuſmodi figuras, quæ quamuis ſint magnitudines, in ſuperficie tamen ſola conſiderantur, neque perfectionem eam habent, quę magnitudinibus conuenit. tria enim omnia ſunt, & ter omnino, quodque tribus interuallis ſiue dimenſionibus diſtat, omnino ac prorſus dimenſibile, & magnitudine perfectum eſt. quemadmodum ipſe quoque in libro de cœlo oſtendit. ſolidæ D enim figuræ ſunt globi, cylindri, cubi, cuni, pyramides ſimileſque aliæ magnitudines, quæ quia tribus interuallis prędıtæ ſunt, longitudine, latitudine, & profunditate, ſolidæ vocantur. ex quibus nonnullæ ſicut cœleſtes, eodem modo, vt inquit, ſemper ſe habent, ſuntque ſubſtantia immobiles. quædam vero etiam fiunt, oriunturque quodam modo & intereunt: vt magnitudines quæ in generationi & corruptioni obnoxiis ſubſtantiis exiſtunt, de quarum neutris conſiderat perſpicacia, ſed de quibus dubitare, & conſultare aliquis poteſt. Virtutum habitus operationum quę ex ipſis procedunt ac prodeunt, cauſę ſunt: atque ideirco quatenus cauſæ, natura ſunt prio- E res ipſis operationibus: quantum tamen ad nos attinet, operationes priores quam habitus propterea habentur, quia ſenſu percipiuntur. operationes enim in rebus ipſis exiſtunt, circa quas verſantur, res vero ſenſibus expoſitæ ſunt, atque ita fit, ut res in quibus operationes ſuas exercent habitus, cognitionem nobis habituum afferant. Ea de cauſa res, circa quas perſpicacia verſatur, aſſumpſit, vt ex ipſis habitum eius nobis patefaciat. circa ea enim inquit perſpicaciam verſari, de quibus dubitaret quiſpiam, atque conſultaret, idest circa ea quæ in noſtra ſunt poteſtate, quæ ex æquo etiam euenientia, ſeu poſſibilia dicuntur, quia non magis euenire, quam non euenire poſſunt. de his enim dubitamus, de his quærere, & conſultare conſueuimus. vt in ſubiecto perſpicacia cum prudentia conueniat, quippe cum prudentia quoque circa ea quæ ita poſſunt euenire, operationem ſuam exerceat neque enim de neceſſariis quiſpiam perſpicax uir conſultaret, neque de iis quæ euenire quidem aliter atque aliter poſſunt, ſed non ex æquo, ſed vel plerunque, vel raro,

hæc

hæc ſi quidem vtraque ſiue conſultet quiſpiam, ſiue non conſultet, eodem modo nihilo minus ſeſe habebunt: vt puta, an dies ſit cum ſol eſt ſuper terram, an poſt ver æſtas ſuccedet, an qui naſcetur infans, quinque digitis præditus naſcetur, necne. hæc enim omnia & diuinæ prouidentiæ & naturæ ſunt, ad noſtram vero poteſtatem nihil attinent de illis autem & quærit & conſultat vnuſquiſque, quæ ex eius inquiſitione & conſultatione dependent, itaque poſſunt euenire, ut conſultauerit. atque hæc ſunt circa quæ perſpicacia verſatur.

Ideo circa eadẽ quidẽ circa quæ prudentia, verſatur, idẽ tamẽ prudentia & perſpicacia non eſt. prudentia enim præceptiua eſt, quid enim agendum aut non agendum ſit, finis eſt ipſius, perſpicacia vero iudicatiua tantummodo. idem namq; eſt perſpicacia & bona perſpicacia, perſpicaces ſi quidem etiam bene perſpicaces ſunt.

B Poſteaquàm ſubiecto perſpicaciæ attributo eã & quid eſſet oſtẽdit, & ab aliis habitibus qui in huiuſmodi rebus operationes ſuas nõ edunt, ſepararit, nunc à prudẽtia quoque diſtinguere eam vult. quamuis enim circa eadem & prudentia & perſpicacia exiſtant, diſtinctæ tamen inter ſe ſunt, quia diuerſo modo vtræq; eadem tractant, id quod & in ſcientiis & artibus plerunque contingit. ſcientiæ.n. & artes nonullæ inueniuntur, quæ, licet circa idem ſubiectum verſentur, differunt tamen inter ſe non aliam ob rẽ, niſi quia aliter atque aliter circa idem operantur: ſcientiæ quidem, vt geometria, & aſtronomia quæ circa magnitudines vtræque negocium habent, ſed illa motu carentes: C hæc quatenus mouentur, conſiderat: ut item arithmetica & harmonica, quæ licet de numeris vtræque agant, illa tamen per ſeipſos contemplatur, hæc, quatenus ſe mutuo proportione quadam reſpiciũt. Ex artibus vero huiuſmodi ſunt, pictoria & textoria, coloribus enim utræque vtũtur, ſed illa ut pingat atq; effingat imagines. hæc vt laneis, aut ſericis, aliiſque ſimilibus veſtibus varietatẽ inſpergat, circa lutum quoque fictoria & figulina opus ſuum exercent, altera tamen ipſarum animalium formas imitatur, figulina vaſa tantummodo ad vſum hominum fingit. Prudentiam igitur præceptiuam ac mandatricem eſſe inquit, cum finem eum habeat, ut quid agendum, aut non agendum ſit, præcipiat, ac mandet. quid enim agendum, quid item non agendũ ſit, inuenit, tum id quod agi debet, agere, ab eo vero quod non debet, abſtinere iubet. perſpica- D cia autem iudicatiua tantum eſt idest illud quod & inuentum & mandatum à prudentia eſt, tantummodo percipit ac iudicat. ita vt neceſſe ſit, primum prudentiam inquirere & inuenire quod honeſtum & utile eſt, idque præcipere, deinde perſpicaciam iudicare, ubi perceperit, & conſultationem eſſe bonam, & rem ipſam, hoc eſt tam finem, quàm modum quo exequutio ipſa fit. Quod vero ait, idẽ namque eſt perſpicacia & bona perſpicacia, idest εὐσυνεσία ob differentiam conſultationis & bonæ conſultationis dictum videtur. neque enim, inquit, ſicut in illis conſultatio erat genus, quæ bonam conſultationẽ & malam conſultationem, id eſt εὐβουλίαν καὶ κακοβουλίαν complectebatur: ita hic quoque perſpicaciam genus bonæ perſpi E caciæ & malæ eſſe cenſendum eſt. nam cum perſpicacia omnis bonus habitus ſit, qui quod conſultatum ac mandatum à prudentia eſt recte percipit ac iudicat, an bene conſultatum à prudentia fuerit: vt perſpicacia aliqua prauitatis particeps inueniatur, fieri nullo modo poteſt. idẽ autem eſſe perſpicaciam & bonam perſpicaciam ex iis qui ea ſunt præditi, declarat. perſpicaces enim, inquit, etiam bene perſpicaces ſunt: quippe cum eſſe omnino nequeat, ut qui perſpicax eſt, male perſpicax etiam ſit.

Neque vero habere, neque acquirere prudentiam perſpicacia eſt, ſed ſicut perſpicere dicitur diſcere, cum ſcientia quiſpiam vtitur, ita quoque cum opinione vtitur ad ea iudicanda, de quibus prudentia eſt, alio dicente, & iudicanda quidem recte, bene enim & recte idem eſt, & inde nomen A *hoc venit perſpicacia, qua bene perſpicaces homines ſunt, ex ea ſcilicet quæ in diſcendo conſiſtit. diſcere enim ſæpenumero perſpicere dicimus.*

Cum perſpicaciam & prudentiam circa eadem verſari dixerit: ſpecie tamen inter ſe eſſe diuerſas poſtea oſtendit eo quòd aliter atque aliter vtræque circa idem operentur prudentia videlicet quærat & inueniat, quod fieri debet, idque præcipiat ac mandet: perſpicacia vero id recte factum eſſe iudicet: vnde etiam ſequi, vt temporis differẽtia diſtinguantur. illa enim ante actionem & finem: hæc poſteaquàm acta omnia ſunt, exiſtit. Quoniã vero acquirere prudentiam, & habere prudentiam diuerſum eſt, neutrum horum eſſe perſpicaciam declarat. acquirere enim B prudentiam dicimus, cum nondum in anima eſt, ſed comparatur & efficitur, quod enim fit nondum eſt. ſi igitur mandata atque effecta prudentiæ perſpicacia ſubſequitur, quippe quæ an recte ea ſe habeant iudicat, qui fieri poteſt, ut perſpicacia ſit acquirere prudentiam? cum id prudentiæ generatio ſit, ipſamque tempore antecedat. ſed neque habere prudentiam perſpicacia eſt: eſſet enim idem cum prudentia, at eſſe diuerſum quid demonſtratum eſt. Præterea habere prudentiam ſimul cum prudentia eſt, ut neutrum neutro dici aut prius aut poſterius poſſit: perſpicacia uero cum operationis & finis prudentiæ iudicium ſit, poſterior prudentia eſt. quòd ſi habere prudentiam & perſpicacia idem eſt, efficietur, ut ſimul cum prudentia perſpicacia ſit: atque ita & ſimul cum prudentia, & poſte C rior prudẽtia perſpicacia erit: at hoc fieri nullo modo poteſt, habere igitur prudentiam, & perſpicacia idem non eſt. Accedit, quòd omnis habitus cauſa eſt operationis, quæ ex ipſo procedit, quare etiam prudentia ita erit. at ſi perſpicacia operationem prudentiæ ſequitur, prior operatio prudentiæ quàm perſpicacia eſt: ſed ſi operatio ex prudentia prouenit, longe prior quoque prudentia erit quã perſpicacia. at habere prudentiam ſimul cum prudentia eſſe dictum iam eſt, multo igitur prius eſt habere prudentiam, quàm perſpicacia. Atenim his obiicere quiſpiam poſſet, & dicere perſpicaciam eſſe habitum, quemadmodum prudentiam, de eaque ut habitu hic agi, cum inquirimus an habere prudentiam, vel acquirere prudentiam idem cum ea ſit, nunc vero à nobis perſpicaciæ operatio- D nem prudentiæ operationi ac fini fuiſſe comparatam, cũ debuiſſemus de habitu loqui, ſicut propoſitum in quæſtione fuerat. ad hoc ita reſpondendum eſt, ſi perſpicaciæ operatio prudentiæ operatione & fine natura poſterior eſt, neceſſe quoque eſſe ut habitus perſpicaciæ quàm habitus prudentiæ, & quàm habere vel acquirere prudentiam, poſterior ſit: qua enim re habituum aliquorum operationes natura ſunt poſteriores, eadem re habitus quoque ipſi poſteriores ſint, neceſſe eſt. nam ſi habitus ſint vel ſimul cũ ea re uel ea priores, operationes vera poſteriores: aut vani erunt, aut ne fruſtra eſſe uideantur, alias quoque priores operationes habebunt. quæ vtraque abſurda ſunt reſtat igitur, ut habitus ij quorum operationes operationibus & finibus quorundam aliorum ſunt poſteriores, poſterio- E res quoque ipſi illis alijs ſint: ita vt habere quoque, aut acquirere habitus illos priores natura prius ſit. nam habere prudentiam diuerſum eſſe à prudentia, planum fiet, ſi ſingula conſideremus, quæ in manifeſtiſſima ex denũcupationibus idest categoriis continentur. ea autem eſt ſubſtãtiæ denuncupatio, quæ nobis ad cognitionẽ cæteris omnibus magis ſeſe offert, atque exponit. ſicut igitur in ſubſtantiis, aliud eſt aurum, & habere aurum, aliud pallium & habere pallium, aliud equus, & habere equum, & in cæteris omnibus ſimiliter, ita in habitibus quoque, & quæcũque alia in ſubiectis ſubſtantiis eſſentiam ſuam ſortita ſũt res ſeſe habet. diuerſum enim quid eſt ſcientia & habere ſcientiam; aliud uirtus & habere uirtutem, numerus item & habere numerum diuerſum eſt. aliud enim rem abſolute ſignificat, quæ ſubiecto indiget, hoc & rem ipſam notat,

tat, & eam in ſubiecto eſſe declarat: ſicut in ſubſtantiis & poſſeſſio & poſſeſſor exprimitur, id eſt aurum vel equum, vel indumentum, & qui ea poſſidet. Sed ad verba Ariſtotelis iam redeamus. Vbi hæc dixit Ariſtoteles perſpicaciæ notionem nobis clariorem reddit, ſcientia & diſciplina aſſumpta, quemadmodum enim, inquit, cum ille qui docet, vtitur ſcientia, diſcipulum ea quæ ab illo traduntur, perſpicere & intelligere dicimus, id eſt græce συνιέναι: perinde ac ſi perſpicere ſeu percipere idē quod diſcere ſit, ita cum prudens de fine, & modo agendi qui ad finem deducit, mādauerit ac præceperit; ſiquis ſit, qui propria opinione recte atque vt debet, vtatur, eum perſpicere & intelligere dicimus, & quæ ab alio dicuntur & imperantur recte iudicare. Bene enim & recte idem eſt, hoc adiunxit propterea quòd perſpicax & bene perſpicax idem eſt, atque B inde ſumptum eſſe inquit perſpicaciæ nomen, ex eo ſcilicet, quòd diſcere in ſcientia perſpicere & intelligere dicitur. hic nanque in prudentia & perſpicacia eſſe quaſi quidam magiſter & diſcipulus uidetur, cum prudens dicat & præcipiat; perſpicax uel dum ille dicit, perſpiciat & intelligat, uel poſteaquam acta & perfecta ſunt omnia, & bene conſultata & perfecta eſſe recte iudicat. nam ſiue ipſe perſpicax ſit, qui ex mandato agat, ex eo quòd perſpicit quæ mādata ſunt & intelligit, perſpicacia dicitur, ſiue alio agente ipſe poſtea tum recte prudentem mandaſſe, tum recte actionem eſſe factam perſpiciat, & iudicet, nihilo minus perſpicacia uocatur. atque hinc quoque quo modo quàm prudentia, & quàm habere vel acquirere prudentiam poſterior perſpicacia ſit, cognoſci poteſt. ſiquidem C prudens magiſtro, perſpicax diſcipulo perſimilis eſt, priorque eſt iam natura quàm tempore ſciens diſcipulo, quatenus & ille ſciens & hic diſcipulus eſt. & acquirere ſcientiā & habere ſcientiam priora quoque ipſa diſciplina ſunt. Ac perſpicaciæ quidem nomen ex doctrina & diſciplina ſumptum, in his quoque uſurpari, ex eo confirmat, quòd diſcere perſpicere & intelligere ſæpenumero dicitur.

De ſententia. Cap. XI.

Iam quæ vocatur ſententia, qua bene ſentientes, & habere ſententiam quoſdam dicimus, eſt æqui & boni viri iudicium rectum.

D Sententia quoque vna ex ijs eſt quæ circa eadem verſatur, circa quæ & prudentia id eſt circa particularia, & ea quę eſſe aliter poſſunt, ſuntque in noſtra poteſtate, quemadmodum etiā bona conſultatio & perſpicacia. propterea vbi de prudentia & recta ratione, bona item conſultatione, & perſpicacia docuit, nunc de ſententia, & conſenſione ſeu clementia agit, & quæ ſit vtraque ipſarum, definit. nam quia nonnullos tum habere ſententiam, tum eſſe bene ſentientes & ad conſentiendum ſeu ignoſcendum idoneos dicimus, cum de aliis agētibus tam rerum quàm perſonarum habita ratione recte iudicarint, ideo opus fuit, ut cum de uirtutibus inquiramus, quid ſit quoque vnumquodque horum conſideremus. Vnde Ariſtoteles cum de E prudentia & recta ratione tradidiſſet, neque hæc omittenda eſſe cenſuit, quippe quæ propoſitæ tractationi connexiant, ne manca ac deficiens præſens diſputatio aliqua ex parte eſſe videretur, inquit igitur, IAM quæ vocatur ſententia &c.) ac primum eſſe in nobis quandam virtutem quæ ſententia appellatur, ex eo oſtendit, quòd ſententiæ nomine vti conſueuimus, cum bene ſentientem aliquem dicimus, & ſententiam habere aliqua de re. non enim nomen hoc ſententiæ temere ita in ore hominum verſaretur, niſi res etiam aliqua inueniretur, cui nomen id fuiſſet impoſitum, atque ita eſſe ſententiam ex communi ipſius nominis uſurpatione declarat. Deinde quid ſit etiam ſententia, definit, cum ſtatim ſubiungit, eam æqui & boni viri rectum iudicium eſſe. iudicium enim genere tam ſententia quàm perſpicacia eſt, ideo quia iudicium iudicantis iu-

A dicium eſt, neceſſe fuit iudicantem quoque in definitione aſſumi, quo quid differret ſentētia à perſpicacia cognoſceremus. perſpicax enim quatenus eſt perſpicax, non ex æquitate, ſed ex perſpicacia iudicat, perſpicacia vero operationis & finis prudentiæ animaduerſio, atq; intellectio eſt, qua & id quod factum eſt, eſſe laudabile, & modum quo acta res eſt, bonum fuiſſe, atque accommodatum ad finem propoſitum percipit. Rectum autem iudicium dixit, id eſt verum: quippe cum fieri poſſit, vt æquus & bonus uir circa rem aliquam erret, atque iccirco de ea non recte & uere ſententiam proferat. Quis autem ſit æquus & bonus, & quæ æquitas, ſatis in ſuperiore libro explicauit philoſophus, ubi etiam de iuſtitia docuit, cæterum cū vtræque hæ perſpicacia, ſcilicet & ſentētia operationum B & finium prudentię iudicia ſint, obſcurum eſſe fortaſſe adhuc poſſet, quid inter ſe differant. nam licet Ariſtoteles in definitione ſententiæ æquum & bonum virum aſſumpſerit, nihil tamen amplius addidit, ſed ſubſequēdo, quo modo ſententia æqui & boni uiri iudicium ſit, tantummodo declarat, Quocirca ſciendum eſt perſpicaciæ illud ſolum munus eſſe, ut & finem qui propoſitus fuerit, recte ſe habere, & modum bene & accommodate ad finem conſequēdum aſſumptum fuiſſe, & rectam demum fuiſſe prudentiæ præceptionem iudicet. æquitatem uero non abſolute omnes prudentiæ operationes ſequi, ſed eas duntaxat in quibus an recte prorſus ſeſe habeant, an aliqua ex parte deficiant, quædam ineſſe ambiguitas poteſt. quemadmodum exempli cauſa in imperatoris illius facto contingit, C qui cum ingruiſſet hoſtium exercitus, ciueſque pro defendenda patria egreſſi quidem eſſent, fiducia tamen murorum, intra quos ſe recipere, atque ita conſulere ſaluti ſuæ ſe poſſe ſperabant, impetum ipſorum non ſuſtinerent ſed refugerent: vrbis mœnia demolitus eſt, atque eo pacto effecit, ut ſpe ea depoſita ciues fortiter reſiſtere hoſtibus coacti ſint, eiſque ſuperatis ac fuſis & ſe & patriam eo periculo liberarint. hac in re æquus & bonus uir, ſi accuſetur imperator, quòd urbis muros diruerit, recte eum feciſſe iudicabit: eo quòd alio modo auertere hoſtium impetū non potuerit, niſi dirutis mœnibus ignauiæ ac fugæ occaſionem ſuis abſtuliſſet. in huiuſmodi enim actionibus æquitatis habitus elucet: quo conſentienter id eſt clementer, & ad ignoſcendum prompte afficimur erga ea quæ D in virtutum exequutionibus euaſiſſe præter uoluntatem videntur. Perſpicacia autem nihil tale habet, ſed quę à prudentia recta aguntur, ea tantummodo iudicat. Ac ſententia quidem & conſenſio ſeu venia eſſe coniunctus ac compoſitus quidam habitus uideri poſſet, cum & ea quæ prudentia egit, percipiat & intelligat, & iis qui neceſſitate quadam contingunt, defectibus conſentiat atque ignoſcat. Vnde etiam in pertractandis his habitibus prudentia uidelicet, bona conſultatione, perſpicacia, & ſententia conueniens atq; aptus ordo ſeruatus eſt. prudentia enim agendis rebus præeſt, laboreſque qui in ipſis ſunt, omnes ſubit ac quaſi in certamen deſcendit. huic bona cōſultatio quaſi adiutrix accedit, perſpicacia uero & ſententia poſtea quaſi ſpectatores quidam ſuccedunt, quæ iudicāt ea quæ E fiunt, atque aguntur, illa quidem abſolute percipiendo atque intelligendo, hæc intellectis nonnihil addendo, atque in melius transferendo ea quæ ab obtrectatoribus reprehenduntur.

Cui rei id argumentum eſt, quòd æquum & bonum virum maxime eſſe ad conſentiendum id eſt ignoſcendum idoneum dicimus, æquitatem vero eſſe, habere conſenſionem & veniam circa ſingula: conſenſio autem ſententia eſt iudicatiua recta æqui & boni viri, at recta ea eſt, quæ eſt veracis.

Sententia ſimplex: conſenſio, quantum ad uocem ſpectat, compoſita eſt. ſententia ſiquidem id eſt γνώμη quam συγγνώμη id eſt conſenſio & venia vox ſimplicior eſt. ad demonſtrandum autem ſimplex compoſitū ſumit, eo quòd ſimplicibus compoſita notiora nobis ſunt ac manifeſtio-

ra:

ra: licet natura contrario modo ſeſe habeant. nam ſententiam eſſe æqui & boni viri iudicium ex communi opinione perſpicuum eſt. dicimus enim æquum & bonum virû ad conſentiendum id eſt ignoſcendum idoneum eſſe: & æquitatem habitum in animo hominis nihil aliud eſſe, quàm habere conſenſionem & veniam circa ſingula quæ aguntur: quæ aguntur inquam ab aliis prudentibus hominibus, & ab æquis & bonis iudicantur, veniamque conſequuntur, ſi in aliquo hominibus non æquis reprehendendi anſam exhibere poſſe videantur. Nonnulla tamen exêplaria non circa ſingula, ſed circa aliqua habent: videturque hęc eſſe ſanctior lectio, propterea quòd non de omnibus æquus & bonus vir iudicat, neque in omnibus ęquitate vtitur, ſed in aliquibus atque illis tantum, quæ honeſtati & rectitudini aliquid immiſtum habent, quod culpam præ ſe ferat: neceſſario autem conſenſionis, ſeu ignoſcendi habitus definitionem ſubiungit: ſententiam eam eſſe inquiens æqui & boni viri iudicatricê rectam. æquus enim & bonus vir, quia in vniuerſum leges poſitæ ſunt, ut legiſlator particularia omnia perſequi minime potuerit, quæ & in iis qui agunt, & in rebus quæ aguntur, contingere conſueuerunt, in nonnullas res ſæpenumero incidit, in quibus non id oportet exequi, quod vniuerſaliter lex præſcribit, ſed minus aliquid faciendum, quàm à legiſlatore fuerit pronunciatum, id quod ſententiæ & conſenſionis ſeu clementiæ proprium eſt. rectè enim iudicâs de huiuſmodi rebus æquus & bonus vir, ius immutat, quod legiſlator in vniuerſum inſtituerat, atque ob id habere ſententiam, & conſentire id eſt ignoſcere peccantibus dicitur, ut, ſi lege iubente, eum qui proprium patrem verberarit, morte eſſe mulctandum, noctu quiſpiam patri ſuo occurrerit domum ingredi volenti, eumque furem eſſe opinatus verberarit, de hoc enim legiſlator cum de parricida definiret, nihil adiunxit. minus igitur hac in re ius æquus & bonus vir, neque permittet hûc qui patrem verberibus affecit, à lege præſcriptam pœnam ſubire, eo quòd imprudens ex ignoratione peccauerit. Sciendum tamen eſt conſenſionem & veniam de iis tantum dici ſolere, quæ ex æquitate eliciuntur, ſententiam vero & de iis, & de aliis ê multis: vnâ & pro voluntate aut conſcientia ſumitur, ut cum de ſeruo aliquo qui abſurdi quippiam agat, requirimus, an ex ſententia domini id agat, necne: ſententiam itê uocamus conſultorum de aliqua re opinionem: vnde exigere ſolemus, ut vnuſquiſque de iis quę in dubium veniût, ſententiam ſuam in medium proferat, id eſt quod vnicuique videtur, & placet eſſe faciendum. de multis aliis quoque ſententiæ nomen vſurpatur. id eſt græce γνώμη, ſed cû additur σύν præpoſitio & συγγνώμη dicitur, ſeu latine conſenſio, qui ignoſcendi habitus eſt, de ſolis iis, quæ ex æquitate aguntur, ſumi conſueuit, quaſi æquus & bonus vir cum eo qui iudicatur, conueniat ac condeſcendat: ſimulque cum eo ſentiat & cognoſcat, id quod factum ab eo eſt, non eſſe ſecundum legiſlatoris interdictionem, nec crimen videri, atque iccirco uel prorſus remittendum ipſi eſſe, vel mediocri aliqua pęna caſtigandum. nam hac dicendi forma & ſignificatione compatibilitas quoque, & conceſſio dici conſueuit, eo quòd cum eo qui peccauit quaſi patiatur aliqua ex parte iudex, atque afficiatur, cum eoque cedat & abeat, dum uel ei miſeretur, vel leuem ac mediocrem pœnam infert.

Sunt autem omnes habitus conſentaneæ ad idem tendentes, nam & ſententiam, & perſpicaciam, & prudentiam, & intellectum ad eoſdem referentes dicimus, dum & ſententiam, & intellectum iam habere, & prudentes, & perſpicaces appellamus. omnes enim facultates hæ ultimorum ſunt & particularium.

Cum de prudentia & perſpicacia, de ſententia item & conſenſione quid inter ſe differant, iam explicauit: quid cômune ipſis ſit, nunc oſtendit: inquit que ſubiecto eaſdem eſſe has omnes in quo conſiderantur, vtpote quæ de eodem denuncupentur. cum enim inquit, ad idem tendentês, exprimere commune ſubiectum videtur: ſententiam nanque & prudentiam, & perſpicaciam & intellectum ad eoſdem homines referre conſueuimus. intellectum autem hic actiuum dicit: nam qui circa ſingula & particularia verſatur, actiuus intellectus eſt, qui & ratiocinatiu vocatur, eo quòd ratiocinando ſingula quæ aguntur, metitur. Cum igitur res ipſas diſponit quiſpiam, atque ad finem recte dirigit, prudens: cum recte diſpoſitas, directaſque, atque ad finem ad quem oportebat perductas fuiſſe eas iudicat, perſpicax ac bene perſpicax, id eſt εὐσύνετος vocatur. bene ſentiens vero id eſt εὐγνώμων appellatur, cum perſonis, rebus, cauſis, & modis accommodata iudicia exercet. propterea enim eundem & prudentiam habere id eſt intellectum actiuum, & perſpicaciam, & ſententiam dicimus, eo quòd per ipſa hæc circa agendas res operamur. Adiunxit autem particulam, iam, dum inquit, intellectum iam habere, propterea quòd videlicet poſt multam rerum experientiam actiuus intellectus acquiritur, & intellectum iam habere ille dicitur, qui vbi multa & vidit & paſſus eſt longo poſt tempore eum ſibi comparauit. Cauſam præterea cur facultates hæ ad eundem referantur, ſubdit, quia ſcilicet vltimorum ſunt, & particularium, ultima & particularia diuerſis uocabulis eadem appellans, circa quæ prudens & qui intellectu actiuo eſt præditus, verſatur. Facultates, vero ſeu poteſtates has eaſdem vocat, quas paulo prius habitus nominarat, poteſtate in ſecundo ſignificato accepta, quæ ratione operationis quæ ab ipſa depromitur, ita nuncupatur.

Atque in eo quidem quòd ad iudicandum idoneus quiſpiam eſt, de iis quę egit prudens, perſpicax & bene ſentiens, ſeu conſentiens erit, nam æqua communia bonis omnibus ſût in eo quòd ad alium ſpectant.

De differentia qua perſpicacia & ſententia â prudentia diſtat, rurſus meminit, quæ in tempore conſiſtit. ſciunt enim vtrique eadem, & circa eadem utrique verſantur, ea autem ſunt quæ in noſtra ſita ſunt poteſtate, in actionem que cadunt, & ſunt particularia, de quibus ſcilicet conſultamus, ac tractamus. ſed prudens prius circa hæc negociatur, horumq; conuenienti modo finem aſſequitur: æquus vero & bonus eadem poſtea iudicat: dum & perſpicacia uſus ea percipit atque intelligit, & bene ſentiendo vel conſentiendo & ignoſcendo prout occaſio poſtulat, corrigit: æquitas enim & ea quæ ab æquitate iudicantur, omnibus bonis quę à prudête perficiuntur, ſunt communia, ad aliû enim æqui & boni viri operatio reſpicit: quippe cum ea quæ alter exprudentia exequitur, æquus & bonus ſententia uſus & conſenſione ſeu uenia recte iudicet. nam eum eædem ſint, ſicut dictum eſt, & prudenti & æquo homini ſubiectæ res, ea utriq; ea tractant, vt prudens ipſe operetur atque agat, æquus & bonus vbi alter egerit, ſententia & conſenſione adhibita iudicet. Neque vero mirum eſſe debet, ſi ſententia & conſenſio ſeu uenia pro eodem ſumuntur: verba enim vtraque, licet alterum ſit ſimplex, alterum compoſitum, idem ſignificant. id quod ſuperius quoque in perſpicacia & bona perſpicacia, id eſt σύνεσις & εὐσυνεσία Ariſtoteles oſtendit.

Agenda autem res ex iis ſunt quæ particularia & vltima omnium ſunt. nam & prudentem oportet ea cognoſcere, & perſpicacia & ſententia circa agenda verſatur.

Ea, inquit, ſunt agenda, quę ſunt omnium vltima & particularia. nam de vniuerſalibus conſultat nemo, neque ea ſibi agenda proponit quiſpiam, ſed de iis conſultamus, quæ in noſtram poteſtatem veniunt: in atque actiones noſtras excidemus, quæ euenire ex æquo aliter atque aliter poſſunt, & particularia ſunt atq; eiuſmodi, vt futurum tempus ſpectent. quis enim aut de vniuerſalibus, aut de neceſſariis, aut præteritis, aut plerunque, aut raro contingentibus deliberandum ſibi eſſe cenſeret? vtputa de ſtatis anni temporibus, de infante procreando, quinque digitus

tus ne an ſedigitus in lucē proditurus ſit. neceſſaria enim A & quæ plerumq; eueniunt, diuinæ prouidētiæ opera ſunt, vel naturæ, quam prouidentia ipſa generationi præfecit, quæ autem raro contingunt, à fortuna & caſu fortaſſe efficiuntur: quorum nihil in electionem noſtram, aut poteſtatem venire poteſt. at quæ præterierunt iam tranſacta cum ſint, non amplius ſunt. quis vero adeo inſanit, vt de ijs quæ non ſunt, fruſtra velit conſultare? de ijs item quæ ſunt tanquam de futuris conſultare, vanum, & à prudēte alienū eſt, niſi quis fortaſſe quo modo ea quæ poſteaquā facta ſunt remanent, in poſterum durare poſsint, conſiliū ineat. nam id quoque nihil aliud eſt, quàm de futuris conſultare. prudens igitur propterea ipſa hæc cognoſcit, quia experientia multarum rerum callet, oculumque & intelle B ctum circa particularia acquiſiuit, quo diſpicere futura etiam poteſt. circa eadem quoq; perſpicacia & ſententia verſantur, iudiciaque ſua exercent: eo quòd vtraque harū quoque ex particularium experientia comparatur.

At hæc vltima ſunt. intellectus quoque vltimorum eſt in vtranque partem.

Neceſſe eſt vt qui cognoſcere quippiam vult, quod principia habet, is principia prius illius rei percipiat: eo quòd fieri alio modo non poteſt vt in cognitionem propoſitæ rei veniat, niſi principia eius prius didicerit, quemadmodum ipſe quoque Ariſtoteles in initio diſputationis de naturalibus principiis aſſerit, in hunc modum inquiens. Quo- C niam in omnibus artibus quarum ſunt principia, vel cauſæ, uel elementa, cognoſcere & ſcire ex cognitione horum contingit, tūc enim cognoſcere vnumquodque exiſtimamur cum & cauſas primas, & principia prima uſq; ad elementa cognouerimus, in ſcientia quoque de natura primum definire principia ipſa conandum eſt. Cum igitur duplex intellectus ſit, alter qui circa vniuerſalia, alter qui circa particularia verſatur, atque ille quidem quo ſcientiæ acquiruntur, contemplatiuus appelletur, hic qui particularia atque agenda percipit, actiuus, ſintque principia agendarum rerum, quorum cognitio ad res ipſas & intelligendas & exequendas nobis maxime conferunt, de his nunc agere proponit, quæ facultas ſit quæ ea percipiat, quoue modo perceptio ipſorum efficiatur, oſtendens. At D hæc vltima ſunt, inquit idest agenda, aut actiui intellectus principia, ultima uocās ſingularia & particularia. nam ab vniuerſalibus exorſi atque inde progreſſi ad particularia deuenimus, nec prodire vlterius valemus, non enim eſſent vltima, ſi poſt ea rurſus alia reperirentur. Ait præterea intellectum vltimorum quoque eſſe in utranque partem, vltima hic contemplatiua, & actiua principia appellans. nā cum ea quæ natura priora ſunt, nobis ſint cognitu poſteriora, quæ contrà nobis priora, natura ſint poſteriora: fit ut cum ab ijs quæ nobis ſunt priora, incipimus, ad ea deueniamus quæ natura ſunt antiquiora, ea autem ſcientiarum, & demonſtrationum principia ſunt demonſtrationem nullam admittentia, cum vero à natura prioribus ex- E ordio ſumpto progredimur, ea nobis vltima occurrant, quæ nobis ſunt priora, quæ actionum, tractationumque agendarum rerum principia ſunt, ut & principia, & ultima utrinque ſint, & eadem alio atque alio modo ſumpta tam principia quàm ultima uocentur, quatenus ſcilicet, uel ad nos reſpicimus, vel ad naturam. Vtrorumque igitur ultimorum intellectus eſt, idest eorum quæ & natura & nobis vltima ſunt.

Primorum enim & vltimorum terminorum intellectus eſt, non ratio.

Primos & ultimos terminos eos uocat, qui natura non nobis huiuſmodi ſunt, eo quòd prima & vltima proprie ea dici debeant, quæ natura ſunt, licet quantum ad cognitionem noſtram ſpecta, quæ ab ijs quæ ſenſibus expoſita ſunt, exordiri conſueuit, alio modo ſeſe habuerint. Inquit igitur vtrorumque extremorum intellectum eſſe perceptiuum, non rationem, intellectum appellans vim in anima noſtra quæ abſque medio cognoſcit, rationem uero, quę medio utitur, & ratiocinatione, quæ cogitatiua animę noſtræ pars eſt. intellectum autem, licet vnus & idem ſubſtantia ſit, alterum tamen, atque alterum ex operatione facit. intellectus enim noſter cū vel ſeipſum vel ea quæ circa ſe & ſupra ſe ſunt, contemplatur, contemplatiuus dicitur, cum ſibi annexa & inferiora conſiderat, diſponit, atque agit, actiuus nuncupatur, atque illo quidem modo ſcientias conſtituit, hoc agendas res tractat, illo uerum inuenit, hoc bonum exequitur. ita enim ſubiungit.

Ille quidem qui in demonſtrationibus verſatur, immobiliū terminorum, & primorum, alter qui in actiuis conſiſtit, vltimi, & eius quod euenire aliter atque aliter poteſt, & alterius propoſitionis.

Immobiles termini ſcientiarum principia ſunt, quippe qui immutabilitatem ſtabilitatemque ac firmitatem ex ſeſe habeant, cum eius qui actu eſt intellectus, reſonantiæ quædam atque extremæ notæ ſint, in anima noſtra inſitæ, quatenus etiam ipſa intellectualis dicitur. rationalis enim eſt, eo quòd rationem habet propriam qua utitur, quaq; cogitat, & ratiocinatur: intellectualis vero non ex ſe, ſed ex participatione ueri intellectus, ex quo terminos, idest principia ſcientiarum habet, quos cum abſque medio vllo cognoſcat, per eos poſtea intellectum imitata ſimplici ac medio carente appulſione intelligibiles res apprehendit, ex ipſiſque profecta ſcientificas cognitiones abſoluit. atque hic contemplatiuus intellectus eſt, qui primos terminos percipit, ex eiſque conſtituit demonſtrationes. alter eſt intellectus, ut inquit, qui in actiuis habitibus conſiſtit ac cōſideratur, qui eius quod proprie ultimum eſt, eſſeque aliter atque aliter poteſt, perceptiuus eſt. actiones enim, ſicut dictum eſt, & conſultationes circa ea uerſantur, quæ in noſtra poteſtate ſunt ſita. eiuſmodi autem ſunt, quæ euenire alio modo poſſunt, circa quæ prudentiæ, perſpicaciæ, & ſententiæ negocium eſt. Alteram uero propoſitionem uocat particularem, quæ ſingulis rebus proxima eſt, à quibus lōge abeſt vniuerſalis. hac enim actiuus uir, vtpote rebus de quibus agit, viciniore atque accommodatiore utitur. vnde etiam oratores qui ciuiles atque actiui ſunt, ſatis ſibi eſſe putant ad rationes colligendas, ſi ſolam hāc particularem propoſitionem adhibuerint. cum enim dicunt, hic noctu vagatur, fur igitur eſt, ſola propoſitione particulari & minore conſtantem rationem proferunt.

Hæc enim eius cuius cauſa aliquid eſt, principia ſunt, quippe cum ex ſingularibus vniuerſalia exiſtant.

Hoc de particularibus propoſitionibus inquit, quaſi opus ſit eas primum cognoſcere, ac per ipſas deinde ad vniuerſales aſcendere, atque ita ex uniuerſalibus poſtea deſcēdendo particulares confirmare. quemadmodum Demoſthenes facit, cum dehortari Athenienſes vult, ne fœdus cum Philippo rege ſanciant. vbi n. ex iis quę ipſe ſigillatim egit, inſidiatorē eſſe Athenienſiū atq; hoſtē oſtendit: à ſingulis his ad cōiora aſcēdit: vniuerſalemq; propoſitionē in hunc modū pronūciat. qui .n. ea agit, & ſtruit, quibus ego capiar: is mecum bellum gerit, etiā ſi nōdum tela iacere in me, neque ſagittare videatur. hæc enim propoſitio licet verbis & dicendi forma eſſe particularis uideri poſſit, in ſententia tamen eſt uniuerſalis: perindeque eſt ac ſi dicatur: omnis qui agit ac ſtruit ea quibus aliquis capiatur, is cum eo bellum gerit, licet nondum reipſa tela iaciat, ac ſagittet. ſunt igitur principia eius cuius cauſa aliquid eſt, hæ propoſitiones particulares & minores: eo quòd de propoſita re ſunt, atque ea cui cura & ſtudium impenditur. ab ijs ſiquidem quæ ab aliquo aguntur, propoſitione hac ſumpta ciuilis propriam rationem conſtituit: vt furem eſſe eū qui noctu vagatur. ab hac. n. ipſa re ſumit, quod noctu vagatur. ſic Demoſthenes ab iis quę agebāt Philippus.

Quorum ſanè habere ſenſum oportet, is autem ſenſus intellectus eſt.

Quorum ſcilicet particularium, quæ ſigillatim fiunt, ſenſum

lum, ideſt rationem habere eum opus eſt, qui in ciuitate A quippiam honeſte, aut iuſte agere vult. ſenſum enim hic particularium cognitionem appellat, qui intellectus eſt. Hoc autem eſt quod inquit, oportere eum qui ex recta ratione in ciuitate aliquid acturus eſt, multa præditum eſſe experientia, multa vidiſſe, ac paſſum eſſe: ijs quę cognoſcit ſigillatim attendere, atq; animum aduertere, qua re facta quid euenerit, quo modo homines in vitæ actionibus ſe gerentes quales euaſerint, quo modo cõſuetudine aliorũ vſi vel iuuerint, vel nocuerint, & omnino ſingula obſeruare, quæ vel ex ſe, vel aliunde hominibus contingere conſueuerunt, ut hoc pacto multarum operationum, multarumque actionum atque affectuum peritia comparata oculum acquirat, quo conijcere & diſpicere etiam quæ in futurum euentura ſunt, recte valeat, talis enim, atque ita B abſolutus eſt, qui re vera eſt prudens. At qui vel experientiam non eſt conſequutus, vt vidit quidem multa, ſed nulla tamen attentione, atque obſeruatione vſus eſt, vel ſi eſt vſus, ingenij tarditate impeditur: is nullam ex iis quæ ſũt atque aguntur, utilitatem percipiet, cum uel ex imperitia, uel ex negligentia, uel ex tarditate naturæ conſequi prudentiam non poſſit. non parum autem ad hoc conferunt ea, quæ à veteribus literarum monumentis tradita uitas, actiones, proſpere atque infeliciter facta antiquorum virorum nobis exponunt. Cognitio autẽ quæ ex particularibus comparatur, tum ſenſus, tum intellectus aliquo modo dicitur, ſenſus, quia ſenſiue operans homo res ſingulas percipit, intellectus, quia in his ſentiendis animaduerſione, atque obſeruatione adhibita proprium intellectum in C cẽdit, ad propriam rationem ea reſciens quæ ſenſu cognoſcit, datque operam vt ex ſenſibilibus intellectum ſibi conſtituat, eamque in anima vegetationem ac promptitudinem acquirat, qua & ſibi & alijs in occaſione eſſe auxilio queat. habent tamen etiam id commune intellectus & ſenſus, quod abſque medio vtrique operantur: ille circa intelligibilia, hic circa ſenſui expoſita. adde quòd demonſtrationes de vniuerſalibus ex principijs progrediuntur contemplatiuo intellectu percepſis, quæ ſicut ſuperius diximus, eius qui proprie & reuera eſt intellectus, extrema quædam veſtigia ſunt, ſiquidem qui in nobis eſt intellectus ex illius participatione exiſtit. uerbi cauſa, ſi conſtituendus ſit triangulus æquilaterus, conceſſum id principium ſumimus, quæ à centro circuli ad ambitum ducuntur rectę li- D neæ, æquales inter ſeſe omnes eſſe: atque eo ad laterũ trianguli æqualitatem demonſtrandam vti conſueuimus. In particularibus vero atque agendis rebus econtrariũ, à ſenſu profecti, ac cognitionis inde exordio accepto ad actiuum intellectum retrahimur, qui circa particularia verſans ratio eſt, qui quidem idem eſſentia eſt cum contemplatiuo, ſed operatione tamen diſtat, cum ex particularium cognitione in nobis exiſtat: dum ſumptis principijs ab iis quæ ſenſui patent, multaque inde experientia, ac varia cognitione comparata habitus euadit, prudentiaque & ratiocinatio vel intellectus actiuus nominatur. atque hoc eſt quod inquit, rationem quæ in nobis eſt, oculum acquirere ex principijs à particularibus ſumptis, atque ad vniuerſalem contemplationem reductis. actiuus enim vir E cum propoſitum ipſi agendum quippiam eſt, quærit, vtrã contradictionis partem eligat, ſi ex cõtradictione res ambigua ſit, ſi vero contrarietas dubium fecerit, utrum ex cõtrarijs ſumendum videatur. ac principium quidem inuentionis rerum gerendarum à ſenſibilibus, minorię; propoſitione ducitur, tum ad uniuerſalem aſcenſu facto ita concluſio earum conficitur. cuius rei, ſi libet, ab eadem re quã ſuperius poſuimus, exemplum ſumamus. Quærunt Athenienſes vtrum Philippum hoſtem, an amicum exiſtimare debeant. quæſtio hic eſt, vtra ex duabus contrarijs affectionibus ſit eligenda, principium probationis à ſenſibilibus & particularibus ſumitur, hæc autẽ ſunt ea, quæ agit Philippus, dum uicinos populos inuadit, circum circa loca deuaſtat, eaque efficit, quæ & damnoſa & moleſta Athe- A nienſibus ſunt, hoc enim minoris ac particularis propoſitionis locum obtinet, à qua ad vniuerſalem aſcendentes poſtea dicimus: omnis qui agit ea quæ damnoſa & moleſta alicui ſunt, hoſtis eius eſt: Philippus igitur Athenienſium eſt hoſtis. Quare debent Athenienſes Philippum nõ amicum, ſed hoſtem exiſtimare. Ita enim ab actionibus ipſis ſumpto principio, deinde ab eo ad vniuerſale progreſſi Philippum hoſtẽ eſſe Athenienſium demonſtrauimus.

Quocirca eſſe etiam hæc naturalia videntur, ac ſapiens quidem natura nemo eſt, ſed ſententiam habet, & perſpicaciam, & intellectum.

Quia inquit ex particularibus actiuus intellectus, & prudentia, perſpicacia item, & ſententia nobis acquiritur, propterea naturalia eſſe quoque hęc videntur. nam ſapien- B tia cum vniuerſalium ſit, non ineſt nobis natura, ſed diſciplina comparatur, ut uniuerſalium cognitione percepta eſſe ſapiens etiam iuuenis poſſit, ſicut etiam ſuperius declarauit Ariſtoteles. at antedicti habitus quia ex multa particularium experientia contrahuntur, longo indigent tempore, & perfectiorem ætatem requirunt. ætas uero & longum uitæ tempus, quo habituum horum acquiſitio fit, ex natura eſt. Iccirco fit, ut naturales eſſe, & à natura prouenire habitus quoque ipſi videantur. quod vero inquit, ſed ſententiam habet, & perſpicaciam, & intellectũ, ita eſt intelligendum, ut natura reperiatur, ut integer ſenſus talis euadat. Ac ſapiens quidem vllus natura non eſt: ſed ſententiam habet natura, & perſpicaciam, & intellectum.

C *Indicium cuius illud eſt, quòd hęc ſequi etiam ætates exiſtimamus, taliſque ætas intellectu & ſententia prædita eſt, quaſi cauſa ex natura ipſa ſit.*

Naturalia inquit hæc eſſe illud indicio eſt, quòd omnes homines huiuſmodi habitus ſequi ætates putamus, vt qui ætate caret; careat etiam prudentia & ſententia, qui ætate grandis eſt, eum intellectu iam & ſentẽtia, ideſt prudentia, & recto æquitatis iudicio præditum eſſe dicamus. quaſi natura quæ ætatem præbet, intellectum quoque & ſententiam exhibeat, quippe cum ætas quæ à natura habetur, dum idoneum ad multarum rerum experientiam cõſequendam tempus ſuggerit, ſit in cauſa quoque, ut intellectum & ſententiam quiſpiam acquirat.

Ideo & principium & finis intellectus eſt.

D Quoniam, inquit, intellectu in utraque re nobis opus eſt, dum contemplamur ſcilicet, & dum agimus, qui in contemplatione uniuerſale intelligat, & prima ipſa, ac medio carentia principia quaſi attingat, in actione vero particularia ſenſu percepta intellectuali ſua cognitione præfiniat, iccirco & principium & finis intellectus eſt. finis quidem, illic contemplatiuus, vbi finis cognitio eſt, non actio hic actiuus, ubi finis actio eſt. principium uero quatenus demonſtrationes efficit, atque abſoluit, illic ut uerum tãtummodo contemplemur: hic, ut quod agendum eſt, eligamus, atque operemur. vel principium & finis ideſt primum & ultimum. principium, ut primum, contemplatiuus intellectus, quia vniuerſalium eſt, finis, vt vltimum, actiuus, quia particularium.

E *Ex his enim, & de his demonſtrationes fiunt.*

Ex his id eſt è principio & fine, hoc eſt contemplatiuo & actiuo intellectu, ex intellectu enim illic incipientes & terminis & pronunciatis, quæ auctoramenta dicuntur, prius collocatis colligimus ea quæ inferuntur, in actionibus autem non ſolum uerum concludimus ab actiuo intellectu exorſi, ſed actiones etiam inducimus, quippe cum in moralibus rebus & ciuilibus finis nõ cognitio, ſed actio ſit. Cum uero inquit, de his, non de intelligibilibus vtrinque intelligit, ſed illic de iis quæ in contemplationem ueniunt, hic de iis quæ cadunt in actionem.

Quare peritorum hominum & ſeniorum ſeu prudentum pronunciationibus & opinionibus abſque demonſtratione, non minus quàm demonſtrationibus attendendum eſt. quia

nanque

nanque ex ipſa experientia viſum habent, principia intuentur.

Quoniam, inquit, tempus eſt, quod peritiam particularium, & agendarum rerum multam experientiam affert: cum audimus de agendis rebus à peritis & ſenibus aliquid pronunciari, licet id ſine demonſtratione & ratiocinatione interdum proferatur, ei non minus quàm demonſtrationibus credendum eſt. cuiuſmodi etiam extemporaria ſapientum acute dicta habentur, quæ ἀποφθέγματα appellant. Pronunciationes autem & opiniones eadem vocat. pronunciationes, ſiue enunciationes aut dictiones, id eſt græce φάσεις, quia enunciatiue tantummodo ſine vlla ratiocinatione dicuntur: opiniones uero quia nulla habita cogitatione tanquam ab opinione quaſi iam demonſtrata & concluſa, atque omnium conſenſu vera proferuntur. B Vbi autem dixit, ſeniorum, adiungit, ſeu prudentum, ut explicet ſcilicet quales ſeniores intelligat, quibus credendum eſt. non enim ſi ſolum tempore conſenuerunt, iis eſt obſequendum: ſed ſi in longo vitæ tempore prudentiam quoque & ex naturæ aptitudine & ex virtutum ſtudio ſibi compararunt. nihil enim refert, an ætate quiſpiã iuuenis ſit, an moribus, vt ipſe in primo inquit: quippe cum ſenes quoque nonnulli ſtulti atque imprudentes reperiantur, quibus vtpote ridicule omnia & dicentibus & agentibus nullo modo attendendum eſt. Reddit poſtea cauſam Ariſtoteles, cur talium hominum pronunciatis & opinionibus attendere debemus. ex ipſa enim experiẽtia, inquit, id eſt ex multa experientia & peritia ſingularũ rerum in quibus ſunt verſati, viſum animæ ſuæ acquiſiuerunt, C hoc eſt intellectum idoneum ad diſpicienda & definienda principia, id eſt propoſitiones, quas ex multis quæ ſigillatim aguntur, comparare conſueuimus, atque inde euentura etiam quandoque inſpicimus. cum enim factũ aliquid eſt, quid ſequuturum ſit, prudens ſæpenumero præuidet, ac prædicit: eo quod multa inſpexit huiuſmodi: atque ita didicit quid quamque rem ante factam conſequi ſoleat.

Quid igitur ſapientia & prudentia ſit, & circa quæ vtraque verſetur: tum alterius alteram animæ portionis virtutem eſſe, dictum iam eſt.

Concludit ac colligit ea quæ de ſapientia & prudentia dixit, ut reſumpta breuiter diſputatione quemadmodum D conſueuit, ad alia conſideranda deſcendat. dixit igitur iã quid utraque harum ſit & circa quę vtraque verſetur, prudentiam ſcilicet circa agenda & particularia, quæ ſenſibilia ſunt & materialia, quæque eſſe aliter poſſunt, & futurũ tempus ſpectant: ſapientiam vero circa vniuerſalia & intelligibilia, quæ ſunt neceſſaria, tempuſque ipſum excedunt. præterea præſtantioris animę partis, qui contemplatiuus intellectus eſt, ſapientiam eſſe declarauit: prudentiã vero vltimæ in rationalibus, quæ ratiocinandi facultas, & actiuus intellectus eſt. Sed occurrere hic poteſt dubitatio, cum Ariſtoteles contemplatiuum intellectum & actiuum non differre ſubſtantia dicat, ſed operatione tantummodo: quo modo hic alterius animæ portionis eſſe ſapientiã aſſerat, quæ contemplatiui intellectus habitus eſt, alterius E prudentiam, quæ eſt actiui? videtur enim ita ſibi ipſe aduerſari, & repugnantia dicere. nam ſi contemplatiuus & actiuus intellectus altera atque altera animæ portio eſt, qui fieri poteſt vt vnum & idem ſubſtantiã ſint? cum & quatenus portiones diuerſę ſunt, & quatenus diuerſas producũt operationes, & quatenus circa ſubiecta diuerſa verſantur, diuerſi non eſſe in omnibus etiam ipſi nullo pacto queant. an fortaſſe vnum ſubſtantia eſſe vtrique & contẽplatiuus & actiuus intellectus dicuntur, eo quòd rationis præditæ partis animæ utrique ſunt, in eo uero diſtinguũtur, quòd circa alia atque alia ſubiecta utrique verſantes, diuerſo modo operationes ſuas edunt, ille ex principiis & iis quę prima ſunt, progreditur, maioribuſque propoſitionibus ſumptis ad minores procedit, atque ita concluſio-

A nes inducit, hic econtrario ex particularibus ad id quod communius generaliuſque eſt, rationem referens, quę ſibi propoſuit, poſtea confirmat, ſicut modo iam diximus. vnde etiam non partis alterius animæ eſſe alterum ex his habitibus dixit, ſed portionis & membri ſeu particulæ. id. n. μόριον verbum græcum exprimit. eo quòd ratione prædita animæ pars in duo hæc quaſi membra ſeu particulas contemplatiuum ſcilicet & actiuum intellectum diſtributa eſt; μόριον enim quod latine ſiue portionem, ſiue membrum, ſiue particulam appelles, pars partis dici conſueuit. Alioquoque modo reſpondere dubitationi huic poſſumus, ſi dicamus, in definitionibus quid & ſubſtantiam generis eſſe, vnde etiam in quid ſit denuncupari: ſpecierũ vero eſſe differentias, quæ in quale quid ſit aſſignari ſolẽt: B ac qualitates quidem ſunt, ſed ſubſtantiales, quæ qualis ſit ſubſtantia, determinant. ſi igitur cum genere idẽ ſint vtrique intellectus, vnum & idem ſubſtãtia eſſe dicuntur, recte & ſcienter dicuntur. recte item & conuenienter portiones ſeu particulæ vt partes partis appellantur, quippe cum totum quid genus ſit, ſpecies & totum & pars, ſicut intro inductionibus traditum eſt. quare ſi etiam ut ſpecies generis, qui abſolute intellectus eſt, portiones & contemplatiuus intellectus & actiuus vocati ſint, non abre ita erunt vocati.

De utilitate ſapientiæ & prudentiæ. Cap. XII.

C *DVbitaret autem quiſpiam de ipſis his habitibus quæ in re vtiles ſint: ſapientia enim nihil contemplatur quo fieri homo felix poſſit; quippe cum nullius ſit generationis, at prudentia hoc quidem habet, ſed cuius cauſa opus ipſa eſt? ſi quidem prudentia eſt, quæ circa ea verſatur, quæ iuſta, & honeſta, & bona homini ſunt, ea autẽ ſunt huiuſmodi, quæ agere viri boni eſt. at nihilo magis ad agendum idonei eo quòd cognoſcimus ipſa hæc efficimur, ſiquidem habitus virtutes ſunt, quemadmodum neque ſalubria, neque bonæ habitudini conuenientia, quę non eo quòd faciunt, ſed quia ex habitu exiſtunt, ita dicuntur. nihilo enim ad agendum idonei magis ex eo ſumus, quòd medicinam aut exercitatoriam habemus. Quod ſi non horum cauſa prudentia ſtatuẽda eſt, ſed vt probi fiant, iis ſanè qui probi ſunt, nihil erit vti-* D *lis, quin etiam neque iis qui habent, quippe cum nihil referat, habeat ne aliquis, an habentibus aliis obediat, ſatiſque nobis ſit, quemadmodum & in ſanitate. nam quamuis ſani eſſe velimus, medicinam tamen non diſcimus. Accedit ad hæc quòd abſurdum eſſe videretur, ſi principalior & præſtantior quàm ſapientia ea eſſet, quę ipſa eſſet deterior, quę enim facit, circa ſingula dominatur, atque imperat.*

Poſteaquàm Ariſtoteles de ſapientia & prudentia docuit, quæque eſſet, & circa quæ verſaretur, & quæ efficeret vtraque, expoſuit, nunc quia nonnullos eſſe uidebat erga hos præclariſſimos habitus vel naturæ ineptitudine, vel delicijs ita male affectos, ut eos & carperent, & auerſarentur, ipſe quæſtionem horum de duobus his habitibus ac E dubitationem proponit. ac primum vituperationem ipſorum & reprehenſionem quatenus licet, validius etiam quàm ipſi illi potuiſſent, corroborat ac confirmat, deinde ſolutione ac refutatione ſubiecta prauitatem huiuſmodi hominum, atque amentiam redarguit, poſtremo de ſapientia & prudentia quærit, utra ex ipſis altera præſtãtior ſit, atque excellentior, prudentia ne quæ de ſapientia ipſa præcipit, an ſapientia, quæ circa præſtantiora ac diuiniora verſatur. Atque hæc horum verborum tota ſententia eſt, ſed ſingula etiam quid ſibi uelint, conſideremus. Quærit igitur de vtilitate horum duorum habituum, ac probabiliter ſuperuacuam eſſe ipſorum acquiſitionem oſtendit: ac primum ſapientiam ob id uanam eſſe ait atque inutilem, quòd agenda bona non contemplatur, ex quibus fieri homo felix poteſt. ubi enim homo bonis actionibus ita

mores

mores ſuns correxit,melioreſque reddidir,ut habitũ bene agendi iam contraxerit, ad felicitatem iam deuenit, qui finis humanus eſt, vt ex rationis imperio toto vitæ curriculo anima ipſius operetur. nam ſapientiam non conferre ad felicitatem inde probat, quòd non verſatur circa ea quæ eſſe aliter poſſunt,ſuntque in materia,quæ generationis nomine ſignificat.gignuntur enim hæc nunquamque vt aſſerit apud Platonem Timæus, re vera ſunt.Ratiocinatio autem in hũc modum colligitur. Felicitas ex operationibus comparatur, quæ circa generationem exiſtunt, ſapientia circa generationem non verſatur:non confert igitur ſapientia ad felicitatem. Deinde de prudentia inquit, prudentia quidem hoc habet, hoc ſcilicet quòd circa generationem,atque ea uerſatur,quę fieri aliter atque aliter poſſunt,ſuntque materialia, ſed neque ipſa eſſe opus videtur ad felicitatem: quippe cum in iis conſiſtat, quæ iuſta, & honeſta,& bona homini ſunt,cum enim virtutes habitus ſint, ex habitibus ipſa hæc agimus conſuetudine operandi quaſi natura quadam nobis comparata, vt nihil ad agendum referat, an cognoſcamus ipſa, nec ne, idque ſalubrium, bonæque habitudini conuenientium exemplo comprobat,ea autem ſunt,quæ ex ſanitate & bona habitudine in corporibus inſita fiunt, atque aguntur. Salubria enim & bonæ habitudini conuenientia, id eſt ὑγιεινὰ & εὐεκτικὰ multis modis dicuntur, vel enim ita appellantur quæ ſanitatem & bonam habitudinem corporis aut abſentem efficiunt, aut præſentem conſeruant, vel ea quæ ex ipſis his præſentibus exiſtunt ac proficiſcuntur. illa ſũt medicamenta & victus: hæc,operationes quæ tãquam ex habitibus in corpore inſitis producuntur, vt ingreſſio ſecundum naturam,curſus, cibi & potus appetitio, concoctio, eiectio,ſenſuum operatio,& cætera huiuſmodi quæ ex natura operari homo conſueuit, hæc enim ſunt quæ ſalubria & bonæ habitudini conuenientia hic uocat, taliſque eſt ſenſus. ſicut qui ſanus eſt,bonaque habitudine eſt præditus,medicina non indiget ad ſalubriter bonæque habitudini conuenienter operandum, ita qui habitum actiuarum virtutum iam conſequutus eſt, vt exercere & iuſta & honeſta & bona homini quando vult, poſſit, ei prudẽtia opus non eſt, quæ quo pacto rectè operari queat, præſcribat. neq; enim ex eo magis ad agendum efficietur idoneus, ſed cum ex longa diuturnaque conſuetudine operandi non niſi iuſta, & honeſta & ea quę bona homini ſunt, habitum iam compararit, & conſuetudo quaſi iam in naturam abierit,eadem ſemper & ſimilia aget. Dixit igitur, quæ non eo quòd faciunt,ſed eo quod ex habitu exiſtunt ita dicuntur, propterea quòd diuerſis modis ſalubria & bonæ habitudini conuenientia, ſicut oſtendimus, dici ſolent, atque in iis quæ vel ſanitatem faciunt,uel bonam habitudinem, cuiuſmodi ſunt medicamenta, & victuum rationes, medicinæ cognitione nobis opus eſt, ut accommodate ad vnuſcuiuſque corpus illis vti, poſſimus uel priſtinam ſanitatem reſtituere,uel præſentem conſeruare. nam ſi ſani & bona habitudine præditi ſalubriter velimus & bonæ habitudini conuenienter agere, nihilo aptiores ad agendum efficiemur ex eo quòd vel medicinam vel exercitatoriã habeamus. duas enim has nominat,quia ad ſanitatem, bonamque habitudinem vtræque conducunt, quippe cum medicina in naturalem conſtitutionẽ quod exturbatum eſt, reuocet, exercitatoria in eo quod ſecundum naturam eſt,conſeruet.poſtea obiectionem ſibi faciens, ſiquis, inquit, dixerit prudentiam eſſe neceſſariam,non ut qui probi iam ſunt, iuſta, & honeſta, & bona operentur, ſed ut qui nondum ſunt, à prudentia inſtituti ac directi probi efficiantur, reſpondebimus,ſicut probis uiris quibus habitus ipſi boni ad agendum ſatis ſunt, vtilis prudentia non eſt, ita neque iis qui non habent iam uirtutem, quicquam conferre, cum ad iuſta & honeſta, & bona agenda,nihil referat,an habeat quiſpiam virtutẽ, an habentibus aliis obtemperet.qui enim uirtutem habentibus paret, ipſoſque in agendo ſequitur, atque imitatur:

A is,ſicut illi, bonus etiam ipſe euadit.id quod ſanitatis exẽplo rurſus declarat. nam quemadmodum cum ualere & ſani eſſe cupimus, non diſcendam nobis eſſe medicinam ducimus, ſed ſatis eſſe nobis ad ſanitatem exiſtimamus, ſi medicorum conſiliis obtemperemus, ſic bonis ac probis viris parere ſatis nobis eſſe ad virtutem comparandam cẽſendum eſt.Vbi hæc dixit, poſtremo prudentiam & ſapiẽtiam inter ſe comparat, atque vtra ipſarum melior,aut deterior ſit,inquirit,ſapientiam prudentia eſſe præſtantiorẽ quaſi abſurdum ſubiungens, ut communis opinio fert.in principio enim huius moralis tractationis efficientes habitus eſſe principes,ac dominantes docuit, vnde quia prudentia agit,atque operatur, ſapientia uero contemplatur tantummodo, prudentia eſſe quàm ſapientia præſtantior B uidetur.

De his igitur dicendum eſt , nunc enim de ipſis tantum dubitationem expoſuimus. Primum itaque vtraſque per ſe neceſſario eſſe expetendas dicimus, cum vtriuſque animæ portionis virtutes ſint, licet neutra ex ipſis quicquam efficiat.

Poſteaquàm de his ita dubitauit,quaſi ſeipſum ad ſubiungendam ſolutionem inuitat, oportere inquiens de his etiam dicere, quaſi qui ſolum dubitat,nihil dicat,niſi etiã apte ſolutiones poſtea inferat, id quod oſtendit,cum ait, nunc enim de ipſis tantum dubitationem expoſuimus.imperfecta enim quædam oratio illa eſt,quæ cum dubia propoſuerit,eorum ſubiicet ſolutiones, quippe cum C dubitationis finis cuius cauſa efficitur, ipſa ſolutionis expeditio ſit, fruſtraque omnis propoſita quæſtio confirmetur, niſi rei conueniens ſubſequatur explicatio.Primum igitur pro vtriſque reſpondet, ſapientia ſcilicet,& prudentia,vtraſq; per ſe eſſe expetendas, ſupraque vtilitatem amplectendas aſſerens,licet ad nihil aliud vtiles ſint .quod enim ad aliquid aliud eſt utile,ob id ad quod confert,eligendum eſt, ac propterea non ex ſeſe perfectionem habet ac finem,cũ ad aliud tanquam finem referatur,ob idque exiſtat: at qđ per ſe expetendum eſt, ex ſeſe eſt perfectum,ac quaſi liberum,ſuique iuris totum, cum nulli alteri inſeruiat, ſed liberam ſui habeat poteſtatem, in ſeque dominium poſſideat. quòd ſi huiuſmodi eſt quippiam, atq; habet aliquid aliud quod per ipſum acquiritur,non propterea vtile,aut D inſtrumentarium,ſed generatiuum, atque actiuum,bonique productiuum cẽſendum eſt, cum habeat aliud quod ex ipſo proueniat,ac pariatur.tales eſſe vtraſque has ſapientiam videlicet & prudentiam demonſtrat,ex eo quod vtręque uirtutes ſunt utriuſque animæ portionis,contemplatiui intellectus ſapientia,actiui prudentia. Ac ratio quidẽ hoc modo procedit, in figura prima collecta.ſapientia & prudentia virtutes ſunt, virtutes per ſe ſunt expetendæ,ſapientia igitur & prudentia ſunt per ſe expetendæ:eſſe autẽ eas virtutes, & utriuſque animæ partis inde perſpicuũ eſt, quod exornans ac perficiens habitus vtriuſque reperitur, contemplatiui intellectus ſapientia,actiui prudentia. imperfectus enim contemplatiuus intellectus abſque ſapientia eſt,ſicut cum habet ſapientiam perfectus, quæ eorum E quæ ſunt, cognitio eſt,qua ſanè cum caret intellectus contemplatiuus, ne intellectus quidem dici poteſt, niſi poteſtate, at quod poteſtate eſt, eſt imperfectum & reſpectu habitus & operationis materiæ uicem obtinet. ſimili modo prudentia actiui intellectus perfectiua eſt,ut niſi ea adſit,ne intellectus quidem appellari debeat, niſi poteſtate, & perinde ac materia quæ ab ipſa in formam,ac perfectionem producatur. Quare vtriuſque animæ partis virtutem vtranque eſſe,atque ideo per ſe expetendam, manifeſtum eſt. Quod vero ait, licet neutra ex ipſis quicquam efficiat, non ita dictum eſt, vt nihil ab ipſis boni effici intelligamus,ſed ex conditione talem habet ſententiam, vt, ſi etiã nihil aliud ex ipſis euenire contingeret, quia tamen ſunt præſtantiorum animæ partium virtutes, neceſſario per ſe quoque expetendæ ſint: nam effectiuas eſſe felicitatis eaſ-

dem

dem has aſſerit, cum ita ſubiungit.

Deinde etiam efficiunt quidem, non tamen vt medicina ſanitatem, ſed vt ſanitas bona habitudinis operationes, ſic ſapientia felicitatem. cum enim totius virtutis pars ſit, dum habetur, atque operatur, felicem facit.

Cum tria ſint bona quæ apud homines conſiderantur, animæ, corporis, & externa: primaque ac præcipua ſint, quæ ad animam ſpectant, ſecundo loco habeantur, quæ ad corpus pertinent: tertio, quæ extrinſecus adueniunt, quæ in ſingulis his generibus ſuauia ac iucunda reperiuntur, ea felicitatis quaſi partes quædam ſunt, quæ ipſam explent, atque abſoluunt. Contemplatiuæ atque actiuæ virtutes animæ bona ſunt, corporis vero ſanitas, ſenſuum integritas, vires, & pulchritudo. ac ſanitas quidem iuſtitiæ correſpondet ac ſimilis eſt: quippe quæ contraria ex quibus humanum corpus compoſitum eſt, in accommodata temperatura ſuo cuique loco diſtributo conſeruet. pulchritudo temperantiæ rationem ſubit, cum & inſtrumentariarum partium inter ſe conuenientiam, & totius corporis nitorem efficiat. fortitudini vires, cum robur, & tolerantiam in laboribus corpori præſtet, at ſenſuum integritas prudentiam refert, quæ corporalis cognitio eſt, à ſubiectoque inſeparabilis. Externa vero bona ſunt gloria, diuitiæ, & eorum quæ ſunt præ manibus conſeruatio, ac proſperitas. Quoniam igitur bona animi inter præcipua maxime conſtituuntur quæ virtutes ſunt: ſapientia vero vna eſt ex virtutibus, primum omnium locum obtinens, vtpote primæ ac præcipuæ animæ partis, id eſt contemplatiui intellectus perfectrix ac cultrix: ſequitur, vt præſtantiſſima felicitatis pars ſapientia ſit. ſimili modo quoque prudentia, quæ actiuum intellectum etiam ipſa perficit. Quare efficiunt quidem vtræque hæ felicitatem, non ita tamen vt ſanitatem medicina: ſed ut partes, quæ totam felicitatem abſoluunt, atque explent. nam ſi ſanitas, quæ bonum corporis eſt, vna cum aliis etiam ipſa tanquam pars facere felicitatem dicitur, multo magis ſapientiam & prudentiam facere eam cenſendum eſt, quæ præſtantiorum animæ partium contemplatiui ſcilicet & actiui intellectus excolentes ac perficientes habitus ſunt, medicina enim ut miniſtra naturæ ſanitatem inducit: at ſanitas vtpote præſtantiſſima omnium corporis bonorum felicitatem tanquam pars etiam ipſa explet. ac medicina quidem non ex ſe ſed ſanitatis cauſa exiſtit, ſanitas medicinæ finis eſt. Sic igitur, inquit, ſapientia felicitatem facit, vt totius uirtutis pars, quæ quidem tota virtus ex contemplatiuis, actiuiſque virtutibus tanquam partibus conſtat, dumque eſt in anima, ab ipſaque habetur, id eſt dum exiſtit in ipſa, atq; operatur, felicem hominem reddit. Idem de prudentia intelligendum eſt, quæ cum pars etiam ipſa totius uirtutis ſit, dum eſt in anima atque operatur, explet felicitatem.

Præterea opus & ex prudentia & ex morali virtute perficitur. virtus enim propoſitum ſcopum, prudentia quæ ad ipſum tendunt, recta efficit.

Quæ modo dixit, communia ſapientiæ & prudentiæ fuerunt, quibus vtrarumque harum præſtantiam atque excellentiam declarauit, quo pacto omnium maxime ad felicitatem perficiendam conducant. hæc vero prudentiæ tantummodo conuenientia ſubiũgit, quibus eam ad opus ex virtutum habitibus producendos eſſe maxime neceſſariam oſtendit, dum inquit, opus atque actionem, quæ ſcilicet ſecundum uirtutem fit, ex prudentia ac morali virtute perfici. omnis enim moralis uirtus alicuius, aut aliquarum affectuoſæ animę facultatis partium habitus eſt: vt iraſcibilis fortitudo, concupiſcibilis temperantia, iuſtitia vtrarumque, quæ vtriſque eam æquitatem diſtribuit, ut iracundiæ concupiſcentia, rationi vero vtraque obediant. atque ita fit, ut prudentia uirtutibus omnibus præſit, atque imperet. Quo pacto autem ſcopum &

A propoſitum moralis virtus rectum facit, prudentia vero ea quæ ad ipſum tendunt? quia ſanè vbi appetitiuæ hæ facultates à ratione fuerint caſtigatæ ita, vt nihil niſi honeſtum & bonum appetant, nunquamque ad inhoneſta & mala excidant, ac delabantur: appetitionum rectum propoſitum efficitur, rectaque intentio: vt nunquam incitatio diſtorqueatur, ac declinet ad id, quod non debeat, ſed finem ſemper laudabilem habent, ac conuenientem, ad quem intendatur: cum iam ratio appetitiones ipſas rationales quodam modo reddiderit, atque appetere rationaliter aſſueſecerit. nam cum talia appetitionibus propoſita ſunt: prudentia modis idoneis ac rationibus excogitatis atque initis proſpere ad ea conſequenda perducit: vt merito inter virtutes, earumque actiones obtinere principatum debeat.

B *Quartæ autem animæ partis, id eſt altricis, nulla talis virtus eſt, quippe cum in ea agere, aut non agere ſitum minime ſit.*

Animam hic communiter accipit, vt in in libro de anima definiuit, eam eſſe inquiens, perfectionem corporis naturalis inſtrumentarij, quod poteſtate vitam habet, quam in quatuor partes diuidi aſſerit, ſcientialem, ratiocinatricem, appetitricem, & altricem, in appetitrice ſenſiuã quoque comprehendens, propterea quòd omni appetitui irrationali ſenſus ineſt: iucunda enim & moleſta ſentientes, illa appetere, hæc auerſari conſueuimus. Cum igitur omnia hæc in homine ſint, natura ita comparatum eſſe C inquit, vt tres animæ partes virtutem eam acquirant, quæ ex electione eſt, quæque vt vel acquiratur, uel minime, in poteſtate hominis eſt. nam ſcientiam, quæ ſcientialis partis eſt, hoc eſt contemplatiui intellectus, volendo atque eligendo acquirimus, prudentiam item quæ eſt ratiocinatricis, necnon fortitudinem, temperantiam, & iuſtitiam, quæ appetitricis facultatis ſunt, nihilominus eligendo comparamus. ex iracundia enim & concupiſcentia appetitus exiſtit, quarum actiuæ virtutes iudicio ratiocinatricis facultatis perficiuntur, nam uoluntas rationalis appetitio eſt, atque alterius præſtantioris facultatis. Altricis vero quæ quarta animæ pars connumerata fuit, nulla talis virtus eſt, id eſt eiuſmodi quæ uirtutem ex appetitione & electione acquirat, eo quòd tales virtutes in iis qui eas D acquirunt, ſunt ſitæ, id eſt in libera eorum poteſtate & voluntate ſunt collocatæ. at quartę animæ parti nihil eiuſmodi eſt, nulla enim neque appetitio ipſi ineſt, neque electio, id quod uidere in plantis licet, in quibus magnitudo quidem, & pluchritudo, & fructificatiu, quæ uirtutes naturales ſunt, vtpote à natura ipſis inſitæ reperiuntur: appetitio vero, & electio minime. unde nulla in ipſis uirtus exiſtit.

At vero de eo quòd ex prudentia ad agenda vel honeſta vel iuſta nihilo aptiores ſint homines, paulo altius incipiendum eſt, hoc ſumpto initio: quemadmodum iuſta agentes non nullos nondum eſſe iuſtos dicimus, vt eos qui ea quæ à legibus præcipiuntur, vel inuiti faciunt, vel ex ignoratione, vel E *ob aliquid aliud, & non ob ipſa, cum tamen ea agant, quæ oportet, quæque bonum virum decẽt, ita licet, vt quodam modo ſe habens quiſpiam ſingula agat, vt bonus ſit, id eſt ex electione, & ipſorum eorum cauſa quæ aguntur.*

Vnum quoque hoc erat quod in dubitatione de prudentia poſitum fuerat, poſſe fieri ſcilicet, vt abſque ipſa quiſpiam honeſta & iuſta ageret, eo quod virtutes habitus animæ eſſent, vt iuſtitia, fortitudo, temperantia, & cæteræ quæ ad has vniuerſaliores ac generaliores reducuntur. vnde vt hanc quoque dubitationem ſoluat, ad quandam ſuperiorem conſiderationem aſcendit, atque hoc ſupponit principium. non omnem eum aſſerens qui iuſta agit & honeſta, continuo ob id probum eſſe, id eſt non omnem qui agit iuſta, iuſtum, qui agit temperantia,

tia, temperantem, qui agit fortia, fortem: quippe cum fieri poſsit, vt ea quæ à legibus præcipiuntur, agens quiſpiã vel pœnæ formidine id faciat, quæ violantibus leges impoſita eſt: vel præmij cupiditate, quod rectè ſe gerentibus proponitur: uel interdum ex ignoratione, cum aut propria appetitione incitatus aliquis iuſtum quid, aut fortę, aut temperans egerit, ignorans tamen id eiuſmodi eſſe, aut ſecundum legem operans legem eſſe ciuitatis aliquam neſciuerit, quæ id eiuſmodi præcipiat. qui enim ob tale aliquid, aut ſimile aliud honeſta ac iuſta agunt, neque iuſti, neque probi ſunt viri: propterea quòd non honeſtatis ipſius & iuſtitiæ, ſed alicuius alterius cauſa ea faciunt. Sicut igitur in his fit, ita quoque in vniuerſum de vnoquoque qui agit, conſiderandum eſt ac perpendẽdũ, quo modo ſe habens quoque modo affectus honeſtum ac iuſtum quippiam agit, ut ſi ex electione & propria appetitione, & ſciens honeſtum id & iuſtum eſſe, ac propterea quòd tale eſt agere id deprehendatur: probus ac bonus eſſe iudicetur, ſin ex ignoratione, & uel pœnæ timore vel ſpe optatę alicuius rei id facere videatur: bonus minime eſſe exiſtimetur, etiam ſi bona ſint quæ ab ipſo aguntur. oportet enim quodam modo ſe habere, atque affectum eſſe vnumquenque qui agit, ſi probus ac bonus eſſe cenſendus ſit.

Electionem igitur rectam virtus facit: quæcunque autem illius cauſa natura agi ſolent, non virtutis, ſed alterius facultatis ſunt.

Quo modo neceſſaria prudentia ſit iis qui ex virtute & viuere, & agere uolunt, hinc incipit demonſtrare. inquit enim uirtutem eſſe quæ electionem rectam facit: eo quòd cum appetitiuæ quæ in nobis ſunt facultates, ideſt iracundia, & cupiditas habitum boni acquiſiuerint, recta quoque electio ipſa efficitur, dum malum auerſatur, ac bonum ſemper proponit, nunquamque in contrariam partem diſtorquetur. ſed boni tamen appetitio perfectionem ex ſe non habet, ſed modis quibuſdam ac rationibus indiget quibus rem ipſam appetitam aſſequi valeat. vnde inquit, quæcunque eiuſmodi natura ſunt, ut agantur cauſa ipſius electionis, ideſt eius rei cauſa quam electio ipſa propoſuit, non ſunt virtutis, ſed alterius facultatis. actiua enim uirtus de qua ſermo nunc eſt, irrationalium facultatum eruditio eſt ac moderatio. irrationales autem facultates non ea ſunt natura, ut excogitare atque inuenire quippiam poſsint, quod ad rei appetitæ conſequutionem eas perducat, ſed altera indigent facultate, quæ modos reperiat, quibus voti fieri compotes queant. neque enim electio inuenire eos poteſt, ſed id tantum munus habet, ut illud huic, id eſt quod melius eſt, deteriori anteponat, ubi recta ex habitu uirtutis effecta eſt. Hactenus vera quidem oratio eius ſit, paulo tamen obſcurior, ac confuſior, quocirca, ut dilucidiorem eam reddat, ita ſubiungit.

Attendendum autem eſt, ac de his manifeſtius dicendum. eſt itaque facultas quædam quam calliditatem vocant: ea eſt talis, vt quæ ad ſuppoſitum ſcopum conducunt, agere poſſit, atque aſſequi: atque hæc quidem ſi propoſitum honeſtum ſit, eſt laudabilis: ſi prauum, verſutia eſt.

Quantum ad ueritatem ſpectat, vere quidem, inquit, dicta hæc ſunt, quia tamen videntur confuſiora, atque obſcuriora, attendendum his, aduertendumque animum eſt: atque oratione explicata idem clarius ac dilucidius manifeſtandum, quo dubitationis quoque ſolutio euidentior eliciatur. Aliud igitur quoddam inducit, de quo agens prudẽtiã iis qui ex uirtute volũt operari, maxime eſſe neceſſariam oſtendit. atque eſſe uim quandam inquit quam δεινότητα, ideſt calliditatem appellant, quam etiam definiunt, eſſe facultatem afferentẽ eorum quæ ad ſcopum conducunt, inuẽtricem. vnuſ-

A quiſque enim cum operari uult, ſcopum quendam ac finẽ actionis ſibi proponit, ut facultate quadam ipſi opus ſit, atque aptitudine qua & agere & aſſequi ea poſsit, quæ ad ſcopum ipſum & finem tendunt. at hæc facultas, naturaliſque aptitudo ad recte agendum ſatis ſola non eſt, non enim qui hac fuerint præditi, probi etiam continuo ſunt, ſed mali eſſe etiam poſſunt. iccirco vt actiones bonæ euadant, additamento atque ei quidem non pauco opus eſt, id autem eſt, vt propoſitus finis bonus ſit. ita ſiquidẽ fiet, ut facultas quoque hæc laudabilis efficiatur. nam ſi prauũ ſit propoſitum, verſutia appellatur.

Vnde etiam prudentes callidos, & verſutos eſſe dicimus.

B Callidos quidem ideſt δεινούς eos qui prudentes ſunt, vocamus, dum calliditatis nomine, quæ naturalis quædam habilitas eſt, atque aptitudo, pro prudentia utimur, quippe cum ea nis habitui, atque operationi prudentiæ neceſſario adſit, ut prudentem eſſe callidum verum omnino ſit. at cum prudentem verſutum dicimus, nomine ad peiorem finem deducentis calliditatis abutimur. quanquam ineſt quoque hic ingenii in proſpiciendo, & promptitudinis ſimilitudo quædam: quatenus omnia quæ ad finem propoſitum ſpectant, apte reperiuntur. vnde etiam Homericum Vlyſſem callidum vocamus, qui prudens erat, apteque excogitabat, quæ ad honeſtum finem tendebant, & Periclem Thucydides talem quendam eſſe inquit, qui ex propriæ ingenii ſolertia licet neque prius neque poſt quippiam cognouiſcet, quæ ad

C propoſitum finem eſſent utilia, proſpiciebat, & tum præſentia breui conſultatione rectiſsime dignoſcebat, tum futura in longiſsimum tempus optime coniiciebat. Calliditas enim à prudentia in eo differt, quòd ipſa eorum quæ ad finem abſolute aliquem ſpectant & conducunt inuentrix eſt, prudentia vero ea prouidet, quæ ad rectum & honeſtum finem tendunt. calliditas item vis quędam eſt, atque aptitudo à natura in rationali animæ noſtræ parte inſita: prudentia habitus eſt qui ex longo rerum vſu, longaque experientia comparatur, indigetque calliditate, quam ſuperueniens excolat ac perficiat, quo fiat vt bono ſemper fine propoſito, quęque ad ipſum tendunt, apte excogitatis, potiri uoto feliciſsime poſsit. quã quidem calliditatis & prudentiæ differentiam etiam

D ipſe Ariſtoteles tradit, dum ſubiungit in hunc modum.

Prudentia vero hæc facultas non eſt: non ſine tamen facultate hac exiſtit: ſed habitus oculo huic animæ non abſque virtute acquiritur, ſicut diximus, & perſpicuum eſt.

Prudentia, inquit, antedicta facultas non eſt, ſed ea tamen indiget, ut in ea ſcilicet exiſtat, unde ſine ea eſſe non poteſt. quemadmodum neque quiſpiam alius habitus, niſi ſubiectum ad ſuſcipiendum idoneum fuerit: idoneum vero eſſe nequit, niſi naturalis aptitudo atq; habilitas adſit. qui autem calliditati ſuperuenit habitus, quæ prudentia eſt, oculo huic animæ acquiritur. cui nam? antedicto

E videlicet, ideſt actiuo intellectui, qui quidem ſubſtantia idem cum contemplatiuo cum ſit, operatione tamen eſt diuerſus. idem enim intellectus, ſicut ſuperius etiam diximus, cum circa vniuerſalia verſatur, & ſupra ſenſum, ſapiẽtiam, & ſcientiam conſtituit, intellectusque contemplatiuus & cogitatio appellatur, cum ad particularia, & ea quæ in actionem ueniunt, agenda conuertitur, actiui intellectus & ratiocinationis nomen conſequitur. quo pacto vero non abſque virtute habitus hic comparetur, dictum etiam ab Ariſtotele eſt, ſed nos quoque clarius explicemus. Virtus eſt, quę appetitiones bonas reddit à ratione prędidente compulſas, ac moderatas, atque inde res quęque ipſę appetitæ honeſtę ac bonę exiſtunt. at res appetitę fines ipſi ſunt, ad quos cum ratio bene omnia conferentia poteſt inuenire, prudẽtia dicitur, quippe quę

ad bonorum propoſitorum, bonorumq; finiū conſequutionem media idonea atq; apta excogitet. cum igitur appetitiones, reſq; ipſæ quæ appetuntur, aliter eſſe bonæ nō poſsint, niſi in appetitiuis facultatibus boni habitus ſint, boni autem habitus ſint virtutes: abſque virtute non poſſe prudentiam eſſe perſpicuum eſt.

Ratiocinationes enim agendarum rerum principium habent. quandoquidem eiuſmodi eſt finis, & quod optimum eſt quodcunque illud fuerit.

Oſtendere vult prudentiæ habitum non ſine virtute oculo huic animæ comparari, atque acquiri: huic ſcilicet de quo paulo ante dixit, qui intellectus actiuus eſt, oſtenditque id in hunc modum, ratiocinationes inquiens B agendarum rerum principium habere, principium ſcilicet finale, quod propoſitum ad exequendum opus eſt. quod ſanè, ſi prudentia modos inuenit, quibus ipſum compararetur, bonum eſſe neceſſe eſt: alioqui non eſſet prudentia, ſi vel ſcopum non bonum ſibi faceret, vel ad eundem conſequendum rationes excogitaret: id enim non prudentiæ eſt, ſed verſutiæ potius, ſicut dictum eſt. Quod autem proponitur, & appetitur, eſſe bonum non poſſet, niſi virtus eſſet, quæ id appeteret. Quo modo igitur ratiocinationes de his fiunt? & quod bonum eſt, & optimum finale ſibi principium ſtatuunt? ſi ita dicamus uidelicet: hoc quod propoſitum eſt, eſt bonum, quod bonum autem eſt, ei comparando diligentia & cura adhibenda eſt, diligentia igitur & cura ei comparando eſt adhibenda, quod propoſitum eſt. Vbi uero dixit ratiocinationes agendarum rerum principium habent, poſtea C ſubiungit, quod minoris propoſitionis vicem obtinet: QVANDOQVIDEM eiuſmodi eſt finis, & quod optimum eſt, quodcunque illud fuerit.) quam extremam particulam, ideſt, quodcunque illud fuerit, propterea addidit ſine vllo definito exemplo, propterea quòd quod bonum eſt, eſt etiam optimum, ſiquidem ex virtute expetendum euaſit, unde etiam à prudentia, qui habitus oculi animæ eſt, dignum cura & ſtudio eſſe iudicatur.

Sit enim verbi cauſa, quod inciderit: id niſi bono viro non apparet: propterea quòd diſtorquet prauitas, facitque vt circa actiua principia fallamur. Quare non poſſe D *quempiam prudentem eſſe niſi bonus ſit, manifeſtum eſt.*

Idem confirmat, à virtute finem proponi & ſcopum prudentiæ, ad quem conſequendum modos ipſa poſtea excogitat, atque exercet. rurſuſque communi oratione vtitur, nihilque ex bonis definite ſumit, ſed quod inciderit. quod eum inquit, non id intelligi vult, quod ſiue bonum, ſiue malum ſit, nihil refert, ſed quod vnum ex agendis bonis ſit, quod propoſitum eſt, quodcunque ex ipſis forte inciderit, non hoc definire, ſed illud. id autem non apparet & uideur eſſe tale, niſi bono viro. quippe cum ei qui prauus habitu eſt, bonum, perinde atque obliquæ lineæ recta, accommodari atque applicari minime queat, ſed bono animo tantum congruat, atque appareat. unde etiam inquit, prauitatem diſtortam ac peruerſam reddere animæ cognitionem, atque efficere, ut circa principia agendarum rerum fallatur atque erret. Prauitas enim ſicut bonos ſcopos & fines non admittit, ita prauis delectatur, ac propterea fit, ut prauus finalia principia deteriora & ſibi proponat, & aſſequi cupiat. Verum ut hoc exemplo aliquo clarius faciamus, proponatur pulchritudo Helenæ, in quam & Diomedes Tydei, & Priami filius Alexander oculos coniiciant. Diomedes enim utpote bonus & temperans vir, aſſuetuſque apte & congrue intuendi operatione vti, non ulterius progredietur, ſed in aſpectu ipſo ſiſtet, ſatis ſibi eſſe ratus, ſi uiſione ipſa fruatur, atque inde oblectationem percipiat. at Paris intemperans & prauus cum A ſit, non acquieſcet, niſi etiam tactu, non uiſu tantum re inſpecta frui poſſit, diuerſumque alterum finem præter uiſionem ipſam appetet, & principium alterum, ac ſcopum ſibi proponet, ut alienas nuptias vitiet, id quod intemperantiæ prauitas ſuggerit. Atque hinc patet & virtutem & prudentiam mutua ope inter ſe indigere, ut illa ſcopum & finem quo tendendum eſt, proponat, hæc & eo delectetur, & modos rationeſque ineat, quibus com parari commode poſſit. Recte igitur ab Ariſtotele dictū eſt, fieri non poſſe, vt prudēs quiſpiam ſit, niſi bonus quoque, ideſt probus, & uirtute præditus fuerit.

De naturali virtute, & de virtutum & prudentiæ conexione. Cap. XIII. B

Sed conſiderandum rurſus etiam de virtute eſt: nam ſimili modo quoque virtus ſeſe habet. ſicut prudentia cum calliditate non idem quidem, ſed ſimile tamen quid eſt: ita virtus naturalis cum ea, quæ proprie virtus dicitur.

Hucuſque prudentiam oſtendit ſine uirtute eſſe non poſſe, ſed ea indigere ad proponendos ſibi ſcopos & fines bonos rerum agendarum, boni enim ſunt eum à bonis habitibus appetantur, nunc uero econtrario uirtutem eſſe ſine prudentia non poſſe, demonſtrare uult, priuſque eam cum prudentia habere ſimilitudinem quandam docet. ſicut enim prudentiæ naturalis quæ- C dam facultas præſupponitur, quæ calliditas uocatur, aptitudo ſcilicet quædam atque habilitas, qua anima ad ſuſcipiendam illam præparatur, ita propriam virtutem naturalis quædam uirtus antecedit, quæ aptitudo etiam ipſa eſt, qua idonei ad eam quæ proprie eſt virtus, ſuſcipiendam efficimur. Inquit igitur, oportere etiam de uirtute conſiderare, propterea quòd uirtus ſimile quid habere cum prudentia uidetur. ſicut enim prudentia eum calliditate non idem quidem eſt, ſed tamen ſimile quid, non idem ſanè, quia illa à natura animæ ineſt, aptitudo quædam cum ſit, atque habilitas ad prudentiam conſequendam: prudentia aduentitia eſt, multa cura & diligentia, rerumque uſu acquiſita. ſimile tamen quid habet, quod ſicut illa eorum quæ ad D finem conducunt, inuentrix eſt, ſic prudentia accepto à uirtute fine in eum intendit, quæque ad ipſum conſeſunt, conſultando excogitat. quemadmodum itaque prudentia ad calliditatem ſeſe habet, ita uirtus inter ſe, ut naturalis uirtus calliditati, ea vero quæ proprie uirtus eſt, prudentiæ reſpondeat.

Omnibus enim ſinguli ex moribus eſſe quodam modo natura videntur.

Aliam, inquit eſſe naturalem uirtutem, & aliam propriam, ex communi multorum opinione conſtat, omnibus enim ſinguli mores eſſe natura quodam modo uidentur. mores dicuntur, ideſt græce ἤθη quæ ex natura E conſequuntur proprietates, neque id in ratione præditis tantummodo, ſed etiam in ratione carentibus animalibus, quemadmodum cum leonem dicimus natura eſſe fortem, eo quòd audax eſt, atque animoſus, terroremque incutientia contemnit, uulpem vero verſutam, & doloſam, quia in operationibus eiuſmodi apparet: ouem ſtultam, & ſimplicem, cæteraque animalia alijs, atque alijs moribus inſtructa. ita quoque in hominibus alium tales mores habere, alium tales dicimus. Addit autem quodam modo, propterea quòd non omnibus animalibus iidem mores ſunt. ſed in rationalibus & brutis morum diuerſi modi conſpiciuntur.

Nam & iuſti & temperantes & fortes ſumus, & cætera ſtatim ab ipſo ortu habemus. Sed aliud tamen eſt quod quærimus,

quærimus, vt quod proprie bonum eſt, & talia alio modo adſint.

Prudentia & calliditas quemadmodum re ipſa diuerſæ ſunt, quòd hæc naturalis, illa acquiſitia eſt: ita appellatione quoque inter ſe diſtant. nam quæ ex natura eſt facultas, calliditas ideſt δεινότης vocatur: eſtque etiam ipſa virtus quædam naturalis, moderatione rationis nondum compoſita. quæ vero proprie virtus eſt, nominatur prudentia, quæ calliditati ſpeciem quandam ac formam imprimit. in moralibus vero virtutibus tam naturales, quàm propriæ, uno & eodem nomine nuncupãtur: atque id non iniuria. nam quia calliditas rationis & intellectus naturalis virtus eſt, cuius quoque propria virtus eſt prudentia: B propterea fit, ut bruta animalia, quippe quæ & ratione & intellectu carent, habere calliditatem non poſſint. at morales virtutes cum & rationem habentibus, & ratione expertibus natura inſint, iiſdem nominibus vtrobique appellantur: ut in brutis quoque nulla nominis diſcrepantia ſit. in eo enim tantum differunt quòd ex altera atque altera origine exiſtunt, cum ex natura illæ, hæ ex more & conſuetudine proficiſcãtur. Sed quærendum videtur, ſi mores naturales & in brutis & in rationalibus ſunt: cur virtutes naturales morales à moribus qui natura ſunt, deducto vocabulo etiam non dicuntur: communique nomine æquiuoce omnes morales appellentur? C Quocirca ſcire oportet, morales ideſt ἠθικαί non ab ἦθος ideſt moribus, ſed ab ἔθος dici quod morem & conſuetudinem ſignificat, breui ſyllaba ε in longam η mutata: quippe quæ aſſuetudine & exercitatione ex rationis præſidentia ac præſcriptione comparentur, naturales vero eas quæ ab ipſo ortu natura exiſtunt in iis, in quibus inſunt. quoniam igitur hæ naturam, illæ morem & conſuetudinem efficientem cauſam habent: merito vtriſque à cauſa nomen impoſitum eſt. nam mores, id eſt ἤθη non ſunt cauſa, ſed ex cauſa, quæ ipſa natura eſt, exiſtunt. Ex more enim & conſuetudine, quod ἔθος dicitur, morales virtutes appellari, ipſe quoque Ariſtoteles teſtatur: qui in ſecundo huius operis libro moralium virtutum nomen à more, ideſt ἔθους parta inclinatione & mutatione facta eſſe deductum aſſerit. non enim naturalis eſt mos, D ſicut mores ſed ex aſſuetudine & exercitatione in habitũ euadit. aptitudines igitur ad vnamquanque virtutem moralem ab ortu & generatione ipſa nobis inſunt: ſed non ſatis tamen id nobis eſt, ut ea quæ proprie virtus eſt, præditi eſſe dicamur, ſed aliud eſt quod quærimus, id ſcilicet quod proprie bonum eſt, ideſt, quæ eſt proprie virtus. licet eodem quo naturalis nomine appelletur. quærimusque ut talia, ideſt proprie bona, & proprie virtutes non ita ex natura, ſed alio quodam modo adſint, ex meditatione uidelicet & exercitatione duce intellectu & præſidente.

E *Etenim pueris & beſtiis naturales inſunt habitus: ſed ſine intellectu, & mente eſſe noxij apparent.*

Non eſſe proprie virtutes eas quæ naturales ſunt, ex eo, inquit, patet, quòd pueris & beſtiis inſunt. pueri autem propterea quòd recens nati ſunt, nullãmque rerum peritiam in vita contrahere potuerunt, nondum oculum in anima adepti ſunt, licet natura idonei ſint ad eum acquirendum: nondumque intellectus ipſius actum, atque operationem ſunt conſequuti, qui recte pertractandis ſingulis præeſt. beſtiæ vero quæ ratione prorſus carent ne aptitudinem quidem ullam habent, qua appetitionibus ſuis recte uti poſſint. quo fit, ut uirtutes hæ naturales tam in pueris quam beſtiis intellectu & mẽte deſtitutæ noxiæ ac damnoſæ appareant, cum non habeant quod eas diſponat, ac moderetur.

Cæterum tantum inſpici uidentur: quod quemadmodum in corpore valido quòd ſine viſu mouetur, contingit, vt vehementer erret, propterea quòd viſu caret: ita quoq; hic eueniet, ſi intellectum acceperit, in agendo differt: atq; habitus A licet ſimilis ſit, proprie tamen virtus tunc erit.

Quoniam uirtutum habitus ſenſibus obſcuri ſunt atque ignoti, niſi ex operationibus extrinſecus manifeſtentur: ſenſibili exemplo rem hanc planam facit. corpus validum, magniſque uiribus præditum aſſumit, quod magna quædam pro ratione uirium afficere poſſit. id ſi uiſu deſtitutum ſit, dum mouetur vehementer errat: cum motus vehementes ex validis viribus efficiatur, uiſus vero priuatio impediat, quo minus opportune ferri queat. quemadmodum ſiquis magno virium robore uſus patri, aut alicui alteri quem chariſſimum habeat, ictum infligat, ex eoque quòd uiſu caret, ignoret quis ſit quem B verberet, aduerſusque eum, quaſi inimicum quem ulciſci velit, ita afficiatur. vehementibus enim viribus feriens non leue malum inferet, ſed vel verberatum interficiet, uel inutilem reddet. ſicut igitur in hoc, ita in naturalibus virtutibus euenit: quippe cum naturalis aptitudo viribus corporis comparetur. nam ſi oculus animæ affuerit, ea optime operabitur, magnumque ac præclarum quippiam exequetur, cum naturalem habilitatem miniſtram, ducem uero habeat oculum, quem ex multo rerum uſu, multaque uitæ experientia ſibi comparauit. ſi uero oculus is non adſit, naturalis appetitio quaſi in cæcitate & obſcuritate conſtituta multa cum uehementia incitata magnum quoddam malum perpetrabit. C ſed ipſe adducto exemplo ualidi corporis quod cum ſine uiſu mouetur, magnos errores committit, deberetque ſubiungere id cui ſimile eſt, quæ eſt naturalis aptitudo, quæ etiam ipſa ſine oculo animæ, ideſt prudentia incitatur: nihil huiuſmodi infert, ſed contrarium, inquit enim: ita quoque hic euenit, ſi intellectum acceperit & acquiſiuerit, in agendo differt, diuerſam eſſe actionem aſſerens quæ cum intellectu fit, ab ea quam ſine intellectu ſola naturali aptitudine uſus quiſpiam producit. id autem fecit Ariſtoteles ut ſolitæ conſuleret breuitati. Habitum uero hic dicit qui ex more & conſuetudine comparatur, non qui ineſt natura. qui non idem cum naturali, ſed ſimilis tantum ei eſt, diuerſa enim D genera utrorunque ſunt; quippe cum alter naturalis ſit, alter moralis. Non igitur ob ſimilitudinem naturalem aptitudinem eſſe proprie uirtutem dicemus, ſed tunc erit proprie virtus, cum in habitum euaſerit, ideſt cum ex aſſuetudine & exercitatione firmitatem ac ſtabilitatem fuerit conſequutus, ut recte & ſecundum rationem operetur.

Quare quemadmodum in opinatiua parte duæ ſpecies ſunt, calliditas, & prudentia: ita in morali duæ quoque ſunt: quarum altera virtus naturalis, altera proprie uirtus eſt: atque harum ea quæ proprie virtus eſt, non ſine prudentia exiſtit.

E Hæc concluſio antedictorum eſt. ſuperius enim prudentiam & uirtutem alteram altera indigere mutuo oſtendit: propterea quòd ſicut prudentia ad calliditatem, ita proprie uirtus ad naturalem ſeſe habet. calliditas ſiquidem quaſi materia eſt, quæ à natura excolenda atque in propriam ratiocinatiuæ partis uirtutem formanda prudentiæ ſuppeditatur. naturalis item uirtus morali uirtuti ſimili modo ſubiicitur. eſt enim naturalis quædam aptitudo quæ ab ea quæ proprie uirtus eſt, formam quaſi materia ſuſcipit, dum in conuenientem rectitudinem appetitionis redactæ obſequentes rationi efficiuntur, quæ eas ad bonum atque honeſtum ſcopum incitat, atque inducit. Colligit igitur ea quæ ſuperius dixit, quaſi ita inquiens: demonſtratum igitur eſt, & in opinandi facultate duas eſſe ſpecies calliditatem & prudentiam, calliditatẽ quidem quaſi naturalẽ virtutem, quæ aptitudo quędã eſt & facultas inueniendi ea quæ ad propoſitum finẽ conducunt, prudentiã ratiocinatiuæ partis propriam uirtutem, quę bonum finẽ propoſi

tum habens à uirtute ſcilicet morali ſuppeditatum, ad eũ proprias operationes intendit ac dirigit. Dictum iam eſt moralis animæ partis duas ſimili modo eſſe ſpecies, virtutem naturalem, & propriam: virturemque propriam duabus de cauſis prudentia indigere, primum, quia ſine intellectu virtus naturalis virtus tantummodo eſt, vbi vero acceſſit intellectus qui eam dirigat, moralemque efficiat, adeo proficit, ut in propriam uirtutem euadat: deinde quòd ſine prudentia quæ ad bonum ad finem deducentia inuenit, conſequi appetitas res virtus non poteſt. Opinatiuam vero partem ratiocinandi facultatem appellat, eo quòd cum ab vltimis animæ facultatibus incipimus prima inter rationales opinatiua nobis occurit, quæ vniuerſalia cognoſcit: cum ſenſus ſola particularia & ſingularia percipiant. Moralem autem vocat appetitiuam, rationiſque expertem, propterea quòd mores, quod ἤθος græce dicitur, proprietates ſignificet, quæ vitas, & naturas ratione carente conſequi ſolent. opinio præterea à ſenſibus, ſenſuumque operationibus, vel ab iis quæ concinla, à cogitatione fuerint, occaſione ſumpta, in ſe vniuerſale conſtituit, rationalemque in ſuam operationem exercet. vnde quia opinandi facultas cum iis quæ circa particularia operantur, ideſt cum ſenſibus, irrationalibuſque appetitionibus quaſi affinitatem quandam habet, & circa eadem verſatur quoque ratiocinandi vis, quæ rationalis facultas cum ſit, circa particularia tamen operatur, merito effectum eſt, ut ratiocinandi facultatem opinatiuam nominarit. Eſſe autem inquiſitione dignum videtur, utrum moralem uirtutem & prudentiam ęquales ſtatuere debeamus, eo quòd altera alterius ope indigeat, an altera alteri anteponenda ſit: tum ſi id faciendum, utra præſtantior exiſtimanda, illa ne omnino quæ per ſe rationalis eſt: quippe quæ moribus & irrationalibus facultatibus modum & ordinem afferens, in habitum eas honeſti ac perfectionem inducit. hæc enim eſt, quæ incitationes appetitionum moderatur, operationeſque earum componit, ſubiicitque rationi, atque eius participatione efficit, vt virtutes exiſtant, atque oriantur, licet nondum prudentia vocetur, atque ita poſtea ſcopis ac finibus bonis acceptis, ad quos actiones ſuas intendat, actiuus intellectus euadit, propterea quòd agendis rebus, quæ ſunt particulares, pertractandis incumbit, ac dum contemplatur, tempore antecedit: dum agit, eodem cum moralibus atq; actiuis uirtutibus tempore exiſtit. eo quòd actiuus homo bonus eſſe nõ poteſt, niſi & fines bonos propoſitos habeat quos morales virtutes offerunt, & ratio, id quod prudẽtiæ eſt, ea quæ ad conſequutionem conducunt, inuenerit. Si igitur vſum vtrãque inter ſe & prudentię ad moralem virtutem, & moralis ad prudentiam inſpiciamus, diuerſitatem ipſarum planè cognoſcemus, atque vtra vtri præſtet ad rationem ſpectantes recte iudicabimus. Nam prudentia morali virtute indiget, ut fines bonos atque honeſtos habeat, qui ex morum moderatione & probitate proponuntur, virtus vero moralis prudentiam requirit, vt ea propriis operationibus bonorum finium conſequutionem exequatur, ut ſi ea non adſit, atque operetur, uani omnes fines moralium uirtutum futuri ſint. Quo modo igitur multo præſtantior moralibus uirtutibus prudentia nõ eſt exiſtimanda, cum & tãquam ratio recta diſpoſitionem & modum actionibus imponat, & ut ipſæ tum bonos fines habeant, tum eos aſſequi poſſint, in cauſa ſit?

Vnde etiam omnes virtutes prudentias eſſe inquiunt: & Socrates partim recte quærebat, partim errabat. quòd enim prudentias eſſe omnes virtutes opinabatur, errabat: recte dicebat, quòd non ſine prudentia eſſe eas aſſerebat.

Hoc quoque ſubiungit, ut prudentiam moralibus uirtutibus neceſſariam eſſe confirmet. hinc eſt enim, inquit quòd nonnulli ex antiquis ſapientibus prudẽtias eſſe omnes uirtutes opinati ſunt, propterea quòd eam ubique præſidere ac præeſſe omnibus actionibus uidebant, fuiſ-

A que operationibus moralium uirtutum operationes obtegere, atque occultare. & Socratem in medium adducit qui apud Platonem in republica omnes uirtutes eſſe prudentias dicit, quem ex parte laudat, ex parte reprehendit. nam quòd uirtutes omnes prudentias vocabat, in eo reprehendit, quòd non ſine prudentia eas eſſe dicebat, in eo ſententiam eius laudat ac probat. Quærere autem recte eum inquit, & non recte aſſeuerare, eo quòd non abſolute quicquam affirmare conſueuerat, ſed in colloquio diſputare, ac quærere. Quanquam non male, ut opinor neque abſurde uirtutes Socrates tum ſcientias, tum prudentias appellabat. nam cum ſecundum rectam rationem omnes uirtutes operentur, rectaque ratio ſit, quæ in omnibus actionibus ipſis præſit, ac dominetur, efficiatque

B ut affectuoſa animæ pars ipſi obediens ac parens cum uirtute uitam traducat, non immerito uirtutes omnes prudentiæ & ſcientiæ à præſtantiore atque excellentiore animæ parte ſumpto nomine nuncupari poſſent. quippe cum idem quoque in hominis appellatione contingat, qui cum rationales & carentes ratione facultates in ſe habeat non rationalis & irrationalis uocatur, ſed uno tantum rationis nomine inſignitur, propterea quòd ratio eſt quę dominatur, reliquaſque omnes ſibi obtemperantes reddit, ut conuenientius ab ea parte quæ in ipſo pręeſt, principatumque obtinet, rationalis appelletur. adde quòd alio modo ciuilis hominis, alio ciuis uirtus ſe habet. illa ſiquidem cum ſcientia eſt, qua ciuilis quid ſit unaquęque uirtus, cognoſcit, in qua parte animæ conſiſtat, quem

C finem habeat, quo pacto comparari queat, atque alia huiuſmodi, ut & ipſe & qui ſub ipſo ſunt, reliqui ciues cũ uirtute degant. ciuis autem uirtus tantum eſt ſi prudẽtioribus & ſapientioribus obtemperet, legibuſq; & recte imperantibus audiens ſit. unde quia præſtantiores, perfectioreſque uirtutes ſunt, quæ cum idonea ſcientia abſoluũtur non ab re uidentur à Socrate & ſcientiæ & prudentiæ omnes fuiſſe appellatæ.

Signum autem illud eſt, quòd nunc omnes cum definiunt virtutem, vbi habitum eam eſſe dixerunt, & ad quæ eſt, adiungunt ſecundum rectam rationẽ. recta autem ratio eſt, quæ ſecundum prudentiam exiſtit.

Hoc item ad idem probandum ponit neceſſario ſcilicet

D prudentiam & moralem uirtutem inter ſe eſſe coniũctas cuius rei iudicium ab omnibus qui definiunt uirtutem, ſumit. omnes enim eam eſſe habitum ſecundum rectam rationem definiunt. recta autem ratio ſecundum prudentiam eſt. uirtus enim circa actiones & affectus uerſatur. quippe cum hæc ſint ea, ad quæ eſt, ideſt ad quæ omnis operatio intenditur, quæ ex habitu uirtutis procedit, cum igitur dicunt uirtutem habitum eſſe qui circa hæc uerſatur, nec nomine habitus, nec ſubiecto circa quod uerſatur, contenti ſunt, ſed addunt etiam quaſi proprium quoddam ipſius uirtutis ſecundum rectam rationem, eo quòd non ſit uirtus abſolute habitus qui circa actiones & affectus uerſetur, ſed rectam rationem adeſſe quoque neceſſe ſit, ut uirtus exiſtat. quoniam uero recta ratio ſe-

E cundum prudentiam eſt, niſi prudentia adſit, uirtus eſſe nullo modo poterit. atque hæc communis quædam opinio ac notio apud omnes eſt, qui uirtutem definiunt.

Videntur igitur vaticinari quodam modo omnes talem eſſe habitum virtutem, qui ſecundum prudentiam exiſtit.

Quaſi eos qui uirtutem definiebant in aliis non approbet, niſi quòd rectam rationem in definitione aſſumendã conſueuerunt, uacinantibus eos ſimiles eſſe inquit. ſicut enim diuinatio quæ coniecturalis quædam ars eſt, de futuris coniiciendo pronunciat, ita hi quoq; uirtutem moralem ſine prudentia non eſſe, videntur coniectaſſe. propterea etiam habitum, qui ſecundum prudentiam in actionibus & affectibus operatur, eſſe uirtutem omnes communiter aſſeruerunt.

Paululum

Paululum tamen tranſcendum eſt. virtus enim non tan ſecundum rectam rationem, quàm cum recta ratione habitus eſt: at recta de huiuſmodi ratio eſt prudentia.

Paululum immutat ex oratione, qua in definiēda virtute antiquiores vſi fuerant, vt cum his conueniat, quæ de morali virtute & prudētia ipſe hic tradidit. Paululū enim inquit, traſeundum eſt, ideſt vel addendum, vel immutandum in hac definitione verbum aliquod eſt, utrunque enim appellari tranſitio poteſt, ſiue cum è pauciore numero in maiorem: ſiue cum è verbo in verbum traductio fit. nam non ſolum debemus rectam rationem actionis vel affectionis quæ ſecundum virtutem exiſtit, tanquam modum & menſuram ſtatuere, ut ſecundum ipſam fieri ex virtute omnia dicamus: quippe cum fieri poſsit, vt menſura à re menſurata ſeparari queat. at ſi prudentia ſeparetur, neque agere, neque affici ex virtute amplius licebit. B quocirca adeſſe ſemper rectam rationem neceſſe eſt, cum eaque ſint omnia tractanda: ſi & actiones & affectiones exiſtere ex virtute volumus: vt hoc modo virtus habitus eſſe cum recta ratione definienda ſit. recta autem ratio quæ de actionibus affectibusque præſcribit nihil aliud eſt quam ipſa prudentia. Neceſſe autem omnino eſſe, vt actiones & affectiones omnes quæ ex virtute exiſtunt, cum recta ratione & prudentia ſint, inde perſpicuum eſt, quòd cum affectus iræ & cupiditatis motus, atque incitationes ſint ad appetendas res, actiones uero ſint operationes & effectiones ad conſequenda ea quæ appetuntur, neque affectus recte & opportune incitari poterūnt, niſi præſidentem habeant rationem, quæ ipſis modum unicuique con- C uenientem præſcribat, neque operationes accommodate ad finem propoſitum abſoluentur, niſi ratio ex ſe ſe apta atque opportuna ſuppeditarit.

Ac Socrates quidem rationes virtutes eſſe exiſtimabat: ſcientias enim eas eſſe omnes dicebat: nos cum ratione eſſe arbitramur.

Quæ differentia inter ipſum & Socratem ſit in diſputatione de virtutibus, hic ſubiungit, ne dicere quiſpiam poſsit fruſtra reprehenſum fuiſſe Socratem, cum utrique tam ipſe ſcilicet Ariſtoteles, quam Socrates rationē in virtutis definitione aſſumant. Socrates igitur, inquit quia virtutes ſcientias eſſe opinabatur, eas eſſe rationes ipſas aſſe- D rebat, propterea quòd ſcientiæ nihil aliud ſunt, quam ſciendarum rerum perceptiuæ rationes. nos uero non rationes, ſed cum ratione eſſe virtutes aſſeueramus, eſſe autem aliquid, & eſſe cū aliquo diuerſū q̄d proculdubio eſt.

Ex his igitur quæ dicta ſunt, conſtat neque proprie bonum eſſe ſine prudentia, neque prudentem ſine morali virtute quempiam poſſe.

Cum ſatis oſtenderit moralem virtutem & prudētiam mutua ope inter ſe indigere, vt moralis virtus ſcopum & finem recte affectis appetitionibus proponat: prudentia quæ ad fines conſequendos faciunt, procuret, nunc ea quæ dixit, concludit. ex illis enim planum eſſe inquit, neque proprie bonum eſſe poſſe ſine prudentia, neque prudentem ſine morali virtute: propr e bonum appellans eū E qui à naturali virtute prædito diſtinguitur. qui enim natura eſt iuſtus, aut fortis aut, temperans, non eſt proprie bonus, ſed tantum ad virtutes vel omnes, vel nonnullas, uel aliquam, vel uirtutis alicuius partes aptus, atq; habilis eſt, perinde ac ſiquis ad liberalitatem natura ſit idoneus, dum negligit pecunias, viliqué eas ac parui æſtimat. hæc enim aptitudo naturalis ad virtutis perfectionem ſola nō ſufficit, ſed accedat ſtudium ex electione & exercitatio neceſſe eſt, vt virtutis habitus comparetur.

Quin etiam ratio illa hinc ſolui poſſet, qua ſeparatas eſſe inter ſe virtutes diſſereret aliquis: eo quod idem ad omnes aptiſſimus minime ſit, atque iccirco alias iam, alias nondum acquiſiuerit. hoc ſiquidem in naturalibus virtutibus licet: in iis vero quibus abſolute bonus vocatur quiſpiam, non licet. A *ſimul enim cum prudentia quæ vna eſt, omnes exiſtent.*

Cum communis opinio apud ſapientes ſit, virtutes ſeſe mutuo conſequi, dubitationem quandam aduerſus hanc diſſertatoria ideſt dialectica via progredientē & mouet, & ſoluit. nam ſi fieri poteſt ut ad aliquam uirtutem aptus quiſpiam ſit, ad aliam ineptus, fieri quoque poterit vt eam ad quam eſt aptus prius acquirit, quam alteram, atque ita efficitur, ut acquiſita iam uirtus ab altera ſit ſeparata, neque conſequi mutuo virtutes neceſſe ſit. ſed ex his quæ dicta ſunt, inquit, de prudentia & morali virtute, ſolui ratio quoque hæc poſſet, qua diſſerendi via ideſt dialectica ſeparari à ſe uirtutes, neque connexas eſſe mutuo probare quiſpiam conaretur. quòd enim idem ad omnes aptiſsimus minime ſit, id pro argumento ſumit quòd vir- B tutes ſe mutuo non conſequantur. qui enim ad vnam omnium aptiſsimus eſt, is ante alias ipſam acquiret, acquiſita vero in eo iam erit, cum nondum aliæ ſint. Vbi hæc dixit, ſolutionem poſtea affert: hoc inquiens quod ita dicitur, in naturalibus virtutibus licet, quas qui habuerit, proprie bonus minime vocatur, quamuis ad omnes aptiſsimus quiſpiam ſit, ſed aptus, naturaque bene affectus ad bonum dicitur. fieri enim poteſt & licet eum qui in vna virtute eſt naturæ habilitate præditus, in reliquis non ſit. at in iis quæ proprie virtutes ſunt, ex quibus proprie bonus aliquis appellatur, non ita licet. cum propterea quòd ſi abſit prudentia, nullam ex iis quæ proprie ſunt, habebit: ſi adſit, ſimul cum ipſa morales quoque virtutes conſequentur. ſi enim ratio appetitionibus præſit, eaſque modere- C tur, ac ſubditas ſibi, obedientesque reddat, tam bona erūt quæ ſectantur, quam mala quæ fugiunt, atque ita efficietur, vt neceſſario omnes virtutes ſe mutuo conſequantur, cum morales bonos fines proponant, prudentia quæ ad fines conducunt omnia opportune excogitet, atque expediat: vt hoc modo pateat ex antedictis de morali virtute & prudentia dubitationis huius afferri ſolutionem.

Perſpicuum autem eſt & prudentia eſſe opus etiam ſi nō eſſet actiua, propterea quod partis animæ virtus eſt, & ſine prudentia & virtute actiuam eſſe electionem rectam non poſſe: eo quod hæc finem: illa quæ ad finē tendunt ut agamus facit.

Prudentia quidem actiuus quoque intellectus eſt, quip- D pe quæ actiuis virtutibus modos ac vias inueniat, quibus potiri finibus ſuis poſsint, non eſſe tamen propterea inferior, ac miniſtra eſt exiſtimanda. eſt enim etiam ex ſeſe integra ac perfecta, opusque ipſa eſt, etiam ſi nullū ad agēdum vſum exhiberet ob id videlicet quòd partis animę ratiocinatiuæ uirtus eſt. immo quanto præſtantioris eſt partis, tanto præſtantior cæteris quoque ipſa eſt. præſtantior enim eſt ratiocinandi vis, quam iraſcibilis & concupiſcibilis ex quibus morales virtutes exiſtunt. patet item electiuā animæ noſtræ facultatem propriam rectitudinem nō eſſe habituram, niſi & prudentia, & uirtus moralis affuerit, virtus, quæ finem proponat, prudentia, quę ad finem apte cōducentia inueniat, quo electio hæc ſibi oblata accipiēs bona & honeſta anteponere malis & turpibus queat. atque E hæc conſequi etiam ex ante dictis uidentur.

At vero neque præſidet ſapientiæ neque melioris quam ipſa partis eſt.

Hoc ad alteram dubitationem refertur, quam ſuperius de ſapientia & prudentia poſuit, num pręſtantior prudentia quam ſapientia eſſet, eo ꝙ prudentia faceret, & in vnaquaque re agenda præciperet, finesq; appetitionū noſtrarum exequeretur, ſapientia uero contēplaretur duntaxat, & nihil ageret, quippe cum dictū quoq; eſſet prius facultates quæ præciperent, finesq; haberēt perfectiores, eſſe principaliores, ac pręſtantiores. Huic igitur quæſtioni ſolutionem hic ſubiungit, non eſſe prudentiā præſtantiorē ſapientia aſſerens. ad cuius enūciationis comprobationē ſumit, ꝙ melioris quā ipſa partis non eſt, perinde ac ſi ita diceret prudentia ſapientia non eſt præſtantior propterea ꝙ neq; melioris partis uirtus eſt, quē ſapiētia, ſiquidē ſapiētia cō-

templatiuę partis habitus, ac virtus eſt, actiuę prudentia, A ac contemplatiuus intellectus actiuo pręſtantior, contem platio item actione eſt excellentior, eſt enim eius qui in nobis proprie eſt intellectus, qui per ſe ab alijs annexis ſi- ſibi facultatibus ſeparatus operatur. actio vero eſt actiui, qui ratione carentibus facultatibus ad agendum necesſa ꝛio vtitur.

Quemadmodum neque ſanitati medicina, neque enim ipſa vtitur, ſed vt fiat, prouidet. quocirca illius cauſa præcipit, non autem illi.

Exemplum adducit medicinę & ſanitatis, quo oſtēdat non abſolute habitum qui de aliquo ſtatuit ac iubet, eo de quo ſtatuit ac iubet, eſſe præſtantiorem, ſed eum habe re principatum qui cum alicui pręcipiat, eo quoque ad B conſequutionem alterius vtitur, cuiuſmodi eſt equeſtris ars quæ frenaria, & ciuilis quę reliquis omnibus & artibus & ſcientiis vtitur, quæ in ciuitatibus adhiberi conſueuerunt. Medicina enim ſanitati non præcipit, neque ea vtitur, ſed de ipſa iubet, vtquę ea comparetur, procurat, neque illi, ſed illius cauſa præcipit, ob ipſam enim eſt, vt de ipſa præcipiat, ipſamque in corporibus efficiat. ſi igitur id quod alterius gratia eſt, eo cuius eſt gratia inferius eſt, prudentia quoque inferior ac poſterior quàm ſapientia erit, quippe quę ob eam præcipiat, idque ſtudeat, vt in animo noſtro ea comparetur.

Simile præterea illud eſt, ſiquis ciuilem, propterea quòd de omnibus præcipit, quæ in ciuitate ſunt, dijs præeſſe ac dominari etiam diceret.

C

Alterum exemplum ad eandem rem affert, ciuilis ſcilicet ſcientiæ, & deorum. Ciuilis enim ſcientia, licet de diis iubeat, ac præcipiat, diis tamen non iubet. de templis quidem, de hymnis, de ſacrificiis, de ceremonijs, cæteriſque alijs quæ ad deos ſpectant, tradit inſtitutiones, ſed nō propterea tamen Deo pręſtantior, vel dijs eſt exiſtimanda. nō enim imperat deo, uel diis qui ſcilicet ex vnius & primi participatione ita appellantur, ſed hominibus de ijs præcepta tradit, atque imperat, vt hoc modo inſeruire ac miniſtrare deo & diuinis, non dominari videatur. Ita neque

A prudentiam ob id dominari ſapientiæ dicendū eſt, quòd de ea præcipit, ſiquidem finis prudentiæ cuius cauſa exiſtit, ſapientia eſt, non ſapientiæ prudentia, præſtantior igitur ac principalior ſapientia quàm prudentia proculdubio erit. At vero ſi dubitet adhuc quiſpiam, quomodo intellectus contemplatiuus & actiuus vnus cum ſit eſſentia, in duas diuidatur partes, quarum altera eſſe ſuperior, altera inferior dicatur, neque ſatis eſſe exiſtimet ea quæ eadem hac de re paulo ſuperius à nobis fuerunt expoſita, atque iccirco clariorem aliquam explicationem requirat, hæc etiam adiungere antedictis poterit. Vna quidem eſt intellectiua animæ pars eſſentia quæ in contemplationibus verum, in actionibus bonum quærit, atque inuenit, ſed cum circa vniuerſalia verſatur, intellectus con-

B templatiuus dicitur, habetque ſubiecta ea omnia quæ in contemplationem cadere, & ſcientiam poſſunt, cum particularibus ſtudet, actiui intellectus nomen adipiſcitur, ſuntque ei ſubiectæ res agendæ, & quę ſenſibus ſubijciuntur. Vnus igitur eſt intellectus ſubſtantia vtpote vna pars, atque vna animæ facultas, diuiditur vero in duas portiones contemplatiuam, & actiuam, quaſi aliud quid ſit dum vniuerſalia contemplatur, aliud dum ſingula, & ſenſibus expoſita perpendit, vnde etiam portiones ſeu particulę idest μόρια grece dicuntur eo quod partis intellectiuæ animæ partes ſint. neque abſurdum eſſe debet ſi vnum ſubſtantia vtraque hęc ſint, duo vero eatenus, quatenus vnius totius partes ſunt, non ſecus ac ſiquis eundem hominem & naturę contemplatorem vocet, & medicum, naturę cō-

C templatorem, eo quòd circa res vniuerſales in naturæ cognitione verſetur, medicum, quia circa ſingula hominum corpora ſtudium impendit, dum vnicuique afferre ſanitatem conatur. vnus enim & idem numero cum ſit, circa diuerſa ſubiecta negocium exercens diuerſas quoque habet & operationes & exequutiones, quippe cum in naturæ conſideratione veritatem inquirat, finemque habeat eius inuentionem, in medicinæ actione bonum corporum humanorum procuret, ad cuiuſque conſequutionem ſpectet, ac tendat, ut & duos habitus, & duas operationes, & duas ſubiectas res, & duos fines habere merito dicendus ſit.

Finis Sexti Libri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

MORALIVM NICOMACHIORVM

LIBER SEPTIMVS,

CVM ASPASII EXPLANATIONE,

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

CVM de moralibus virtutibus & intellectiuis iam docuerit: nũc de continentia, & de heroica quadam & diuina virtute diſſerere vult. Cur autem de his non egerit, vbi de moralibus virtutibus tractabat, ſed harum diſputationem ab alijs hic ſeparatam exponat, illud in cauſa eſt, quòd continentia virtus propriè non eſt, ſed virtuti proxima. quatenus enim ex electione fit, circaque agenda verſatur, virtus videtur: quatenus vero non eſt æqua partium animæ tranquillitas, ſed pugna & ſeditio, virtus non eſt. nam continens habet quidem rationem, quæ à turpibus voluptatibus abſtinendum eſſe iubet: ſed cupiditas tamen in eo non obſequitur, ſed reſiſtit, eſtque ad fruendas uoluptates incitata. at in uirtutibus animæ partes inter ſe conſentiunt, non pugnant: ſicut in temperante, in quo ſtatim vbi ratio abſtinere à voluptatibus præcipit, nihil renitens cupiditas, obtemperat, & in forti quoque ſimili modo, qui cum ratio imperat, in formidabilibus rebus intrepide eſſe permanendum, non aduerſantem iracundiam, ſed continuo obedientem imperio, ac parentem habet. Quia igitur continentia non eſt virtus, ſed ſimilis virtuti: iccirco ſeparatim de ea diſſerere inſtituit. ſimili modo incontinentia quæ virtuti huic, id eſt continentiæ oppoſita eſt, diuerſum quoddam vitium eſt ab alijs quæ moralibus virtutibus aduerſantur: quippe cum incontinens validam habeat rationem malum eſſe adulterium dictantem, ſed ab affectus tamen vehementia ſuperetur, vt in eo quoque pugna quędam partium animę exiſtat. cupiditas enim ad potiendum turpibus voluptatibus fertur, ratio repugnat atque aduerſatur, licet poſtea tandem uicta ſuccumbat. in intemperante vero non ita fit, ſed intemperans cupiditatem ad prauas voluptates incitatam cum habeat, rationem quoque ei habet obſequentem. nec ſecus audax, in quo iracundia incompoſite & quibus non debet, & quando non debet, agitata ac furens ſecum etiam rationem minime reſiſtentem trahit, ita vt in vitiis quoque quæ moralibus virtutibus opponuntur, æquabilis quidam animæ partium conſenſus reperiatur. At heroica & diuina virtus quia omnem virtutem excedit, propterea ipſa quoque ſeparatam ab alijs tractationem requiſiuit. Quoniam vero harum uirtutum vitia, id eſt incontinentia & feritas ſeu immanitas notiora quàm continentia, & heroica ac diuina uirtus ſunt: iccirco ab his vtpote notioribus exordium ſumit, quo per ea virtutes quoque ipſas nobis manifeſtet.

A De Heroica uirtute, continentia, & earum oppoſitis. Cap. I.

POſt hæc alio ſumpto initio dicendum eſt, rerum circa mores ſugiendarum tres ſpecies eſſe, vitium, incontinentiam & feritatem, quarum duabus quæ ſint contraria, manifeſtum eſt, alterum enim virtutem, alterum continentiam vocamus. feritati autem maxime conuenire quiſpiam diceret virtutem, quæ ſupra nos eſt, heroicam quandam, ac diuinam. quemadmodum Homerus Priamum de Hectore dicentem inducit, eo quod valde erat bonus,

B *Non hominis mortalis filius ille*
Eſſe videbatur, ſed magna è ſtirpe deorum.

Quòd ſi ex hominibus, ſicut dicunt, ob virtutis excellentiam diuini efficiuntur: huiuſmodi quidam ſcilicet eſſe habitus, qui feritati opponitur.

Fugiendarum rerum inquit id eſt malarum quæ circa mores cõſiderantur, tres ſunt ſpecies, vitium enim omnibus moralibus virtutibus opponitur: nam ignauia, & audacia, intemperantia & ſtupiditas & cæteræ huiuſmodi quatenus vitia, fortitudini & temperantiæ & reliquis aduerſantur. Quarum duabus id eſt virtutes quæ duabus ex C his hoc eſt vitio & incontinentiæ ſunt contraria, manifeſtæ ſunt. Alterum enim, id eſt quod contrarium uitio eſt, uirtutem appellamus, quippe cum vitium ſit, quod morali virtuti opponatur. Alterum id eſt contrarium incontinentiæ, continentiam vocamus. Feritati autem contrariam eſſe heroicam & diuinam virtutem dicere maxime conueniret. heroica vero & diuina hæc uirtus eſt cum omnem virtutem ſupra omnem hominem exercet quiſpiam, ſiquis enim ſupra omnes iuſtos iuſtitia præditus ſit, ſupra omnes fortes fortitudine, ſupra omnes temperantes temperantia, is heroicam & diuinam virtutem habere non immerito dicetur. huiuſmodi autem virtus hominibus con D uenit, qui vel cum deo iam vniti dij quoque ipſi adoptione effecti ſunt, uel ſancti virtutum operatione cæteris omnibus antecellunt, heroica appellata, eo quod heroibus .i. ſemideis propria cum ſit, naturam humanam excedere, atque ob id admiratione maxime digna eſſe videatur. vnde etiam Priamus apud Homerum miſeriam ſuam deplorans, atque Hectorem quaſi ſupra hominem virtute præſtaret, ita admirans inducitur:

Me miſerum, qui tot fortiſſima pectora natos
Progenui Troiæ regali in ſede, nec ullum
E Incolumem ex ipſis mihi nunc fortuna reliquit.
Egregius Meſtor periit, gaudensque quadrigis
Troilus, atque Hector, qui erat inter numina habendus.
Certe non hominis mortalis filius ille
Eſſe videbatur, ſed magna e ſtirpe deorum.

quippe cum fortitudine excedere cæteros omnes videbat. A Quare quemamodum dicunt homines deos fieri, ideſt deo ob uirtutis excellentiam proxime accedere, cum ad ſummum uniuſcuiuſque uirtutis peruenerunt, omneſque virtutes ſupra hominem exercent, talis habitus eſt, qui fe ritati atque immanitati opponitur, quæ heroica & diuina virtus eſt, ſupraque omnem virtutem, quæ homines deos efficit, dum ita ſupra alios extollit atque efferi, ut proxime ad Deum videantur accedere.

Nam ſicut beſtiæ neque vitium eſt, neque virtus, ita neque Dei, ſed hæc præſtantius quid virtute, illa diuerſum quoddam à vitio genus eſt. Quoniam vero rarum eſt, vt vir diuinus ſit, quemadmodum Lacones, cum aliquem valde admirantur, diuinus, inquiunt, vir eſt, ſic & ferinus natura inter homines rarus aliquis eſt, maxime tamen inter barbaros B *reperitur. fiunt vero nonnulla etiam ex morbis, & læſionibus. quin etiam eos homines qui vitijs exuperant, ita infamamus. Sed de tali quidem affectione poſterius mentio quædam facienda eſt. de vitio autem dictum eſt prius.*

Quia dicere quiſpiam potuiſſet, ſi uirtus hæc heroica ſupra omnem virtutem eſt, diis conuenit, icci reo obiectioni huic occurrens neque beſtijs, inquit virtutem eſſe, propterea quòd virtus ex electione, electio autem rationaliũ eſt, neque diis, eo quòd ſupra omnem uirtutem dii conſtituti ſunt. hæc enim, id eſt heroica & diuina virtus omni uirtute præſtantior eſt, ſupraque omnem virtutem: illa, ideſt feritas huic uirtuti oppoſita diuerſum quoddam genus, hoc eſt diuerſa ſpecies à vitio eſt, quæ omne vitium C excedit. nam ſanguinem hominum haurire, & carnes crudas comedere ferinum eſt. qui igitur hanc heroicam & diuinam virtutem habet, diuinus eſt. at eſſe aliquem diuinũ rarum admodum eſt, quippe cum pauci ſint, qui eiuſmodi virtute ſint præditi. vnde Lacones cum admirabantur aliquẽ, quòd ſupra hominem eſſet, hic vir, dicebant, θεῖος ideſt diuinus eſt, ita enim lingua ſua illi σεῖον, ideſt diuinũ vocant. eodem modo rarum eſt, vt homo aliquis ferinus atq; immanis ſit: vt & ſanguinem hominum bibat, & carnibus crudis veſcatur. id quod inter Græcos homines qui eruditi ſunt, rationiſque inſtitutiones ſequuntur, videre non licet; ſed in barbaris nationibus præcipue eſt, quæ & ineruditæ, & à ratione alienę vitam traducere conſueuerunt. Nonnulli vero ita immanes & ferini euadunt tum D ex morbo, in inſaniam ſcilicet & furorem verſi, tum ex læſione, ideſt πηρώσει, cum læſum ita corpus & mancum habent, ut ratione exturbentur, & mente capti ſint. atque eos qui improbitate ſupra cæteros omnes & vitijs excedunt, ſuntque & iniuſti & intemperantes, & pauidi ſupra modum, ita infamamus, ideſt hoc infami nomine, & contumelioſo notamus, & ferinos ſolemus appellare. qualem fuiſſe Echetum tyrannum Homerus memoriæ prodidit, qui Antinoum Iro minitantem ita inducit:

Si te ignaue, ſenex iſte in certamine uincet:
Coniectum in puppim Epiri te ad littora mittam,
Atque ad regem Echetum cunctorum immanibus auſis
Vaſtatorem hominum, tibi qui crudeliter aures
Abſciſſas, nareſque, pudendaque membra, manuſque, E
Proijciet ſęuis canibus lanianda per agros.

Ac de huiuſmodi quidem affectione, inquit, id eſt ferina & immani poſtea dicemus, de vitio autem moralibus virtutibus oppoſito ſuperius dictum eſt, ubi de moralibus virtutibus agebamus.

De incontinentia vero & mollitie, & delicijs nunc eſt diſſerendum, de continentia item & tolerantia. neque enim quaſi ijdem cum virtute & prauitate habitus ſint, neque vt diuerſum genus, vtraque harum exiſtimanda eſt.

De incontinentia inquit, & mollicie & deliciis nunc dicendum eſt. mollicies autem & delicię idem eſt, delicatus enim homo nihil aliud eſt, quàm mollis. unde & coniunctio pro, ſiue, poſita eſt, ac ſi ita diceret, de mollicie ſine delicijs, &c. cõtinentia enim & incontinentia de quibus nunc ſumus diſputaturi, non ſunt habitus ijdem cum uirtute & prauitate ideſt non ſunt idem quod virtus & vitium, quippe cum neque continentia virtus, neque incontinentia vitium proprie ſit. neque vt diuerſum genus, neque enim diuerſa prorſus à virtute eſt continentia, neque à vitio incontinentia, ſed aliqua ex parte diuerſæ, aliqua eædem cum uirtute & uitio ſunt. quatenus enim continentia habitus eſt ex electione, cum virtute cõuenit, cum uirtuteque eadem eſt, quatenus vero in virtute partium animæ conſenſus, nõ diſſenſio aliqua & pugna reperitur: ſicut in temperante, in quo cum ratio abſtinere à turpibus voluptatibus iubet, cupiditas ſtatim ſine ulla repugnãtia obſequitur. ſed in continentia pugna eſt, cum ratione iubente à turpibus uoluptatibus abſtinere, non continuo B obtemperat cupiditas, ſed reſiſtit, ac renititur, & ſecum rationem quaſi mancipium trahere conatur, hac ex parte continentia uirtus non eſt. ſimili modo quia vitium habitus eſt præter rectam rationem, & incontinentia præter rectam rationem eſt habitus, fit, vt incontinentia idem cum vitio ſit. quia vero contra in vitio eſt conſenſus animæ partium, vt in intemperantia, in qua cum ad turpes voluptates fruẽdas incitata eſt cupiditas, nõ repugnat ratio, ſed ſtatim obſequitur, in incontinentia autem non ita eſt, ſed pugnat ratio aduerſus cupiditatem, licet poſtremo uincatur, ac ſuccumbat, in hoc incontinentia diuerſa à vitio eſt. Hoc autem inquit, vt ſe non temere de his ſeparatim ab aliis acturum eſſe declaret, propterea quòd videlicet diuerſæ à virtutibus moralibus, & vitijs ſint.

C *Oportet autem, ſicut in alijs fecimus, ponere ea quæ apparent, & prius dubitare, deinde ita demonſtrare, ac maxime quidem omnia illuſtria & probabilia circa hos affectus, ſin minus, pleraque, & præcipua producere debemus. nam ſi ſoluantur ea quæ difficultatem habent, illuſtria vero & probabilia relinquantur, ſatis erit demonſtratum.*

Sicut, inquit, de cæteris uirtutibus agimus ab ijs quæ apparent, ſuntque euidentia, ſumptis probationibus, ideſt à multorum opinione, ita hic quoque producere oportet quæ de continentia & incontinentia omnes opinati ſunt, ac prius dubitare, ideſt aduerſus opiniones dubitationibus factis quæ ex ipſis veræ eſſe uideantur, admittere, quæ falſæ ſint, atque à veritate aberrent, reijcere ac reprobare, D atque ita demum de continentia & incontinentia ſtatuere. ac maxime quidem opiniones omnes quæ de his affectionibus, id eſt continentia & incontinentia habentur, ſumendæ ſunt, ſin minus, hoc eſt ſi ſumi omnes nequeũt, plerę que ſaltem & præcipuæ, id eſt cæteris præſtantiores ſunt producendæ. ita enim acturus de his eſt, ut primum opiniones veterum de continentia & incontinentia exponat, deinde adhibito examine veras à falſis ſeparet, atque eas admittat, falſas refellat atque improbet, poſtea ſuam quoque eadem hac de re opinionem ſubiungat. ſi igitur, inquit, ſoluerimus ac ſuſtulerimus quæ difficultatem habent ideſt abſurdas opiniones ac malas, illuſtria uero ac probabilia .i. τὰ ἔνδοξα quæ in opinone ſunt, & recte vidẽtur ſeſe habere, fuerint relicta, ſatis de continentia & incontinentia erit demonſtratum.

E *Videtur igitur continentia & tolerantia ex bonis & laudabilibus, incontinentia vero & mollicies ex prauis & vituperatione dignis rebus eſſe. idem quoque eſſe continens & perſtans in conſilio rationis, idem incontinens & è rationis conſilio excedens. atque incontinens quidem cognoſcens praua eſſe quæ agit, ob affectum tamen agit, at continens cũ prauas ſciat eſſe cupiditates, ob rationẽ eas non ſequitur.*

Opinantur igitur, inquit, omnes continentiam & tolerantiam ex bonis & laudabilibus eſſe, hoc eſt virtutes eſſe, contrà incontinentiam & molliciem ex prauis & vituperabilibus id eſt inter vitia connumerari. opinantur item eundem eſſe continentem, & perſtantem in conſilio rationis ſeu ratiocinatione & opinione: dicunt enim continentem in propria ſententia perſiſtere, neque ab ea exturbari,

turbari,licet multum cupiditas cōtra renitatur.verbi cau-
ſa cum opinatur continens malum eſſe adulterium , & re-
pugnat cupiditas , & tanquam iucundum id obiicit, atq;
affectat,ipſe in ſententia ſua perſtat malumque eſſe adulte
rium conſtanter putat,neque ab ea ſe opinione deiici per-
mittit,neque ſequitur cupiditatem.incontinentem etiam
& é conſilio rationis.i.é propria ſententia excedentē eun-
dem eſſe exiſtimāt: propterea quòd incontinens validam
quidem & ſanam habeat rationem,opineturque etiam ip
ſe adulterium eſſe malum, cum tamen cupiditas aduerſa-
tur,eſſe,que id ſuaue & bonum putat,ab opinione exturbe
tur.i.ab opinando malum eſſe adulterium, & ſuaue id eſſe
exiſtimans ſectetur,atque agat.quin etiā incontinens ma-
lum eſſe adulterium cognoſcens id tamen ob affectum ,
ideſt ab affectu & cupiditate ſuperatus committit, conti-
nens vero cupiditates eſſe malas ſciens , nullo modo licet
voluptates quaſi bonas & iucundas proponant , eis obſe-
quitur,atq; id facit ob rationem , ideſt cum ratio malum
eſſe adulterium ſtatuat,non permittit ſe à cupiditate ſupe
rari,quæ bonū id eſſe putat,rationiq; reſiſtit ac repugnat.

Temperantem quoque continentem & tolerantem eſſe di
cunt.atque enim qui eiuſmodi ſit,alij omnem eſſe temperantē
aſſerunt,alij minime: & intemperantem incontinentem , &
incontinentem intemperātem confuſe,alij diuerſos eſſe aiūt:
at prudentem interdum negant eſſe poſſe incontinentem: in-
terdum nonnullos qui ſint prudentes & callidi,eſſe inconti-
nentes affirmant.adde quòd incontinentes & iræ, & hono-
ris,& lucri etiam dicuntur. Atque ea quidem quę dicuntur
huiuſmodi ſunt .

Opinantur item temperantem continentem & toleran
tem eſſe.atque vnumquenque talem , ideſt continentem
alii temperantem putant,alii minime,propterea quod cō
tinens temperans confuſe eſt. cum enim ignorent intem-
perantis & incontinens differentiam,confuſe.i.in differē-
ter intemperantem eſſe incontinentem & incontinentem
intemperantem opinantur,alii incontinentem diuerſum
ab intemperante eſſe exiſtimant.ſunt pręterea qui pruden
tem aliquando eſſe incontinentem putent,aliquando nō-
nullos prudentes & callidos,ideſt ſiue callidos,eſſe incon-
tinentes.aiunt inſuper non modo incontinentem appella
ri qui à cupiditate ſuperatur,uerumetiam eum qui vel irę
vel honori , vel lucri deſiderio ſuccumbit . dicimus enim
incontinentem iræ eſſe quempiam , incontinentem item
lucri & honoris,qui ſupra modum vel lucrum , vel hono-
rem affectat.Atque hæc ſunt quæ dicuntur, ideſt opinio-
nes quæ de continentia & incōtinetitia feruntur,hæ ſunt.

De continente & incontinente. Cap. II.

Dubitaret autem quiſpiam quó modo recte exiſtimās
aliquis agit incontinenter . nam vt ſciens quiſpiam
agat,aiunt nonnulli fieri nullo modo poſſe . abſurdum
enim eſt ſi adſit ſcientia,vt exiſtimabat Socrates,aliud quid
dominari, ac quaſi mancipium hominem trahere . Socrates
enim aduerſus rationem omnino pugnabat , quaſi nulla eſſet
incontinentia.neminem ſiquidem aiebat exiſtimantem præ
ter id quod optimum eſt,agere,ſed ex ignoratione.quæ ſanè
oratio ijs aduerſatur quæ euidenter apparent , quærendum-
que eſt circa affectum,ſi ex ignoratione agit quiſpiam, quis
ignorationis modus ſit? nam non exiſtimare qui incontinen-
ter agit,ante quam in affectu ſit conſtitutus,manifeſtū eſt.

Expoſitis opinionibus de continentia & incontinentia
dubitationes nunc affert, inquitque ſi incontinens is eſt ,
qui cognoſcit malum eſſe adulterium,validamque & inte
gram habet rationem,ſed à cupiditate ſuperatur,& com-
mittit adulterium: dubitare quiſpiam poſſet qui fiat,vt in-
continens recte exiſtimans,ideſt certo cognoſcēs malum
eſſe adulterium,incontinenter agat,ideſt à perturbatione
ſuperatus adulteretur. fieri enim nullo modo poſſe inqui
A unt,ut ſcientiam habens rei aliquis aberret.abſurdū enim
exiſtimabat Socrates ſi ubi eſſet ſciētia,illic aliud quippiā
dominaretur, traheretque tanquam mancipium & ſeruū
rationem . ſi igitur incontinens mali habet ſcientiam quod
malum videlicet ſit,qui fit,ut à cupiditate ſuperetur, atq;
vt mancipium pertrahatur.Socrates quidem aduerſus ra-
tionem veram pugnabat,incontinentiā non eſſe affirmās,
cum tamen eam eſſe perſpicuum ſit , quippe cum diceret
fieri non poſſe,vt exiſtimans aliquis, ideſt opinionem ha-
bens ac cognoſcens optimum eſſe nō adulterari,agat præ
ter id quod optimum eſt, hoc eſt adulteretur , tunc enim
agit vnuſquiſque præter id quod optimum eſt, ideſt tunc
agit malum ex ignoratione,cum malum aliquid eſſe igno
rarit,nam ſi malum eſſe cognoſceret,nullo modo ageret .
B quæ ſanè oratio , ideſt dicere ſi malum eſſe cognoſceret
quiſpiam,illud eum minime eſſe acturū,iis quę apparent,
ideſt euidētibus ac perſpicuis rebus aduerſatur,ac pugnat
quippe cum nonnullos videamus quotidie,qui licet adul-
terium eſſe malum cognoſcant , id tamen committant ,
atque agant. Quærendum igitur eſt, ſi incontinens igno-
rat affectum,ideſt adulterium eſſe malum,ideſt ſi ex igno
ratione affectus uincitur incontinens, atque agit malum ,
quis modus ignorationis ſit? nam incontinentem ante-
quam etiam prorſus perturbatio affectus contigerit , ac
priuſquam à turpis uoluptatis cupiditate fuerit ſuperatus.
non exiſtimare, ideſt non opinari turpem voluptatem eſ-
ſe malum,perſpicuum eſt,vt inde non ex ignoratione age
re qui incontinenter agit, manifeſtum ſit .

C *Sunt autem nonnulli, qui alia concedunt,alia non . ſcien-*
tia enim nihil eſſe potentius concedunt : illud non dant,præ-
ter id quod uiſum fuerit melius,agere neminem.ac propterea
inquiunt incontinentem non ſcientiam,ſed opinionem haben
tem à voluptatibus ſuperari .

Superius dixit fieri non poſſe , ut ſcientiam habens ali-
quis erret,ac peccet, immo non tantum ſciens , ſed exiſti-
mans quoque , ideſt opinionem habens aliqua de re , quod
ſit optima,non ſcientiā,neq; is quicquam præter id quod
optimum eſt,agat,nunc inquit quoſdam eſſe qui alia con
cedant , ideſt fateantur quidem ſcientia præditum nun-
quam eſſe erraturum,neque fieri poſſe , ut quicquam ſit ,
quod ſcientiam ſuperet,atque opprimat , alia tamen non
D cōcedant,illud videlicet,ſi uiſum cuipiam ſit,ideſt ſi opi-
natus ſit quiſpiam non adulterari eſſe optimum eum non
acturum eſſe præter id quod optimum eſſe ſibi uiſum fue
rit,ideſt non erraturum aliquando,& malum ideſt adulte
rium perpetraturum, quippe cum opinio erronea ſit , ac
fallax,nullaque ſtabilitate certa innitatur. immo quia o-
pinioni diffidimus,eum qui ſcientiam habet , non errare
opinamur,errare autem qui opinione duntaxat præditus
eſt , incerta enim opinio eſt : uident quippe illi inconti-
nentem à turpibus voluptatibus ſuperari, atque iccirco in
continentem aiunt non ſcientiam habentem ſed opinio-
nem ſuccumbere,ac ſuperari.

Verumtamen ſi opinio,non ſcientia,neque valida exiſti-
matio eſt,quæ reſiſtit,ſed remiſſa,qualis eſt in ambigentibus
E *venia danda eſt quòd non in his perſiſtat quiſpiam aduerſus*
vehementes cupiditates.at prauitati, aut alicui ex alijs vi-
tuperatione dignis rebus venia non datur .

Superiori ſententiæ obiectionem facit.ſi enim,inquit ,
opinionem habet incontinens , aliqua de re quòd mala
ſit,& cognitio ea quæ aduerſus cupiditatem incitatam ad
fruendas turpes uoluptates reſiſtit,non eſt ſcientia, neque
valida exiſtimatio, ideſt certa cognitio, ſed remiſſa ac de-
bilis,qua ambigentes præditi ſunt,qui cognitionem quan
dam non certam habent,& firmam , ſed infirmam atque
obſcuram,ſi inquam opinionem huiuſmodi habet incō-
tinens,opinio autem inſtabilis eſt,atque infirma,uenia ei
danda eſt , ſi non in his bonis ſcilicet opinionibus perſtat
aduerſus vehementes cupiditates,hoc eſt ſi à turpibus cu
piditatibus uehementer incitatis ſuperatur , ignoſcendū
ei eſt.

ei eſt. nam ſi certo ſciret aliquid malum eſſe, & à cupiditate vehemente ſuperatus, id ageret: merito eſſet puniēdus: quia vero certo non cognoſcit, ſi in propria ſententia nō perſiſtat quod malum aliquid ſit, ſed ad opinandum contrarium à vehementia cupiditatis inducatur, venia concedēda ei eſt, ſi autem venia incontinenti malum agenti datur reſtat, vt incontinentia malum non ſit. prauitati enim id eſt vitio, aut alicui ex alijs fugiendis rebus venia minime datur: quippe cum malo. i. intemperanti, aut ignauo non ignoſcere, ſed pœnam infligere conſueuerimus.

Prudentia igitur reſiſtente id fit: validiſſima enim res ea eſt. ſed eſt abſurdum. fiet enim, vt idem ſimul & prudens ſit & incontinens at facere ſponte prauiſſima quæque prudentis eſſe nemo diceret. Præterea ad agendum idoneum eſſe prudentem ſuperius demonſtratum eſt: quippe qui vltimorum quidam ſit, & virtutes reliquas habeat.

Si dum concedimus opinionem habere incontinētem non ſcientiam, ſequitur incontinentiam vitium non eſſe: reliquum eſt prudentiam eſſe quæ in incontinente renitatur cupiditati, quod abſurdum eſt. incontinens enim repugnantem aduerſus cupiditatem prudentiam habebit. ea ſiquidem validiſſima res eſt: vt propterea nullam veniā incontinens mereatur. ſed ſi hoc quoque conceſſerimus, nihilo minus abſurda res erit, fiet enim vt idem ſit & prudens & incontinens. at prudens ſponte malū nullo pacto agit, præſente enim prudentia, ſicut dictum iam eſt, morales omnes virtutes conſequuntur: quippe quæ vltimorum perceptiua quædam ſit, reliquaſque morales virtutes ſecū C conſequentes habeat.

Adde quòd ſi continens ex eo eſt quòd vehemētes & prauas habet cupiditates: neque temperans erit continens neq; continens temperans: propterea quòd neque quod nimium eſt, neque prauas habere cupiditates eſt temperantis: ſed tamen oportet.

Præterea ſi continens ob id dicitur continens, quia cum & turpes habeat cupiditates & vehementes, quę reſiſtunt, voluntque imperium rationis ſequi abſtinendum à turpibus voluptatibus iubentis, ab eis tamē ſuperari ſe nō ſint. continens eſſe temperans nullo modo poterit. temperans enim à nullis omnino turpibus voluptatibus infeſtatur, ſed ſtatim vbi ratio præcepit, cupiditatē ei habet obſequentem, tranquilluſque eſt. nō enim quod nimium eſt. i. D vehementia cupiditatum, ſed temperies temperantis eſt: neque prauas habere cupiditates, cum nō niſi bona & honeſta cupiat, atque appetat: ſed tamen oportet, ideſt ſed ſi continens, & temperans idem eſſe dicatur, oportet omnino, atque opus eſt, vt temperans quoque non ſecus ac continens, & turpibus & vehementibus cupiditatibus exagitetur. cum autem id eſſe non poſsit, diuerſus à continente temperans eſt.

Nā ſi bonæ ſint cupiditates, habitus qui probibet, ne eas ſequamur, prauus eſt: qua re efficietur vt non omnis continentia boneſta ſit. ſi imbecillæ vero ſint & non prauæ, nihil egregium erit, ſi prauæ & imbecillæ, nihil magnum.

E Oſtendere vult prauas, & vehementes cupiditates eſſe continentiæ ſubiectum: & ſi inquit, continentis cupiditates ſint bonæ, reſtat, vt habitus, ideſt ratio quæ prohibet, ne cupiditates ſequatur, praua & mala ſit: atque ita non omnis continentia ſit honeſta, & bona, nam quæ rationē habebit vetantem turpes cupiditates ſequi, bona erit: mala contrà ea in qua ratio honeſtas eaſdem ſequi prohibebit, ſi vero infirmæ ſint cupiditates & inualidæ, non tamē malæ, nihil egregium erit, ac præclarum, ſi ratio eas non ſequatur, ſed ſuperetur. tunc enim eſſet præclarum, ſi magnas ac fortes cupiditates, atque etiam bonas vinceret ratio, ac ſibi ſubijceret, ſi vero ſint prauæ & imbecillæ & languinæ, nullum magnum negocium eſt, ſi eis continens dominatur, eaſq; ſubiugat ſupereſt igitur, vt circa magnas ac validas & prauas cupiditates continentem verſari dicamus: ac propterea laudabilem atque admirabilem inueniſſe, quòd cupiditates malas ac turpes, licet vehementer incitatæ ſint, refrenat ac coercet.

Præterea ſi continentia facit, vt in omni opinione perſiſtemus etiam in falſa. praua eſt: ſi item ab omni opinione exturbat incontinentia, aliqua incontinentia reperietur, quæ honeſta ſit: vt Sophoclis Neoptolemus in Philoctete. laudē dignus enim eſt, cum in ijs quæ ipſi Vlyſſes ſua ſerat, quia mētiri ægre ferebat, non perſtet.

Quia ſuperius dixerat, continentem in propria ſententia perſiſtere: nunc inquit, ſi continens in omni opinione perſtat, ſequitur vt ſi in falſa etiam. i. mala perſtiterit continens, prauus ſit. nam ſi continens malam de adulterio habuerit opinionem, quòd bonum videlicet ſit, & honeſtum, in eaque perſtiterit, praua ea continentia erit, at bona eſt continentia. non debet igitur continens in omni opinione, ſed in bona tantummodo perſiſtere: dixerat item prius è propria opinione dimoueri incontinentem, ſi igitur ex omni opinione dimouetur, aliqua incontinentia bona eſſe reperietur. quemadmodum ſi quis praua aliqua opinione imbutus quòd adulterium ſcilicet bona res ſit, ab ea decedat deinde, & non adulteretur: huiuſmodi incontinentia bona erit, id quod abſurdū eſt, incontinentia enim vitium eſt. Quare non ex omni opinione exturbatrix eſt incontinentia, ſed è bona tantūmodo. cum namq; opinatur quiſpiam adulterium eſſe malum, & deinde mutata opinione illud committit & perpetrat, tunc incontinēs appellatur, nam Neoptolemus apud Sophoclem perſuaſus ab Vlyſſe mentiendi ac decipiendi Philoctetæ opinionē habebat: deinde ab ea recedens non perſtitit in ijs quæ ſuaſerat illi Vlyſſes, neque mentiri & ſimulare paſſus eſt quicquam, vt eam ob cauſam laude dignus habeatur. Cum enim Vlyſsis cōſilio ſimulaſſet ſe iratum Græcis omiſſa Troiæ oppugnatione redire in patriā velle, promiſiſſetque Philoctetæ ſe eum domum ſecum reducturum, conareturque eo dolo ipſum inuitum atq; inſcium ad Troiam deducere, poſtea ubi uidit ipſum mendacio illectum libenter ſequi, mutauit ſententiam, ęgre ferens quòd eum mentiendo deciperet, atque ita inquit

Neo. O Iuppiter, quid agam? ipſe deprendar malus?
Dum falſa dico, & celo quæ non debeo?
Phi. Homo iſte niſi ſum mente turbatus mea,
Videtur eſſe proditurus me, & ſuam
Nobis relictis nauigaturus domum.
Neo. Non te relinquam certe ego, ſed ſi haud queam
Te nunc reducere, id moleſtum erit magis.
Phi. Quid inquis ô fili? quid? haud intelligo.
Neo. Celabo te nil: explicabo at omnia.
Troiæ neceſſe eſt mecum vt adeas littora:
Gratumque viſas atque Atridarum manus.

Quin etiam captioſa ratio mentiens, dubitatio eſt. dum enim volunt incredibilia conuincere, vt ſi aſſequuti fuerint arguti eſſe videantur: facta ratiocinatio dubitatio euadit, vincta enim mens eſt, dum ſtare quidem non vult, propterea quòd non placet quod concluſum eſt: quia tamen quo modo E ſoluat rationem non habet, progredi non poteſt.

Præterea captioſa ratio, ideſt cauillatoria & ſophiſtica mentiens, dubitatio atque hæſitatio eſt. cauillatores enim & ſophiſtæ dum conuincere aduerſarium volunt, qui verbi gratia ſe opinari fateatur, lapidem viſu carere, & nō inſpicere, ita interrogat. non ne illud uidet, quod videt? cum ille aſſentitur, ſubiungunt, at lapidem videt, lapis igitur videt. quæ ſane ratiocinatio dubitationem affert, obſcuram & argutam. cuiuſmodi eſſe porrò vidētur, cum aſſequuti fuerint, ideſt aduerſarium induxerint fateri lapidem viſum habere & inſpicere, cuius prius contrarium aſſerebant, hæſitatio enim eſt & dubitatio, cum mēs ſtare atque acquieſcere non vult concluſioni, cui aſſenſionem præbuit, quæ eſt, lapidem viſu eſſe pręditum atque intueri, eo quòd nō placet, progredi tamen nequit, propterea quod diſſoluere

rationem

rationem & cauillationem non poteſt. Si igitur continentia eſt quæ in omni opinione perſiſtit, incontinentia quæ ab omni dimouet: in captioſis ratiocinationibus continētia mala, incontinentia bona eſſe reperietur. ſi enim qui fatetur lapidem videre, in ea ſententia perſtat, malum: ſi ab ea recedit, bonum eſt.

Euenit autem ex quadam ratione, vt imprudētia cum incontinentia virtus ſit. contraria enim agit ob incontinentiā quàm exiſtimet: mala autem eſſe bona, non eſſeq; agenda exſtimat: quare bona & non mala aget.

Euenit inquit, ex hac ratione, ſi ſcilicet incontinentia ex omni opinione exturbatrix eſt: ut imprudētia cum incontinentia coniuncta, virtutem efficiat. nam ſi quiſpiam B & imprudens & incontinens ſit, quatenus eſt imprudens, bonum eſſe malum opinatur, i. non adulterari eſſe malum exiſtimat, quatenus vero eſt incontinēs, è tali opinione exturbatur, & bonū eſſe adulteriū nō cōmittere putat, atq; agit bonum, agere autem bonum, virtus eſt. cum ſit enim incontinens contraria agit iis quæ imprudens exiſtimat; exiſtimat vero bonum, ideſt non adulterari, eſſe malum, quare ob incontinentiam bona & non mala operabitur. at ex duobus vitiis virtutem creari, atque effici, abſurdum eſt, immo fieri nullo modo poteſt: quippe cum neque ex ignauia & audacia exiſtere vlla uirtus queat.

Accedit quòd qui ex eo quòd perſuaſus eſt & ex electione iucunda & agit et ſectatur, melior eſſe eo videretur, qui C *non ex conſilio, ſed ex incontinētia eadem agit. aptior enim eſt, vt curetur: quippe qui admittere diſſuaſionem poſſit. at incontinens ei prouerbio eſt obnoxius, quo dicimus, quando aqua fauces ſtrangulat, quid amplius bibere opus eſt? nam ſi nō perſuaſus eſſet ea quę agit, ſi diſſuaderetur, deſiſteret: nūc autem perſuaſus, nihilo minus alia agit.*

Intemperantem incontinente eſſe meliorem oſtendit. intemperans enim inquit, cum non ſanam ac validam rationem habeat, ideſt cum nō cognoſcat ſcortari eſſe malum, id agit. quòd ſi ab alio audiret, ac doceretur malum id eſſe, euitaret, ac fugeret. incōtinens vero cum ſcortari malū eſſe ſciat, neque id euitet, quo modo ſi ab alio diſceret, ef- D fugere id, atque euitare vnquam poſſet? quare intemperans incontinente melior eſt. intemperans enim qui agit iucūda, ideſt ſcortatur ex electione, & perſuaſus, ideſt opinatus id bonum eſſe, vtpote rationem validam habens, melior incontinente eſſe videretur, qui agit bonum & non ſcortatur, non ex conſilio, ideſt nō quia rationem habeat curruptam, validam enim eam & ſanam habet, ſed ex incontinentia. ſanabilior enim eſt intemperans eo quod diſſuaderi poſſet, atque ita fieret vt ſcortationem euitaret, ſi ab alio id malum eſſe audiret ac diſceret. at incontinens ei prouerbio obnoxius videtur, quo aiunt ſi aqua ſuffocat & lędit, quid aliud bibere opus eſt? id quod dici conſueuit de illis qui ab illis ipſis læduntur, vnde utilitatem conſe- E quuturos ſe eſſe exiſtimabant. ſi enim ab iis quæ iuuare, atque emolumentum afferre queunt, offenſionem patiuntur, quid paſſurus eſſe iſtos ab iis quæ non niſi poſſunt lædere, ſperandum eſt? ſic incontinens ſi valentem habens rationem & cognoſcens ſcortari eſſe malum non iuuatur, qui iuuabitur ſi ab aliis idem nihilo minus eſſe malum audiet? nam ſi non eſſet perſuaſus, ideſt ſi non cognoſceret ea quæ agit, ideſt ſcortari, id quod agit eſſe malum, fortaſſe ſi diſſuaderetur ab alio audiendo ac diſcendo illud eſſe malum, à ſcortatione deſiſteret, nūc autem perſuaſus ideſt cognoſcens ſcortari eſſe malum non aliud tamē agit ſed ipſum illud quod malum eſſe cognoſcit.

Inſuper ſi circa omnia incontinentia & continentia verſatur, quis abſolute incontinens erit? nam omnes incontinentias qui habet, eſt nemo. quoſdam autem abſolute eſſe dicimus. Ac tales quidem dubitationes incidunt: ex his autem alia tollenda ſunt, alia relinquenda: quippe cum dubitatio- A *nis ſolutio nihil aliud quam inuentio ſit.*

Ad id etiam nunc obiicit, quod ſuperius ex opinione quorundam dixerat, alios iræ, alios honoris, alios cupiditatis incontinentes eſſe. inquit enim ſi circa omnia, ideſt iram, & honorem, & lucrum, & cætera omnino continentia & incontinentia verſatur, quis abſolute, id eſt proprie incontinens ſit, non reperietur. nullus enim omnes incontinentias habet, ſed alius iræ, alius honoris, alius pecuniarum cupiditatis & lucri incontinēs eſt. Quocirca quia aliquos eſſe abſolute, ideſt proprie incontinentes dicimus, alius vero habet hanc incontinentiam, alius illam, vniuerſas ſimul nemo: opinionem hanc abſurdam eſſe manifeſtum eſt.

B

Quonam pacto incontinentes agant. Cap. VIII.

PRimum igitur conſiderandum eſt, vtrum cognoſcentes nec ne agant, & quo modo cognoſcentes? deinde circa quæ incontinens & continens, hoc eſt vtrum circa omnes voluptates & ægritudines, an circa definitas aliquas ſtatuendus ſit? tum vtrum continens & tolerans idem ſit, an diuerſus? & ſimili modo de cæteris quæ cognata contemplationi huic ſunt.

Cum veterum opiniones de continentia & incontinētia expoſuerit, aduerſusque eas dubitarit, nūc quæ ex ipſis reprobandæ, quæ admittēdæ ſint, quemadmodum à prin- C cipio propoſuerat, vult declarare, priusq; ea quæ eſt quęſiturus, proponit atque inquit, primum conſiderandum eſſe, vtrum incontinentes cognoſcentes ſcortari eſſe malū ſcortentur, an non cognoſcentes? & ſi cognoſcentes id faciunt, quo modo ex ſciētia ne, an ex opinione cognoſcāt? deinde quærendum, circa quæ ſubiecta continens & incontinens verſetur: circa omnes ne voluptates, omneſque dolores, an circa definitas quaſdam voluptates, quoſdamque definitos dolores? ex iucundis enim alia natura ſunt eiuſmodi, per ſeque appetenda, ut honor, & victoria: alia non natura, ſed conſtitutione. præterea quia, vt ſuperius dixit, nonnulli continentem & tolerantem eſſe eundem opinantur, utrum idem ſit an diuerſus, quærendum item D eſt: & ſimiliter de aliis, quæ affinitatem & cognationem quandam cum hac conſideratione habent, atq; ad hanc doctrinam pertinent.

Initium autem conſiderationis eſt, vtrum continens & incontinens in eo quod circa quędam, an in eo quòd quodam modo verſantur, habeant differentiam? id autem quod dico tale eſt: vtrum incontinens ex eo quòd circa talia verſatur tantummodo, ſit incontinēs, an ex eo quòd quodam modo verſatur, an non, ſed ex vtriſque?

Omne quod ab aliquo differt, aut ſubiecto differt, aut modo, aut utriſque, ideſt & ſubiecto & modo diſcrepat, E exempli cauſa temperantia à fortitudine diuerſa eſt, tum ſubiectis rebus, quippe cum ipſa circa voluptates & dolores, fortitudo circa fiducias & timores verſetur, tum modo etiam differt, ipſa enim delectatur quibus debet, honeſtumque eſt, illa quibus debet, confidit. Inquit igitur, primum conſideremus an continens & incontinens differentiam inter ſe habeāt, ideſt diuerſi inter ſe ſint in eo quòd circa quædā verſantur, ideſt in ſubiectis ipſis. vt circa alia continentis, circa alia incontinētis negocium ſit. an in eo quòd quodam modo verſantur, ideſt an modo duntaxat non ſubiecto differāt, hoc eſt, vt clarius ipſe explicat, vtrū incontinens à continente diuerſus ſit, ex eo quòd circa talia ſubiecta verſatur, circa quæ non verſatur continens, id eſt utrum ſubiecto differant inter ſe? an non differant quidem ſubiecto, ſed ex eo quòd quodam modo verſantur, ideſt modo ipſo? an non modo differant tantummodo, ſed ex vtriſque, ideſt & ſubiecto & modo diuerſi inter ſe ſint. re vera autem non ſubiecto, ſed modo inter ſe diſcrepant, circa eadem enim continens & incontinens verſantur,

tur. ideſt circa venerea, & voluptates quæ tactu percipiuntur: ſed modo differunt. ille enim continet ſe, & venerea, turpesque voluntates coercet, & ſuperat: hic nõ continet, & ſuperatur.

Deinde an incontinentia & continentia circa omnia verſetur, nec ne? neque enim abſolute eſt incontinens, non circa omnia verſatur, ſed circa quæ intemperans: neque abſolute ad ea ſeſe habet: idem enim cum intemperantia eſſet: ſed eo quod hoc modo habet. ille enim ex electione ducitur præſentem voluptatem ſemper eſſe perſequendam exiſtimans: incontinens uero cum non exiſtimet, perſequitur.

Præterea quærendum eſt an circa iram quoque, & honorem, & victoriam continens & incontinens verſetur, necne? ſuperius enim dixerat tam iræ, quàm honoris & lucri incontinentem dici quempiam, vnde hic dubitationẽ ſoluit, non circa omnia inquiens proprie incontinentem verſari, id eſt non circa honorem & lucrum & cætera huiuſmodi, ſed circa venerea tantummodo, circa quæ intemperans quoque verſatur. neque abſolute ad ea ſeſe habere, id eſt non in modo conuenire, nam cum circa eadem ſubiecta incontinentia & intemperantia verſentur, ſi modum quoque haberent communem, ſequeretur, vt vtreque idem eſſent, ſed eo inter ſe differunt, quòd hoc quodam modo ſeſe habent ad ſubiecta, ideſt in modo diſcrepant. quippe cum incontinens cognoſcens turpes voluptates eſſe prauas ab ipſis ſuperatur, intemperans vero neque omnino eſſe prauas eas cognoſcit, ſed bonas eſſe exiſtimat, vt modo ipſo tantum inter ſe diuerſitatem habeant. alter.n. validam ac ſanam habet rationem, id eſt incontinens, alter ideſt temperans infirmam ac corruptam. intemperans ſiquidem à turpibus voluptatibus ducitur ac ſuperatur eligens, atque ipſas eſſe bonas exiſtimans, ipſaſque eſſe perſequendas, id eſt captandas atque inquirendas putans, incontinens vero licet ſcortationem non bonam ſed malam eſſe arbitretur, eam tamen perſequitur atque inquirit inuitus, & abſque electione, à turpi cupiditate inductus ac ſuperatus.

Nam ſi vera opinio, & non ſcientia ſit, ex qua incontinenter agunt homines, nihil ad rationem id refert, cum nonnulli ex iis qui opinantur, non ambigãt, ſed certo ſe ſcire exiſtiment. ſi igitur opinantes propterea quia leuiter credũt, magis quam ſcientes præter exiſtimationem ſuam agent, ſcientia ab opinione nihil differet. nonnulli enim ſunt, qui nihilo minorem iis quæ opinantur, quàm alij iis quæ ſciunt, fidem adhibeant. id Heraclitus oſtendit.

Dixerat ſuperius incontinentem non habere ſcientiam ſed opinionem. nam ſi ſcientiam haberet, non peccaret, ſcientia enim impeccabilis eſt, ac minime errans. quoniã vero errat incontinens à cupiditate ſuperatus, habere opinionem videtur, quæ errare poteſt, certaque haud quaquam eſt. Inquit igitur, ſi dicamus opinionem habere incontinentem ex qua incontinẽter agit, & non ſcientiam, nihil referet, idem enim eſt. nam ſi opinio omnis eſſet erratica, atque inſtabilis, recte dicerent opinione, & nõ ſciẽtia eſſe præditum incontinentem, ſed cum opinio aliqua ſit, quæ nihilo minus quàm ſcientia firma ac ſtabilis habeatur, non recta illorum ſententia eſt. quippe cum nonnulli ex iis qui opinantur, non ambigant, & ancipites ſint in iis quæ opinantur, ſed certo ſe ſcire ea putent, ut Democritus, qui cum omnia ex indiuiduis corpuſculis conſtare aſſereret, certo ſe opinari dicebat. ſi itaque qui opinantur, propterea quòd leuiter credunt, id eſt quia infirmam, & incertam habent fidem, ac perſuaſionem de rebus, præter exiſtimationem & opinionem agunt ideſt peccant & errant magis quàm ſcientes, nulla propterea erit quantum ad ſcientiam & opinionem ſpectat, differentia. eo quòd certa quoque ac firma opinio reperiatur. nonnulli enim iis quæ opinantur, magis credunt, quàm alij qui ſcientia ſunt præditi, iis quæ ſciunt. id quod Heraclitus oſtendit, firmam ſcilicet, ac certam reperiri opinionem poſſe. ille

A enim cum motum non eſſe opinaretur, quaſi certo id ſciret, ita aſſeuerabat.

Sed quoniam duobus modis ſcire dicimus, tam enim dicitur ſcire, qui habet ſcientiam & ea non vtitur, quàm qui vtitur: differentia erit, ſi quis agat ea quæ non debet, dum habet quidem ſcientiam, ſed non contemplatur, & dum contemplatur, hoc enim videtur abſurdum, ſed non dum non contemplatur.

Cum oſtenderit, ſiue opinionem, ſiue ſcientiam habere incontinentem dicat quiſpiam, in eandem abſurditatẽ incurſurũ, nunc quatuor argumentationibus dubitatio-

B nem hanc ſoluit, quo modoque cognoſcat incontinens, declarat. primamque argumentationem in hunc modum aggreditur. ſcire duobus modis ſumitur. ſciens enim & ille dicitur qui habitum & ſcientiam iam adeptus eſt, licet ea non vtatur, ideſt quamuis ex ſcientia illa minime operetur. & ille quoque ſciens appellatur, qui & ſcientiam videlicet geometriæ habet, & ea vtitur, ideſt ex ea operatur. differentia igitur eſt, ſi erret quiſpiam ſciens, ſcientia quidem præditus, ſed non contemplans, id eſt ex ea ſcientia non operans, & ſi & ſcientia præditus, & contemplans ſiue operans idem faciat. diuerſum item eſt, ſi agat quis ea quæ non debet, dum habet quidem ſcientiam, ſed non cõtemplatur ideſt dum non operatur ex ea ſcientia, & dum operatur. id enim indignum eſt, & abſurdum, cum quis

C habens ſcientiam, & ex ea operans errat, ac peccat, non autem cum non contemplans atque operans titubat, licet ſcientia præditus ſit. exempli gratia ſi grammaticæ ſcientiam habens quiſpiam, & non ex ea operans, ſed ad aliud ſpectans, atque animum aduertens interrogetur ad nomine Aeneæ, ſcribaturnè cum ſimplici vocali in principio, an cum diphthongo, & reſpondeat cum ſimplici vocali, non eſt abſurdum, quippe cum aliud agens ac conſiderãs id dixerit. ſed ſi & ſcientia præditus, & attendens atque operans vt grammaticus eodem modo errarit, illud vero admiratione dignum ſit, neceſſe eſt. ſic incontinens, licet ſciat ſcortationem eſſe malam, non tamen ex ea ſcientia operatur, ut abſtineat videlicet ab ea re, quam cognoſcit eſſe malam. quòd ſi habet quidem ſcientiam, non tamen

D ſecundum eam agit, ſed à cupiditate tractus ſcortatur, nihil mirum eſſe debet.

Præterea cum duo propoſitionum modi ſint, nihil vetat, quo minus qui vtraſque habet, præter ſcientiam agat, dum vniuerſali vtitur, & non particulare: particularia enim ea ſunt quæ in actionem veniunt.

Alterum argumemtum eſt. nam cum duæ ſint propoſitiones vniuerſalis altera, altera particularis, qui vniuerſalem cognoſcit, particularem quoque vel actu vel poteſtate cognoſcat neceſſe eſt, quippe cum particularis ſub vniuerſali contineatur. nihil igitur prohibet, quin agat præter ſcientiam, id eſt erret ac titubet ille qui habet quidem vtraſque propoſitiones vniuerſalem, & particularem, ſed

E vniuerſali vtitur, ideſt operatur circa illam, eamque actu cognoſcit, particulari autem minime vtitur, id eſt circa particularia minime operatur, quæ poteſtate non actu cognoſcit. particularia enim actioni ſubiiciuntur, circaque ea vnuſquiſque operatur, non circa vniuerſalia. vnde quia particularia agit vnuſquiſque, fit, vt qui errat, in errorem incidat dum particularem propoſitionem ignorat. nam ſi cognoſcat vniuerſale quiſpiam, omne veratri cauſa veratrum mortiferum eſſe, ac purgare, particulareque ignoret hoc ſcilicet veratrum eſſe, atque ita id quaſi ſalubre medicamentum exhibeat, atque erret, nihil abſurdum eſt. ſed tunc eſt mirandum, cum particulariter hoc eſſe veratrum cognoſcens id alicui exhibet.

Diuerſum autem eſt vniuerſale, alterum enim in ipſo, alterum in re eſt, vt omni homini ſicca conferre, & ipſum eſſe hominem, vel ſiccum eſſe quod huiuſmodi eſt, an vero hoc huiuſmodi ſit aut non habet, aut non operatur.

Vniuerſalis quoque differentia eſt: aliud etenim in ipſo ſciente & in perſona conſideratur, aliud in re. ſi igitur quod in ſe eſt vniuerſale cognoſcit quiſpiam, particulare etiã ſimul ſciat neceſſe eſt, quippe cum qui ſe ipſum ignoret, ſit nemo. verbi cauſa omni homini conferre ſicca, vniuerſalis propoſitio eſt in ipſo, propterea qui hunc cognoſcit, neceſſario cogniturus etiam particularem eſt, ſe ſcilicet eſſe hominem, atque iccirco ſibi quoque ſicca conferre. Item vt alio exemplo vtamur, alia vniuerſalis propoſitio in ipſo erit huiuſmodi, omni homini iuſta agere conducit: quam qui ſcit, ſciat quoque particularem neceſſe eſt, ideſt ſe eſſe hominem, atq; ideo ſibi quoque iuſte agere eſſe vtile. Cum vero vniuerſale eſt in re, vt omne ſiccum eſſe huiuſmodi, ideſt vtile eſſe, nequaquam qui id cognoſcet, particulare etiam ſciturus eſt, ſed an hoc huiuſmodi ſit, id eſt an hoc ſit ſiccum, vel non habet, ideſt vel ſcientiam non habet & ignorat, vel ſi cognoſcit circa ipſum id tamen non operatur. ſimili modo quoque ſi omne veratrum purgare quiſpiam nouerit, quod vniuerſale in re eſt non continuo etiam hoc eſſe veratrum cogniturus eſt, quæ eſt propoſitio particularis.

Ex his igitur modis incredibile eſt quantu differentia futura ſit, vt ſi ita cognoſcat quiſpiam, nihil abſurdum, ſin aliter, mirandum videatur.

Ex his duobus propoſitionum modis vniuerſalis ſcilicet, & particularis incredibile eſt quanta differentia futura ſit, ideſt longe maxima eſt differentia, ut nihil abſurdũ eſſe videatur, errare ſcilicet, & peccare, ſi ita cognoſcat aliquis vniuerſale & non particulare. nam cum in vniuerſali nullus operetur, ſed ſi in particulari, ſi ignorata particulari propoſitione erret aliquis, abſurdum non eſt, ſed ſi aliter fiat, ideſt ſi cognoſcens quis & vniuerſale & particulare peccet, tum mirandum & nouum videri debet. ſic abſurdum minime eſt, ſi incontinens cognoſcat quidem vniuerſale, adulterium ſcilicet eſſe malum, ſed à cupiditate ſuperatus particulare ignoret, atque ita quaſi bonum id eſſe exiſtimans peccet, atque adulteretur.

Ad hęc habere ſcientiam alio modo contingit hominibus quàm dictum ſit. nam dum habet quis, & ea non vtitur, diuerſum eſſe habitum videmus, vt & habere quodam modo & non habere videatur, cuiuſmodi eſt qui dormit, qui furit, qui vino oppreſſus eſt. ita autem affecti ſunt etiam illi qui in perturbationibus ſunt conſtituti. ira enim & venereorum cupiditates, nonnullaque huiuſmodi corpus etiam manifeſte immutant, quoſdamque in furores inducunt, vt pateat ſimili modo affectos incontinentes dici oportere.

Aliud argumentum hoc eſt, quod cum primo videtur conuenire, ſed in eo tamen differt, quod illic de eo dicebatur, qui habebat ſcientiam, & ſponte non operabatur, hic de eo agitur, qui cum habeat ſcientiam, inuitus tamen non agit: quippe cum ab ebrietate & ira agere prohibeatur. Contingit igitur, inquit, vt alio etiam modo ſcientiã habeant homines, quàm in duobus argumentationibus dictum ſuperius fuerit. nam dum habet homo ſcientiam & ea non vtitur, ideſt prohibitus ſecundum eam non operatur, habitum diuerſum eſſe conſpicimus, vt & habeat quodam modo, & non habeat. vt dormiens, ſi geometra ſit, habeatque ſcientiam, etiam non habere dicitur, quare nos enim habitu eſt præditus, ſcius appellatur, quatenus à ſomno prohibetur, ne ſecundum eam agat, inſcius, non habenſq; ſcientiã dicitur. ſimili modo vino oppreſſus, i. ebrius. & furens, & habere & non hr̃e quodã modo dici poteſt. nam quia habitum ſcientiæ iam habet, habere, quia ab ebrietate & furore impeditur, quo minus ſecundum eum operetur, non habere ſcientiam dicitur. ſic quoque qui in affectuum perturbationibus conſtituti ſunt, id eſt qui venereorum libidine, aut ira incitantur, non ſecus atque ebrij, & furentes afficiuntur, ſunt enim etiam ipſi ſopita ac grauata ratione, ac quibuſdam quaſi ſtimulis exagitantur. neque tantum animam ita habent perturbatam

A more ebriorum, & furentium; ſed palam etiam in corpore immutationem quandam præ ſe ferunt. iraſcenti enim homini oculi excandeſcunt, ac rubent, vt furere videatur, amanti pallet facies. nonnulli quoque ex nimia amoris vehementia mente exturbati in inſaniam ac furorem protſus conuerſi ſunt. perſpicuum igitur eſt, incontinentes ſimili modo ſe habere vt ebrij & furentes ſicut enim illi quãuis ſcientiam habeant, ebrietatis tamen & furoris perturbatione impediti ſecundum eam non operantur, ſic incõtinentes cum ſynceram habeant rationem ac ſanam, cognoſcantque ſcortationem eſſe malam, à vehementi turpi cupiditate prohibentur, quo minus agant, ſicut ratio præſcribit ac iubet.

Quod autem verba ex ſcientia dicant, id argumẽtum nul- B *lum eſt, qui enim ſunt in his affectibus conſtituti, demonſtrationes, & carmina Empedoclis dicunt. qui item primum didicerunt, connectunt quidem verba, nondum tamen ſciunt. cognatũ enim, ac coalitum eſſe oportet, ad quod tempore opus eſt. Quocirca eos qui incontinenter agunt, ita dicere exiſtimandum eſt, vt illi faciunt, qui hiſtrionis munere funguntur.*

Quod ſi inquit incontinentes verba ex ſcientia dicũt: ſciunt enim adulterium eſſe malum, dicuntque quemadmodum ſciunt, id eſſe malum: nullum id argumentum eſt, id eſt nihil id ad rationem facit. qui nanque in his affectibus ſunt, ideſt in ebrietate, & furia, ſuntque ebrij & inſani demonſtrationes, ratiocinationeſque demonſtratiuas, verbaque Empedoclis dicunt, non tamen quid dicant intelligunt. ſimili modo pueri qui primum diſcere ince- C perunt, connectunt etiam ipſi orationem & dicunt:

Iram magnanimi Pelidæ concine diua.

nondum tamen ſciunt, & intelligunt. opus enim eſt, ut ſi ſcite, & intelligere quiſpiã vult ea quæ dicit, cognatus ſit & coalitus: id eſt vt habitum prius diſciplinarum compararit, ita ut habitus in ipſo cognoſcatur, ac coaleſcat quaſi in naturam. hoc autem, ideſt habitus huius acquiſitio nõ niſi longo tempore, laboreque multo comparari poteſt. Vnde quemadmodum faciunt hiſtriones, qui cum carmina Homeri ſumpta perſona Hectoris, uel Achillis recitant, non intelligunt quid dicant, ita incontinentes, licet dicant malum eſſe adulterari, adeo tamen à turpibus voluptatibus perturbatam, atque obtenebratam mentem habent, ut quid dicant, nequeant intelligere, atque ita cum D non intelligant quid dicant, ſi errant, & adulterium quaſi bonum exiſtimant, ac committunt, abſurdum nullo modo eſt. Hanc rationem Ariſtoteles quàm cæteras admittere magis videtur.

Adde quod ita quoque naturali quadam ratione inſpicere cauſam quiſpiam poſſet. altera enim vniuerſalis opinio eſt altera de particularibus rebus, quibus præſidet ſenſus. quando autem ex ipſis vna euaſerit, alibi quidem enũciet anima: in effectiuis vero, agat ſtatim, neceſſe eſt. vt, ſi omne dulce guſtandum eſt, hoc autem eſt dulce, vtpote vnum quoddam ex particularibus, neceſſe eſt vt qui poteſt, & non prohibetur, ſimul hoc quoque agat.

Quarta hæc eſt ratio & ſolutio. Ex opinionibus altera E eſt vniuerſalis, altera circa particularia, quibus particularibus verbi cauſa viſui expoſitis ſenſus ipſe inſpiciendi pręſidet ac dominatur, id eſt in quæ percipienda & cognoſcẽda ius habet ſenſus. ex quibus quidẽ duabus opinionibus inter ſe complexis cum vna extiterit, ideſt cum duas has, particularem ſcilicet & vniuerſalem inter ſe commiſcueris, ratiocinationemq; conſtitueris, neceſſe in quibuſdam eſt enunciare, id eſt fateri atque aſſerere id quod fuerit collectum ac concluſum. id quod tunc videlicet fit cum propoſitiones ſunt intellectiuæ. vt ſi dicamus. Socrates eſt homo, homo eſt animal: Socrates igitur animal eſt. hic quod concluditur agi minime poteſt. ſed in effectiuis, id eſt cum effectiuæ, id eſt actiuæ ſunt opiniones, quod concluditur non enunciandum & dicendum, ſed agendum eſt. vt ſi dicam, hoc dulce eſt, omne quod dulce eſt guſtare

re oportet, hoc igitur guſtandum eſt, vtpote vnum quoddam ex particularibus. quia enim quod concluditur ex particularibus eſt atque agendis, neceſſe eſt vt qui id colligit, ſi poteſt, & non impeditur, ſimul hoc agat, & dulce id deguſtet.

Quando igitur vniuerſalis opinio ineſt, quæ prohibeat guſtare, altera vero, quæ omne dulce ſuaue eſſe dicat, hoc autem eſt dulce, atque hæc eſt, quæ operatur, forte vero adeſt cupiditas, illa quidem fugiendum eſſe ait, cupiditas ducit, quippe cum mouere vnumquodque ex membris queat. Quare fit vt ex ratione quodammodo & opinione incontinenter quiſpiam agat, quæ quidem opinio non per ſe, ſed ex accidenti contraria ſit. cupiditas enim, non opinio rectæ rationi contraria eſt.

Quando igitur vniuerſalis opinio guſtare prohibet, quæ inquit nihil dulce guſtandum eſſe, altera vero etiam ipſa vniuerſalis, omne dulce iucundum eſſe dicit, eſtque particularis, quæ hoc eſſe dulce inquit, quæ quidem particularis opinio ipſa operatur, ideſt ex qua particulari vnuſquiſque operatur, tunc ſi forte cupiditas inſit, quæ ad hoc dulce deguſtandum incitet, atque inducat, tunc porrò illa ſcilicet vniuerſalis opinio, quæ nullum dulce guſtandum eſſe ait, hoc iucundum fugere, ac minime deguſtare iubet, cupiditas vero ducit, atque incitat, ac vel inuitum ad dulce id deguſtandum compellit. nam ea non animam tantum turbat, ac permouet: ſed vnumquodque etiam ex corporis membris ita poteſt incitare ut ad id quod appetitur, conſequendum feſtinans feratur. quare contingit, vt ex ratione vniuerſali, quæ ait, nihil dulce eſſe guſtandum, & ex particulari opinione, qua hoc eſſe dulce aſſeritur, incontinenter quodam modo quiſpiam agat. quodam modo adiunxit, ut oſtendat non ex ratione vniuerſali, & particulari opinione abſque vllo medio effici, ut incontinenter agamus: ſed cupiditatem intercedere, quæ vniuerſalem opinionem & particularem contrarias inter ſe reddit. non enim particularis opinio quæ dicit, hoc eſſe dulce, contraria per ſe eſt, rationi vniuerſali nihil dulce eſſe deguſtandum aſſerenti, quæ enim inter has eſſe contrarietas poteſt? ſed ex accidenti contraria efficitur, nam quia accidit, ut cupiditas cum particulari opinione conueniens guſtatum ad percipiendum id quod dulce eſt, cogat, ea de cauſa particularis & vniuerſalis opinio contrariæ euadunt. cupiditas ſiquidem eſt, quæ rationem vniuerſalem, opinionemque particularem contrarias inter ſe facit. non opinio ipſa particularis per ſe eſt contraria rectæ rationi, ideſt vniuerſali. quare incontinens rationem quidem habet vniuerſalem, malum eſſe adulterari, & particulare etiam cognoſcit, hoc videlicet eſſe adulterium, ſed à cupiditate inuitus mouetur, atque ad adulterium perpetrandum inducitur.

Vnde etiam beſtiæ incontinentes propterea non ſunt, quia particularium imaginationem & memoriam habent, non vniuerſalium exiſtimationem.

Vnde etiam fit, vt beſtiæ propterea incontinentes mihi me dicantur, quia exiſtimationem, ideſt cognitionem & rationem uniuerſalem non habent: ſed particularium tantum memoria quadam, atque imaginatione præditæ ſũt. nam aſinus ſi deciderit in foueam aliquam, vbi foueam uidet, imaginatione concipit ſe illuc decidiſſe, atque eam euitat, non ratione aliqua, ſed recordatione quadam inductus. incontinẽs uero cum rationem vniuerſalem habeat, ex cupiditate & libidine eam tranſgreditur, ac quaſi ignorat, atque ita incontinenter ſe gerit, atque adulterium committit.

Quo modo vero ſoluatur ignorantia, & incontinens rurſus efficiatur ſciens, eadem ratio eſt, quæ & de temulento & dormiente, non propria huius affectionis. quæ quidem à naturæ indagatoribus audienda eſt.

Quo modo ignorantia incontinentis diſcutiatur, eadẽ ratio & in hoc affectu, ideſt incontinentia eſt, quæ & in

A ebrio, & dormiente, non propria aliqua & diuerſa. quam ſanè rationem & cauſam requirere à naturæ perſcrutatore, ac diſcere debemus. quippe cum naturalis contemplator quæ pars animæ, quæque eius facultas afficiatur, optime nouerit. quemadmodum igitur ſiquis grammaticus cum ſit, inebrietur, vini exhalatione turbatam mentem, atque offuſcatam habet, donecque exhalatio illa perſeuerat, operari quippiam vt grammaticus nequit, ſed tunc tãtummodo operatur, cum vinum iam deferbuit, vaporeſq; emittere ad cerebrum deſtitit, ſic incontinens, licet malũ eſſe adulterari cognoſcat, ex nimiæ tamen cupiditatis incitatione eam mentis obnubilationem, obtenebrationemque contrahit, ut cognitionem illam & ſcientiam tantiſper amittat, quoad cupiditatis vehementia perdurarit. B nam ubi feruoris illius ſubſidit, ceſſatque impetus, ignorãtia ſtatim diſcuſſa fit, ut eandem cognitionem & ſcientiam quam de adulterio prius habebat, quòd malum ſit, rurſus recipiat.

Quoniam autem vltima propoſitio eſt expoſitæ ſenſui rei opinio, actionumque domina eſt, hanc vel non habet, qui in affectu eſt conſtitutus, vel ita habet, vt non tamen eo quòd habeat eam liceat ſcire, ſed dicere duntaxat, non ſecus ac vino oppreſſus Empedoclis carmina. propterea item quòd vltimus terminus non eſt vniuerſalis, neque ita vt vniuerſalis ſcientiam efficere videtur:

Quia, inquit, poſtrema propoſitio, ideſt particularis opinio ſenſui expoſitæ rei & particularis cognitio eſt, quæ domina eſt actionum, ipſarumque agendarum principium C eſt, hanc particularem ſcilicet opinionem, quæ adulteriũ committere malum eſſe inquit, vel non habet ideſt nõ cognoſcit incontinens qui in affectu eſt conſtitutus, hoc eſt dum adulteratur, vel ita habet ipſam, vt non liceat ſcire, ideſt ita vt non propterea ſciat, & cognoſcat dum eam habet. ſed ſicut ebrius dicit quidem carmina Empedoclis & pronunciat, quid tamen dicat ignorat, ſic incontinens licet adulterium hoc eſſe malum dicat, non cognoſcit quid dicat. Propterea item quòd ultimus terminus, ideſt particularis propoſitio non eſt vniuerſalis, neque uidetur ita ſcientiæ effectrix eſſe ut uniuerſalis, nam ſcientia vniuerſa D lium eſt, non particularium, iccirco non eſt abſurdum, ſi incontinens cum non habeat ſcientiam de eo adulterio quod committit, quòd malum ſit, errat ac peccat, cum enim ſcientia ſit vniuerſalium, circa vniuerſalia vero non operetur quiſpiam, ſed circa particularia: particularium autem non ſit ſcientia, ſi circa particularia errat ac peccat incontinens, nihil mirum eſt, quippe cum de eis habere ſcientiam non poſſit. tunc enim eſſet abſurdum, ſi circa vniuerſalia erraret, quorum ſcientia præditus eſt.

Atque id quod quærebat Socrates videtur contingere. non enim affectus exiſtit præſente ea, quæ videtur propriè eſſe ſcientia, quippe quæ neque ipſa ex affectu diſtrahatur, ſed præſente ea quæ ſenſiua eſt. Vtrum igitur cognoſcens necne, & quo modo cognoſcens agere incontinenter quiſpiam E *poſſit, hactenus dictum ſit.*

Socrates fieri non poſſe dicebat, ut quis ſcientia aliqua præditus ſecundum eam erraret, id quod quoque hic cõtingit. incontinens ſiquidem circa vniuerſalia quorum habet ſcientiam minime errat, ſed circa particularia, quorum ſcientia non eſt. non enim præſente ſcientia quæ propriè ita dicitur: ſeu ut alia lectio fert, quæ domina omniũ eſt ideſt κυρίας οὔσης, non κυρίως, quæ inquam omnia vincit, ac ſuperat, affectus & perturbatio exiſtit, ideſt non enim præſente ſcientia à perturbatione ſuperatur incontinens, neque ipſa hæc ſcientia à cupiditate diſtrahitur & confunditur, ſed ſenſiua tantum eſt ideſt particularis opinio quæ à cupiditate ſuperatur, & licet adſit, non prohibet quo minus incontinens ab affectus perturbatione trahatur inuitus ac peccet. circa hanc enim peccat incontinens. nam rationem vniuerſalem dicit tantummodo, ac pronunciat, vt in aerem diſſoluatur, circa particularia vero operationem

ſuam

luam exercet. Vtrum igitur cognoſcens incontinens ſuccumbit, an minime, & ſi cognoſcens, quo modo cognoſcens, peccat ſcientiane an opinione prædiţus, ſatis hucuſque dictum eſt.

Circa quæ continens & incontinens verſetur. Cap. IIII.

IAm vero vtrum aliquis abſolute incontinens ſit, an omnes ex parte, & ſi ſit, circa quæ verſetur, dicendum deinceps eſt. Circa voluptates quidem & dolores continentes & tolerantes, necnon incontinentes & molles verſari perſpicuum eſt. Quoniam vero ex iis quæ voluptatem afferunt alia neceſſaria ſunt, alia eligenda quidem per ſe, ſed eiuſmodi tamen vt exceſſum etiam habeant. neceſſaria quæ ad corpus ſpectant, cuiuſmodi ſunt alimentum, veneris vſus, ac cætera huiuſmodi corporalia, circa quæ temperantiam & intemperantiam conſtituimus: non neceſſaria, ſed per ſe eligenda, victoria, honor, diuitiæ, ac reliqua talia quæ bona ſunt & iucunda: eos qui in his præter rectam rationem quæ in ipſis eſt, abſolute quidem incontinentes non dicimus, ſed addentes pecuniarum, lucri, honoris, iræ incontinentes appellamus, & non abſolute, vtpote diuerſos, & qui ex ſimilitudine dicantur.

Vtrum aliquis abſolute incontinens ſit, id eſt qui ſine additione dicatur, & incontinens tantum ſit, an incontinentes omnes dicantur ex parte, id eſt cum additione incontinentes iræ, incontinentes lucri, atque huiuſmodi, & ſi incontinens ſine additione ſit, circa quæ ſubiecta is verſetur, dicendum eſt. C Atque vt circa quæ iucunda conſiſtat incontinentia, declaret, iucundorum diuiſionem in hunc modum facit, iucundarum rerum quę afferunt voluptatem, aliæ ſunt neceſſariæ, vt quæ ad corpus attinent, vt ſunt alimenta. cibus enim & potus ſi moderate ſumãtur, neceſſaria corpori ſunt, & iucunda, nam exceſſus in his quoque vituperatione dignus eſt, ſi comedere quiſpiam & bibere ſupra ſatietatem velit ſimili modo venerea voluptuoſa ſunt, & neceſſaria ad ſpeciei conſeruationem, & ſobolis propagationem, tum priuatim etiam iis qui vel calculari, vel renali morbo afficiuntur. alia vero ſunt non neceſſaria, ſed eligenda tamen atque expetenda per ſe, vt honor, diuitiæ, victoria. omnes enim eligunt atq; anteponũt D diuites fieri, victoriam adipiſci, poſſeſſiones, gloriam, potentatum, ac bona huiuſmodi cętera. Cum igitur duplicia ſint quæ voluptatem efficiunt neceſſaria, & non neceſſaria: qui in his ideſt non neceſſariis excedunt, & ſupra modum diteſcere, vincere, & glorioſi fieri ſtudent præter rectam rationem quæ in ipſis eſt, quæ mediocritate in omnibus vtendum eſſe præcipit, huiuſmodi homines nõ abſolute, ideſt non ſine additione incontinentes dicũtur: ſed opus additamento quodam eſt. non enim incontinentes tantummodo illos appellamus, ſed adiungimus vel lucri, vel pecuniarum, vel tale quippiam, atque incontinentes lucri, incontinentes pecuniarum, incontinentes honoris vocare conſueuimus, & non abſolute, ideſt non ſine adiunctione ſolum incontinentes eos dicimus: quippe qui E ab eo diuerſi ſint, qui proprie incontinens ſine alia adiectare dicitur: & ex ſimilitudine quã habent cum eo qui proprie continens eſt, ita appellentur. nam quemadmodum illi qui proprie incontinentes dicuntur, incontinentes dicuntur eo quòd in vſu venereorum excedunt, ac nimii ſunt, ſic hi qui cum additione eodem hoc nomine appellantur, ita appellantur eo quòd cum exceſſu atq; immoderate & vincere, & diteſcere, atque alia huiuſmodi affectant: in eo tamen differunt, quòd illi ſine additione, hi cum additione vel honoris, vel victoriæ, vel lucri, & ſimilium incontinentes dicuntur.

Non ſecus atque ille homo dicebatur qui in olympiis vicit. illius enim communis ratio à propria parum diſtabat, ſed diuerſa tamen erat.

A Incontinentes victoriæ, lucri, & cæterorum ſimilium ex ſimilitudine quam in exceſſu habent ita dicuntur, non aliter quàm ille qui in olympiis ludis victor euaſerat, qui ſicut alius Socrates vel Plato, ita ipſe communi nomine homo appellabatur. illius enim communis ratio, ideſt homo in vniuerſali, qui eſt animal rationale mortale, parũ à proprio nomine differebat, nam homo etiam ipſe vocabatur, ſed parua quædem additio efficiebat, ut à communi homine diſcreparet. qui enim volebant ipſum ſignificare, atq; ab vniuerſali homine ſeparare, ita dicebant. homo qui in olimpiis vicit. quamuis enim parum differat cõmunis homo ab homine qui in olympiis vicit, ſitque perquàm ſimilis, eſt tamen diuerſus, eo quòd hic particularis ſenſui expoſitus eſt: ille vniuerſalis & communis intel B lectu percipitur. ita quoque ille qui abſolute incontinens eſt, & qui incontinentes cum additione dicuntur, licet ſimilitudinem inter ſe quandam habeant, in ſubiectis tamen rebus differunt, circa quas verſantur, diuerſique inter ſe ſunt.

Cui rei id ſignum eſt, quod incontinentia, non vt error tantum, ſed vt vitium quoddam, quod aut abſolute, aut ex parte aliqua ſit, vituperatur, horum autem nemo. ſed illorum qui circa corporales fruitiones verſantur, circa quas temperantem & intemperantem exiſtere diximus, qui non ex electione, ſed præter electionem & conſilium exceſſus & iucundorum ſectatur, & moleſtorum fugit, famis videlicet, ſitis, caloris, frigoris, cæterorumque omnium, quæ ad tactum, guſtatumque ſpectant, is non cum additione, quòd in ea hæc ſcilicet ſit, verbi cauſa iræ, ſed abſolute tantummodo incontinens dicitur.

Diuerſos autem eſſe incontinentes cum additione ab eo qui proprie incontinens dicitur, id ſignum eſt ideſt inde patet, quòd incontinentia vituperatur, non ſolum vt peccatum, quippe quæ è recta ratione excedat: verum etiã vt vitium quoddam, quod aut abſolute, & perfecte vitium ſit, aut ex parte quadam ideſt vitio proximum ſit. nã quatenus vitium corruptam habet rationem, incontinentia vero integram, incontinentia perfectum vitium non eſt, ſed ad vitium accedit. at nemo horum qui cum additione incontinentes dicuntur, honoris ſcilicet, & diuitiarum, vituperari conſueuit. ſed illorum qui circa fruitiones corpo D rales, ideſt circa venerea & eas voluptates verſantur, quæ tactu percipiuntur, circa quas temperantem & intemperantem verſari diximus: qui ſectatur exceſſum voluptatũ, & ſupra modum venereis vtitur, non ex electione, ſed præter electionem & conſilium, ideſt præter rectam ratioñe, & exceſſus moleſtarum, doloremque afferentium rerum, vt famis, ſitis, & ſimilium fugit, atque euitat, quæritq; exceſſus omnium quæ ad tactum, guſtatumque attinent, is abſolute & ſine additione incontinens eſt, non cum additione, quòd circa hæc ſcilicet ſit, ideſt quòd incontinens iræ, incontinens honoris ſit: ſed abſolute tantum ſineque vlla additione incontinens dicitur. nam qui cum electione voluptates ſectatur, corruptamque habet rationem, intemperans eſt, incontinens vero licet integram, ſanamq; E habeat rationem, ſine electione tamen & inuitus à cupiditate ad fruendas voluptates trahitur.

Indicio illud eſt, nam intemperantes circa has, non circa aliquam ex illis dicuntur. & propterea incontinentem & intemperantem, continentem item & temperantem non ex illis quempiam in eodem conſtituimus, propterea quòd circa eaſdem quodam modo voluptates, doloreſque eoſdem verſentur. quanquam hi circa eadem quidem vtrique verſantur, non tamen eodem modo, illi enim eligunt, hi non eligunt.

Proprie incontinentem eſſe eum, qui circa corporales voluptates, ideſt circa venerea verſatur, hinc patet, quòd intemperantes circa eaſdem has venereorum voluptates exiſtunt, non circa aliquam ex illis, iræ ſcilicet aut lucri,

aut

aut huiuſmodi alicuius, quippe cum intemperans iræ, aut honoris, aut lucri, intemperans minime dicatur. Quare incontinens proprie ille eſt, qui circa eadem circa quæ & intemperans, ideſt circa venereorum voluptates verſatur, vnde etiam ſine additione vlla incontinens dicitur. ac propterea quia circa eadem ſubiecta vtrique verſantur, incontinentem & intemperãtem in eodem conſtituimus, ideſt eundem eſſe dicimus, non quempiam ex illis qui cum additione incontinentes vocantur, ſed abſolute & proprie incontinentem etiam cum intemperante eundẽ dicimus & continentem item cum temperante, eo quòd circa eaſdem voluptates venereorum quodam modo vtrique verſantur. quodam modo, adiungit, vt incontinentis & intẽperantis differentiam oſtendat, qui licet eadem ſubiecta habeant, circa quæ operentur, non eodem modo tamen vtrique operationes ſuas exercent, ſed illi, ideſt intemperantes eo, quòd corruptam habent rationem, malum eligentes, ideſt ex electione & propoſito agunt, hi, ideſt incontinentes non eligentes, hoc eſt non proponentes malum agere, ſed bonum, quippe qui rationem adhuc integram ac ſanam habeant, à cupiditate tamen inuiti ad perpetrandum flagitium aliquod trahuntur.

Vnde magis intemperantem eum diceremus, qui vel nihil, vel leuiter cupiens & exceſſus ſectatur, & dolores mediocres fugit, quàm hunc qui propterea idem facit, quia vehementer cupiditate afficitur. quid enim faceret ille ſi aut valida aliqua cupiditas, aut in neceſſariorum rerum inopia vehemens dolor inceſſeret?

Icc irco peior ille eſt, magiſque intemperans merito diceretur, qui etiam ſi non cupiat, vel leuiter & parum cupiat, exceſſum venerearum voluptatum ſectari conſueuit, & fugere mediocres & paruos dolores, quàm hic ideſt incontinens, qui vehementi cupiditate ſuperatus malum præter electionem agit. nam ſi intemperans vel nullo modo, vel parum à cupiditate permotus, atque incitatus venereis vti ſupra modum ſolet, ſi inceſſeret ipſum atque inuaderet valida ac vehemens cupiditas, quid faceret? ſimili modo ſi ingenti aliquo dolore afficiatur, eo quod per tres aut quatuor dies pane indigeat, quid facturum eum eſſe credendum eſt? impium ſanè aliquod malum, atque intolerandum.

Quoniam vero ex cupiditatibus & voluptatibus aliæ ſunt ex ijs, quæ genere ſunt honeſta ac proba, nam iucundorum nonnulla natura ſunt expetenda, alia his contraria, alia media, ſicut prius diuiſum à nobis eſt, vt pecuniæ, lucrum, victoria, & honor: in omnibus porrò & talibus, & medijs, non quia afficiuntur, & cupiunt, & amant, vituperantur homines, ſed quia quodam modo, afficiuntur, & excedunt.

De immanitate ac feritate docturus nonnulla prius de ſubiectis ipſis exponit, circa quæ immanitas verſatur, atque iccirco cum ſuperius iucunda in duo diuiſiſſet in neceſſaria, & per ſe expetibilia, nunc quo feritatis ſubiecta inueniat, tertium membrum ſuperiori diuiſioni adiungit atque inquit, quoniam ex iucũdis alia honeſta ac proba, ideſt bona genere hoc eſt ſubiecto ſunt. ex iucundis enim alia ſunt natura expetenda & bona, vt victoria, diuitiæ, pecuniæ, lucrum, alia contraria his, ideſt natura fugienda, nã comedere carnes crudas licet ſuaue nonnullis ſit, deteſtabile tamen eſt, ac fugiendum: alia autem ſunt media, ut comedere, & veſtiri, quæ hominibus iucunda quidem ſunt, ſuapte tamen natura neque expetenda, neque fugienda: ſed ex indigentia neceſſaria. concoctis enim ac digeſtis iis quæ iam comedimus, fit vt nouo cibo indigeamus, quo vẽtris eſuriem poſſimus ſaturare. cum igitur iucunda hæc ſint, ſicut ſuperius diuiſim, ideſt ſicut in diuiſione ſuperiori iam diximus de neceſſariis ſcilicet, & per ſe expetibilibus, nam tertium membrum, vt dixi, hic adiungit, in omnibus & talibus, ideſt natura expetibilibus, & medijs, quæ neque expetibilia ſunt natura, neque fugienda, ſed neceſſaria, non vituperantur homines, ſi cupiant abſolute hono-

A rari, vel vincere, vel pecunias comparare ac lucrari, neque ſi edere aut bibere, aut veſtiri abſolute velint, non enim in eo quod cupiunt, ſed in eo quòd quodam modo cupiunt, vituperatione digni habentur, ideſt, eo quòd immoderate afficiuntur, & in cupiditate excedunt. vt ſi vel toto die quis comedere, vel domi manens purpureo pallio ornari, vel ſupra modum lucrari, ac conquirere pecunias, velit. non enim cupere, ſed immoderate cupere vitio datur.

Iccirco quicunque præter rationem vel ſuperantur, vel aliquid ex ijs quæ natura ſunt honeſta & bona, perſequuntur. vt illi qui circa honorem magis quàm oporteat, ſtudẽt, vel circa filios & parentes. bona enim hæc ſunt, & qui circa ea ſtudent, laudari conſueuerunt: ſed in his tamen exceſ-

B *ſus etiam quidam eſt, ſiquis quemadmodum Niobe aduerſus Deos pugnaret, aut erga patrẽ ita eſſet affectus, vt Satyrus qui patricola appellabatur. valde enim inſanire videbatur.*

Cum igitur non in cupiditate, ſed in modo cupiditatis vituperentur homines, quicunque pręter rectam rationẽ, id eſt immoderate & exuperanter vel ſuperantur & vincũtur, opprimunturque ab affectibus, vel aliquid ex ijs quæ natura ſunt expetenda & boná, quærunt, vt honorari, & vincere, & magis quàm oporteat, id eſt ſupra modum, & cum exceſſu, affectant, vituperatione digni ſunt. vbique enim mediocritas & moderatio laudatur, ut etiam ſiquis vel honorari, vel lucrari moderate cupiat, non probro detur. nam exceſſus & immoderatio in unaquaque re etiam bona vituperium meretur. nimius quoque amor vel erga

C liberos, vel erga parentes ſimili modo eſt vituperabilis vt ſi parentes liberos, uel ſi liberi parentes immoderato amore proſequantur. nam licet bona hæc ſint amare parentes & liberos, & ex iis quæ bona & expetenda natura ſunt, quique circa hæc moderate ſeſe gerunt, laudentur, exceſſus tamẽ etiam in his uituperatione dignus eſt. ſunt enim nonnulli qui ſupra modum liberos ſuos ament, ut Niobe, quæ liberos ſuos adeo amabat, ut cum diis etiam pugnare non uereretur. cum enim duodecim liberos haberet mares ſex, ac totidem fœminas, tanto amore eos proſequebatur, ut ſe anteponere ea de cauſa Latonę auſa fuerit, ſeque dea preſtantiorem eſſe exiſtimarit, quòd Latona duos tantum, Dianam & Apollinem, ipſa duodecim procreaſſet nulla ex parte diis inferiores. at cum ſuos liberos adeo

D amat quiſpiam, ut & deos etiam contemnat, aduerſuſque eos pugnet, uituperabile proculdubio eſt. id quod etiam Satyrus faciebat, qui propterea quia patrem ſupra modũ amabat, patricola, ideſt φιλοπάτωρ, hoc eſt patris amator uocitabatur. nam cum puellę cuiuſdam amore eſſet captus, patriſque Soſtrati auxilium ad eam potiendam fuiſſet expertus, adeo ex ea re poſthac patrem dilexit, ut poſt eius mortem ſe quoque ipſe uita priuare uoluerit, ac de rupe quadam præcipitarit. Amare igitur patrem ſupra modum, ut patre mortuo mori etiam ipſe quiſpiam velit, uituperatione dignum eſt. nam etiam Satyrus qui ob patris obitum ſibi ipſe mortem conſciuit, ualde inſanire uidebatur.

E *Nulla igitur circa hæc prauitas exiſtit ob id quod dictũ eſt, propterea quòd vnumquodque per ſe eſt ex ijs quæ natura ſunt expetenda, praui tamen & fugiendi exceſſus ipſorũ ſunt. ſimili modo quoque neque incontinentia, quippe cum incontinentia nõ modo fugienda, verum etiam ex ijs ſit, quæ vituperatione digna habentur. ex affectus tamen ſimilitudine incontinentiam adiungentes circa vnumquodque dicũt vt malum medicum, malum hiſtrionem, quem abſolute malũ nullo modo vocarent.*

Nulla igitur prauitas, inquit, circa hęc, ideſt circa honorem, diuitias, amorem, lucrum, ob id quod dictum eſt, id eſt propterea quód unumquodque ipſorum, diuitiæ ſcilicet. honor, amor & ſimilia, ipſa per ſe ex iis ſunt quæ natura ſunt expetibilia, exceſſus tamen ipſorum, ideſt quęrere

ſupra

ſupra modum honorari, ac ſupra modum diteſcere, atque huiuſmodi, fugienda ſunt. ſimiliter neque incontinentia proprie eſt ſupra modum atque immoderate lucrari, aut honorari, ac tale quippiam affectare. quia incontinentia non tam ſugienda eſt, quam vituperabilis. quoniam vero quærere ſupra modum lucrari, aut honorari, aut amare, ſimilitudinem quandam ob exceſſum cum affectu, ideſt cũ incontinentia habet, eo quòd incontinens quoque ſupra modum & cum exceſſu frui venereorũ voluptatibus vult, adiuncta incontinentia circa vnumquodq; ipſorum dicimus, hic pecuniarũ incontinens eſt: iræ incontinens honoris incõtinens: vt ſine additione incontinentem huiuſmodi appellare non ſoleamus. Quemadmodum ſi aut medicum videamus, qui medicina male vtatur, aut hiſtrionem qui male fabulas agat atque imitetur: non malos abſolute vocare conſueuimus, ſed illum malum medicum: hũc malum hiſtrionem dicimus: quippe cum ipſorum peccatum non vitium abſolute ſit, vt eſt incontinentia, aut ignauia, ſed vitium in arte quam exercent: vt non immerito malus medicus, malus hiſtrio cum additione appellandi ſint.

Quemadmodum itaque neque hic propterea quòd vnumquodque ipſorum non vitium, ſed proportione ſimile eſt: ita videlicet etiam illic exiſtimandum eſt incontinentiam & cõtinentiam eam duntaxat eſſe, quæ circa eadem, circa quę temperantia verſatur, & intemperantia. nam circa iram per ſimilitudinem dicimus: vnde etiam addentes irę incontinentiã ſicut honoris, & lucri appellamus.

Sicut igitur neque hic, ideſt in hiſtrione & medico, eo quòd peccatum ipſorum vitium abſolute non eſt, ſed proportiune ſimile vitio: eo quòd peccatum ipſorum ſimilitudinem quandam cum vitio habet: quemadmodũ.n. intemperans recta ratione aberrat, ita in ſua quiſq; arte, aberrant ac peccant. ſicut igitur ſiquis vel medeatur male, vel fabulas agat male, non abſolute malus, ſed cum additione medicus malus, & malus hiſtrio appellatur: ita quoque illic.i. in incontinente exiſtimandum eſt. incontinentiam enim & continentiam ſolum & ſine additione eam dicimus, quæ circa eadem ſubiecta, circa quæ intemperãtia & temperantia verſatur: at circa iram, & honorem, & pecuniam, atque huiuſmodi cętera non proprie incontinentiã, & continentiam, ſed per ſimilitudinem immoderationis & exceſſus ita vocamus. vnde ſi viderimus aliquem pecunias mediocriter amare, eum non abſolute continentem, ſed cum additione pecuniarum continentẽ nominare cõſueuimus. econtrario quem ſupra modum vel pecunias affectare, vel iraſci nouerimus, non abſolute incontinẽtem ſed appoſita etiam re circa quam peccat, pecuniarum, vel iræ incontinentem dicimus.

Circa iucunda præter naturam non eſſe incontinentiam, eiusque duas eſſe ſpecies. Cap. V.

Cum autem nonnulla iucunda natura ſint, atque ex his alia abſolute, & ſimpliciter, alia pro generibus animalium atque hominum: nonnulla vero non natura, ſed partim ex læſionibus, partim ex conſuetudine, partim etiam ob naturas prauas huiuſmodi ſint: circa quoq; horum ſingula inſpicere ſimiles habitus poſſumus.

De immanitate acturus voluptates innaturales & non naturales diſtinguit: inquitq; ex naturalibus alias eſſe abſolute & in vniuerſum omnibus iucundas: vt comedere & bibere omnibus æq; ſuaue animalibus videtur, propterea ꝙ humido & ſicco alimẽto omnia indigẽt: alias pro genere quorumcũq; animalium, atq; hominum. quippe cum & animalia quædam herbis, quædam carnibus veſci delectentur: & hominibus alijs alia cibaria iucunda ſint. nonnulla vero non natura voluptatem afferunt, ſed fugienda potius natura ſunt. atque ex his alia quibuſdam videntur ſuauia ex læſione aliqua ſenſibilis partis quæ vel morbo, vel inſania contingent: alia ex conſuetudine: alia ex natura praua, prauoq; habitu huiuſmodi videtur. Ac circa vnũquodque horum quæ non natura iucunda ſunt, ſimiles continentiæ & incontinentiæ videre habitus licet.

A

Dico autem ferinos: cuiuſmodi erat ea mulier quam grauidarum ventres reſcindere, atque inde fœtus comedere conſueuiſſe inquiunt: vel ea quibus aiunt quaſdam efferatas circa Pontum nationes oblectari. alios enim crudis, alios humanis carnibus veſci, alios ſibi inuicem infantes ad epulandum mutuare perhibent. vel quod de Phalaride dicitur.

Enumerat ea quæ non ſunt natura iucunda: atque inquit: infantes comedere iucũdum natura minime eſt: ſed tamen id Lamiæ iucũdum videbatur. Lamia enim mulier quædam erat circa Pontum, quæ cum filios ſuos amiſiſſet aliarum mulierum filios infantes inſectabatur, atque edebat. Sunt item iucunda præter naturam, ea quibus nõnulli efferati atq; agreſtes homines oblectãtur. nam Scythæ qui circa Pontum degunt crudis piſcibus veſcuntur: alij humanas carnes comedunt: alij ſuos ipſorum filios comedendos inter ſe mutuo dare conſueuerunt: atq; id ſuaue & iucundum ipſis videtur. Phalaris quoque ſuum ipſius filiũ dicitur comediſſe.

B

Atque hi quidem ferini habitus ſunt. alij vero nonnullis ex morbo & inſania contingunt: vt illi, qui matrem mactauit, & in cibum ſumpſit: qui item conſerui iecur comedit. alij item morboſi ſunt, vel ex conſuetudine, vt pilorum euulſiones, vnguium roſiones. carbonum etiam & terrę comeſtiones: præterea venereorum vſus cum maribus: id quod tum natura, tum conſuetudine euenit, quemadmodum illis qui à pueritia conſueuerunt.

C

Hi ſanè ferini, atq; immanes habitus ſunt, qui ex praua & mala natura hominum proueniunt. alii vero ſunt ſimili modo ferini & præter naturam, qui ex morbo vel ex aſſuetudine contrahuntur: vt cum quis ſibi vngues rodit, ac comedit, aut crines, & pilos euellit: habitu vel ex morbo, vel ex conſuetudine acquiſito. In inſaniam quoque delapſus quidam ſeruus iecur conſerui ſui comedit. & Xerxes Perſarum rex furore etiam ipſe incitatus adeo humanitatem exuit, vt mactatam matrem ſuam in cibum ſumpſerit. ſuaue item nonnullis ſed præter naturam tamen videtur, carbones comedere. in quibus enim atræ bilis humor redundat, id contingit: ſicut quibus ineſt humor acidus, ijs terræ ac luti eſus eſſe iucundus conſueuit. ex aliqua enĩ morboſa affectione vel atræ bilis, vel acidi humoris his hæc naturæ deprauatio accidit. vt autem cõcumbere cum maribus iucundum nonnullis ſit, tum mala natura, atque ad malum procliuis, tum aſſuetudo facit: qui enim à pueritia ei flagitio aſſueuerint, ex malorum atque impurorũ hominum conuerſatione deprauantur, etiam ſi bona natura, atque ad virtutem propenſa præditi fuerint.

D

Quibuſcunque igitur in cauſa eſt natura, eos incontinentes appellaret nemo: ſicut neque fœminas, quòd non ſubagitent, ſed ſubagitentur: ſimili modo neque eos qui ex conſuetudine morboſe ſeſe habent.

Quibuſcunque natura mala ac flagitioſa in cauſa eſt, vt marium concubitum ſectentur, eos incontinentes dicerit nemo: propterea quòd natura ipſis eſt huiuſmodi, atque ad malum procliuis. nam neque fœminas ob id incontinentes vocant, quòd maribus nubunt, & non econtrario vxores ducunt: quippe cum id earum natura minime patiatur. neque eos item. qui morboſa ſe aliqua affectione non natura inſita, ſed ex conſuetudine contracta maribus abutuntur, incontinentes dicere debemus: eo ꝙ hi rationem habẽt corruptam, neque cognoſcunt [illegible] omnino malum id ſit: incontinentes vero integra ac ſana ratione præditi ſunt.

E

Ac cum habet quidem vnumquodque horum quiſpiam, vitij terminos excedit, perinde atque [illegible] cum habet tamen & vel ſuperat, vel ſuperatur [illegible] continentia abſolute, neque incontinentia eſt, ſed [illegible]

litudine.ſicut etiam ille qui circa iram affectus eſt, non incontinens, ſed hoc modo affectionis incontinens dicendus eſt.

Cum habet quis vnumquodq; horum, quæ enumerauimus videlicet, ſi carnibus crudis aut humanis veſcatur, & carbones edat, atq; huiuſmodi alia faciat, id omne humanum vitium excedit, eſtq; extra humanitatis terminos quippe cum hæc feris potius, quã hominibus conueniant ſicut etiam feritas omne vitium excedit. cum tamẽ habeat quiſpiam hæc, ideſt cum carnes crudas, vel terrã edere cupit, cupiditatemq; cohibet ac ſuperat, atq; id minime facit: eum non abſolute & ſine additione continentem dicimus, ſed affectum etiam addimus, circa quem verſatur, ac continentem ferinum appellamus, ſimili modo ſi à cupiditate victus lutum comederit, aut quippiam aliud eorũ B quæ dicta ſunt, non abſolute incontinens & ſine additione, ſed ex ſimilitudine ob vitij exceſſum & cum additione ferinus incontinens vocatur. ſicut etiam eum qui vehemẽter & nimium iraſcitur, ex ſimilitudine quam in exceſſu cũ eo habet, qui proprie incõtinens dicitur, hoc modo ideſt cum additione illius affectionis qua perturbatur, ideſt iræ incontinentem, non abſolute incontinentem appellare conſueuimus.

Omne enim excedens vitium & imprudentia, & timiditas, & intemperantia, & acerbitas partim ferinum eſt, partim morboſum. qui namque talis natura eſt, vt omnia timeat etiam ſi mus obſtrepuerit, ferina is timiditate timidus eſt. quidam etiam felem ex morbo timebat. ex imprudẽtibus itẽ C *qui irrationales ſunt, & ſenſu tantummodo viuunt, ferini habentur: cuiuſmodi nonnullæ longinquorum barbarorum nationes ſunt.*

Omne modum excedens vitium ſiue imprudẽtia, ſiue timiditas, ſiue intemperantia, ſiue acerbitas ideſt iracũdia fuerit, partim ferinũ eſt, partim morboſum, ideſt ex morbo aliquo cõtractum, qui enim natura talis eſt, vt ſi etiam mus ſtrepitum fecerit, timeat, timidus ferina timiditate eſſe dicitur. ſimili modo quoque ſi ex natura ſupra modum iraſcatur quiſpiam, nimiſque aſpere atque infeſte in vindicta ſumenda ſeſe gerat, ferina aſperitate iracundus eſt. qui item ſi viderit felem formidat, ac timet ex morbo aliquo, atque inſania in eum pauorem inductus, timidus ferina timiditate appellandus eſt. imprudentes etiam qui ex D natura ſunt irrationabiles, ideſt ſtulti & ratione quàm minimum vtentes, & ſenſu tãtummodo viuunt, & bruta quę ratione penitus carent, vt ſunt nonnulli longinqui & procul in extremis orbis partibus habitantes barbari, ferini etiam ipſi, atque immanes vocantur.

Qui autem ex morbo aut comitiali, aut inſania idem faciunt, morboſi ſunt. fieri vero poteſt vt ex his aliqua interdum quiſpiam habeat tantum, & non ſuperetur. quemadmodum ſi Phalaris cupiens infantem edere, & ad venereorum geſtiriam voluptatem incitatus ſe cohibuiſſet. fit etiã, vt nõ ſolum habeat hæc aliquis, verum etiam ſuperetur.

Qui vero ſunt imprudẽtes ex morbo vel comitiali uel E inſania, ſoloque ſenſu viuunt, morboſi imprudentes dicũtur, non ſecus atque ille morboſa timiditate prędictus dicebatur, qui fele inſpecta formidabat. horum vero ferinorũ vitiorum euenit, ut nonnulla quiſpiam habeat, non tamẽ ab ipſis vincatur & ſuperetur, ſed ipſe ea coerceat, ac vincat. vt ſi Phalaris cupiens infantem edere nefandam illam cupiditatem cohibuiſſet, vel nefarium coitum appetẽs teträ illius libidinis impetum repreſſiſſet, nõ continens ſine additione, ſed continens ferinus dictus fuiſſet, eo ꝙ à ferinis cupiditatibus ſe cõtinuiſſet. ſæpe etiam fit, vt ſuperetur & vincatur quiſpiam, qui ferinas voluptates habet, qui incontinens cum additione ideſt ferinus incontinens propterea dicitur, quia à ferinis cupiditatibus ſuperatur.

Quemadmodum igitur prauitas quæ homini conuenit, abſolute prauitas dicitur, quæ vero cum additione appellatur non abſolute, ſed ferina, vel morboſa prauitas vocatur: eodẽ A *modo eſſe incontinentiam patet aliam ferinam, aliam morboſam. abſolute vero ſolam eam, quæ intẽperantiæ humanæ correſpondet. Incontinentiam itaque & continentiam circa ea tantum verſari, circa quæ intemperantia & temperantia circa alia vero aliam incontinentiæ ſpeciem eſſe, quæ non abſolute, ſed per tranſlationem ita dicatur, perſpicuum eſt.*

Sicut prauitas (verbi cauſa intemperantia quæ homini conuenit, ideſt quæ circa humanas voluptates verſatur, hoc eſt circa venereorum libidines, quę humanæ concupiſcentiæ limites non excedunt, vt eſt cum muliere rem habere) abſolute & ſine additione prauitas. i. intemperantia dicitur ea vero quæ circa libidines eſt, quę nõ homini, ſed beſtiis conueniunt, cuiuſmodi eſt concumbere cum maribus, cum additione prauitas & intemperantia, id eſt feri- B na intemperantia, vel morboſa intemperantia appellatur, abſolute vero, i. ſine additione nullo modo. Ita quoq; incontinentia, quę cum additione dicitur, ferina, vel morboſa incontinentia eſt. morboſa enim incontinentia ea eſt, cum quis à ferinis cupiditatibus ex morbo aliquo ſuperatur: vt ſunt qui renali morbo affecti ſunt, qui cum ex coitu quoddam adiumentum conſequantur, ſupra modum interdum eum affectant. abſolute vero & ſine additione incontinentia ſola ea eſt, quę proprie incontinentia dicitur, quæ humanæ intemperantiæ correſpondet, id eſt quę circa venerea hominibus conuenientia verſatur, hoc eſt circa eas voluptates quæ tactu percipiũtur, circa quas intemperantiæ quoque & temperantiæ negocium eſt. circa has C autem verſari incontinentiam ex ante dictis manifeſtum eſt. & eſſe item aliud incontinentiæ genus, quod in aliis rebus ira videlicet, pecuniis, honoribus, ferinisq; etiam voluptatibus exiſteret, quæ quidem incontinentia non abſolute & ſimpliciter. i. proprie & ſine additione, ſed per tranſlationem & ſimilitudinem quandam & cum additione incontinentia diceretur, declaratum iam eſt.

De incontinentia iræ, voluptatum differentiis, & vitio humano Cap. VI.

IAm vero minus turpem eſſe incõtinentiam iræ, quàm cupiditatum conſideremus. ira enim audire quidem rationem videtur, ſed non recte tamen percipere, quemadmo- D *dum feſtini miniſtri faciunt, qui prius quàm omnia quæ dicuntur, audiuerint, excurrunt: deinde ab actione aberrant: & canes quoque ante quàm inſpexerint, an amicus ſit quiſpiam, ſi ſtrepitum tantummodo fecerit, latrant: ita ira ob feruorem, celeritatemque naturæ, audiens quidem, ſed non quid præcipiatur, attendens, ad vindictam incitatur. nam ſtatim vbi ratio vel imaginatio contumeliam, aut contemptum eſſe oſtenderit, ipſa quaſi ratiocinando collegerit bellum ei eſſe inferendum, indignatur. at cupiditas ſi tantum ratio aut ſenſus ſuaue eſſe aliquid dixerit, ad fruitionem eius incitatur. quare ira rationem quodam modo ſequitur, cupiditas nõ* E *ſequitur: turpior igitur cupiditas eſt. irę enim incontinens à ratione quodam modo vincitur; hic vero à cupiditate, non à ratione ſuperatur.*

Irę incontinentiam, quam cupiditatum minus malum eſſe multis rationibus demõſtraturus eſt, quarum vna eſt hæc. iram videri, inquit, audire quidem rationem, ſed non exacte tamen quid iubeat percipere: ſicut miniſtri celeres ac feſtinantes, qui prius quam heri orationem abſoluerint, atq; expleuerint, ac rem ipſam quam mãdaturi ſunt, explicare deſierint, ſtatim præcurrũt, vt quod iubetur exequantur, deinde errant, & non faciunt id quod commiſſum eſt, propterea quòd non integre & perfecte, ſed ex parte quod herus præcepit, audiuerunt. & canes ẽt ſi ſtrepitum aliquem audiuerint, ſtatim latrant, prius quam aduertãt, amicus ne an inimicus ſit ille q accedit. ſimili mõ irã inquit, audire quidẽ rationẽ quæ verbi cauſa adulteriũ

commiſiſſe

commiſiſſe quempiam dicat, an iubeat tamen ſumendam eſſe ab eo pœnam, nec ne non expectare, ſed confeſtim ob feruorem caliditatéq; naturæ ad vindictã inferendã incitari. ratio enim ſiue imaginatio, ideſt rationis ipſi⁹ ſpecies ac cogitatio iræ oſtendit ac manifeſtauit factũ id hoc eſt adulterium eſſe contumeliam, ſeu contemptũ: ira autem nõ expectata iuſsione an vindicta inferẽda ei ſit, quaſi ratiocinando collegerit, illum adulterium cõmiſiſſe, ei vero qui huiuſmodi ſit, bellum eſſe inferendum, pęnamq; irrogandam, cõtinuo indignatur, ac ſurit. verũ cupiditas ſimul ac ratio corrupta.ſ. tantum dixerit, vel ſenſus ſuaue eſſe aliqd ad fruitionem eius incitatur. quare cũ ira rõnẽ rectã quodam modo ſequatur, quodam modo autẽ inquit eo quòd quadam ex parte audit, quadam non, dum ob celeritatem integre audire non expectat quid iubeat ratio. cum vero cupiditas rectæ rationi nullo modo, ſed corruptæ obtemperat, reſtat vt qui cupiditatis eſt incontinẽs, iræ incõtinẽte longe turpior ſit, propterea ꝙ iræ incontinens à ratione quodam modo & quadam ex parte, licet nõ integre & perfecte, vincitur: hic autem.i. cupiditatis incontinens nõ à ratione ſed à cupiditate ſuperatur, quæ ad flagitiũ perpetrandum trahit, atque incitat.

Præterea magis ignoſcendum eſt, ſiquis naturales appetitiones ſequatur: nam talibus etiam cupiditatibus quæ communes omnibus ſunt, & quatenus ſunt communes, venia magis dari conſueuit. at iracundia & acerbitas naturalis magis eſt quam cupiditates quæ excedunt, & neceſſariæ minime ſunt. quemadmodum ille qui ſe excuſabat, quòd patrem verberaſſet: nam hic, inquit, ſuum, & ille item ſuum verberauit: & commonſtrans infantem, hic etiam inquit, vbi vir euaſerit, me ipſum verberabit: gentile enim nobis hoc eſt. ille quoque qui trahebatur à filio, vbi ad ianuam deuentum eſt, deſiſtere iubebat: nam ſe quoq; eouſq; patrem ſuum traxiſſe.

Altera hæc eſt ratio qua turpiorem eſſe iram cupiditate demonſtrat, eo ꝙ naturalis eſt magis: id quod ex eo patet, ꝙ ira eſſe gentilitium vitiũ, & ex genere ipſo ſequi videtur. nam ſi meus pater ſit iracundus, ego quoq; eiuſmodi ſum & filius meus, & nepos: vt per totam progeniẽ hic affectus iræ naturaliter propagari videatur. cupiditas vero naturalis nõ eſt. at naturalibus appetitionibus venia magis datur nam etiam ea cupiditatibus exhibetur, quę cõmunes ſunt vt ſiquis aut eſuriens comedere, aut ſitiens bibere appetat id enim commune omnibus hominibus, ac naturale eſt, quippe cum vnuſquiſque & edere cupiat, cũ eſurit, & bibere, cum ſitit. & quatenus ſunt communes, idest ſi nõ ſupra ſacietatem edere aut bibere toto die cupiat quilpiam quæ enim ita modum excedit cupiditas uituperatione digna eſt, neq; veniam meretur. huiuſmodi igitur cupiditatibus quæ intra terminos naturales continẽtur, ignoſcẽdum eſt. ſi.n. quis viderit quempiam eſurientem ac propterea cupiditate edendi incitatum iraſci, potius eũ venia quã opprobrio proſequendum cenſebit, quippe cum nõ ignoret naturam eſſe quæ ad comedendum, atq; appetendũ cibum ipſum impellat. at iracundia & acerbitas quæ etiam modum excedit, magis eſt naturalis, quam quę excedit cupiditas non neceſſaria, idest quam cupiditas pecuniarum, & victoriæ, vt ſiquis ſupra modum aut vincere aut lucrari cupiat. exempli cauſa, quidam cũm patrem ſuum ira incitatus verberibus affeciſſet, atque ob id in iudicium traheretur, ita ſe excuſabat, & defendebat, hic, idest pater meus inquiens, patrem ſuum quoque verberauit, & pater item patris mei patrem ſuum, & hic meus filius vbi in virũ adoleuerit, me ipſum nihilo minus cædet, eo ꝙ gentilicia nobis atque é genere proueniens ira eſt: atq; hoc dicebat, vt iracundiam naturaliter, & ex generis ſucceſsione ſibi ineſſe declararet, ac propterea venia dignum ſe eſſe oſtẽderet. Alius item cum per vim à filio traheretur, vbi ad ianuam vſque protractus fuit, ibi deſiſtere à violentia filium ſuum monebat, propterea ꝙ ipſe quoque cum patrem ſuum traxiſſet eouſque, idest ad ianuam vſque & oſtium iudicialis,

A fori, ibi eum dimiſiſſet.

Adde quod qui inſidioſius agunt, ſunt iniuſtiores: iracundus vero minime eſt inſidioſius, ſed apertus, ſicut etiam ira. at cupiditas huiuſmodi eſt, qualem etiam Venerem dicunt. Cyprigenę enim fraudes nectentis, & zonam de pectore ſoluit, inquit Homerus, Hic fraus eſt, quæ vel prudentes decipit ipſos. Quare ſi iniuſtior & turpior incontinentia hæc eſt, quàm ea quæ circa iram verſatur: & abſolute incontinẽtia, & quodam modo vitiũ erit.

Tertia ratio hæc eſt in hunc modũ. iniuſtiores illi ſunt qui ſunt inſidioſi, iracundus nõ eſt inſidioſus, neq; ira eſt eiuſmodi, quæ aduerſarium latẽter inuadat, ſed aperta eſt aperte enim ſine vlla diſſimulatione in inimicos inuehit, at cupiditas inſidioſa eſt: quippe quæ clam & doloſe ad

B fruendam appetitam rem ſeſe inſinuet. ſiquis enim puellæ alicuius concubitum appetit, non aperte & ſtatim ipſi ſtuprum infert, ſed conſultat quo modo & latenter eam illiciat, & clam id faciat, ne reſciſcat quilpiã. quemadmodũ Homerus Venerem appellat Cyprigenam fraudes nectentem. Venus enim cupiditas eſt, quæ non manifeſte & aperte aggreditur quod cupit, ſed occultos dolos ſtruit, ac fallit. nam de balteo eius in quo illecebræ omnes, doliſque ac fallaciæ continentur, ita apud Homerum eſt. cũ enim Iuno inducere in amorem ſui velit Iouem, ſimuleique ſe ad reconciliandam gratiam inter Tethyn & Oceanum ire, rogetque Venerem vt ea in re ſibi opem ferat, amoremq; & illecebras det, Venus baltenm ſuum ad conciliandum amorem maxime accommodatum ei tradit; qui quoniã

C ſutilis erat, ac conſartus appellatur. Qua de re Homerus ad hunc modum inquit.

Aſt huic reſpondens ſic eſt Cytherea loquuta
Iuſſa mihi hæc neque fas, neque detrectare decorum eſt,
O Iuno, ſummo nanque es coniuncta tonanti.
Coniugio, & magno ſuper æthere cum Ioue regnas.
Sic ait, & nitido zonam de pectore ſoluit,
Sutilis, & vario quæ erat interſexta labore
In qua cuncta inerant illectamenta doliſque,
Hic amor, hic deſiderium, blanduſque ſuſurrus,
Hic fraus eſt, quæ vel prudentes decipit ipſos,

Hanc Cypris Iunoni offert, de hinc alia ſatur. &c. Si igitur ira nõ eſt inſidioſa, ſed cupiditas, inſidioſi vero qui occulte & clam lædunt, iniuſtiores illis ſunt qui aperte of-

D fendunt, nam eos qui aperte inuadunt, euitare quilpiam poſſet, reſtat vt incontinentia cupiditatis quam incontinentia iræ ſit iniuſtior, ac turpior, ſitque abſolute incontinentia, ac uitium quodam modo. quodam modo, adiungit, vt ſignificet cupiditatis incontinentiam, ſi ſpectemus ad incontinentiam iræ, eſſe abſolute incontinentiam & vitium, vtpote quæ iniuſtior ac turpior ſit, ſi ad uitium comparetur, eſſe ex parte vitium & ex ſimilitudine, non abſolute & ſimpliciter vitium, ſed quæ ei quod abſolute & ſimpliciter vitium eſt, prope accedat.

Accedit quòd dolore affectus cõtumelia vtitur nemo, qui autem ex ira quippiam facit, cum dolore id facit: qui vero cõtumelia vtitur, cum voluptate. ſi igitur ea ſunt iniuſtiora ob quæ indignari maxime conuenit, incontinentia quoque cupi-

E *ditatis eiuſmodi erit: quippe cum in ira contumelia minime ſit. incontinẽtiam itaq; cupiditatis eã quę circa iram exiſtit eſſe turpiorem, continentiam iræ & incontinentiam circa cupiditates & voluptates corporis verſari, manifeſtum eſt.*

Quartam rationem hanc affert, qua incontinentiam cupiditatis iræ incontinentia eſſe turpiorem demonſtrat. dolore affectus contumelia vtitur nemo, idest laſciuia & petulantia libidinis: pro adulterio enim & ſtupro contumeliam hic accipit. vnuſquiſque vero qui cum ira facit, dolore affectus facit: ira enim nihil aliud eſt quam doloris viciſsim inferendi appetitus. qui autem contumelia vtitur, idest ſtuprum & adulterium committit, cum cupiditate & voluptate id facit. ſi igitur affectus illi iniuſtio-

res ſunt contra quos iraſci magis debemus, efficietur, ut cupiditatis incontinentia quoque iniuſtior eſſe cenſeatur. nam ſi incontinenter ſe gerere quempiam videamus in nimia vel pecuniarum & lucri, vel venereorum cupiditate magis contra ipſum iraſcimur, ac ſuccēſemus, quam ſi ira incitari ſupra modum aliquem inſpexerimus eo quòd ob id iraſcitur vnuſquiſq;, quòd iniuria ac dolore affectus eſt non enim cōtumelia id eſt coitus & adulterium in ira eſt, & cum ira perpetratur. atque ita iam patet & incontinentiam cupiditatis incontinentia iræ eſſe turpiorem atque iniuſtiorem: & continentiam & incontinentiam circa corporis uoluptates, quę tactu ſcilicet percipiuntur, verſari.

Harum autem ipſarum differentiæ ſumendæ ſunt. ſicut enim à principio dictum fuit, aliæ tam genere quàm magnitudine humanæ ſunt ac naturales, aliæ ferinæ: aliæ ex læſionibus & morbis euenientes. ac circa harum primas temperātia & intemperantia verſatur: vnde beſtias neque temperātes neque intemperantes dicimus, niſi per tranſlationem, & ſi quo alio modo omnino animalium genus aliud ab alio tum contumelia & ſalacitate, tum voracitate differt.

Differentias corporis voluptatum reſumit ac ſtatuit: ac circa quas ex ipſis temperantia & intemperantia verſetur, oſtendit, ex corporis enim voluptatibus, inquit aliæ humanæ ſunt ac naturales & genere ideſt ſubiecto, circa quod verſantur, & magnitudine, ideſt dum modum quendam in ipſis ſeruamus, & naturales terminos non excedimus, exempli gratia humana & naturalis voluptas quātum ad genus attinet, eſt, cum veſci pane, & cōcumbere cum muliere C appetit quiſpiam. quantum vero ad magnitudinem cum non ſupra ſacietatem & modum id facit: nam ſi immoderate nimium & toto die vel edere vel coire cupiat, ea iam non humana, ſed ferina erit voluptas exiſtimāda. aliæ ſunt ferinæ voluptates & immanes, vt carnes hominum comedere, aliæ ex læſionibus & morbis, ex inſania videlicet, & praua ex ægrotatione affectione contracta eueniūt ex his autem voluptatibus temperantia & intemperantia circa primas, ideſt humanas & naturales tantummodo verſatur. vnde beſtias non niſi per tranſlationem & ſimilitudinem temperantes aut intemperantes vocare conſueuimus, D & ſi aliquo alio modo animalium genera inter ſe differant: ſeu contumelia ideſt coitu & libidine, & ſalacitate quæ *σαλαχεία* dicitur, ideſt profuſa coeundi petulantia, qua canes & equi etiam præter cætera animalia maxime incitantur: ſeu verocitate & edacitate, qua omnia promiſcue comedunt, vt lupi atq; huiuſmodi. nam ex hac animalium differentia alia ex ipſis intēperantia vt canes & equos & lupos, alia tēperātia vt camelos ſolemus appellare.

Non enim electionem, neq; rationem habent. ſed è natura non ſecus ac furentes homines exceſſerunt. feritas autem minus quidem quam vitium, ſed horribilius tamen malū eſt.

Cauſam ſubiungit cur bruta animalia neque intemperantia, neque temperantia dicantur: propterea quòd ſcilicet qui temperans eſt, temperantes res quas agit, eligit, habetque rationem, ideſt recta & integra utitur ratione: ſimi E li modo quoque intemperans ex electione intemperanter ſe gerit, rationemque etiam ipſe licet corruptam ſequitur. at beſtiæ neque electionem, neque rationem habent, ſed ſunt è natura exturbatæ, non quòd e natura ſua irrationali exceſſerint, & in rationalem tranſierint, ſed quòd ſimiles ſint iis hominibus qui è natura ſua ob inſaniam dimoti ſunt, & quaſi irrationales euaſerunt. furentes enim homines & inſania agitati cum rationem corruptam habeant, electione, minime vtuntur, ſed ſine electione ſineq; ratione oīa agunt. ſic beſtiæ rōne & electione omnino careſit, aq; hinc ſequitur, vt feritas quæ in beſtiis ſcilicet ipſis eſt, minus malum, ſed horribilius tamen quam vitium ſit.

Quippe cum non ſit corrupta quemadmodum in homine optima pars, ſed deſit, & non habeat. ſimile nanque eſt perinde ac ſi inanimatum ad animatum conferre velimus, vtrū A *peius ſit. ſemper enim prauitas eius quod non habet principium (intellectus autem eſt principium) minus idonea ad nocendum eſt.*

Cur feritas minus malum vitio ſit, hic declarat, ita inquiens. minus malum quam uitium feritas eſt, propterea quòd in beſtiis & feris optima pars ideſt ratio non eſt corrupta & deprauata, vt in intemperante qui rationem corruptam ſequitur, ſed prorſus deeſt. beſtię ſiquidem ratione penitus carent, ut praua non deprauata natura præditæ ſint. quocirca feritas cum vitio nullo modo comparanda eſt quemadmodum neque inanimatum cum animato quæ nullam inter ſe habent ſimilitudinem, qua conferri debeant. nā ſiquis feritatem cum vitio conferat, idem faciet, ac ſi animatum comparet cum inanimato, atq; utrū B ex ipſis peius ac deterius ſit, inquirat, iniuſtitia ne quæ inanimata & habitus animæ eſt, an iniuſtus homo qui eſt animatus? nam prauitas ideſt feritas eius quod caret principio, ideſt beſtiæ & feræ, quæ intellectu carēt, intellectus enim principium eſt, minus eſt noxia atque ad lędendum idonea, quam vitium hominis qui ratione atq; intellectu gubernatur, homo enim cum ratione & conſilio ad nocēdum alicui inducitur, beſtia ſine conſideratione vlla fertur, ut propterea nocere ac lædere minus poſsit.

Non ſecus igitur eſt ac ſi iniuſtitiam ad iniuſtum hominē quiſpiam conferas, vtrunque enim aliquo modo peius eſt. milies plura enim mala homo malus quam beſtia perpetraret.

C Comparare feritatem cum vitio perinde eſt ac ſi inanimatum, id eſt iniuſtitiam cum animato ideſt iniuſto homine conferamus. ſimilium enim inter ſe hoc eſt habitus ad habitum, vel habitu præditi ad habitu præditum fieri comparatio debet. nemo enim ſanæ mentis habitum qui anima caret, ad eum qui habitu eſt prędītus qui animatus eſt, comparabit, ſed animati ad animatum, & inanimati ad inanimatum collationem eſſe faciendam ducet. vtrunque enim tam iniuſtitia quam iniuſtus homo alterum altero peius quodam modo eſt. nam ſi iniuſtus propterea lędit ac malus eſt, quia iniuſtitiæ eſt particeps, multo iniuſtior ipſa iniuſtitia erit exiſtimāda. quemadmodū ſi quod D igni accedit caleſit, multo calidior ignis ipſe eſt. rurſus e contrario cum iniuſtitia res inanimata ſit, ac propterea lędere quempiam nequeat, ſi per ſe cōſideretur, iniuſtus vero animatus ſit, ut inferre alteri damnum poſsit, ſequitur vt iniuſtus peior iniuſtitia eſſe videatur. Ita fit, vt iniuſtitia aliquo modo peior, aliquo melior ſit, & iniuſtus item & melior & peior habeatur. nam multo plura mala agere poteſt homo malus quam beſtia, eo quòd rationis illa eſt expers, atque vti conſilio in inferenda iniuria nequit, homo rationalis eſt, & conſuendo machinari perniciem in alterum poteſt.

De continente, incontinente, tolerante, & molli. Cap. VII.

AT vero circa tactus guſtatusque voluptates & dolo E *res, cupiditates item & fugas, circa quas intemperantia & temperantia definita prius eſt, ita ſe habere quiſpiam poteſt, vt & quibus plerique ſunt ſuperiores ab iis vincatur, & ea ſuperet, quibus plerique ſuccumbunt. ex his autem qui circa voluptates verſatur, alter incontinens, alter continens, qui circa dolores, alter mollis, tolerans alter dicitur. plurimorum vero habitus medij ſunt, licet magis ad deteriores declinent.*

Circa voluptates tactus & guſtatus circa quas temperantiam & intemperātiam verſari ſuperius definitum eſt fieri poteſt vt quiſpiam ita ſe gerat, vt uincatur à cupiditatibus, quibus plerique è uulgo ſuperiores ſunt, & non ſuperantur, ut ſiquis uinum falernum bibere appetat, is ſanè cohibere cupiditatem eam etiam ſi è vulgo ſit, poteſt. ſunt tamen nonnulli qui ab his vincuntur, etiam quibus plerique ſunt ſuperiores. nonnulli quoque reperiuntur

tur

ſur qui vehementes cupiditates venereorum & libidinum A quibus plerique vulgares ſuperantur, coercent, ac vincunt. Superatur enim ac ſuccumbit libidinibus vulgus, propterea quòd ſcortationem eſſe malam percipere ac diſcernere non valet. Ex his autem qui vel ea vincunt quibus plerique ſunt inferiores, vel ſuperantur ab iis quibus plerique non ſuccumbunt, qui circa voluptates verſatur, alter, id eſt qui à cupiditatibus ſuperatur, quibus plerique ſunt ſuperiores, incontinens eſt: alter qui ſe ab iis continet, quibus plerique ſuccumbunt, continens. qui autem circa dolores agit, ſi à doloribus ſuperetur, quos plerique ferre conſueuerunt, mollis eſt. nam amittere amicos dolorem alicui affert, quem tamen tolerare etiam è vulgo quilibet poteſt, à quo vinci ac ſuperari mollis hominis eſt. Dixit autem circa dolores verſari mollem, non quòd incontinentia & con- B tinentia quoque circa eoſdem non verſetur, ſed quia magis continentis & incontinentis negocium in voluptatibus quam in doloribus conſpiciatur. continens ſiquidem abſentia voluptatum minime dolet, mollis vero licet etiam ipſe circa voluptates verſetur, exercetur tamen magis circa dolores; quippe qui ex voluptatis etiam cuiuſlibet abſentia dolorem concipiat, vt ſi vinum Pramnium aut Falernum cupiat, cupiditatemque cum nequeat explere, vehementer dolebit mollis, atque adeo vt denique animum deſpondeat, quem ſane dolorem qui ex hac delicati vini appetitione ſuſcipitur, plerique è vulgo ſuperare conſueuerunt. at qui dolorem eum vincit, quo ſuperiores plerique non ſunt, tolerans dicitur. vt ſi quis in magnum periculum incidens id forti ac conſtanti animo ferat, neque permittat ſe C dolore affligi ac conſici, ſed eum cohibeat ac vincat, quo plerique è vulgo homines non frangi omnino non poſſunt. horum autem vulgarium habitus medij ſunt, id eſt mediocritates, ſed quia mediocritates virtutes ſunt, idcirco ſubiungit, licet ſint mediocritates in deteriùs tamen declinant ac vergunt. mediocritates enim vocat vulgi habitus, eo quod inter molles, & tolerantes exiſtunt, plerique è vulgo namque cum à doloribus ſuperentur quibus tolerans ſuperior eſt, eos vincunt quibus mollis infringitur, atque opprimitur. cum hæc voluptates reſiſtunt quibus incontinens ſuperatur, iis quibus continens dominari conſueuit, ſuccumbunt ac vincuntur. atque ita ſit, vt licet inter incontinentes & continentes medij ſint, ad peiores tamen & deteriores voluptates, doloresque declinent. D

Sed quia nonnullæ voluptates neceſſariæ ſunt, aliæ non neceſſariæ, & quadantenus, exceſſus vero & defectus neceſſarij minime ſunt; & ſimili modo etiam circa cupiditates & dolores ſeſe habet: qui iucundarum rerum exceſſus vel eum exceſſu, vel ex electione & propter ipſas, nullamque aliam ob rem euenientem perſequitur, intemperans eſt.

Nonnullæ voluptates neceſſariæ vſque ad quendam terminum ſunt, nam comedere quo ad expleatur venter, & fames ſedetur, neceſſarium: ſupra ſatietatem vero, & immoderate toto die idem facere non neceſſarium eſt. aliæ autem voluptates ſunt quæ etiam cum modo neceſſariæ non ſunt, vt honoris, vt victoriæ, vt diuitiarum. cæterum tam in neceſſarijs quam in non neceſſarijs neque exceſſus, neque defectus E neceſſarij habentur. nam ſicut nulla omnino in cibo & potu aut diuitijs voluptate affici non eſt laudabile, ita ſupra modum affici ſuperuacaneum & non neceſſarium, ſed vituperatione dignum eſt. idem in cupiditatibus, & doloribus contingit, qui enim perſequitur & inquirit iucundarum rerum exceſſus, vel cum exceſſu, id eſt qui vel vehementiſſimis & maximis voluptatibus & cupiditatibus & venereorum libidinibus affici ſtudet, vel licet non magnæ ſint voluptatis, ut lucri, vt honoris & ſimilium, ipſe tamen cum exceſſu etiam his oblectari, in hisque excedere affectat & cupit, atque hoc ex electione & propoſito, propterque ipſas voluptates facit, non alia aliqua de cauſa, is intemperans eſt nam ſi lucrandi gratia adulterium quiſpiam committere ſtudeat, non intemperans, ſed auarus potius, lucrique cupidus appellabitur. neque item intemperans eſt dicendus qui cum vxore tyranni conſueſcit, remque habet, ſi id non ob voluptatem ipſam & libidinem faciat, ſed ob aliquid aliud quod euenturum inde ſit, quo ſcilicet ea ratione aut interficiendi, aut eiiciendi tyranni occaſionem nactus libertatem afferre ac ſalutem patriæ poſſit.

Neceſſe enim eſt hunc non eſſe eiuſmodi, vt eum pœniteat quare eſt incurabilis: nam quem non pœnitet, incurabilis eſt qui vero deficit, eſt huic oppoſitus, qui eſt medius, temperans: ſimili modo quoque qui corporis dolores non quia ſit inferior & vincatur, ſed ex electione fugit.

Neceſſe eſt intemperantem qui cum electione voluptates inquirit, non eſſe eiuſmodi, vt eum pœniteat facti. quod ſi ita eſt incurabilis quoque intemperans eſt. atque hoc modo ſoluit id B quod ſuperius propoſuerat, ex quorundam aliorum opinione, cum diceret intemperantem facilius curari ac ſanari quam incontinentem poſſe, hoc enim ex ſententia ſua hic ponit Ariſt. incontinentem vtpote qui ſanam atque integram habeat rationem, eſſe magis idoneum aſſerens ut curetur, quam intemperantem. intemperantem vero cui principium corruptum eſt, nullam admittere curationem poſſe. qui autem in voluptate deficit, nullaque omnino in re oblectationem capere vult, ſtupidus eſt ac torpidus, in oppoſito intemperantiæ vitio conſtitutus. at qui medius eſt, & in mediocritate conſiſtit, temperans dicitur. ſimili modo quoque intemperans eſt, qui corporis dolores ex abſentia voluptatum prouenientes fugere conſueuit, atque id non abſque electione à vehementibus cupiditatibus ac voluptatibus ſu- C peratus ac victus, vt dolere propterea nequeat, ſed ex electione & propoſito facit.

At eorum qui non eligunt, alter ob voluptatem, alter ob id quòd fugit dolorem ex cupiditate euenientem, ducitur: quare inter ſe differunt. vnicuique enim peior eſſe videretur ſiquis aut nihil aut leuiter cupiens turpe aliquid perpetraret, quam ſi vehementi cupiditate affectus idem faceret. item ſi non iratus, quam ſi iratus verberaret quiſpiam. quid enim ageret, ſi in affectu eſſet conſtitutus? ideo intemperans incontinente deterior eſt.

Eorum qui ſine electione ſuccumbunt & vincuntur, alter id eſt incontinens à voluptate ſuperatus inuitus abſque electione ad committenda flagitia trahitur, alter qui mol- D lis eſt, à dolore quolibet, etiam eo qui à pleriſque toleratur, abſque electione etiam ipſe duci conſueuit. dum nullo modo ex abſentia voluptatis & cupiditatis dolorem concipere vult, ſed oblectari ſemper, ac ſuperuenientem cupiditatem explere. quare differunt inter ſe incontinens, & intemperans: incontinens ſiquidem ſine electione: intemperans cum electione voluptatem ſectatur, qui ſane vnicuique videtur eſſe deterior quam incontinens, quippe qui etiam non cupiens vel remiſſe, & leuiter cupiens turpia agat, & venereorum libidinibus ſemper inuoluatur. incontinens vero vehementi cupiditate ſuperatus ſequi turpes voluptates conſueuit. ſicut et peior cenſetur, ſi nulla ira incitatus quiſpiam quam ſi iratus verbera alicui infligat, nam qui id facit, ſi in affectu eſſet E conſtitutus, id eſt iræ incitatione eſſet perturbatus? quid ageret, eodem modo ſi intemperans vel nulla vel leui cupiditate irritatus adulterium committit, quid facturum eſſe eum credendum eſt, ſi vehementi aliqua cupiditate efficeretur?

Ex iis vero quos diximus alter in mollitiæ ſpecie magis eſt, alter eſt incontinens: incontinenti autem continens, molli tolerans opponitur. tolerare enim in reſiſtendo conſiſtit, continentia in continendo & cohibendo. diuerſum autem eſt reſiſtere & cohibere, non ſecus ac non ſuperari, & vincere, vt hac cauſa continentia quam tolerantia ſit expetibilior.

Ex iis quos diximus, alter in mollitiæ ſpecie eſt, id eſt mollis eſt, qui à doloribus, quibus plerique non ſuccumbunt, vincitur, alter qui à voluptatibus ſuperatur quibus plerique et ſunt inferiores, incontinens eſt. ac molli quidem tolerans eſt oppoſitus, incontinenti continens, nam tolerare in re-

ſiſtendo conſiſtit, ideſt dum non cedit aliquis, nec ſuperare ſe à grauibus & vehementibus doloribus, quibus plerique vincuntur, permittit, ſed repugnat, ac renititur. ſed continentia eſt in cohibendis, & comprimendis iis voluptatibus, quibus plerique ſuccumbere ac vinci ſolent: cũ vero aliud ſit reſiſtere & aliud cohibere, nam qui reſiſtit & non cedit, non continuo etiam vincit, qui cohibet aũt vincit, meliuſque ſit vincere quam non vinci, ſequitur, vt continentia quę vincit, quam tolerantia quæ nõ vincitur expetibilior, ac melior eſſe quoque cenſeatur.

Qui vero deficit in iis aduerſus quæ plerique renituntur, & poſſunt, is mollis eſt, & delicatus: delicię enim mollitia quædam eſt: qui ſcilicet pallium trahit, ne ſi ipſum tollat, dolorem ſibi laborando creet. & dum ægrotantem mutatur, miſerum eſſe non exiſtimat, cum miſero ſimilis ſit.

Qui deficit, & vincitur à doloribus aduerſus quos pleriſque è vulgo fortiter ſe gerunt, ac reſiſtunt, quoſque poſſunt vulgares homines reprimere, ac cohibere, mollis eſt, ac delicatus. qui videlicet per terram trahi ſibi pallium permittit, ſurſumque retrahere atque attollere non patitur, ne laborando creet, ideſt efficiat & comparet ſibi dolorem, ſi tollere voluerit, imitanſque ægrotantem qui veſtem defluentem ex humeris, cum brachia attollere præ infirmitate nequeat, ſurſum colligere non poteſt, miſerũ ſe eſſe non putat, cum tamen miſero ideſt ægrotanti perquam ſimilis ſit.

Pari modo quoque circa continentiam & incontinentiã res ſeſe habet. nec enim ſiquis vehementibus & modum excedentibus aut voluptatibus aut doloribus vincitur, id mirum eſt. quin ſi reſiſtens vincitur, venia etiam dignum habetur: vt Theodecti Philoctetes à vipera morſus, aut Carcini in Alope Cercyon, & ſicut ii qui cum cohibere riſum nitãtur, in profuſum cachinũ erũpũt: id qđ Xenophãto cõtigit,

Sicut admiratione dignum non eſt, ſiquis à magnis & vehementibus voluptatibus ſuperetur, quippe cum is nõ incontinens dicatur, ſed ſi reſiſtendo vincitur, venia dignus eſſe cenſeatur, ſic quoque ſi magnis doloribus quiſpiam ſuccumbat, neque mirari, neque mollem appellare huiuſmodi hominem debemus, quin potius ignoſcere ſi præſertim aduerſus magnos ac graues dolores reſiſtens tandem ſuperetur, quemadmodum apud Theodectum Philoctetes. Theodectus enim tragicus poeta eſt, ſ cuius fabula Philoctetes in manu à ſerpente morſus, atque ob id vehementibus doloribus afflictatus inducitur, qui cum aliquãdiu acres dolorum cruciatus ſuſtinuiſſet, ac fortiter reſtitiſſet, tandem ſuccumbit, atque exclamat, ſuccurrite precor mihi, manumque abſcindite. qui ſanè dum ita facit, à doloribusque uincitur, non mollis, ſed venia dignus potius uidetur, ſunt enim magni. Apud Carcinum item Tragicum poetam Cercyon inducitur Alopés puellæ pater, qui cum filiam reſciuiſſet ſtupratam fuiſſe, ab ea requirebat quis ſtupri illius auctor fuiſſet, aſſerens ſe vbi id cõgnouerit, nullum dolorem eſſe concepturum, quod cum Alope manifeſtaſſet tanto dolore oppreſſus eſt, vt ne viuẽdum quidem ſibi eſſe amplius cẽſeret. hic quoque mollis dicendus non eſt, quippe cum etiam ipſe aliquandiu dolori reſtiterit, eumque voluerit cohibere. Xenophantus vero cum cohibere riſum vellet, in profuſum cachinnũ erupit. vel quod inquit, id quod Xenophanto contigit, ad ſuperiora referendum eſt; vt intelligamus Xenophanto contigiſſe, vt vel morſus à ſerpente etiam ipſe vt Philoctetes, vel aliquo alio dolore graui affectus vt Cercyon ſuccubuerit, ac deſponderit animum, ac tandem in maximam deſperationem effuſus ſit, non ſecus atque illi qui cohibere riſum volentes in cachinnum crepant.

Sed ſi ab iis vincitur, quæ nequit repugnare, quibus plerique poſſunt reſiſtere: atque id non ex natura generis, aut morbo. Quemadmodum apud Perſarum reges mollities ex genere eſt, & ſicut fœmina à mare diſtat.

Non eſt mollis qui vehementibus doloribus reſiſtendo vincitur, ſed qui iis quibus plerique è vulgo reſiſtunt, ſuccũbit, mollis eſt, niſi id ex natura generis proueniat, id eſt vel ex fœminei ſexus imbecillitate, vel ex natione; cum quis à pueritia in luxu & voluptatib. eſt educatus. Cuiuſmodi reges Perſarum ſunt, qui ex genere & natione mollitia quadam præditi ſunt, barbari enim cum ſint, voluptatibus ſemper dediti vixerunt, doloribuſque minime aſſueti, vt quicquid inciderit, quod vel paruam afferre moleſtiam poſſit, facile ſuperentur. Qui igitur à leuibus doloribus vel ex natura generis, vel morbi infirmitate facile vincitur, mollis dicendus neque ipſe eſt.

Iocoſus quoq; eſſe intemperans videtur, ſed eſt mollis, iocus enim cum ſit requies, relaxatio eſt. Iocoſus vero ex iis eſt qui in hac excedunt.

Iocoſus dr qui iocis delectatur, iocariq; sẽper vult, atq; is eſt mollis. Iocus. n. eſt relaxatio, relaxatio aũt requies eſt at mollis requie oblectatur & voluptate, & nõ dolet. Iocoſus vero eſt qui in hac excedit, ideſt qui requiem immoderate affectat & cupit. Iocoſus igitur mollis eſt.

Incontinentia alia temeritas, alia imbecillitas eſt. nam alij vbi conſultarunt, in iis quæ decreuerunt, ob affectum poſtea non perſtant, alij quia non conſultarunt, ab affectũ ducuntur. nonnulli enim quemadmodum qui ſe prius titillarint, non titillantur: ita quoq; ipſi cum præſenſerint, ac prę uiderint, ſeque ipſos & rationem præexcitarint, ſiue iucundum, ſiue moleſtum quippiam fuerint, ab affectu non ſeparantur. præcipue vero celeres, & atrabile affecti temeraria incontinentia ſunt incontinentes. illi enim ob celeritatem, hi ob vehementiam rationem non expectant, propterea quòd procliues ad ſequendam imaginationem ſint.

Incontinentiam in temeritatem & imbecillitatem ſubdiuidit. alii enim id eſt imbelles qui ſunt & infirmi, cõſultant quidem & conſiderant adulterium & ſtuprũ eſſe malum, non tamen in iis quæ conſultarunt, perſiſtunt, ſed libidini indulgent, adulteriumque & ſtuprum committũt, à perturbatione, & cupiditate ſuperati. qui propterea imbelles incontinentes dicuntur, quia victi ei rei quam malã eſſe, & fugiendam cenſuerunt, ſuccumbunt. alii vero id eſt temerarii & præcipites nõ conſiderant an hoc malum ſit, nec ne, ſed ſtatim ducuntur & trahuntur ab affectu & cupiditate, id eſt nulla rei præmeditatione facta vincũtur, perinde atque illi qui ſtatim ubi attinguntur, titillatione affici conſueuerunt. nam ſi cõſiderationem adhibuiſſent, fortaſſe non fuiſſent ſuperati. ſunt. n. nonnulli qui ſi præconſultẽt, uinci ſe nullo pacto ſinunt. cum enim præſenſerint & præconſultarint, & pręuiderint id eſſe malum ꝙ abſens dolorem, vel præſens uoluptatem affert, non ſuperantur. non ſecus atque illi qui cum partem aliquam corporis ubi titillationes patiuntur, frictione prætentarint, atque ita aſſueſcerint, non amplius, ſiquis illuc titillationes inferre velit, titillãtur, ſed ſine vlla motione contrectationem ferunt. temeraria autem incontinentia incontinẽtes, ideſt temerarii incontinẽtes præcipue ſunt celeres atque atrabile præditi. illi enim ob celeritatẽ naturæ, hi ob vehementiã affectionis ex atrabile contractæ, rationis cõſilium & conſiderationem non expectant, propterea ꝙ ſubitam imaginationem, & id quod viſum ſibi fuerit, perſequuntur: ſtatim nanq; ubi ſuaue aliquid eſſe exiſtimarint ad id nulla habita conſideratione propenſi feruntur.

Quæ incontinentis & intemperantis differentia ſit. Cap. VIII.

AT intemperans ſicut dictum eſt, non eſt einſmodi, vt cum pœniteat, perſtat. n. in propoſito, ſed incontinẽs quouis modo pœnitet. quo circa non ſicut dubitauimus ita ſeſe res habet, ſed hic facile põt ſanari. ille incurabilis eſt quippe cum prauitas ex morbis aquæ inter cutẽ & tabi: incõtinentia comitialibus perquam ſimilis ſit. illa enim continua

hęc

hęc non continua improbitas eſt.atque omnino diuerſum eſt incontinentia & vitij genus:vitium enim latet, incontinentia non latet.

Intemperans idoneus ad pœnitentiam non eſt: iccirco non ita eſt ut prius dubitauimus de intemperante, quòd ſanari facilius quam incontinens poſſet,ſed econtrario intemperans eſt inſanabilis, ſanabilis incontinens. prauitas enim ideſt intemperantia illis ex morbis,cuiuſmodi eſt aqua inter cutē,& tabes,cōparari poteſt. nā qui vel aqua intercutem, vel tabe laborat non hodie morbo corripitur, cras minime:ſed aſsidue nulla intermiſsione facta ſemper affligitur:ſic intemperantia aſsidue & continue intemperanti homini ineſt.ſemper enim rationem corruptam habet,ut ſemper malum bonum ipſi eſſe videatur.incontinētia vero comitiali morbo perſimilis eſt: ſicut enim comitialis morbus non eſt continuus,neque aſsiduam afflictationē affert ijs,qui affecti eo ſunt, ſed vel bis vel ter in die vel poſt duos aut tres dies inuadit, vt in iis qui à dæmone agitantur:ſic improbitas hæc ideſt continentia non cōtinua eſt,neque ſemper adeſt:non enim ſemper in perturbatione affectus eſt quiſpiam:ſed catenus tantum inſeſtat quatenus incontinens à cupiditate ſuperatur. Ac demum incontinentia diuerſum quid à vitio eſt,hoc eſt ab intemperantia, nam intemperantia ſeipſam latet: adulterium enim eſſe malum ignorat, ac tanquam bonum ſectatur. incontinentia non ita,ſed licet malum eſſe cognoſcat,uicta tamen à cupiditate id perſequitur.

Ex ijs autem ipſis illi qui exturbantur,meliores ſunt,quā qui rationem habent,atq; in ea non perſiſtūt.à minori enim affectu ſuperantur:& non inconſulti vt alteri ſunt. nam ſimilis incontinens eſt ijs,qui & cito,& pauco vino, & pauciore etiam quam plerique inebriantur.

Cum ex incontinentibus alios eſſe temerarios dixerit, alios imbecilles: nunc inquit eos qui exturbantur è ratione & conſilio,ideſt temerarios,qui antequam præuideant quippiam,ſuperantur,meliores eſſe incontinentibus infirmis,qui rationem habent ideſt rationis preconſultationē in ea tamen non perſiſtunt. hi enim infirmi à prauis & imbecillibus voluptatibus videntur oppugnari, cum præconſultandi habeant facultatem,at temerarii & præcipites à magnis & vehementibus, ut iccirco ſtatim nullo habito præmeditandi loco trahantur ac vincātur.propterea venia etiam digni magis habentur temerarii,quàm infirmi,hi ſiquidem à paruis voluptatibus illecti, illi à magnis hi cum præconſultatione, illi ſine, vincuntur. à minori enim affectu & cupiditate infirmi, neq; ſine conſultatione vt alteri,ideſt temerarij ſuperantur:atque ob id ſimiles ijs ſunt,qui cito,& pauciore etiam uino in ebrietatem incidunt,quàm plerique ſoleant.plerique enim non niſi vbi multo vino oppreſsi fuerint,inebriantur.

Incontinentiam igitur non eſſe vitium manifeſtum eſt: ſed quadam ex parte fortaſſe.hæc.n. præter electionē, id ex electione eſt.ſed in actionibus tamē habet ſimilitudinē. quēadmodum Demodocus in Mileſios dicebat: Mileſii ſanè non ſunt,quidē imprudētes:ſed ea tamē agunt, quæ imprudētes ſolent:ſic incontinētes licet iniuſti nō ſint,iniuſte tamē agunt.

Incontinentiam non eſſe vitium vt eſt intemperantia, patet, quadam tamen ex parte & non prorſus fortaſſe eſſe vitium videtur, quatenus ſcilicet & circa eadem ſubiecta ideſt venereorum libidines verſatur,& à cupiditatibus vincitur: in eo tamen differentia eſt,quòd hæc ideſt incontinentia præter electionem eſt,non enim eligit:id id eſt intemperantia ex electione fit,& eligit. ſimilitudinem uero habet incontinentia cum intēperantia in actionibus,quippe cum vtræque uoluptuuſis actionibus oblectentur,atq; inuoluantur.ſicut Demodocus de Mileſiis dicebat,qui cu Lariuseſſet:Lerus autem non procul à Mileto inſula eſt, Mileſios multis aliis cauillis carpere conſueuerat,tum illo cum diceret non eſſe quidem Mileſios imprudentes, ſed agere tamen ea quæ imprudentes ſolēt. ſic incontinentes

A cum non ſint iniuſti, ideſt intemperantes, iniuſte tamen agunt,& lædunt, ſicut intemperantes.

Quoniam vero alter talis eſt, vt non ex eo quòd perſuaſus ſit,voluptates corporis ſupra modū,& præter rectā rōnem ſequatur.alter aūt perſuaſus eſt,quia eſt talis vt eas ſequatur:illi diſſuaderi facile pōt: huic non pōt. Virtus.n.& prauitas principiū altera corrūpit,altera conſeruat.in actionibus aūt principium illud eſt cuius cauſa res fit, ſicut in mathematicis ſuppoſitiones. nā neq; illic ratio eſt quę doctrinā tradat principiorū,neq; hic.ſed virtus vel naturalis,vel aſſuetudine cōparata recte opinādi circa prīcipiū pceptrix eſt

Quia inquit alter ideſt incontinens ſequitur & inquirit voluptates corporis ſupra modum, præter rectam ratio- B nem,non eo quòd perſuaſum habeat adulterium eſſe bonum,& ſequi id & committere eligat,ſed abſque electione id faciat,alter vero qui eſt intemperans, perſuaſus eſt, & committere adulterium aut ſtuprum eligit, idque eſſe bonum opinatur,propterea quòd talis eſt,ideſt corruptā habet rationem,ut ſemper corporis uoluptates ſequatur, hanc ob cauſam fit,vt illi incontinenti ſcilicet qui abſque electione adulteratur,diſſuaderi facile poſsit, curatioque adhiberi,huic autem ideſt intemperanti qui ex electione voluptates ſectatur,non poſsit,ac propterea incurabilis ſit Sicut enim virtus principium finale conſeruat, ita prauitas & uitium corrumpit,ac perdit. Qui enim eſt intemperans proponere ſibi bonum finem nequit, vt abſtinēdum ſibi eſſe à voluptatibus putet,ſed corruptus cum ſit, corru- C ptū etiam finem habet,quo ſibi proponit bonum eſſe voluptates ſectari.qui vero econtrario eſt temperans, bonū finem cum recta utatur ratione ſibi in actionibus ſtatuit Principium autem in actionibus eſt cuius cauſa res fit, id eſt finis ipſe quemadmodum in mathematicis ſuppoſitiones principia eſſe conſueuerunt, id ſcilicet quod ponunt, ac ſtatuunt mathematici, cum dicunt, punctum eſſe id cuius nulla pars eſt, aut lineam eſſe longitudinem ſine latitudine. nullam enim adhibent his principiis rationem ac demonſtrationem, ſed ſimpliciter ita ſine ulla demonſtratione ſumenda diſcipulis proponunt.ſic etiā hic actionum finem ratione ac demonſtratione cognoſcere minime poſſumus,ſed virtus eſt ſiue naturalis ſiue aſſuetudine comparata hoc eſt moralis, quæ recte opinandi D præceptrix eſt ideſt quæ recte principium, hoc eſt finem inuenit,neque errat, quempiam ſinit.nam ſiue natura,ſiue aſſuetudine ad vitam temperanter traducendam bene quiſpiam eſt inſtructus,finem is quoque bonum ſibi proponat neceſſe eſt.

At temperans quidem huiuſmodi eſt: huic vero contrarius intemperant.eſt etiā quidā qui ex affectu è recta ratione exturbatur:quem ſanè ſuperat affectus,ut ex recta ratione minime agat,non tamen ita ſuperat, vt talis euadat, qui eiuſmodi voluptates effuſe ſibi eſſe ſectandas perſuaſum habeat:atq; hic eſt incontinens,qui intēperante melior eſt.nec eſt abſolute prauus·quippe cū in eo id quod optimū eſt,ideſt principium ipſum conſeruetur.contrarius huic alius eſt qui E *perſiſtit,neque ex effecto exturbatur. Hinc igitur alterum probum,alterum prauum eſſe habitum patet.*

Temperans huiuſmodi eſt,ut quibus oportet, & quando oportet,oblectetur,cui contrarius & oppoſitus intemperans eſt. eſt autem quidam, ideſt incontinens, qui à recta ratione exturbatur ab affectu & uincitur, quem ſanè affectus & cupiditas vincit, ut non ſecundum rectam rationem operetur, non tamen ita uincit, ut perſuaſum habeat, & ſibi effuſe ac libere, ideſt ex electione indulgendum eſſe uoluptatibus cenſeat, qui eſt incontinens,qui quidem abſolute prauus & malus non eſt, cum integram habeat rationem.in eo enim quod uincitur,eſſe malus uidetur.malus tamen integram non habet rationē, ſed corruptam.at in incontinente id quod eſt optimum, ſeruatur, ideſt principium ipſum finale, & ratio recta,

quæ in ipſo corrupta minime eſt. alius eſt incontinens ſcilicet qui perſtat in ratione, neque ex ea dimouetur à cupiditate ſuperatus incontinenti contrarius. atque hinc alterum ex his habitibus, ideſt continentię eſſe probum & bonum, alterum incontinentiæ eſſe prauum & malum perſpicuum eſt.

De continentis & pertinacis conuenientia & differentia, Cap. IX.

VTrum igitur continens is eſt qui in qualicunque ratione & qualicunque electione, an qui in recta tantum perſiſtit? vtrum item incontinens, qui in qualicunque & ratione & electione perſtat, an qui in falſa ratione, & non recta electione permanet? nunquid ex accidenti in qualicunque, per ſe vero in vera ratione, & in recta electione perſiſtit alter, alter non perſiſtit? nam ſi quis illud ob hoc eligit & ſectatur, hoc per ſe: prius illud ex accidenti ſectatur, atque eligit.

Quoniam ſuperius dixerat quoſdam exiſtimare & continentem eum eſſe qui in opinione perſiſteret, & incontinentem qui ex opinione exturbaretur: nunc dubitat, vtrum continens ſit qui in qualicunque opinione tam bona quam mala perſiſtit, an qui in recta & bona tantúmodo, & ſimili modo vtrum incontinens in qualibet ſiue bona ſiue mala fuerit, an in falſa & mala perſeueret. deinde ſoluit dubitationem, nunquid inquiens ex accidenti & non proprie & continens in qualicunq; tam bona quam mala opinione perſiſtere, & incontinens in qualicunque ſiue bona ſit ſiue mala, dicetur non perſiſtere? per ſe uero & proprie qui continens eſt in vera ratione, & bona opinione perſiſtit? & ſimili modo incontinens in falſa & mala opinione per ſe & proprie perſtat? nam ſiquis dulcium rerum ſit appetens, & ſectetur & inquirat illud ob hoc, ideſt vinum dulce ob dulcedinem cuius appetens eſt, per ſe quidem & proprie ſectabitur & inquiret hoc, ideſt dulcedinem ipſam, ex accidenti vero etiam prius illud, ideſt vinum perſequetur, atque eliget, quia enim accidit uino vt ſit dulce, propterea fit, ut qui dulcia appetit, ipſum perſequatur. ſic continens in bona opinione proprie & per ſe perſiſtit, ſi autem prauam habeat opinionem, in ea tamen non quaſi praua, ſed quaſi bona ſit, perſtat: quippe cum fallatur, & quæ mala eſt bonam eſſe exiſtimet. quare proprie & per ſe in bona perſtat; quia tamen ſæpe accidit, ut ea mala ſit, efficitur, ut in mala quoque & praua perſiſtat. incontinens item eſt qui proprie in bona opinione non perſeuerat, quòd ſi mala forte opinione ſit præditus, in eaque non perſtet: in ea non tanquam mala, ſed tanquam bona non permanet, quandoquidem bonam etiam ipſe illam eſſe putat. quare incontinens quoque per ſe in bona opinione non perſtat, ſi vero accidit, ut mala ſit, ex accidenti in ea non perſiſtit: ſicut continens in mala non tanquam mala, ſed tanquam bona perſeuerat.

Per ſe autem ſimpliciter & abſolute appellamus. Quare fit vt quodam modo in qualicunque opinione: abſolute autem in vera alter perſeueret, alter non perſeueret.

Quid ſit per ſe interpretatur, per ſe enim ſimpliciter & abſolute, ideſt proprie inquit ſignificare. quare qualicunque in opinione quodam modo ideſt ex accidēti vel perſiſtit continens, vel non perſiſtit incontinens, abſolute vero & proprie in uera, ideſt bona opinione qui perſeuerat eſt continens, incontinens qui non perſeuerat.

Sunt autem nonnulli in opinione perſeuerantes, quos pertinaces vocant, vt obſtinati, & qui non facile diſſuaſionem admittunt: qui ſimilitudinem quidem cum continente quandam habent, ſicut prodigus cum liberali, audax cum forti: diuerſi tamen in multis ſunt. continens enim ex affectu & cupiditate non immutatur: nam cum inciderit, ſuaſioni obtem- A *peraus eſt: ille non à ratione. cupiditates enim admittunt p'erumq; atq; à voluptatibus ducūtur. ac ſunt quidem pertinaces qui ſuæ ſunt ſententiæ homines, & inerudità, & ruſtici. atq; hi quidem ſuæ ſunt ſententiæ, ex voluptate & dolore, gaudēt enim cum vincunt, ſi non diſſuaſi fuerint, dolent contrà ſi ſua, perinde ac ſint decreta, irrita fuerint effecta. vt hac ratione incontinenti magis, quam continenti ſimiles ſint.*

Sunt nonnulli, inquit, qui in propria opinione perſeuerantes ab ea dimoueri ſe nullo modo patiuntur, qui pertinaces appellantur, eo quòd pertendunt, & nituntur in ea perſiſtere ἰσχυρογνώμονας Græci vocant. quoniā vero in opinione ſua tam continens perſiſtit, quam pertinax in hoc ſimilitudinem quandam inter ſe habent. ſunt item diuerſi & inter ſe longe differunt, propterea quòd conti- B nens ob affectum, & cupiditatem ab opinione ſua qua ab affectuum perturbationibus, turpibusque cupiditatibus abſtinendum eſſe putat, non immutatur, ac recedit. nam ſi de alijs rebus male opinetur, ſi inciderit, vt admoneatur, recte admonenti acquieſcit, rationisque ſuaſioni ſe obtemperantem præſtat: at pertinax à ratione non ſuadetur, ſed à cupiditatibus & voluptatibus ducitur. Pertinaces autem ſunt qui ſuæ ſunt ſententiæ homines qui ἰδιογνώμονες à Græcis dicuntur: qui in propria opinione perſtant, ſuntque inerudità ac ruſtici. hi enim imperiti cum ſint, nulli rationi acquieſcunt, atque hi quidem ideſt pertinaces ſuæ ſunt ſententiæ ex uoluptate & dolore gaudent enim ſi non diſſuaſi fuerint, & ſi irrita ſint ea quę dixerunt dolent, ſuas enim ſententias, & quicquid demū C dixerint, quaſi decreta ac leges, euincere, ac rata eſſe volūt, vt ſi etiam cum dies eſt, eſſe noctē aſſeruerint, ſibi non eſſe contra dicendum putent. pertinaces igitur cum ab affectibus, & turpibus voluptatibus ſuperentur, incontinenti ſimiles magis ſunt.

Sed ſunt etiam quidā qui in ijs quæ decreuerunt non perſtant, neque tamen ob incontinentiam, vt in Philoctete Sophoclis Neoptolemus. at qui is ob uoluptatem quidem, non perſiſtit, ſed honeſtum erat. verum enim dicere ipſi erat honeſtum, cum ad mentiendum ab Vlyſſe fuiſſet perſuaſus. non enim omnis qui ob voluptatem quippiam agit intemperans D *eſt, aut prauus, aut incontinens, ſed qui ob turpem voluptatem agit.*

Sunt nonnulli qui in iis quæ ſtatuerunt, non permanēt, & tamen nō ex incontinentia id faciunt, vt Achillis filius Neoptolemus apud Sophoclem, qui cum ab Vlyſſe, ut ſuperius etiam diximus perſuaſus, ſe mētiturum eſſe, & Philoctetem decepturū promiſiſſet, in ea ſententia poſtea nō perſtitit. Neque tamen ob id continens eſt dicendus, licet à voluptate inductus id fecerit, voluptas enim ea cum honeſtate erat coniuncta, qua ad verum dicendum, doloſq; omittendos in reducendo ad Troiam Philoctete incitabatur. ita. n. in altercatione cū Vlyſſe apud Sophoclē inqt;

Audire quæ eſt turpe, & moleſtiam parit
O Nate Laertis, ea factu turpia
E Mihi eſſe iudico quoque, atque inſuauia.
Is nanque non ſum, ut fraude quicquam agam mala,
Neque ipſe, neque qui procreauit me pater,
Fidens Achilles viribus, ſicut ferunt.
Quare paratus ipſe quoque, ſi vi eſt opus,
Promptusque ero, agere nec reculo quippiam,
Vique vlus iſtum fortiter ducam virum
Tecum, haud doloſa fraude. nam quis eſt timor?
Num ne iſte ſolus, vnoque gradiens pede
Tantam hanc cateruam viribus noſtram opprimat?
Cum miſſus iſtuc tecum Vlyſſes ſim, piget
Sanè, tui ſi nunc vocabor proditor,
Voto tamen magis fruſtrarier uolo
Honeſte agendo, quam potiri turpiter.

ducebatur igitur hic à voluptate aperte agendi, & non mentiendi, quæ honeſta erat, incontinens autem non à qualibet, ſed à turpi voluptate de ſententia dimouetur.

Cum autem ſit quidam etiam talis, qui corporalibus minus quàm oporteat, oblectetur, neque in ratione tamen perſiſtat, inter hunc & incontinentem medius continens eſt. incontinens enim in ratione non perſiſtit, quia magis quàm oportet; hic, quia minus quàm oportet, quippiam ſectatur. at continens perſtat, & ob neutrum immutatur. Si continentia vero honeſta eſt, vtroſque hos contrarios habitus eſſe prauos, ſicuti etiam videtur, neceſſe eſt. quia tamen alter ex his in paucis, & raro ſolet reperiri: fit, vt quemadmodum temperantia intemperantiæ eſſe contraria tantum videtur, ſic incontinentia continentiæ eſſe videatur.

Quidam eſt qui minus quàm oportet, corporalibus affectibus & uoluptatibus gaudet, qui etiam ipſe non perſtat in ratione, quæ abſtinendum eſſe à voluptatibus præcipit, eſtque nomine vacans. is ab incontinente in eo differt, quòd incontinens à corporis voluptatibus turpibus multum: hic vero, qui ſine nomine eſt, parum vincitur. inter hunc nomine carentem & incontinentem continens medius eſt, vt continentia quoque duorum vitiorum mediocritas ſit. incontinens ſiquidem non perſtat in ratione eo quòd magis quàm oportet à voluptatibus turpibus ſuperatur: hic, eo quòd minus quàm oportet ab iiſdē vincitur. at continens perſiſtit in recta ratione, & ob neutrum mutatur, ideſt ratione non exturbatur à voluptatibus, neque ſuperatur, ob alterum ex his, ideſt ex altero aliquo, dum vel minus, vel magis quàm deceat, voluptates perſequitur. quia tamen alter ex his habitibus, ideſt is qui caret nomine raro extat, & in paucis conſpicitur, non ſecus ac ſtupiditas (raro enim in hominibus aliquibus reperiri conſueuit) ſit, vt incontinentia magis contraria continentiæ, quā hic habitus qui vacat nomine, eſſe videatur.

Cæterum quia multa dicuntur ex ſimilitudine, conſequitur, vt continentia temperantis quoque per ſimilitudinem ſit. nam & continens eiuſmodi eſt, vt nihil præter rectam rationem ob corporis voluptates faciat, & ſimiliter temperans, ſed ille tamen prauas habet cupiditates, hic non habet, atque hic eſt talis, vt præter rationem non oblectetur, ille vt oblectetur quidem, ſed tamen non ducatur.

Quia ſuperius dixerat, nonnullos eſſe qui continentem & temperantem eundem eſſe, opinarētur: iccirco hic propterea quòd multa ex ſimilitudine dicuntur, ſequi ac fieri inquit vt continentia & temperantia quandam habeant inter ſe ſimilitudinem, & continens temperans ex ſimilitudine quadam appelletur. nam & continens nihil facit atque agit præter rectæ rationis præceptionem à corporis voluptatibus ſuperatus: non enim ſe vinci ab eis permittit, ſed in rectæ rationis conſilio licet hinc inde impugnatus perſeuerat. & temperans ſimili modo præter rectam conſultationem agit nihil. ſed iſle tamen ideſt continens prauas habens cupiditates ab eis ſeſe continet, rationemque ſequitur: hic temperans cupiditates prauas nullas habet, atque hic quidem ideſt temperans, eſt eiuſmodi vt præter rationem non oblectetur, quippe qui nihil prorſus à turpibus voluptatibus oppugnari conſueuerit. ille qui continens eſt, voluptatibus quidem afficitur præter rectam rationem: prauas enim habet voluptates, ſed eſt tamen talis, ut ab ipſis non ducatur, & ſuperetur: ſed eas cohibeat tandem, ac vincat.

Similes item incontinens & intemperans inter ſe ſunt, qui quidem cum ſint diuerſi, vtrique corporis voluptates ſequuntur, ſed alter oportere exiſtimans, alter non exiſtimās id facit.

Superius quoque dixit ex quorundam opinione incontinentem & intemperantem eundem eſſe: nunc quomodo incontinens & intemperans tum ijdem ſint, tum diuerſi, declarat quatenus enim vtrique corporis ſequuntur & inquirunt voluptates, ijdem ſunt: quatenus vero alter ideſt intemperans eligit, atque ex electione ſibi turpes voluptates perſequendas putat, alter vero, id eſt incontinens

A non eligit, neque oportere ſupra modum voluptatibus indulgere exiſtimat ſed ab eis præter electionem ſuperatur in eo diuerſi inter ſe eſſe cognoſcuntur.

Prudentiam & incontinentiam ſimul in eodm non eſſe. Cap. X.

SEd neque vt idem ſimul & prudens & incontinens ſit fieri vllo modo poteſt. qui enim prudens ſit, eum ſimul & probum eſſe moribus demonſtratum eſt. adde quòd non in eo ſolum quòd cognoſcit, eſt prudens quiſpiam ſed in eo quòd eſt actuoſus, incontinens autem actuoſus non eſt.

Alia item ſuperius opinio adducta fuerat, qua nonnulli eundem poſſe & incontinentem & prudentem eſſe affirmabant. eam nunc refellit, ac reprobat in hunc modum: ſi, inquit, prudens honeſtus ac probus neceſſario quoque eſſe debet, omnibuſque virtutibus inſtructus, vt prius fuit demonſtratum, incontinentia autem vitium eſt: reſtat, vt idem & prudens & incontinens eſſe nullo pacto poſſit. præterea prudens non ob id aut eſt, aut dicitur prudens, quia tātummodo bona & vtilia cognoſcit, ſed quia actuoſus, ideſt idoneus ad bona agenda eſt. at incontinens non eſt ad bona vt prudens, ſed ad mala agenda idoneus.

Callidum tamen eſſe incontinentem, nihil vetat. vnde etiā prudentes eſſe nonnulli videntur, quia ſint incontinentes, propterea quòd calliditas eo modo quo ſuperius diximus à prudentia diſcrepat, eſtque quantum ad rationem ſpectat proxima, quantum ad electionem, diuerſa.

Nonnulli callidum quoque eſſe prudentem dicunt. nihil autem vetat, quin callidus incontinens ſit: iccirco videri poſſunt nonnulli prudentes eſſe incontinentes. callidi. n. prudentes quodam modo ſunt: propterea quòd calliditas paululum quid, vt prius etiam diximus, à prudētia differt. quantum enim ad rationem attinet, ideſt ad definitionem prudentiæ propinqua ac proxima eſt calliditas, quandamque cum ea habet ſimilitudinem, quippe cum calliditas habitus quoque ipſa ſit, non ſecus ac prudentia eorū quæ ad finem deducunt, perceptiuus, differentia vero eſt in electione: prudentis enim electio bona eſt, quæ ſemper ea proponit, quæ ad bonum finem deductura ſunt. callidi vero etiam mala, nam ad malum finem deducentia quandoque eligit.

Neque igitur vt cognoſcens, & contemplans, ſed vt dormiens, & vino oppreſſus. ac ſpōte quidem agit, quodam enim modo cognoſcit & quid, & cuius cauſa facit, prauus tamen non eſt, quippe cum electio eius proba ſit. quare ſemiprauus eſt, & non iniuſtus. non enim eſt inſidioſus.

Superius quoque an incontinens omnino vinci à turpibus voluptatibus poſſit, dubitauerat: rationemque quorundam adduxerat, qui non poſſe exiſtimabant. ſi enim rectam rationem integram habet, ac ſynceram incontinens, præter eius mandatum quicquàm agere qui poteſt? cuius opinionis refutationem ac ſolutionem hic ſubiungit: atque inquit, à turpibus voluptatibus ſuperari incontinentem, non vt qui cognoſcit, & rectam habet rationē & ſcientiam, & contemplatur, id eſt ex ſcientia illa operatur, atque agit, ſed ut qui dormit, temulentuſque eſt. Quēadmodum enim qui ſcientia, & habitu aliquo aut grammaticæ, aut alterius alicuius artis præditus eſt, ſi dormiat, aut ebrius ſit, quo minus operari ex arte illa queat, à ſomno, aut vino impediri conſueuit: ita incontinens licet rectam rationem habeat, ne utatur tamen eius conſilio in agendo, ab affectuum perturbatione prohibetur. ac ſponte quidem, & non inſcienter malum committit: quodam enim modo quid faciat, & cuius cauſa faciat nouit, prauus tamen dicendus non eſt: quippe cum prauus & malus ille ſit, cuius electio eſt mala, incontinentis autem electio proba & bona habeatur: præter electionem enim agit ea mala, quæ agit. quocirca quia electio eius eſt bona, non prauus, ſed ſemiprauus, id eſt nō ex toto, ſed ex dimidio ma

lus

lus eſt exiſtimandus, & non iniuſtus: iniuſtus enim inſidioſus eſt, & qui ex propoſito læſionem infert, cuiuſmodi non eſſe incontinentem perſpicuum eſt.

Alter enim ex ipſis in iis quę conſultauit, non perſtat: alter qui atrabile eſt affectus, ne conſultat quidem omnino. At ſimilis quidem eſt incontinens ciuitati, quæ omnia quidem quę fieri debent, decernat, legeſque bonas habeat, ſed eis tamen non vtatur, quemadmodum Anaxandrides cauillatus eſt:
Nil iura curans conſulebat ciuitas:
prauus vero vtenti quidem legibus, ſed malis, ſimilis eſt.

Cum incontinens ſit & temerarius & imbecillis: alter ex ipſis, ideſt imbecillis & infirmus, in iis quæ conſultauit, non permanet, alter qui atra bile eſt affectus & temerarius eſt, ac præceps, ne prorſus quidem conſultat, ſed à perturbatione ita rapitur, vt conſilium omne ac deliberationem præuertat. Atque incontinens quidem ciuitati eſt ſimilis, quæ bona decreta, bonaſque leges cum ſanciat, illis non vtitur, vt Anaxandrides poeta carpens ciuitatem quandam, quę bonas leges quidem habebat, ſed malis vtebatur, hoc cauillo notauit: ciuitas, inquiens, nil iura & leges bonas curans, conſulebat, legeſque ac decreta bona inſtituebat, quæ ſcilicet poſtea erat neglectura, quibuſque vſura minime erat. nam incontinens cum rectam habeat rationem quaſi legem, quæ ab ea præcipiuntur non agit, ſed contraria, prauus vero, id eſt intemperans ciuitati eſt ſimilis quæ vtitur quidem legibus, ſed malis.

C *Verſatur autem incontinentia & continentia circa id quod multitudinis habitum excedit: nam alter amplius, alter minus perſtat, quàm multitudinis facultas ſit. Atque ex incontinentiis ſanabilior illa eſt, qua qui atra bile ſunt prædi-ti, vti conſueuerunt, quàm ea quæ illorum eſt qui conſultant, ſed poſtea tamen in iis quæ conſultarunt, non perſiſtunt. incontinentes item ex aſſuetudine, quàm ex natura ſanari facilius poſſunt: quippe cum conſuetudinem quàm naturam immutare facilius ſit. nam ob id quoque conſuetudinem mutare eſt difficile, quia naturæ per quam ſimilis eſt, quemadmodum etiam Euenus inquit:*
Conſuetudo quidem rerum tractatio longa eſt:
Quam procedentem naturam dicimus eſſe.
D *Quid igitur continentia ſit & incontinentia, quid tolerantia & mollities, quamque hi habitus inter ſe rationem habeant, dictum iam eſt.*

Continentia & incontinentia circa illud eſt quod multorum habitum excedit. nam continens perſtat in ratione, ſeſeque magis continet, quàm multorum facultas ſit, ideſt quàm habitus multitudinis patiatur: quippe cum eas voluptates ſuperet, quibus plerique vinci conſueuerunt. incontinens autem nihil in ratione perſiſtit, ſed ab illis etiam cupiditatibus vincitur, quibus plerique è vulgo ſunt ſuperiores. Sanari autem facilius poteſt ea incontinentia, quæ temeraria eſt, qua melancholici ſunt præditi, quàm illa qua imbecilles & infirmi vtuntur, qui conſultant quidem, ſed vbi conſultarunt, non perſtant in ſententia. nam
E ſi temerarij & præcipites qui ſine preconſultatione à cupiditatibus trahuntur, præconſultarent, ab affectibus minime ſuperarentur. imbecilles autem licet præconſultent, ſuperantur tamen, ac paruis præſertim cupiditatibus ſuccumbunt. Ex incontinentibus item cum alij natura ſint eiuſmodi, quemadmodum ſerini qui marium concubitu delectantur, alij turpibus voluptatibus aſſueti habitum illum ex aſſuetudine malum contraxerint, qui ex aſſuetudine incontinentes ſunt, quàm qui natura, curari facilius queunt, eo quòd natura conſuetudine eſt difficilior, & conſuetudo ob id eſt difficilis, quia naturam imitatur, atque in naturam euadit. ſicut Euenus poeta inquit: conſuetudinem nihil aliud eſſe affirmans, quàm longam rerum tractationem, atque exercitationem, quæ quidem exercitatio procedens, atque in finem progrediens demū

A in naturam tranſit. Quòd ſi conſuetudo propterea quod naturæ ſimilis eſt, auelli ac remoueri difficulter poteſt, multo difficilius immutari natura ipſa poterit.

De voluptate. Cap. XI.

AT vero de voluptate & dolore contemplari eius eſt qui circa ciuilem facultatem philoſophatur, is enim finis eius architectus eſt, ad quem ſpectantes vnumquodque tum malum, tum bonum appellamus.

Ad eum pertinet qui circa ciuilem facultatem philoſophatur, ideſt qui ciuilis & moralis eſt, de voluptate & dolore, an bonum ſit necne, conſiderare. is enim ciuilis vir
B architectus eſt. Architectus autem dicitur, qui de omnibus præcipit, ac ſtatuit, ſic enim ciuilis hominis eſt, vt præcipiat quis ex iuuenibus eſſe muſicus, quis miles debeat, atque vniuſcuiuſque finis ſit architectus, atque inſtitutor, tam militaris, quę eſt victoria, quàm muſici, quod eſt modulate loqui, ac iubeat quem quiſque cōſequatur, & quid quenque agere oporteat, vt ad hunc vel illum finem perueniat: ad quem ſane finem ſpectantes, vnumquodque quod agimus, ſi non conferat & conducat ad eum conſequendum, abſolute malum, ſi conferat, abſolute bonum vocamus. nam cum ciuilis de omnibus huiuſmodi inquirat & contempletur, illud quoque eius negocium eſt, vt bonum necne ſit voluptas, conſideret.

C *Preterea de his conſiderare neceſſarium etiam eſt, quippe cum virtutem moralem & vitium circa voluptates, & dolores conſtituerimus, & felicitatem plerique exiſtere cū voluptate aſſerant: vnde etiam beatum à verbo χαίρειν quod eſt gaudere, μακάριον nominarint.*

Neceſſarium inſuper eſt de his, voluptate ſcilicet & dolore tractare. nam cum præſens hæc diſputatio de virtutibus & vitiis moralibus ſit, omnis autem virtus, atque omne vitium circa voluptates & dolores verſetur: & felicitatem plerique operationem eſſe animæ cum voluptate aſſerant, vt felicitatis partem eſſe voluptatem dicant, vnde & beatum Græci μακάριον à χαίρειν quod eſt gaudere quaſi μακροχαίρειν ideſt longigaudium appellarint, eo quòd longo totius vitæ tempore gaudeat & lætetur: propterea fit, vt de
D voluptate & dolore agere in præſentia neceſſarium & ſit.

Quibuſdā igitur nulla voluptas neque per ſe neque ex accidenti eſſe bonum videtur: non enim poſſe idem & bonum eſſe & voluptatem aſſerunt. alij nonnullas bonas, pleraſque prauas eſſe opinantur. tertia ſententia præterea eſt, etiam ſi omnes ſint bonæ, optimum tamen voluptatem eſſe nullo modo poſſe.

De voluptate acturus primum quid quiſque ex veteribus de ea ſenſerit, in medium profert, deinde ſingulorum opiniones conatur confirmare, poſtremo eas confutat ac refellit. Prima igitur opinio eſt, quæ nullam voluptatē bonum eſſe ſtatuit neque per ſe, neque ex accidenti. non enim voluptas & bonum idem ſunt, quippe cum fieri reci-
E procatio non poſſit, vt ſi quid bonum id voluptas, ſi quid voluptas id bonum continuo ſit. alij nonnullas & quaſdā voluptates bonas, pleraſque vero eſſe malas opinantur. tertia opinio eorum eſt, qui licet omnes voluptates bonæ eſſent, fieri tamen non poſſe affirmant, vt voluptas optimū, ideſt ſummus, atque vltimus finis ſit, bonumq; illud quod propria bonum eſt, quodque omnia appetunt.

Atque omnino quidem non eſſe bonum propterea dicunt, quòd omnis voluptas generatio eſt ſenſibilis in naturam, nulla enim generatio finibus eſt cognata. verbi cauſa nulla ædificatio domus eſt.

Cum poſuerit prius veterum opiniones, nunc etiam cōfirmare, quatenus licet, eas conatur. nam qui dicunt nullam omnino voluptatem eſſe bonum, opinionem ſuam

in hunc modum corroborant: omnis voluptas, inquiunt, generatio ſenſibilis eſt in naturã, generatio autem eſt imperfecta: quod autem imperfectum eſt, bonum non eſt. nulla igitur voluptas bonum eſt generationem autem eſſe imperfectam, hinc patet, quòd nulla generatio cognata & ſimilis finibus eſt, cum motio quædam ſit, quæ & imperfectum ad perfectionem, & quod non eſt, ad id quod eſt, perducat, omne enim quod gignitur in eo quod gignitur, imperfectum eſt finis vero eſt perfectus, atque abſolutus, vt generatio quæ imperfecta eſt, fini qui eſt perfectus, eſſe ſimilis nequeat. exempli gratia ædificatio quæ eſt generatio quędam atque effectio, id eſt ad finem quendam tendens motio, fini ſuo quæ eſt domus, ſimilis non eſt. Cum vero inquit voluptatem eſſe generationem ſenſibilem in naturam, id ſignificat, voluptatem eſſe generationem id eſt repletionem & reſtaurationem indigentię & defectus ipſius naturæ. voluptas enim id quo indiget natura, replet ac ſuplet. nam ſiquis eſuriat, alimento indiget, cibumque ipſum quo nutriatur appetit, voluptasq; huic eſt, cum alimento naturæ indigentia ſaturatur, atque expletur. addidit ſenſibilem, propterea quòd qui eſurit & comedit & ſaturatur, ſenſu etiam ſaturationis illius voluptatem percipit, vel ob id vt à concoctionibus & digeſtionibus eam diſtinguat, quæ licet etiam ipſæ motiones aliméntorum, & alterationes in natura ſint, ſine ſenſu tamẽ vllo efficiuntur. cum igitur voluptas generatio ſit, generatio autem ſit imperfecta: nullam omnino voluptatem bonum eſſe illi colligebant.

Temperans præterea voluptat es fugit item prudẽs quod dolore vacat, perſequitur, non quod iucundum eſt: voluptates etiam pendentiæ ſunt impedimento, atque eo magis, quo quis magis oblectatur. vt in venereorum voluptate contingit, in qua cõſtitutus nemo intelligere quippiam poteſt. huc accedit, quòd voluptatis nulla ars eſt, cum tamen bonum omne opus artis eſſe cenſeatur. adde quòd pueri quoque & beſtiæ voluptates perſequuntur.

Alia argumenta hæc ſunt quibus voluptas non eſſe bonum probatur, in ſecunda figura in hunc modum collecta: intẽperans fugit voluptates, nihil quod temperans fugit, bonum eſt, non eſt igitur voluptas bonum: itẽ, quòd dolore vacat, non eſt iucundum, prudens illud effectat, quod dolore vacat, & voluptatem odit, nihil autem quod odit prudens, eſt bonum, voluptas igitur bonum non eſt. Item voluptates prudẽtiæ impedimento ſunt, nihil quod prudentiam impedit, eſt bonum: voluptas ergo non eſt bonum: quãto enim magis quis oblectatur, vt in venereorum libidine conſpicitur, tanto magis impediri conſueuit, quo minus ſapiat, ac conſideret quippiã. nemo enim qui in hac venereorum voluptate eſt conſtitutus, intelligere ac mente percipere quicquam poteſt. Præterea, omne bonum artis alicuius eſt opus, vt ſanitas medicinæ, recta ſcriptio opus grammaticæ eſt. at voluptatis ars nulla eſt, bonum igitur non eſt voluptas. Poſtremo, pueri & beſtiæ corporis voluptates, ideſt ſupra modum & comedere, & bibere, & coitu vti cupiunt, & inquirunt, nihil vero quod à pueris & beſtiis quæ rationis vſu carent, appetitur, bonum eſt, ergo efficitur, vt voluptas bonum non ſit.

Quòd autem non omnes eſſe probas dicant, propterea eſt, quia turpes etiam nonnullæ, & probroſæ, & noxiæ quoque reperiuntur. quippe cum morboſa ſint quædam ex iis quæ voluptate afficiunt. At non optimum eſſe voluptatem aſſerunt ob id quia non finis, ſed generatio eſt. Atque ea quidem quæ dicuntur huiuſmodi ſunt.

Quod non omnes voluptates probas & bonas eſſe dicãt in cauſa illud eſt, quòd nonnullæ ſunt turpes & probroſę. vt catamitorum: nonnullæ etiam noxiæ, & damnoſæ, cuiuſmodi ſunt vſus & ciborum, & venereorum immoderati, ægrotantibus enim iucunda quædam ſunt, & voluptuoſa, nam mala habitudine prædito carne bubula veſci, voluptuoſum fortaſſe videretur, quod tamen ipſi noxium eſt. Cum igitur voluptates nonnullæ & damnoſæ & turpes reperiantur: reſtat, vt non omnes voluptates bonæ ſint. Opinabantur prætere ſiquidam voluptatem non eſſe optimum, ideſt non eſſe finem vltimum, ac ſummum bonum, eo quòd voluptas generatio eſt. generatio autem cũ ſit imperfecta finis eſſe nullo modo poteſt. Atq; hæc ſunt quę de voluptate à nonnullis dicuntur, atque exiſtimãtur.

Improbatio rationum de voluptate. Cap. XII.

At enim non efficit ex his, vt voluptas aut bonum aut optimum non ſit, hinc perſpicuum erit: primum, quia bonum dupliciter, alterum enim abſolute, alterũ alicuius bonum dicitur. & naturę & habitus id ſequentur; quare ſequentur quoque idem & motiones, & generationes.

Non efficit ex his quæ iſti opinantur, ut uoluptas non ſit bonum, & optimum, ſed contrarium potius ideſt vt bonum & optimum ſit, hinc ideſt ex his quæ dicturi ſumus manifeſtum erit. primum autem opinionem eorum refellit qui nullam voluptatem eſſe bonum ex eo dicebant, quòd voluptas generatio eſt. generatio ſiquidem imperfecta eſt, quod eſt imperfectum, eſſe bonum non poteſt. Oſtendit enim ex voluptatibus alias eſſe proprie bonas, alias videri quæ quidem non ex ſe, ſed ex opinione & exiſtimatione bonæ ſunt. Cum igitur voluptates aliquas eſſe proprie bonas demonſtret, ſit, vt eorum quoque opinio deſtruatur ac ruat, qui nullam voluptatem eſſe bonum aſſerebant inquit igitur, quia bonum eſt duplex, alterum proprie & abſolute, vt virtus temperantia, iuſtitia, ipſarumq; operationes, alterum nõ proprie, ſed alicui bonum, quod alicui ſcilicet bonum videtur; cuiuſmodi eſt immoderatus uenereorum uſus, qui alicui, ideſt intemperanti eſſe bonum videtur, cum tamen abſolute & proprie minime ſit, efficitur, ut & naturæ & habitus id, quod bonum ſcilicet, & proprie & alicui eſt ſequantur: quippe cum nonnullæ naturæ, nonnulliqne habitus abſolutæ & proprię naturæ & habitus & ſint & dicantur, cuiuſmodi vale otium, & bonorum virorum ſunt, ad bonum videlicet propẽſiores, nonnullæ item naturæ, nonnulliqne habitus non proprie naturæ habitusque ſint, ſed tales, ideſt cum additione aliqua & diſtinctione, & naturæ ferinæ, aut morboſæ, & habitus ferini, aut morboſi appellentur. Idem motioni & generationi contingit. generatio autem idem quod motio eſt: nam generatio ad quoddam appetibile obiectum mouetur, ac motio quædam eſt. motiones igitur & generationes idem hoc ſequuntur, ideſt tam quod bonum abſolute eſt, quàm quod alicui. nam motiones & generationes aliæ ſunt abſolute bonæ, & ſecundum naturam, vt ſanorum hominum, & bonorum quid ad id quod pręcipue appetibile eſt, moueri conſueuerunt, aliæ tales ac tales, ideſt ferinæ aut morboſę, quæ pręter naturam ſunt. vt ſiquis ad hauriendum ſanguinem moueatur, quod igitur abſolute bonum eſt, naturã & habitum, nec non motionem & generationem abſolute ac ſimpliciter bonam ſequitur, quippe cum qui bona natura abſolute & habitu eſt præditus, moueatur ad id quod abſolute bonum eſt, quòd autem bonum alicui eſt, talem naturam, atque habitum, talemque motionem & generationem ſequi neceſſe eſt. ab eo enim qui ferinam aut morboſam habet naturam, ferinove aut morboſo habitu aut motu eſt præditus, non quod abſolute, ſed quod alicui bonum eſt, appeti atque inquiri conſueuit, quod ſanè non eſt vere, ſed eſſe bonum videtur. atque ita ex voluptatibus alias abſolute & proprie bonas, alias alicui bonas eſſe, ac uideri demonſtratum eſt.

Quę item eſſe praue videntur, abſolute aliæ ſunt prauæ, non tamen alicui, ſed eligendæ alicui ſunt, aliæ ne huic quidem, niſi aliquando, & paruo tempore, & non ſunt eligendę.

quædam

quædam vero ne voluptates quidem ſunt, ſed videntur, quæ tunque cum dolore, & medicinæ cauſa exiſtunt; cuiuſmodi voluptates ægrotantium ſunt.

Simili modo ex prauis voluptatibus aliæ ſunt abſolute quidem prauæ, alicui tamen nō prauæ, ſed expetendæ potius atque eligendæ, vt adulterandi voluptas abſolute praua cum ſit, alicui, id eſt intemperanti eſſe praua non videtur, ſed expetenda ſemper. aliæ ſunt voluptates prauæ etiam ipſæ, cuiuſmodi eſt ſupra modum edere, aut bibere, quæ ne huic quidem, id eſt ne alicui quidem eligendæ ſemper ſunt, ſed aliquando, cum ſcilicet eſurit quiſpiam, aut ſitit, atque id breui tempore, quoad videlicet ſaturatus fuerit. atque hæ quidem per ſe minimæ ſunt eligēdæ, ſed quia eſurit, aut ſitit quiſpiam, propterea fit, vt immoderata alimenta expetenda eſſe atque eligenda videatur. B Duobus tamen modis interpretari hoc poſſumus vt vel non eſſe eligēdas has voluptates per ſe vt modo diximus, vel non eſſe eligendas ſemper, intelligamus, ſed eo duntaxat tempore, quo quis aut ſitit, aut eſurit. quæ vero voluptates ex dolore exiſtunt, ſicut Aiaci ſeipſum iugulare eſſe iucundum videbatur, quæ item medicinæ cauſa ſunt, quales ſunt eorum qui ægrotant, ne voluptates quidem ſunt, ſed videntur eſſe, & non ſunt. Voluptates autem ægrotantium illæ ſunt, quæ medicationis gratia exiſtunt, vt eorum qui pruritu ſcabiei infeſtantur. his enim voluptuoſum videtur, ſi in feruentem aquam ſeſe inijciāt, id quod ſane non voluptatem alijs, ſed dolorem & mortem afferre cōſueuit. hoc tamen remedij & medicinæ cauſa ſcabioſus appetit, quippe cum materia quadam praua atq; acri ſubinde irritetur, feruens vero aqua, efficax admodum cū C ſit, acrimoniam illam retundat, ac reprimat, atque ita recreatione quadam ægrotantem afficiat. vt iucundum hoc ac voluptuoſum, cum tamen re vera nō ſit, ipſi eſſe videatur. ſano enim homini ingreſſus in feruentem aquam mors eſt, non voluptas.

Præterea cum bonum aliud operatio ſit, aliud habitus, quæ in naturalem habitum conſtituunt, ex accidenti ſuaues ac iucunda ſunt. operatio autem eſt in cupiditatibus ſubmoleſti habitus, ac naturæ.

Hic demonſtrare aggreditur, eos qui voluptatem dicūt eſſe generationem ad naturam ſenſibilem male eam definire. nam cum ex bono aliud ſit habitus, vt virtus, quæ bonum cum ſit, eſt vt habitus, aliud operatio, vt virtus ipſius operatio, id eſt iuſta agere, ſeu temperantia, quod bonum quidem eſt, ſed bonum vt operatio, quæ naturalem habitum, id eſt id quod receſſit ac deficit à naturali habitu, explet; cum igitur ita ſit, quæ in naturalem habitū conſtituunt, iucundæ proprie non ſunt, id eſt nō ſunt proprie voluptates, ſed ex accidenti, quippe cum ipſa repletio eius quod naturali habitui deficit, non ſit voluptas. ſed quod generationem, hoc eſt repletionem ſequi conſueuit. nam cum quis eſurit, ſi comedat, & ſaturetur, voluptas cōſequitur. neque ipſa generatio, id eſt repletio, & motio qua ad replendum ventrem mouetur, cum cibo indiget quiſpiā, voluptas eſt, ſed quæ conſequitur poſt repletionem, in cupiditate ſubmoleſtæ naturæ, atque habitus, quippe cum ſi aliquis eſurit, habetque naturam in indigentia alimentorum conſtitutam, moleſtia ob famem afficiatur, cibiſq; replere ventrem ſuum cupiat. ſcribitur tamen in alijs exēplaribus loco ſubmoleſti, id eſt ὑπολοίπου, ὑπολοίπου per diphthongum, quod reſiduum & deficiens ſignificat, vt intelligamus voluptatem fieri in cupiditate deficientis, alimentoque indigētis naturæ. ſiquis enim habitum ac naturam ſuam, deficientem habuerit, id eſt in indigentia ciborum conſtitutam, replere ipſam cupit, atque hæc operatio, id eſt repletio in cupiditatibus eſt deficientis naturæ.

Nam ſine dolore etiam & cupiditate voluptates exiſtūt vt contemplandi operationes, quæ minime indigentis naturæ ſunt.

A Nam voluptates etiam ſine cupiditate & dolore exiſtunt, cuiuſmodi ſunt operationes contemplandi, id eſt intelligendi, quæ natura minime indigente à nobis efficiuntur, vt neque doleamus, neque repleri ullo modo cupiamus: ſi enim contemplor triangulum tres habere angulos æquales duobus rectis, voluptatem quidem percipio, ſed nullo tamen dolore præcedente, nullaque cupiditate, quæ ex defectu naturæ proueniat. quid enim hac in re deeſt naturæ, vt dolor inde exiſtere, ac cupiditas debeat? Quare cum voluptates nonnullæ ſint, quæ ſine dolore & cupiditate fiant, eo quod naturæ nihil deſit, reſtat, vt male tradita ſit definitio ea, quæ voluptatem eſſe generationem in naturam ſenſibilem inquit, quippe cum multæ ſint voluptates, quæ ſine generatione in naturam exiſtant, id eſt ſine indigentis naturæ repletione, cuiuſmodi ſunt, quæ ex intelligendo eueniunt, definitionem vero omnia quæ ſub definitam rem cadunt, complecti oporteat.

Argumento id eſt, quòd non eadem iucunditate oblectantur dum repletur natura, & dum conſtituta eſt: ſed dum eſt conſtituta, ijs quæ abſolute ſunt iucunda: dum repletur, contrarijs etiam gaudent. acidis ſiquidem & amaris delectantur, quorum nihil neque natura, neque abſolute iucundum eſt: quare neque ipſæ voluptates. ſicut enim iucunda inter ſe ſe diſtant, ita quoque voluptates quæ ab ipſis eueniunt.

Voluptatem vero non eſſe generationem, id eſt repletionem naturæ, argumento illud eſt, quòd non eodem iucundo oblectantur omnes, & dum repletur natura, id eſt, ſi eſuriat quiſpiam, dum ventrem alimentis indigentem C replere ſtudet, & dum conſtituta eſt, hoc eſt dum compoſita ac ſaturata eſt natura. ſed cum natura conſtituta eſt ac ſaturata, id eſt cum ſaturatus eſt quiſpiam, illis delectatur, quæ abſolute & proprie ſunt iucunda; cuiuſmodi eſt bibere vinum chium, & pane ſimilagineo veſci. dum repletur vero, id eſt dum adhuc alimentis indiget aliquis, atque eſurit, contrarijs etiam gaudet, iucunda enim ei & amara & acidum vinum videntur. & demum qui eſurit, quodlibet iucundum exiſtimat, quod comedere ſaturatus quiſpiam nullo modo pateretur: amara autem & acida neque natura, neque abſolute & proprie iucunda ſunt. Sicut enim quæ proprie iucunda ſunt, ab illis diſtant, quæ eſurienti & ſitienti videntur iucunda, id eſt ab amaris & aci D dis, ita voluptates quoque quæ & à proprie iucundis, & ab iis quæ videntur iucunda, efficiuntur, inter ſe ſe diſcrepant. at ſi voluptas generatio eſſet in naturam ſenſibilis, idem iucundum in eſuriente & ſaturo eſſe deprehenderetur. Quare iam patet male definitam eſſe voluptatem ab ijs, qui generationem in naturam ſenſibilem eſſe eam aſſeruerunt.

Adde quòd non eſt neceſſe, vt aliud quid melius voluptate ſit, quemadmodum nonnulli dicunt, finem ipſum generationis: generationes enim voluptates non ſunt, neque cum generatione omnes exiſtunt, ſed operationes ſunt & fines: neque ex iis quæ gignuntur, ſed ex iis quibus vtimur, efficiuntur. finis item non omnium diuerſum quid eſt, ſed earum E quæ ad naturæ perfectionem deducuntur. Vnde ſenſibilem generationem voluptatem eſſe dicere, non recte ſe habet, ſed potius dicendum eſt, operationem eſſe eam habitus qui ſecundum naturam eſt, & potius quàm ſenſibilem, impedimento vacantem.

Rurſus hic opinionem eorum refutat, qui aſſerunt voluptatem non eſſe id quod optimum eſt. & inquit non neceſſario aliud quid melius voluptate eſſe cuiuſmodi nonnulli dicunt eſſe finem generationis, quippe cum neque generationes ſint voluptates, neque cum generatione omnes exiſtant, aliorum ſcilicet quorundam quæ prius gignantur, & fiant, ſed operationes ſint eorū quibus vtimur. nam ſimul cum operatione uoluptas conſequitur. voluptas enim operatio eſt, & ſi quis recte & ſine reprehenſione

henſione operatur, continuo voluptate afficitur. neque omnium operationum finis diuerſum quid eſt, ſed ea tum tantum quæ ad perfectionem naturæ ducuntur, id eſt quæ naturam quandam in indigentia conſtitutam replent. nam in ijs quæ naturam aliquam perficiunt, diuerſus ab operatione finis eſt. medicina enim eius quo indiget natura, repletio cum ſit, finem qui eſt ſanitas, ab operationibus diuerſum habet. Quocirca non recte voluptatem eſſe generationem in naturam ſenſibilem dicunt, ſed potius ita definire eam debent, vt voluptatem aſſerant eſſe operationem habitus eius qui ſecundum naturam eſt impedimento omni vacantem, vt loco ſenſibilis impedimento vacans ponatur. nam ſiquis habitu aliquo qui ſecundum naturam ſit, præditus fuerit, verbi cauſa temperantia, vel ſanitate, ex eoque abſque impedimento operetur, lætitia affici conſueuit, ac voluptate. temperantia vero & ſanitas quia bonę ſunt, ſecundum etiam naturam eſſe cenſentur, quippe cum omne quod ſecundum naturam eſt, bonum etiam ſit. quare impedimento vacans in vnoquoque habitu operatio, voluptas eſt. qualicunque enim habitu inſtructus quiſlibet, ſiue rhetorica is ſit, ſiue grammatica, ſiue iuſtitia, dum ex eo ſine impedimento operatur, voluptatem conſequitur.

Videtur autem ex eo generatio eſſe, quia proprie bonum eſt, operationem enim generationem eſſe exiſtimant, cum tamen diuerſa ſit.

In habitibus eædem ſunt operationes & fines. temperantis enim tam finis quàm operatio idem eſt. Quoniam vero voluptas & finis eſt & operatio, nam qui trianguli tres angulos eſſe æquales duobus rectis contemplatur, ſimul & operatur, & voluptatem capit: illi qui non eſſe finem voluptatem, ac propterea neque eſſe ſummum bonum eam aſſerebant, male opinati ſunt. quo modo autem voluptatem eſſe generationem exiſtimarint, nunc ſubiungit: quia inquit, operatio proprie bonum eſt, illi autem operationem & generationem idem eſſe arbitrabantur: effectum eſt, vt dum extollere voluptatem ſtudent, voluntque eam proprie bonum eſſe oſtendere, generationem voluptatem eſſe dixerint. Videtur enim voluptas eſſe generatio, quòd proprie bonum eſt. putantque operationem eſſe generationem, cum tamen diuerſum quid à generatione ſit. vniuſcuiuſque enim habitus operatio diuerſum quid eſt à generatione, id eſt à motione, qua ad appetibile, ſeu ad finem aliquem moueri quiſpiam conſueuit: quippe cum ea ſit quæ vniuſcuiuſque rei generationem id eſt cauſam efficit, vt vnaquæque res exiſtat.

Nam quòd aiunt prauas eas eſſe, quia morboſa nonnulla ſunt iucunda, idem de ſalubribus dicendum eſſet. quædam enim ex ipſis ad rem pecuniariam praua ſunt, vt hoc modo praua ambo eſſent, at in hoc non ſunt praua, quippe cum contemplari quoque quantum ad ſanitatem attinet, nocumentum interdum afferat.

Quia nonnulli opinati fuerant, vt dixit, propterea quòd nonnulla voluptuoſa damnum afferebant & dedecus, omnes voluptates eſſe prauas ac turpes: hanc quoque opinionem aggreditur confutare: atque inquit: ſi omnes voluptates ob id prauæ ſunt cenſendæ, quòd nonnulla iucunda reperiuntur, quæ damnoſa & turpia ſint: idem in ſalubribus quoque rebus continget. nam omnia ſalubria ſimili modo praua, atque inutilia rei pecuniariæ & diuitijs erunt. cum enim ægrotat quiſpiam, ſalubre ei eſt ſanitatiſque efficiens & medicis pecunias dare, & in omnia quæ ad ſanitatem conducunt, ſumptus facere: id quod tamen diuitias eius abſumit, ac minuit: vt hoc modo, hacque ratione ambo, id eſt tam omnes voluptates, quàm ſalubria omnia praua eſſent. ſed non ſunt praua: conceſſum enim apud omnes eſt, & nonullas voluptates, & nonnulla ſalubria eſſe bona. nam hoc modo quia contemplari quoque id eſt cogitare ac legere ſanitati interdum nocet, eſſi cercetur, vt contemplari abſolute prauum eſſe diceremus,

A quod abſurdum eſt. intellectio enim ſublimium contemplationum praua minime eſt: ſed ſi ægrotans quiſpiam contemplari velit ac legere, ſublimibusque contemplationibus vacare, impedietur, quo minus queat conualeſcere: quippe cum animi illa intentione morbus potius augeatur. ac quantum ad ſanitatem ſpectat, nocumentum ex contemplatione patietur. vnde medici ne legant quippiā, huiuſmodi ægrotis præcipere conſueuerunt.

Neque prudentiæ vero, neque alicui habitui impedimento eſt ea quæ ab vnoquoque procedit voluptas, ſed aliena. nam quæ à contemplando & diſcendo proueniunt, magis vt contemplemur, ac diſcamus, efficiunt.

B Rurſus opinati fuerāt quidam, vt ſupra dictum eſt, propterea non eſſe bonas voluptates quia impedimento prudentiæ ſint, hanc quoque opinionem hic refellit, neque prudentiæ inquiens, neque alteri alicui habitui impedimento voluptates eſſe, quæ ab vnoquoque habitu exiſtūt. voluptas enim quæ prudenti homini contingit, dum ea inuenit quæ ad finem deducunt, non modo eius prudentiam ad ea inuenienda non impedit, verum etiam magis auget. quæ item à temperante percipitur, dum temperanter ſe gerit, ipſi minime eſt impedimento ad operandum ſed inuitat potius ad agendum, atque incitat. ſed vnumquemque habitum impediunt alienæ, id eſt corporis voluptates. nam voluptas quæ ex adulterando euenit aliena à C prudentis ac temperantis voluptate eſt, quippe cum temperans vel prudens ea minime oblectetur. vnde efficitur, vt ſi temperans vel prudēs venerea voluptate gaudeat, impediatur quo minus agere vel temperanter, vel prudenter queat. Nam quæ à contemplando & intelligendo id eſt contemplationem aliquam ſublimem diſcendo veniunt voluptates, promptiores ad diſcendum nos reddunt potius, quàm impediunt. ſi vero quis dum diſcit, aliena id eſt corporis voluptate & venerea afficitur, is ita impeditur, vt cogitare quicq̄ atque intelligere amplius nequeat.

Nullam vero voluptatem artis vllius eſſe opus, probabiliter cōtingit, quippe cum neque alterius operationis vllius ars ſit, ſed facultatis. tametſi & vnguentaria ars, & obſonatoria eſſe voluptatis videntur.

D Opinabantur alij quia voluptatis nulla eſt ars, effici vt voluptas bonum eſſe non poſſet. hoc ſoluit primum per cōceſſionem, deinde per repugnationem: concedit enim merito ac probabiliter nullius voluptatis artem aliquam eſſe. nam cum voluptas ſit operatio, vt demonſtratum eſt à ratione non eſt diſſentaneum, vt eius nulla ars ſit, quippe cum artes non ſint operationum, ſed facultatum, id eſt habituum, operationes vero ex habitibus exiſtant. poſtea repugnando & negando idem refellit, voluptatiſque eſſe artem aſſerit, nam vnguentariam & obſonatoriam voluptatis effectiuas artes eſſe, & cum ita ſit, voluptatem eſſe bonum affirmat.

E *Quòd autem temperans fugiat, & prudens dolore carentem vitam perſequatur, perſequantur item tam pueri, quàm beſtiæ, omnia eodem modo ſoluuntur. Nam quia dictum eſt quo modo bonæ abſolute, & quo modo non bonæ voluptates omnes ſint, tales pueri & beſtiæ perſequuntur: harumque indolentiam prudens ſectatur, quæ cum cupiditate & dolore exiſtunt, & corporis ſunt: huiuſmodi enim ſunt hæ, harū item exceſſus ſecundum quos intemperans intemperans eſt. propterea temperans has fugit, nam etiam temperantis voluptates ſunt.*

Erant rurſus alii, qui propterea quòd temperans odio voluptuoſa & iucunda proſequitur, prudens item doloris vacationem perſequitur, & quærit, pueri vero & beſtiæ iucunditatem ſectantur: voluptatem non eſſe bonum aſſerebant. omnes huiuſmodi opiniones eodem id eſt vno & eodem argumento nititur refutare. Inquit enim quia iam diximus ex oībus voluptatibus quę ex operationibus emergunt, quo modo aliæ bonæ ſint id eſt abſolute & proprie,

quæ

quæ virtutes ſequūtur: quo item modo aliæ, ideſt alias abſolute & proprie bonas quidem non eſſe, ſed aliquibus bonas, & quæ bonę eſſe videantur, quales ſunt corporis voluptates, has pueri & beſtiæ perſequuntur & quærunt, has item temperans fugit atque odit, quæ cum cupiditate & dolore exiſtunt, ideſt corporales. non enim bonæ proprie ſunt, ſed videntur. Prudens etiam corporis has voluptates, quæ videntur eſſe, non quærit, ſed indolentiam earum ſectatur. id enim dat operam prudens, vt ex abſentia corporis voluptatum nullum dolorem percipiat. Corporis autē voluptates venerea ſunt, & immoderati cibi, ac potus. huiuſmodi enim ſunt hæ corporis voluptates, ideſt cum cupiditate & dolore fiunt, nam cum quis eſurit, quia ventrē in indigentia alimentorum conſtitutum habet, dolore afficitur, replereque eum cupit. ſimili modo quoque intemperans dolet, dum venereis caret, atque vti eis mirum in modum cupit, harumque corporis voluptatum exceſſus ſectatur, ideſt immoderate & cum exuperatione tam venereis operam dare, quàm bibere & comedere vult, & quęrit. ſecundum enim hos exceſſus quos beſtiæ & pueri perſequuntur, intemperans intemperans dicitur. Ideo temperans has fugit ideſt corporis voluptates huiuſmodi, quæ proprie voluptates non ſunt. nam ſunt etiam quædā quæ proprię temperantis ſunt voluptates, quæ ex habitus, ideſt temperantię operationibus eueniunt, hæ autem quæ ex virtutum operationibus exiſtunt, proprie bonæ ſunt, quippe cum & iuſtus ex agendo iuſta, & fortis ex fortibus factis, & temperans ex temperanter ſe gerendo voluptatem percipiat.

De voluptatum ſpeciebus. Cap. XIII.

CÆterum dolor quoque eſſe malum & fugiendum cōceditur: atque alius abſolute malum, alius, eo quod quodam modo impedimento eſt, fugiendæ autem rei, quatenus eſt fugienda & mala, bonum contrarium eſt, bonum igitur quoddam eſſe voluptatem neceſſe eſt.

Præterea cōſtat, inquit, dolorem eſſe malam rem ac fugiendam. alius enim abſolute malum eſt, cum quis abſentia rerum voluptuoſarum, ac venerearum dolore afficitur, alius vero nō abſolute ac ſimpliciter, ſed quodam modo fugiendum ac malum eſt, quatenus ſcilicet impedimētum affert. verbi cauſa, ſi quis rem aliquam arduam ac prę claram conetur contemplari, dumque id ſtudet, audiat vel filium, vel amicum diem ſuum obiiſſe: atq; ex ea re doleat, doloreque oppreſſus ac perturbatus impediatur, quominus id quod cōtemplabatur, valeat intelligere. is dolor qui ex filij vel amici morte ſuſcipitur, abſolute quidem malus minime eſt, ſed quodam modo, quatenus videlicet eſt impedimento ne intelligat. ſi igitur dolor malum eſt & fugiendum, fugiendo autem, quatenus eſt fugiendum & malum, bonum contrarium eſt, reſtat, vt voluptas bonum ſit, quippe cum in medio carentibus contrariis ſi alterum malum eſſe ſtatuatur, alterum eſſe bonum neceſſe ſit, nam in cæteris fieri poteſt, vt ſit malum, vt in ignauia, fortitudine, & audacia, ignauiæ quæ mala eſt, tam fortitudo quàm audacia opponitur.

Nam quemadmodum ſoluebat Speuſippus, non competit ſolutio. ſicut maius minori & ęquali, ita contrarium eſſe. non enim idem quod malum aliquod voluptatem eſſe quiſpiam dixerit.

Hæc impugnatio Speuſippi eſt. dicebat enim Speuſippus, ſicut maius & minori opponitur & æquali, & extrema ideſt maius & minus mala ſunt, mediū vero quòd eſt æquale, eſt bonum, ita voluptatem & dolori & indolētiæ eſſe oppoſitam, & extrema ideſt dolorem & voluptatem eſſe mala, indolentiam, quæ medium eſt, bonum ſed ſolutio hæc non competit, propterea quòd ab omnibus minime conceditur, fatentur enim omnes voluptatem eſſe bonum, neque idem quod malum voluptatem eſſe diceret

A quiſpiam, ideſt ſub malum vt genus reduci, eſſeque mali ſpeciem voluptatem, hoc eſt voluptatem eſſe malum concedit nemo.

Iam vero ſi nonnullæ voluptates ſunt prauæ, nihil vetat aliquam eſſe optimum, ſicut ſcientiam aliquam. licet prauę quędam ſint. fortaſſe vero etiam neceſſarium eſt, ſi quidem vniuſcuiuſque habitus operationes ſine impedimento ſunt, ſiue omnium operatio ſit felicitas, ſiue alicuius ipſorum, ſi impedimento vacet, eam eſſe maxime expetendam. hoc autem eſt voluptas.

Superius item dixerat nonnullos opinari, quia voluptates aliquę prauę ſunt, fieri non poſſe, vt voluptas optimū eſſet. quam opinionem hic ſoluit, dum inquit, quoniam voluptates quædam prauæ ſunt, nihil vetat aliquam ēt eſ- B ſe quæ optimum ſit: ſicut nihil vetat aliquam quoq; ſcientiam eſſe optimam, id eſt philoſophiam, licet quædam prauæ eſſe conſpiciantur. hic improprie ſcientias appellat viles artes atq; operarias, cuiuſmodi eſt medicamentaria, ſaltatoria, & ſutoria. fortaſſe vero etiam neceſſarium eſt aliquam voluptatem eſſe maxime expetendam atque optimam, ſiquidem ſunt vniuſcuiuſque habitus ideſt virtutis operationes impedimento vacantes, ſiue omnium habituum ideſt virtutum operationes felicitas ſit, id eſt, ſiue ex omnium virtutum operationbus conſtet felicitas, ſiue alicuius ipſorum habituum, id eſt vnius cuiuſpiam virtutis operatio ſit felicitas. Quemadmodum enim ſuperius dixit, contemplatiuus eſt felix: in decimo item ex ſola contemplatione ait felicem exiſtere, ſi contemplatio ſine im- C pedimento ſit: hoc eſt ſi abſque vllo impedimento contempletur & intelligat. hoc autem, id eſt impedimento vacans operatio voluptas eſt. Quoniam igitur voluptas impedimento vacans operatio eſt: vniuſcuiuſque vero habitus ideſt virtutis impedimento vacantes operationes ſunt, ſiue felicitas ex operationibus omnium virtutum, ſiue vnius cuiuſpiam, quæ eſt contēplatiua, conſtet: ſequitur, vt voluptas quædam optima ſit, felicitas ſcilicet ipſiusque operatio.

Quare efficitur, vt quędam voluptas optimum ſit, licet multę voluptates forte abſolute prauæ ſint, ac propterea omnes felicem vitam iucundam eſſe exiſtimant, voluptatemque felicitati conſentanee annectunt, quippe cum nulla operatio quę impeditur, perfecta ſit, felicitas vero ſit ex perfe- D ctis. Ideo fit, vt ex corporis & externis bonis, fortunaq; ipſa inſuper indigeat felix, ne hęc impediant.

Quare ſi etiam concedamus, multas ideſt pleraſque voluptates eſſe prauas: aliqua tamen uoluptas optimum erit, id eſt felicitas, eiusque operatio. nam cum uoluptas ſit operatio impedimento uacans, conſtetque felicitas ex operationibus uel omnium uirtutum uel unius alicuius ideirco felicem uitā omnes ſuauem ac uoluptuoſam exiſtimant: voluptatemque felicitati conſentanee annectunt, tanquàm diuerſam à felicitate. Recte autem conſentanee, adiunctum eſt, nam ſi felicitas ex perfectis eſt, eſt etiam impedimento carens operatio, ſed uoluptas quoque eſt uacans impedimento operatio, conſentaneum igitur eſt, ut uoluptas cum felicitate connectatur. eſt enim felicitas E perfecta, & cū ſit perfecta, eſt etiam uacans impedimento operatio: quippe cum nulla uperatio quæ impeditur, perfecta ſit. nam felicitatem quoque ita definiunt, vt animæ operationem cum voluptate in perfecta vita eam eſſe dicant. Quoniam igitur eſt impedimento vacans operatio, propterea indiget & corporis, & externis bonis, gloria ſcilicet diuitijs, potentatu, & fortuna ideſt fortunæ bonis, ne hæc, id eſt corporis & externa bona ſi abſint, felicis operationem impediant. ſi quis enim uniuerſis uirtutibus præditus ſit, externa uero hæc bona non habeat, exercere virtutes abſque impedimento non poterit, ſed iniuſte etiam aliqua cogetur facere, quo diuitias, aut aliquid aliud ex neceſſarijs ſibi comparet. ſi vero abſque impedimento prorſus non operetur, neque felix appellabitur.

Nam

Nam qui eum qui rota torquetur, & calamitatibus magnis opprimitur, ſi bonus ſit, felicem eſſe dicunt, vel inuiti, vel ſponte nihil dicunt.

Qui dicunt eũ qui rota torquetur, id eſt in tormentis rota deuoluitur, & calamitatibus multis & infortunijs opprimitur, felicem eſſe, ſi bonus ſit, hoc eſt, ſi omnibus præditus ſit uirtutibus, uel ſponte, id eſt uel ſcientes eiuſmodi hominem minime eſſe felicem, ueritatemque occultantes, nihil dicunt, id eſt mentiuntur eum felicem talem appellãt, vel inuiti, id eſt quis ſit proprie felix, ignorãtes. nam ſuperius quoq; in primo libro hoc ſignificauit, cum dixit. qui autem in Priami calamitates incidit, licet virtutibus omnibus præditus ſit, felix nullo modo erit.

Quia uero inſuper fortuna indiget felix: idem eſſe nonnullis fortunę proſperitas, & felicitas videtur: cum tamen non ſint, nam ipſa quoque cum excedit, impedimento eſt. ac fortaſſe non amplius fortunę proſperitas appellari iure poteſt: quippe cum eius definitio ad felicitatem ſpectet.

Quoniam felix fortunæ bonis, id eſt diuitijs, gloria, potẽtatu indiget, idem eſſe felicitatem, & proſperitatem fortunæ nonnulli opinantur, quod minime verum eſt. nam ipſa fortunæ proſperitas, ſi exuperans ſit, felicẽ impedit, quo minus operari ſecundũ virtutem queat, ſi. n. quis vel potens ſupra modum ſit, vel clarus, vel diues, reddi inſolens conſueuit, vt ignobiliores, & pauperiores deſpiciat, eoſque & imperioſe ſubigere, & iniuria afficere minime vereatur. ſi igitur nimia fortunæ proſperitas felici potius eſt impedimento ne ſecundum virtutem operetur, eam quærere felix nullo modo debet, & fortaſſe excedens modũ hæc proſperitas fortunæ iure proſperitas id eſt εὐτυχία appellanda non eſt, eo quòd felicitatem impedit, prauaq; eſt: quippe cum eius definitio, fortunæ proſperitatis videlicet, ad felicitatem ſpectet. Cum enim confert, conducitque ad felicitatem, fortunæ proſperitas eſt nominanda, laudabiliſque cenſetur: cum non confert, vtpote exuperans, ne proſperitas quidem amplius vocanda eſt, neque laude vlla digna exiſtimanda.

Quod item omnes & beſtię & homines voluptatem ſequuntur, id ipſam eſſe quodammodo optimum indicat.
Non prorſus fama illa perit, quam multa per orbem
Turba hominum celebrat.
Sed quia neque eadem natura, neque idem habitus optimus aut eſt, aut videtur, neque voluptatem eandem omnes, voluptatem tamen omnes ſequuntur. fortaſſe etiam non eam ſequuntur, quam putant, neque quam dicerent, ſed eandem. omnia enim natura diuinum quid habent.

Quia nonnulli propterea voluptates non eſſe bonas aſſerebant, quòd à beſtijs & pueris inquirebantur: ipſe Ariſtoteles nunc ob idipſum magis effici inquit, vt bonæ eſſe videantur, quia pueri & beſtiæ ipſas ſequuntur, id enim eſſe indicium, ipſam id eſt voluptatem eſſe quodam modo optimum, id eſt bonum, quòd beſtiæ & pueri eam ſectantur. id ſiquidem bonum eſt quod omnia appetunt, voluptatem vero omnia tam beſtiæ quàm pueri appetunt, eſt igitur voluptas bonum. Non prorſus enim, vt inquit Heſiodus, fama illa perit, quam multa per orbem
Turba hominum celebrat. verum dea dicitur eſſe,
voluptatem vero hanc quaſi omnes celebrant, bonumq; eſſe prædicant, dum omnes eam ſectantur, & quærunt. Sed quia non eſt vna natura vnuſque habitus qui optimus ſit, ſed multæ ſunt naturæ, multique habitus, quippe cum ſit natura quædam ferina, quędam morboſa, itemque habitus, propterea fit, vt neque vna in omnibus voluptas exiſtat, neque eandem omnes perſequantur. aliud enim alij iucundum videtur, ei qui natura habituque ferino eſt pręditus, ſanguinem bibere, ei qui morboſus eſt, aqua feruenti ſeſe inſpergere, vel quippiam aliud voluptatẽ affert. ſed tamẽ voluptatem omnes ſequuntur id eſt vel quę proprie eſt voluptas, vel quę videtur. Fortaſſe etiam non optimam

A voluptatem ſectantur, quam bonam eſſe & putant, & aſſererent, ſed eandem id eſt corporis, immoderatiſque cibis & potibus, & venereis oblectantur. ſunt enim aliqui qui operationem ex virtute id eſt tẽperantia vel iuſtitia optimam eſſe voluptatem cognoſcunt, cum non poſſint tamen ad hæc attolli, diuinaque hac voluptate oblectari, vel inuiti corporis illecebris irretiuntur, corporiſque voluptates ſequuntur. nam quòd diuinam voluptatem quidam habeant, declarat, cum inquit, omnes & ratione etiam carentia animalia natura diuinum quid in ſe inſitum habere, diuinam ſcilicet quandam illuſtrationem, qua operationem ex virtute ſummam atque optimam iucunditatem eſſe intelligunt, cum vero ea diuina voluptate
B frui nequeant, in corporis voluptatibus perſtant, eiſque oblectantur.

Sed corporis voluptates nominis huius hęreditatem conſequutę ex eo ſunt, quòd ſępe in ipſas incidunt homines, omneſque earum ſunt participes. vnde quia ſolę notę ſunt, ſolas has eſſe opinantur.

Operationes ex virtutibus proprie voluptates ſunt, corporis vero voluptates non proprie ſunt, ſed apparentes, conſequutæ tamen ſunt nominis huius hæreditatẽ, quòd ſolæ ſcilicet voluptates dicantur, proprieque voluptates eſſe videantur, propterea quòd plerique ad has magis ſunt procliues, omneſque harum eſſe participes volunt, cum illis diuinis oblectari non poſſint, tum quia pleriq; has cor
C poris eſſe tantummodo voluptates putant, an vero aliqua alia ſit diuinior voluptas, ne prorſus quidem quicquam ſciunt.

Perſpicuum etiam eſt, niſi voluptas ſit bonum & operatio, fieri non poſſe, vt iucunde felix vitam traducat. Cuius. n. cauſa indigeret ipſa, ſi non eſt bonum? ſed etiam moleſte viuere poterit. nam neque malum neque bonum eſt dolor, ſi neque voluptas. Quare cur fugeret? neque igitur probi viri vita erit iucundior, niſi etiam operationes ipſius ſint.

Hoc aduerſus eos inquit Ariſtoteles, qui voluptatem neque bonum, neque moleſtum quicquam eſſe aſſerebãt, inquit enim niſi voluptas & operatio ipſius bonum ſit, non poterit felix iucunde viuere, nam ſi non eſt bonum
D voluptas, neq; omnino felix eam inquireret. cuius enim cauſa acquirere ipſam ſtudebit? felicitas ſiquidem ex bonis ſolis omnibus conſtat, neque admiſtionem aliquam alicuius admittit, quod non bonum ſit, nam ſi voluptas nõ eſt neque bonum neque malum, dolor quoque neque bonũ erit, neque malum. ſicut enim alterum ex contrarijs ſeſe habet, ita alterum ſeſe habeat, neceſſe eſt. quòd ſi dolor neque bonum eſt neque malum, ſequitur, vt moleſte & cum dolore etiam viuere felix queat, at hoc abſurdum eſt, cum voluptate enim eſt felicitas. Quare ſi dolor neque malum eſt neque bonum, cur felix hanc fugit? & ſi ipſius probi viri & felicis operationes iucundæ non ſunt, vita quoq; eius minime erit iucunda.
E

De corporis uoluptatibus. Cap. XIIII.

AT vero de corporis voluptatibus conſiderandum illis eſt, qui nonnullas voluptates valde eligendas eſſe dicunt, illas videlicet quæ honeſtæ ſunt, ſed non corporales, & eas circa quas verſatur intemperans. Qui fit igitur, vt contrarij dolores praui ſint? malo etenim bonum contrarium eſt. an ita bonæ ſunt illę quę ſunt neceſſariæ, propterea quòd quod non eſt malum, bonum eſt? an aliquatenus bonę ſunt?

Dubitationem rurſus non ſuam illam quidem, ſed aliorum quorundam adducit. dicebant enim aliqui, ſi nonnullæ voluptates, vt ſunt illæ quæ ex virtutum operationibus exiſtunt, eligendæ ſunt & bonæ, ſed non corporales, id eſt immoderati cibi, & potus, aut venereæ circa quas verſatur intemperans, cur dolores qui his ſunt contrarij, mali & praui

praui ſunt? bonum enim contrarium malo eſt. ſi ergo corporis voluptates ſunt malæ, reliquum eſt, vt quod contrarium ipſis eſt, id eſt dolores, boni ſint. Atque hæc dubitatio eſt: quam primum ita ſoluit: corporis voluptates inquiens non eſſe malas, ſed neque proprie bonas, ſed ita bonas quatenus non ſunt malæ, ſuntque neceſſariæ, atq; eiuſmodi, vt vſu earum indigeamus. Comedere enim & bibere, & venerem exercere, neceſſaria ſunt, naturæque indigentia requiruntur. quod enim non eſt, malum, bonum eſt. Deinde alteram ſolutionem meliorem ſubiungit, in hunc modum, an corporis voluptates aliquatenus bonæ ſunt? nam eſus & potus, venereorumque vſus eatenus bona ſunt, quatenus in eis mediocritas ſeruatur, ſi vero cum exceſſu ac ſupra modum exerceantur, ſunt praua, ac mala.

B *Habituum enim & motuum, quorum melioris exceſſus non eſt, neque voluptatis eſt exceſſus, quorum autem eſt, eſt etiam voluptatis. at corporis bonorum eſt exceſſus, & prauus proſequendo exceſſum, & non neceſſarias voluptates prauus eſt, omnes ſiquidem & obſonijs & vinis & venereis quodam modo oblectantur, ſed non vt debent. Contra in dolore. non enim exceſſum fugit quiſpiam, ſed omnino fugit: quippe cum exceſſui dolor contrarius minime ſit, ſed ei qui exceſſum perſequitur.*

Habituum & motuum quorum exceſſus non eſt, ut contemplatiui habitus exceſſus nullus eſt, quanto enim quis magis ac magis contemplatur, atque intelligit, tanto maiore laude dignus cenſetur. atque ideo neque voluptatis quæ ex contemplatione euenit, exceſſus quiſpiam erit. Vel C ita eſt intelligendum, eorum habituum & motuum quorum exceſſus vituperabilis minime eſt, vt habitus contemplatiui exceſſus vituperationem nullam admittit, neque igitur voluptatis quæ ex contemplando exiſtit, exceſſus erit vituperabilis. quorum vero eſt exceſſus, vt altricis facultatis atque habitus: bibendi ſiquidem & comedendi exceſſus eſt, vnde etiam voluptatis, quæ inde euenit. Vel ſi voluimus altero modo interpretari, dicemus quorum habituum exceſſus eſt vituperabilis, voluptatis quoque exceſſus eadem ratione erit vituperabilis. eſt autem corporis bonorum, ideſt voluptatum exceſſus, & intemperās ex eo dicitur prauus, quod earum ſcilicet corporis voluptatum exceſſum perſequitur & quærit: dum immoderate & edere & bibere ac toto die ſtudet, venereiſque ſupra modum D indulget. ſi enim neceſſarias voluptates ſequatur, ex eo minime dicitur prauus, neceſſariæ autem voluptates ſunt cibi moderate ſumpti ac potus. quantum ad uentrem in inopia alimentorum cōſtitutum replendum ſat eſt, ac neceſſarium, eatenus bibere & edere bonum eſt. vbi autem venter iam repletus eſt ac ſaturatus, ingerere inſuper cibum aut potum modum excedit, atque eſt malum. omnes. n. intemperantes obſonijs & vinis & venereis quodam modo oblectantur, id eſt exuperando atque excedendo modum, & non vt oportet, etiam ſi praua ipſorum voluptas exiſtimetur. nam moderate oblectari eſt bonum. ac voluptas quidem cum excedit modum, eſt praua, cum moderata eſt, laudatur. in dolore vero contrarium accidit, non enim tantum excedentem modum dolorem, ſed quemlibet omnino dolorem fugimus: quippe cum exceſſui volu E ptatis exceſſus doloris minime contrarius ſit, ſed paruus etiam quiuis dolor, qui accidit ei qui voluptatis exceſſum perſequitur. nam ſi uel paulum à voluptuoſis abſtineat intemperans, continuo dolore affici conſueuit, vt etiam paruus dolor excedenti modum voluptati contrarius ſit.

Quoniam autem non tantum opus eſt, vt verum dicamus ſed etiam oportet, vt falſi cauſam explicemus: hoc enim ad fidem faciendam conducit, nam cum rationi conſentanea viſa fuerit cauſa, cur verum appareat eſſe, quod verum non eſt facit, vt vero magis fidem adhibeamus. icirco dicendum eſt, qui fiat, ut corporis voluptates expetibiliores eſſe uideātur.

Quoniam non tantum opus eſt verum dicere, corpo- A ris, ſcilicet voluptates non eſſe bonas, ſed cauſam quoque afferre debemus falſi & mendacij, id eſt explicare, quo modo errent nonnulli, eaſq; eſſe bonas opinentur: hoc enim, ſi videlicet dixerimus vnde in errorem hūc inducti ſunt, ad fidem faciendam confert, & confirmandum corporis voluptates bonas minime eſſe. nam cum rationi conſentanea viſa fuerit cauſa, cur verum appareat eſſe, ideſt cur voluptates corporis bonæ vere eſſe videantur, cum verum id minime ſit, facit, vt magis vero credamus, veritatemque ipſam confirmemus, quæ voluptates corporis non eſſe bonas aſſerit. icirco dicendum eſt, cur fiat vt voluptates corporis cum bonæ non ſint, expetibiles vt bonæ eſſe videantur, primamq; cauſam huiuſce rei ſubiungit, cum inquit.

Primum igitur, quia expellit dolorem: atque ob dolo B *ris exceſſum excedentem voluptatem, quaſi medela quaedam ſit, atque omnino corporis voluptatem perſequuntur. medelæ autem vehementes ſunt, vnde eas etiam perſequuntur, quia circa contrarium videntur. atque ob duo hæc bonum non eſſe voluptas videtur, ſicut dictum eſt: quoniam aliæ prauæ naturæ actiones ſunt ſiue ab ortu vt beſtiarum, ſiue ex conſuetudine, vt prauorum hominum, aliæ ſunt medelæ, quia ſunt indigentis, meliuſque eſt habere quàm fieri: aliæ accidunt, dum perficiuntur. ex accidenti igitur probæ ſunt.*

Quia voluptas eiicit atque expellit dolorem: ideo bonæ corporis voluptates videntur. nam ſi quis dolore afficiatur ex eo quòd eſurit, aut venereis non vtitur, cum comedit, C aut concumbit, voluptas quæ ex ſaturitate & coitu euenit, dolorem quem ex fame & concumbendi cupiditate concipiebat, expellit. & excedentem modum voluptatem, & omnino corporis voluptatem nimiam perſequuntur homines, & quærunt, ob doloris exceſſus qui ex eſuriēdo & coeundi deſiderio euenit, quaſi eiuſmodi voluptas corporis medicatrix, dolorumque expultrix ſit. medelæ autem, ideſt ventris in inopia alimentorum conſtituti repletiones vehementes fiunt, modumque excedentes, atque iccirco exuperantem dolorem, qui ex fame accidebat, eiiciunt. ideo has ventris repletiones modum excedētes perſequuntur, & quærunt, quia circa contrarium etiam eſſe, neceſſariæ videntur, ideſt eodem tempore, quo etiam contrarium, qui eſt exuperans dolor ex eſuriendo contingēs. D hęc enim exuperans voluptas, quam ex ventris exuperante repletione concipiunt, exuperantem dolorem ex fame oborientem expellit. nam ſi ſupra modum eſuriat quiſpiam & parum comedat, exuperantem dolorem pellere nullo modo poterit. Videturque voluptas ob duo hęc non eſſe bona, ſicut dictum eſt, propterea quòd alię uoluptates ex actione & operatione prauæ naturæ exiſtūt; quę vel ab ortu ipſo eſt praua, ut beſtiarum, ferinorumque hominum, uel non ab ortu, ſed ex aſſuetudine malorum praua euaſit, cuiuſmodi eſt prauorum hominum & ineruditorum natura, qui à pueritia turpiſſima quæque perpetrare conſueſcunt. voluptates autem prauorum natura, ideſt ferinorum hominum, & ex aſſuetudine prauorum, ſunt crudis carnibus ueſci, & cætera quæ ſuperius explicauit. aliæ autem voluptates ſunt medelæ, ideſt repletiones na- E turæ indigentis ſcilicet ac deficientis. ut ſunt uentris alimento indigentis repletiones. aliæ uero uoluptates exiſtunt, dum perficiuntur atque explentur aliquæ cupiditates. ſi enim cupiat quiſpiam concumbere, cupiditatemq; eam expleat, lætatur, uoluptateque afficitur. propterea corporis uoluptates non proprie, ſed ex accidenti bonæ dicentur.

Adde quòd quia vehementes ſunt, illi eas perſequuntur, qui lætari alijs nequeunt. ipſi ſiquidem ſitis quaſdam ſibi præparant. quando igitur innoxiæ ſunt, increpatione vacat: quando noxiæ, prauum eſt. neque enim habent alia quibus lætentur; & neutrum habere pleriſque moleſtum eſt ob naturam.

Præterea

Præterea perſequuntur & inquirunt corporis voluptates, quia vehementes ſunt, id eſt excedentes & immoderatæ, illi qui alijs aliquibus actionibus oblectari nõ poſſunt. nonnulli enim cum agere aliquid nequeant, ne ocioſi prorſus ſint ac ſedeant, toto die edere ac bibere, concubituque vti, volunt, ſibiq; ſitim præparant. nam cum velint toto die bibere, ſalſa quædam comedunt, quo ſiticuloſi magis reddantur. quando igitur hæ corporis voluptates innoxiæ ſunt, ſunt autem innoxiæ cum ſunt moderatæ, cum quis edendo & bibendo modum ſeruat, tunc ſanè reprehenſione carent, neque vituperationem admittunt. cum vero ſunt noxiæ, id eſt cum immoderate ac ſupra modum quiſpiam illis oblectatur, prauæ ſunt ac vituperatione dignæ. nonnulli enim voluptates has corporis ſequuntur modum excedentes, quia alia iucunda quibus oblectentur non habent, cum praui ſint, & vulgares, qui quænam ſit proprie ac vere voluptas non intelligant. Non habere autem quippiam aliud quo lætentur, plerisque moleſtum uidetur. Cum enim laboret ſemper homo voluptate aliqua ac requie indiget. vnde ſi voluptatem aliquam non habeat qua exhilaretur, ſtatim dolore afficitur, ac cõſternatur: atque id ob naturam, quia ſcilicet natura laborioſa præditus eſt.

Semper enim laborat animal, quemadmodum etiam naturales diſputationes teſtantur, quæ videre & audire eſſe moleſtum aſſerunt. ſed conſueti iam ſumus, vt inquiunt. ſimiliter etiam in iuuentute ob auctionem perinde ac temulenti afficiuntur: & iuuentus iucundum quid eſt.

Semper enim animal laborat, & naturales rationes teſtantur, animal videlicet ſemper laborare, cum aſſerunt vim inſpiciendi ſemper videndo atque operando, audiendi item facultatem ſemper audiendo, moleſtiam afferre: quippe cum ſemper audire & videre laborem & dolorem animali pariat. ſed laborem qui ex aſſidua videndi aut audiendi operatione euenit, non admodum ſentimus, propterea quòd aſſueti ei ſumus. Similiter quoque homines cum ſunt in iuuentute conſtituti, nimias has corporis uoluptates ſectantur, propterea quòd ętas ea incrementum accipit. toto enim die comedere & bibere appetunt, quo defectui qui ſubinde ex aſſidua auctione euenit, ſuccurrant, celeriterque augeantur, ac robuſti fiant. non ſecus atque temulenti & ebrioſi, qui ſitibũdi & exhauſti eo magis redduntur, quo magis inebriantur. & iuuentus iucundum quid eſt, ad voluptates prona, affectibuſque libidinum obnoxia eſt.

Atra bile vero affecti natura ſemper medela indigẽt. corpus enim eorum ex temperatura ſemper mordetur: ſemperq; appetitu vehementi incitantur. voluptas autem & contraria & quæuis, modo ſit vehemens, dolorem expellit. ac propterea intemperantes ac praui euadunt.

Qui atrabile affecti natura ſunt, ſemper medicamento, ideſt repletione indigent: bilem enim quæ feruentiſſima eſt, habent, quæ celeriter cibos in uentre conſumit, vnde ne ventre exinanito viſcera exurantur, ſi deſit alimentum, ſemper opus eſt, vt melancholicus medicamentum adhibeat, ideſt cibos ventri ſuppeditet. propterea quòd ſua affectorum hominum ſemper mordetur, hoc eſt dolore & aduſtione ex temperatura afficitur. temperatura.n. eiuſmodi calida eſt ac feruet: ſemperque vehementi appetitu iritantur: dum toto die comedere & bibere multum cupiunt. voluptas enim vehemens & modum excedẽs dolorem expellit, ſiue dolori contraria ſit atque oppoſita, ſiue non contraria, qualiſcunque fuerit. ac propterea, propter videlicet immoderatas voluptates intemperantes & praui efficiuntur.

Quæ autem ſine dolore ſunt uoluptates, exceſſum non habent. atque hę natura, non ex accidenti iucundarum rerum ſunt. Ex accidenti autem iucunda appello quæ medicinam A *aſſerunt: nam quia accidit, ut medicinam conſequamur, dum id quod ſanum ſubſtat, agit aliquid: propterea eſſe iucundum uidetur: natura vero iucunda, quæ talis naturæ actionem efficiunt.*

Voluptates quæ ex intelligendo, & contemplando eueniunt ſine dolore ſunt, exceſſumque non habent. quanto enim quis magis intelligit, tanto laudatur magis, quippe cũ in virtutibus cõtemplatiuis exceſſus nullus reperiatur. quæ igitur ſine dolore exiſtunt voluptates, id eſt contemplatiuæ, quæ abſque dolore fiunt, exceſſum nullum habẽt. corporis enim voluptates cum dolore, & cupiditate eueniunt. nam cum quis eſurit, dolet prius, ac cupit comedere, deinde dum alimentis ventrẽ explet, voluptate afficitur: voluptas vero contemplandi & intelligendi do- B lore vacat: nullus enim præcedit dolor: hæ vero voluptates quæ exceſſu carent, cum ex iucundis natura, id eſt proprie iucundis rebus, & non ex accidenti eueniant, vituperabiles minime ſunt. quę enim ex contemplando euenit, proprie voluptas eſt. Ex accidenti autem iucunda appellat, quæ medentur, quæ repletiones ſunt naturæ indigentis, id eſt corporis voluptates. propterea ſiquidem edere & bibere voluptatem affert, quia accidit, vt dum edunt & bibunt homines medicinam conſequantur, ideſt vẽtrem repleant, & ſaturentur, dum id quod ſanum ſubſtat, ideſt dum altrix facultas agit aliquid, & valet. nam ſi ea non valeat & robuſta ſit, neque comedere, neque bibere, neque operari quippiam animal poſſet. Dum id quod ſubſtat, inquit, eo quod etiam ſi ſenſus omnes ſenſiuaque omnia C facultas in animali deficiat, videndi ſcilicet, audiendi & reliquę omnes, ſola vero altrix & nutricatrix ſubſtet ac reliquatur, viuit animal, dum alitur, poſtremaq; omniũ hæc altrix cum animal moritur, deficit. prius enim alteratrix vis, prius ſenſiua, prius excretrix interit: altrix vero nõ niſi vltimo loco deficere conſueuit. non eſt igitur proprie iucũdus & voluptuoſus eſus & potus, ſed ob ventris repletionem eſſe eiuſmodi videtur. nam contemplatiui habitus, virtutumque operationes natura, ideſt proprie iucundæ ſunt.

Nulla autem res propterea eſt, quæ eadem ſemper ſuauis ſit, quia ſimplex natura noſtra minime eſt. ſed inſitum diuerſum quid etiam habet, quo eſt corruptibilis: vt ſi al- D *terum quid agat, id alteri naturæ ſit præter naturam. cum vero adæquantur, neque moleſtum, neque iucundum id quod agitur eſſe videatur.*

Non ſemper idem iucundum nobis eſt, ſed alia atque alia videntur voluptatem afferre: quia natura noſtra non eſt ſimplex. non enim ex anima ſola conſtamus, ſed ineſt diuerſum etiam quid, ex quo conſtituti ſumus, ideſt corpus, quo ſumus corruptibiles. Cum enim nõ ſimus ſimplices, ſed compoſiti ex anima & corpore, fit, vt non eadem voluptate afficiatur & anima & corpus, ſed aliud ſit quod animam, aliud quod corpus oblectet. vnde ſi alterũ quid, ideſt ſi anima agit atque operatur, ex operationeque ea intelligendi voluptatem percipit, id præter naturam & non iucundum alteri naturæ eſt, quippe cum id quo oblecta- E tur anima, iucundum non ſit corpori, ſed moleſtum. cum vero adæquantur, & quibus oblectatur anima iiſdem voluptate afficitur etiam corpus, tunc accidit, vt quod iucundum animæ eſt, id cum agitur ab anima, neque moleſtum corpori neque iucundum eſſe videatur.

Nam ſi alicuius natura ſimplex ſit, ei ſemper eadem actio erit iucundiſſima. atque idcirco Deus ſemper vna ac ſimplici gaudet voluptate. neque enim motionis tantum, ſed immobilitatis etiam operatio eſt: magiſque in quiete quàm in motu voluptas conſiſtit.

Si ſimplicẽ naturam aliquis habeat, vt angeli, & Deus, ei eadẽ actio, ſimplexq; operatio ſuauiſſima eſt, i. eadẽ voluptate oblectatur. cũ.n. ſimplicis ſit naturę, voluptate sẽper

afficitur ea, quæ ex intelligẽdo euenit, nullaque alia, quippe cum iucundum ſemper vnum atque idem ei ſit. iccirco Deus ſemper eadem gaudet voluptate vna ac ſimplici, quæ eſt, dum in ſeipſum conuertitur, ſeque ipſum intelligit. Sed fortaſſe aliquis obiiceret, ſi Deus inquiens immobilis eſt, voluptas autem eſt motus, nam voluptas eſt operatio, operatio vero motus eſt, quo modo in Deo eſſe voluptatem dicere poſſumus? nam ſi voluptate afficitur, etiam mouetur, quod abſurdum eſt. obiectionem hanc ita ſoluit hic Ariſtoteles, voluptatem aſſerens non eſſe motionis tantummodo operationem, verum etiam immobilitatis, voluptatemque in quiete magis, quàm in motu conſiſtere. quoad enim mens ad intelligendum aliquid mouetur, quia in motu eſt & turbatione, voluptate non afficitur, ſed tunc oblectatur & gaudet, vbi quod inueſtigat & intelligere ſtudet, iam percepit atque intellexit. ſic enim voluptas in quiete & immobilitate magis eſſe cõſpicitur.

At vero mutatio omnium res ſuauiſſima eſt, vt poeta inquit, ob prauitatem quandam. ſicut enim homo prauus mutabilis eſt, ita etiam natura, quæ mutatione indiget: non enim A *eſt ſimplex, neque proba. Ac de continentia quidem & incontinentia, & de voluptate & dolore: quidque vnumquodque horum, & quo modo alia ex ipſis ſunt bona, alia mala, dictum iam eſt. poſthac vero de amicitia dicemus.*

Rurſus diceret quiſpiam, ſi mutatio vniuſcuiuſque rei iucunda eſt, Deus vero mutationem nullam admittit, qui fieri poteſt, vt Deus voluptate afficiatur? ad hoc reſpõdet, poetam dixiſſe, ob prauitatem quandam eſſe ſuauiſsimã omnium mutationem, ideſt prauam naturam, quippe cũ prauo homini mutari ab alio in aliud iucundum eſſe videatur. ſicut enim prauus homo in aliud atque aliud mutari conſueuit, ita etiam natura, quæ mutatione indiget, in qua videtur iucundum eſſe, ſi mutatio ſubinde fiat, praua eſt. B neque enim natura ſimplex, qualis eſt Dei, vel proba & bona mutationem ex alia re in aliam iucundam eſſe arbitratur. bonorum ſiquidem & virtute præditorum hominum natura, non ſecus atque ſimplex, ſtabilis eſt, atq; immutabilis. quod enim bonum eſt & honeſtum, immutabile eſt.

Finis Septimi Libri.

ARISTO-

A R I S T O T E L I S S T A G I R I T A E

M O R A L I V M N I C O M A C H I O R V M

L I B E R O C T A V V S,

C V M A S P A S I I E X P L A N A T I O N E,

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

De amicitia. *Cap. I.*

P*O S T hæc ſequitur, vt de amicitia diſſeramus: quippe quæ aut virtus quædam, aut cum virtute eſt.*

De amicitia diſſerere ei qui de moribus & virtutibus conſiderat, opportunũ eſt maxime: quippe cũ aut virtus quędam ſit, aut cum virtute, vt inquit. nam & vnam virtutem dicere poſſumus ita eſſe amicitiam, vt fortitudi- B nem, & temperantiam, cæteraſq; alias. amicitia enim circa affectus & actiones, ſicut reliquæ, etiam ipſa verſatur. ſunt enim actiones amicabiles, vt ita dicam, amicitiæque accommodatæ quædam, & amare affectus quidã eſt. Adde quòd amicitia adulationis mediocritas eſt, eiuſque nomine vacantis affectionis, quæ quaſi ruſticitas quædam, ac moroſitas hominis eſt iucunde verſari neſcientis. atque adulator quidem eſt qui excedit, qui nimium eſſe iucundus ac ſupra modum ſtudet, amicus, qui in hoc mediocriter ſe gerit, & quando oportet, iucundum ſe exhibet, quãdo non oportet, minime. qui vero in iucunditate deficit, C in defectu eſt. Poſſumus etiam alio modo & qui excedit in amicitia, & qui deficit conſiderare, vt eum excedere dicamus, qui ſupra modum ac furioſe amore vtitur, ſicut de Satyro fertur, qui adeo amabat patrem, vt poſt mortẽ eius ne viuendum quidem ſibi eſſe cenſuerit: eum deficere, qui affectu hoc omnino vacat vt amare nec velit, nec poſſit: amicum vero, qui in amando mediocritatem ſeruat. Si quis igitur ad hęc ſpectet, fortaſſe virtutem quandam eſſe amicitiam dicere poterit. ſi vero eam non eſſe quidem virtutem, ſed virtute præditi hominis propriam eſſe, ſoliſque ijs qui boni perfecte ſunt ineſſe quiſpiam aſſerat, efficietur, vt cum virtute eſſe videatur. Poſſumus D etiam vni ex virtutibus, id eſt iuſtitiæ ipſam attribere. cum enim iuſtitia diſtributiua quędam æqualitas ſit, amicitia eſt, quæ æqualitatem amicis exhibet: qui enim re vera amici ſunt, eos eſſe inter ſe æquales neceſſe eſt, vt hoc modo pars quędam eſſe iuſtitiæ cenſenda ſit. Atque hæc ſunt ob quæ hic Ariſtoteles aut virtutem eſſe amicitiam, aut cum virtute dixit.

Reſque eſt ad vitam maxime neceſſaria. abſque amicis enim viuere, licet cætera bona omnia ſuppeterent, eligeret nemo. nam & diuites, & principatus, poteſtateſque ha- E bentes maxime indigere amicis videntur. Quid enim prodeſt eiuſmodi proſperitas, ſi beneficium tollatur, quod erga amicos præcipue fit, & maxime laudatur? aut quo modo ſine amicis cuſtodiri, conſeruarique poſſet? quanto A enim amplior, tanto etiam periculoſior eſt. In paupertate etiam & reliquis infortunijs amicos eſſe vnicum refugium putant.

Quoniam ex bonis alia neceſſaria ſunt, alia honeſta, amicitiam bonum eſſe vtroque modo oſtendit. ac neceſſarium quidem ſolet appellare illud, ſine quo viuere non poſſumus, nunc id vocat, ſine quo nemo qui naturali modo ſeſe habeat, viuere eligeret: cuiuſmodi amicitia eſt. ſine ea enim viuere eligeret nemo, niſi corrupta natura ſit. Amicitiam igitur neceſſariam eſſe inquit tam diuitibus, maximaque in poteſtate conſtitutis, quàm paupe- B ribus & impotentibus, tam iuuenibus & pueris, quam viris & ſenioribus. Diuites ſanè & potentes amicis indigent, propterea quòd niſi habeant amicos, neque diuitiarum, neque potentatus vlla vtilitas eſt. vtilitas quippe atque vſus diuitiarum & potentatuum in bene merẽdo conſiſtit, & benefaciendo. beneficium autem optimum, maximeque laudabile illud eſt, quod in amicos confertur. Sed argumentum hoc non neceſſariam demonſtrare amicitiam, ſed honeſtam potius videri poſſet: quippe cum honeſtæ rei cauſa ſit, quod eſt beneficium. quo modo tamen hic neceſſarium ſumat, aduertendum eſt, ſine quo videlicet nemo naturaliter affectus diuitias eligeret, aut C quatenus eſt diues, aliter viuere, quàm beneficia conferendo, qua re qui amicis caret, prorſus priuatur. Quod ſequitur vero valde neceſſariam diuiti & potenti amicitiam eſſe declarat. ad tutelam enim & conſeruationem proſperæ fortunæ magna vis in amicis conſtituta eſt: quin etiam in paupertate refugium, & ſubſidium amici ipſi ſunt.

Iuuenibus item conducit ad id vt non peccent, & ſenioribus ad obſequium & ad defectum actionum, ad quæ ob imbecillitatem auxilio indigent, & ijs qui in ſtatu ſunt conſtituti, ad honeſtas res capeſſendas. Si bini ſimul ire pa- D rent. nam & ad intelligendum & agendum magis idonei ſunt.

Rurſus cum inquit, iuuenibus ad id ut non peccent, corrigendo conducere amicos, honeſtum quid eſſe magis, quàm neceſſarium amicitiam aſſerere videtur. ſed correctio honeſta res quidem fortaſſe eſt, veruntamen etiam neceſſaria: quippe cum ſæpenumero prohibeat, quo minus in magna aliqua mala incidamus. Senioribus vero, & in ſtatu ætatis conſtitutis viris præſidio eſſe amicitiam manifeſtum eſt. Quod au- E tem inquit, ſi bini ſimul ire parent, ex Homero ſumptum eſt. Nam cum Neſtor hortaretur Græcos ingentibus propoſitis præmiis, ut aliquis ex ipſis exploratum caſtra Troianorum proficiſceretur, omneſque alij ob ſ.rum trepidationem formidarent ac tacerent

Diomedes in hunc modũ ſe iturũ eſſe promittit, atq; ait.

Nelide me animi robur, generoſaq; virtus
Inciiat hoſtiles nunc explorare phalangas
Vicinas: ſed ſi mecum mittatur & alter,
Maior erit ſpes, & maior fiducia, nanque
Si bini ſimul ire parent, citò præuenit alter
Conſilium alterius, quo res ſuccedere pacto
Vtiliter queat: at ſolus ſi conſulat ipſe,
Tardius & leuius quicquid conſultat, habetur.

Ineſſe etiam natura ei videtur quod genuit, erga id quod genitum eſt: ei item quod genitum eſt, erga id quod genuit: atque id non tam in hominibus, quàm in auibus, & pleriſq; alijs animalibus contingit, & ijs item quæ eiuſdem nationis ſunt, & hominibus præcipue: vnde humanos, ideſt hominum amatores laudamus. Quàm familiaris etiam atque amica res ſit homini vnuſquiſque homo, in erroribus quoque conſpicere licet.

Natura etiam comparatum eſt, vt parentibus erga filios amicitia neceſſario ſit, non ſolum inter homines, verum etiam inter alia animalia, quo videlicet educari poſſint, & econtrario filiis erga parentes. amicitiam autem pro amore nunc ſumit, qui principium amicitiæ cum ſit, nondum vocari amicitia proprie poteſt, propterea quod amicitia inter eos eſt, qui mutuo ſeſe amant. Natura præterea inter ea quę ſunt eiuſdem nationis, amicitiam conciliauit, vt à ſeſe mutuo adiuuentur. Hominibus item natura ineſt amicitia, omnibus erga omnes: id quod in erroribus præcipue conſpicitur, cum viam ignorantibus indicamus, cum vagantes hoſpitio ſuſcipimus, cum indigentibus ſuccurrimus, niſi ab auaritia ſimus peruerſi ac deprauati. hic quoque amicitiam aptitudinem, & conciliationem ad amicitiam vocat.

Videtur etiam ciuitates continere amicitia. & legulatores magis ipſi quàm iuſtitiæ ſtudent; concordia enim eſſe ſimile quid amicitiæ videtur, quam illi maxime affectant: ſeditionem vero, quæ inimicitia eſt, maxime expellunt. nam ſi ſint amici, iuſtitia opus non eſt: ſin autem ſint iuſti, amicitia indigent. Adde quòd id quod maxime ius eſt, eſſe amicabile videtur: neque ſolum neceſſarium eſt, verum etiam honeſtũ. amicorum enim amatores laudamus. multorumque amicitia vna quædam eſſe ex honeſtis rebus videtur. præterea nonnulli eoſdem & bonos viros & amicos eſſe opinantur.

Ciuitates etiam continet ac conciliat amicitia, quippe cum concordia ſimile quid amicitiæ ſit. qui concordes enim ſunt, & conſentiunt, commune bonum procurant, id quod operationi amicitæ ſimile eſt. & ſi ſint amici aliqui, nihil iuſtitia eſt opus inter ipſos, ſi vero iuſti, amicitia adhuc indigent, ob ea quæ paulo antę de diuitibus & pauperibus, de iuuenibus, & viris, & ſenibus dicta iam ſunt. Pręterea quod maxime ius eſt, eſſe amicabile videtur, multa enim iuris ſunt genera, ſicut vbi de iuſtitia agebatur, oſtendit, ciuile, paternum, herile. ex his vero maxime ius eſt ciuile, quod amicabili eſt ſimile, eo quòd in æqualitate eorum qui ſunt participes, conſiſtit. dictum etiam eſt amicitiam requirere vt amici quatenus fieri poteſt, æquales ſint ac pares. Fortaſſe vero ita quoque hoc intelligeret quiſpiam, vt aſſereret, ex omnibus iuribus illud maxime eſſe ius quod erga amicos exiſtit, quippe cum erga hos ea quæ amicabilia ideſt amicitiæ iura appellantur, maxime ſeruanda ſint. nam amicitiam non ſolum iuſtam, verum etiam honeſtam rem eſſe ipſe demonſtrauit.

Controuerſia autem de ipſa non parua eſt: nam alij ſimilitudinem quandam eam eſſe ſtatuunt, & ſimiles amicos. vnde ſimilem inquiunt ad ſimilem ire, & graculum ad graculum, & cętera huiuſmodi, alij econtrario figulos omnes tales eſſe inter ſe dicũt, ac de his ipſis altius, & naturalius inueſtigãt. Euripides quidem inquiens:

Humũ inquit amare pluuiam cum terra eſt arida,
Cælumque ſacrum cum grauatum eſt imbribus,

A *Telluris arentis cadere in ſinum appetere.*
Et Heraclitus aduerſarium eſſe conferens: & ex differentibus pulcherrimam coaptationem fieri: et omnia ex lite oriri. contraria vero his aſſerunt cum alij: tum Empedocles, ſimile enim ſimile appetere ait. Sed naturales dubitationes miſſas faciamus: quippe quæ præſenti conſiderationi minime ſint accommodatæ. quæ autem humanæ ſunt, & ad mores affectuſque pertinent, inſpiciamus: vtrum videlicet inter omnes homines amicitia contingat: an fieri non poſſit, vt praui amici ſint: vtrum item vna ſpecies amicitię an plures reperiãtur.

Alij ſimilitudinem quandam amicitiam eſſe dicũt, propterea quòd ex morum ſimilitudine videtur exiſtere, alij eos qui ſimiles ſunt, figulos inter ſe eſſe, ideſt ſibi mutuo B inuidere, atque aduerſari affirmant, vt Heſiodus inquit:

Et figulus figulo, & fabro faber inuidet ipſe.

eos vero qui non ſunt ſimiles, ſed contrarij potius, inter ſe eſſe amicos dicunt. quorum vtrorunque opiniones probabiliter confirmat prouerbijs nõnullis, poetarumque ac philoſophorum ſententijs adductis. Quoniam vero aliqui philoſophi difficiliora pertractantes, alij ex ſimilitudine, alij ex contrarietate vniuerſum conſtitiſſe opinantur: has cõſiderationes vt naturales omittit. quæ vero morali diſputationi idonea ſunt, ea inquirit, duaſque dubitationes conſiderandas proponit, alteram, vtrum inter omnes amicitia poſſit exiſtere, an fieri nequeat, vt praui amici ſint, alteram, an vna ſpecies amicitiæ, an plures ſint. neque ita tamen quærit, an plures ſpecies ſint, quæ ſub vno C genere conſtituantur, ſed an in pluribus amicitiæ ſpeciebus commune nomen tantum, atque æquiuocum amicitia ſit. Nam ſe talem quæſtionem proponere diſputationis progreſſu declarabit.

Qui enim vnam eſſe ſpeciem, ex eo opinantur, quòd magis & minus admittit; non idoneo argumento nituntur; nam ea etiam quæ diuerſa ſunt ſpecie, magis & minus admittere cõſueuerunt. de quibus antea iam dictum eſt.

Quod inquit huiuſmodi eſt, exiſtimant nonnulli quòd amicitia non ſit æquiuoca, ſatis idoneum argumentum illud eſſe, quòd magis & minus ſuſcipit. nam quæ magis & minus admittunt, ſub vnum genus reduci inquiunt, interſeque eſſe vniuoca, vt calidum cum ſuſcipiat magis & minus, non eſt æquiuocum, ſimili modo & dulce. quoniam D igitur amicitia alia magis, alia minus eſſe reperitur, magis ea quæ eſt bonorum, quæ prauorum eſt, minus: eſſe non poſſe eam æquiuocam aſſerunt. at qui ita dicunt, non idoneo argumento nituntur. nam ea etiam quæ diuerſa ſunt ſpecie, neque ſub eodem genere conſtituuntur, magis & minus admittunt. de quibus antea iam dictum eſt: hoc eſt in Nicomachiis quæ iam exciderunt. Magis autem & minus oſtendere in ijs quæ multifariam dicuntur, difficile non eſt. ens enim multifariam dicitur, in eoque ſubſtantia magis, accidentia minus ſunt, quippe cum ex ſubſtantia eueniat, vt cætera omnia exiſtãt. hoc autem maxime contingit, cum ea quæ multifariam dicuntur, ab eodem ad idem referũtur, quemadmodum eſt ens. id quod idem in E amicitia quoque eſt. ex ſimilitudine ſiquidem amicitiæ bonorum reliquæ etiam dicuntur, & ab hac nomen ſortitæ ſunt. ſicut poſterius clarius patebit.

De amabili. Cap. II.

FOrtaſſe vero de his conſtabit ſi amabile ipſum cognitũ fuerit. quippe cum non quodlibet amari videatur, ſed quod amabile eſt: id autem aut bonum, aut iucundum, aut vtile ſit.

Quia amicitia in eo cõſiſtit & quod amat, & quod amatur: amatur autem quod eſt amabile, de amicitia quot ipſius videlicet ſpecies ſint, patebit, ſi prius quot modis amabile ipſum dicatur, fuerit diſtinctum. tripartito autem diſtinguitur: amabile enim vel bonum, vel iucundum vel vtile eſſe inquit:

Vtile

Vtile autem id eſſe videri poteſt, per quod bonum aliquod aut voluptas efficitur: ita vt bonum & iucundum amabilia ſint, vt fines.

De hac diuiſione dubitatur. videtur enim ex oppoſito diuiſiſſe vel genus à ſpecie, vel commune nomen ab vno ex ſignificatis ab ipſo nomine. ſiue enim bonum ſit bonorum genus, vtile vero vnum quid genus diſtinxit ex oppoſita ſpecie, cum aliud bonum, aliud vtile eſſe dixit: perinde ac ſiquis aliud eſſe animal, aliud hominem aſſereret. ſiue bonum ex ijs ſit quæ multifariam dicuntur, quemadmodum videtur, ita quoque ſimilis diuiſio eſt, non ſecus ac ſiquis aliud eſſe ens, aliud ſubſtantiam dicat. Quocirca dicendum eſt Ariſtotelem hic bonum non vt commune ab vtili diſtinxiſſe, ſed proprie bonum accepiſſe pro eo quod per ſe expetibile eſt, vt ſanitas, vt ſenſuum vigor, vt virtus, quippe cum hæc & propter ſe, & propter felicitatem expetenda ſint, quæ omnia proprie nunc bona appellauit. vtilia vero, ea quę ob aliud quid expetuntur, vt diuitiæ: nam diuitiæ etiam ex vtilibus rebus ſunt, ſicut in primis huius operis diſputationibus oſtendit cum dixit de felicitate loquens, diuitiæ autem non ſunt id quod quęrimus bonum, vtiles ſiquidem, alteriuſque gratia ſunt. Turbati vero minime debemus, quod ſimul diuitias & abſolute bonas, & ob aliud expetendas eſſe ait. abſolute enim bonæ propterea dicuntur, quia ei qui ſecundum naturam affectus eſt ideſt virtute prædito viro ad honeſtas actiones exequendas inſtrumenta ſunt, non ſecus atque inſtrumentum muſicum, quod abſolute ad muſicas operationes muſico homini congruit. ob aliud autē ſunt expetendæ diuitiæ, quia ob earum vſum eas expetimus. vnde etiam diuitiarum partes quibus vtimur, ab vſu χρήματα ideſt pecuniæ nuncupantur. ſed vtile alterius cauſa eſſe expetendum ipſe etiam declarat, vtile eſſe inquiens, per q̃ bonū aliquod, vel voluptas efficitur. Cū tria igitur ſint amabilia, bonū & iucundū, vt fines amabilia ſunt, vtile vero, ſicut ea quæ ad finem aliquem conferunt ac conducunt.

Vtrum igitur bonum amant, an quod ipſis bonum eſt? diſcrepant enim interdum hæc. ſimiliter quoque circa ipſum iucundum.

Deinceps quærit, vtrum bonum ament homines, an q̃ ipſis bonum eſt. dictum enim prius quoque eſt aliud eſſe abſolute bonum, aliud cuidam bonum: nam quod naturali conſtitutione affecto corpori ſalubre eſt, id ſimpliciter, atque abſolute bonum dicitur, cuidam vero bonum id, quod ægrotanti eſt ſalubre: vt inciſio, & aduſtio, cæteræque medicationes ſunt. Simili modo ſuaue ac iucundum aliud eſt abſolute, aliud cuidam. abſolute ſanè naturā bene affecto, cuidam, præter naturā interdum affecto: quippe cum amara iucunda ac ſuauia ei qui corruptū habet guſtatū, eſſe aliquādo videātur. bono igitur homini q̃ ſimpliciter eſt bonū, ipſi quoq; bonū eſt, & nō diſcrepat, ſī prauo diſcrepātia eſt. nō enim & abſolute bonū, & ipſi bonū idem eſt, ſed interdum & quibuſdam q̃ abſolute eſt malum, bonū efficitur, vt morbus, & paupertas, quæ multis interdum prauis hominibus bona atq; vtilia euadunt.

Videtur autem quod ipſi bonum eſt, amare vnuſquiſque: & eſſe quidem quod abſolute bonum eſt, amabile: cuiq; vero quod cuique eſt. at amat vnuſquiſque non quod ipſi eſt bonum, ſed quod apparet: ſed id nihil refert. nam amabile apparens erit.

Quærit vtrum bonum quod ſimpliciter atque abſolute eſt bonum, ament homines, an quod ipſis eſt bonum. videtur enim vnuſquiſque amare id quod ipſi bonum eſt, ſeu potius quod ipſi bonum apparet, quippe cum multi ſint, qui in imaginationes errore verſentur. Quod igitur ita amabile eſt vt bonum, nunquid abſolute, an alicui, an apparens bonum eſt? diſtinguit, atque ait, quod abſolute amabile eſt, vt bonum eſſe id bonum amabile abſolute: quod raro eſt amabile, vel eſſe apparet, cuidem eſſe amabile. de iucundo licet hic nihil dicat, idem

A ſentiendum, nam quod amabile eſt, vt iucundum, ſi vt abſolute iucundum, abſolute eſt amabile, ſi vt cuidam iucundum, cuidam amabile eſt.

Cum tria vero ſint propter quę amant homines, de inanimatorum amore amicitia minime dicitur: quippe cum neque redamatio, neque voluntas boni illorum vlla ſit. ridiculum enim eſſet fortaſſe, ſi vino quiſpiam bona vellet: nam ſi modo aliquid eſt, ſaluum eſſe illud vult aliquis, vt ipſe habeat.

Hic amorem ſeu dilectionem ab amicitia diſtinguit, diuerſumque eſſe quid oſtendit. id quod ex alijs quoque rebus eſſe perſpicuum poteſt. nam matres liberos ſuos adhuc infantes amant, dilectioque ea eſt ſeu amor, amicitia minime, non enim redamantur. amatores item amāt,

B ſed cum interdum odio ipſi habeantur, nulla inter ipſos amicitia eſt. ſed Ariſtoteles euidentiſſimo exemplo vtitur cum ait, erga inanimata amorem & dilectionem quidem eſſe poſſe, amicitiam nō poſſe, ſicut erga vinum. non enim eſt redamatio, reciprocatioq; amoris, neq; voluntas boni vini ipſius cauſa. non enim bene vult quiſpiam vino, ſed ſi modo vult aliquid, ſaluum ipſum eſſe vult & conſeruari non vini ſed ſui cauſa, ut ipſe frui eo poſſit.

Amico autem inquiunt bona velle oportere, illius cauſa. eoſque qui ita bona volunt, ſi non idem ab illo exiſtat, beneuolos dicunt. beneuolentiam enim in mutua affectione amicitiam eſſe. an addendum eſt non latentem? nam multi beneuoli ſunt ijs etiam quos non viderunt: quos ſcilicet putant

C *modeſtos eſſe, vel vtiles. quo etiam modo illorum quiſpiam erga hos affici poſſet. ut beneuoli quidem eſſe inter ſe hi videntur: amicos autem eos, qui quo modo inter ſe affecti ſint, ignorant, appellare quis poſſet?*

Quia ex antedictis opinari poſſet quiſpiam amicitiam eſſe, cum quis bonum vult alicui eius ipſius cauſa, huiuſdi voluntatem beneuolentiam eſſe inquit. nam qui bona uult alicui eius ipſius cauſa, etiamſi ab illo eodem non referatur beneuolus eſt. amicitia uero beneuolentia in mutua affectione, reciprocationeque eſt. an addendum eſt, inquit, non latentem: fieri ſiquidem poteſt, vt nonnulli ſint, qui mutuo ſe ament, cum alter alterum probum eſſe atque utilem opinetur, lateant tamen, atque ignorent ſe ita mutuo eſſe affectos, quos amicos appellaret nemo.

D nam illi amici dicendi ſunt, qui eum mutua beneuolentia ſe proſequantur, non latent. ſed hoc modo uideretur eorum etiam amicitiam eſſe cenſere, qui nulla inter ſe cōſuetudine unquam vſi ſunt, modo beneuoli inter ſe fuerint, credantque alter alterum probum ac bonum eſſe, ſeque mutuo eſſe affectos non ignorent, quocirca non ita non latere accipiendum eſt, ut audire ac cognoſcere tantummodo ſignificet, ſe mutuo eſſe affectos, ſed ita, ut congreſſum ac conſuetudinem frequentem etiam complectatur. oportet enim animos eorum qui uere amici futuri ſunt, frequenti conſuetudine ac conuictu cōiungi, atq; uniri, multaq; experientia confirmari, ut mutuo ſe eſſe probos certo credant. Eadem hæc ipſe quoque de ueris amicis procedendo ulterius dicit.

E

De ſpeciebus amicitiæ. Cap. III

OPortet igitur vt beneuoli mutuo inter ſe ſint, velintque bona ob vnum aliquid ex ijs quæ dicta ſunt: ea vero inter ſe ſpecie differunt: ergo dilectiones quoque & amicitiæ. tres enim æquales numero amabilibus amicitiæ ſpecies ſunt: quippe cum in vnoquoq; ſit redamatio nō latens. qui autem mutuo ſe amant, volunt ſibi mutuo bona eatenus, quatenus amant.

Cum ex antedictis, tum ex his colligere quiſpiam poteſt, amicitiam Ariſtotelem ita definire, ut dicat eam eſſe beneuolentiam in mutua affectione non latentem. Beneuolentiam uero boni uoluntatem eius ipſius cauſa cui bonum quiſpiā uult. Sed ſi omnis amicitiæ una definitio eſt,

Iuuenes etiam amatorij ſunt: quippe cum ex perturbationis affectu & voluptate multa illa amatoria affectionis vis oriatur: ideo fit, vt & ament, & cito deſiſtant, ſæpe eodem die ſententiam mutantes: ſimulque toto die verſari, & conniuere velint. ita enim id quod ex amicitia requirunt ipſis euenit.

Iuuenum amicitia ob voluptatem plerunque eſt: quia ex affectu non ex ratione viuunt. voluptas autem affectus eſt. quando igitur iucundi ſunt inter ſe, mutuo ſe amant. ſed hæc quoque amicitia diſſolui facile poteſt: nam vnà cum ætate iucunda ipſa etiam mutantur, quibus mutatis, amicitiæ quoque ipſæ quæ ob iucunditatem extiterant, mutentur, neceſſe eſt. veruntamen hi iucunde in conuictu verſantur. ita enim maxime ipſis eueniunt ea quæ ex amicitia quam habent, requirunt. nam cum amicitia ipſis ſit ob voluptatem, cum mutuo congreſſu & conuictu vtuntur, maxime frui voluptate conſueuerunt. Cum vero inquit quia amicitia cum iucunditate mutatur, de ea intelligit amicitia, quæ vel ex affectu tantum, vel ex ætate exiſtit. amatorij enim iuuenes ſunt: quippe cum ex perturbationis affectu & voluptate multa illa amatoriæ affectionis vis oriatur: parua vero & in paucis ex ratione: quia igitur ex perturbatione viuunt iuuenes, merito amatorij ſunt. Atque hæ amicitiæ imperfectæ ſunt.

Bonorum vero & eorum qui in virtute ſunt ſimiles, amicitia perfecta demum eſt: hi enim mutuo ſibi bona ſimiliter volunt, quatenus ſunt boni: boni autem ſunt per ſe: at qui C *amicis bona volunt ipſorum cauſa, maxime amici ſunt: quippe cum per ſe, ita ſeſe habeant, & non ex accidenti. vnde horum amicitia præcipue permanet, quoad boni fuerint: virtus vero ſtabilis res eſt: eſtque vterque & abſolute bonus & amico. nam boni & abſolute, & ſibi mutuo boni ſunt: vtiles item; & iucundi ſimiliter. boni enim ſunt: & abſolute, & ſibi mutuo iucundi. ſinguli ſiquidem propriæ actiones, & tales voluptatem afferunt: bonorum autem actiones tales, vel ſimiles ſunt. vnde fit vt talis amicitia ſtabilis merito ſit: in ipſa enim omnia quæ amicis eſſe debent, coniunguntur. nam cum omnis amicitia ob bonum ſit, aut ob voluptatem, vel abſolute, vel amanti, & per ſimilitudinem quandam: huic omnia antedicta per ſe inſunt. † huic* D *enim ſimiles etiam reliquæ ſunt: & abſolute bonum, abſoluteque iucundum ineſt. hæc autem maxime amabilia ſunt: & amare etiam, & quæ maxime eſt amicitia atque optima in his eſt.*

Perfecta eſt amicitia bonorum hominum, & in virtute ſimilium. omnia enim habent quæ in amicitiæ definitione continentur: bona enim ſibi mutuo volunt ob ſeipſos, aliæ autem ſunt imperfectæ, cum non omnia in definitione contenta habeant. volunt ſiquidem alij amici bona amicis quæ eſſe bona exiſtimant, atque id non illorum cauſa, ſed ſua faciunt. propterea boni per ſe amant, quatenus ſcilicet boni ſunt, illi ex accidenti. non enim quatenus vrbani aliqui ſunt, vt diximus, vel diuites, ſed quatenus ipſis iu- E cundi ſunt, aut vtiles, ab huiuſmodi hominibus amantur. quod autem per ſe eſt, perfectum, quod ex accidenti fit, imperfectum omne euadit. id quod etiam eſſe argumento poteſt, quod reliquæ amicitiæ æquiuoce dicantur, quippe cum quod per ſe eſt, & quod eſt per accidens, eiuſdem generis eſſe nullo modo poſſit. nam quod eſt per accidens, poſterius eſt eo quod per ſe eſt. merito igitur bonorum amicitia ſtabilis ac firma eſt, ob id enim quòd boni ſunt, & ob virtutem mutuo ſeſe amant, virtus autem ſtabilis ac firma eſt: qui enim iucundi ſunt alicui, & ob id amantur, eos abſolute etiam eſſe iucundos non eſt neceſſe, neq; qui vtiles alicui ſunt, eſſe abſolute vtiles. at bonus & abſolute bonus, & amico bonus eſt. qui enim boni ſunt, & abſolute ſunt boni, & inter ſe mutuo, vtiles item & iucundi. conſequitur enim vt ſibi mutuo vtilitatem afferant, ſuntque abſolute iucundi, & ſibi mutuo. quandoquidem propriæ vnicuique actiones, ſuiſque ſimiles iucundæ ſunt, bonorũ vero actiones vel tales vel omnium maxime ſunt ſimiles. vnde iucundi inter ſe boni ſunt. ac propterea perfecta etiã & ſtabilis eſt bonorum amicitia, cum omnia quæ amicitijs inſunt, in ea ſimul coniuncta habeantur. omnis enim amicitia vel ob bonũ, vel ob voluptatem exiſtit, & ob bonum abſolute, & ob iucundum abſolute, id quod in verorum amicorum amicitia ineſt, vel ob id quod bonum amãti eſt, vel ſuaue ex ſimilitudine quadam. qui enim non ob id quod abſolute bonum eſt, vel iucũdum, ſed ob id quod ſibi huiuſmodi eſt, amant: ij amicitiam eam habent, quæ ex ſimilitudine dicitur, non quæ proprie & præcipue amicitia eſt. B At proborum hominum amicitiæ omnia inſunt, nam & ob abſolute bonum & ob ſibi bonum, & ob abſolute iucundum & ob ſibi iucundum amant: huic enim ſimiles etiam reliquæ ſunt. huic ſcilicet amicitiæ bonorum hominum, reliquæ etiam ſpecies amicitiæ ſimiles ſunt. Si autem horum verborum altera lectio admittatur, quæ in quibuſdam exemplaribus reperitur, quæ eſt, ταύτῃ γὰρ ὅμοιαι καὶ τὰ λοιπά. ita interpretabimur. hac ratione enim ſimiles etiam in reliquis ſunt id eſt ob hoc quia boni ipſi ſunt, etiam in reliquis ſimiles, id eſt iucundi ſimiliter, atque vtiles ſunt, non boni tantummodo ſimiliter.

Par autem eſt, vt raræ tales amicitiæ ſint: quippe cum pauci huiuſmodi reperiantur. adde quod tempore & conſuetudine indiget. nam, vt eſt in prouerbio, fieri nequit, vt mutuo homines ſeſe cognoſcant prius quam ſalem, qui dicitur, conſumpſerint: neq; prius ſeſe admittant, ſintq; inter ſe amici, quam alter alteri amabilis & videatur eſſe, & credatur. qui autem cito ſeſe gerunt amice inter ſe; volunt illi quidẽ eſſe amici: ſed non ſunt tamen, niſi quoq; & amabiles ſint, & ſe eſſe non ignorent. ac voluntas quidem amicitiæ velox eſt, amicitia minime. hæc igitur & tempore & reliquis perfecta eſt: ex omnibusq; his exiſtit: ſimiliſq; vtriq; ab vtroq; eſt. id quod ineſſe amicis neceſſe eſt.

Raræ inquit tales bonorũ amicitiæ ſunt, quippe cũ pauci boni ſint, opuſque ſit longo tempore ad cõſuetudinem faciendã, experimentumq; capiendum. fortaſſe enim ex D paruo interdum ſucceſſu cognoſcere quempiam probus poſſet, ſed interdum tamen fit, vt aliquandiu bonorum verborũ diſſimulatione lateat aliquis, vt in eo deprehendendo experimento ac tempore opus ſit. ac propterea ſuperius in amicitiæ definitione, quando eam eſſe dicebat beneuolentiam in mutua affectione minime latentem, vt ne lateat beneuolentia, opus eſſe diximus inter ſe conſuetudinem habere amicos, atque ita mutuam cognoſcere beneuolentiam. nam ſe mutuo eſſe beneuolos ac bonos, ex alterius boni viri experimento credere forſitan poſſent, habere autem conſuetudinem niſi inter ſe conueniant & congrediãtur, nullo modo poſſent, quam ad ueram amicitiam quæ ſine perturbatione futura eſt, eſſe neceſſariam nemini dubium eſt. Hæc igitur bonorum amicitia etiam tempore E perfecta eſt, & reliquis: nam & longo temporis ſpacio iudicatur, & per ſe eſt, non ex accidenti, & denique omnia habet, bonum, utile, & iucundum. quodq; omniũ perfectiſſimum in ipſa eſt, eſt uirtus, quæ ſine ulla dubitatione ſecundum fœlicitatem perfectiſſima res omnium eſt. ſimilis item utrique ab utroque exiſtit, quod amicis ineſſe debet. amicitia enim eſt æqualitas, quæ nullo pacto eſſe poteſt, niſi ſimiliter vtriq; ſeſe mutuo ament.

Honeſtam amicitiam proprie dici amicitiam, alias vero ex accidenti. Cap. IIII.

At vero quæ ob iucundum exiſtit amicitia, huius ſimilitudinem habet. nam boni iucundi inter ſe ſunt. ſi-

Qui dicendi amici, & qui ad amicitiam apti. Cap. V.

QVemadmodum autem in virtutibus alij ex habitu, alij ex operatione boni dicuntur: ita quoque in amicitia eſt. nam qui in conuictu degunt, mutua conſuetudine oblectantur, & bona ſibi mutuo ſuppeditant: qui vero dormiunt, vel locis diuiſi ſunt, non operantur illi quidem: ſed ita tamen affecti ſunt, vt amice operentur.

Sicut in virtutibus alij ex habitu, alij ex operatione boni dicuntur: ex habitu, vt dormientes, ex operatione. vt illi qui ſecundum virtutem agunt, ita in amicitia quoque inquit, illi qui dormiunt, locisque ſunt diſtincti, ex habitu ſunt amici, qui vero conuiuunt & mutua conſuetudine delectantur, bonaque ſibi mutuo ſuppeditant ex operatione. efficiunt enim atq; agunt ea quæ ad amicitiam ſpectant, præſertim ſi boni ſint, perfectaq; amicitia coniuncti. nam ſi ita ſint, bona amicis ipſorum amicorũ cauſa ſuppeditabunt, ſiq; bene agere ac fortunate ipſos audiuerint, lætabuntur, contrà dolore afficientur, ſi in infortunia aliqua eos incidiſſe cognorint. nã omnia ad amicas actiones attinent. poſtremo id quod maximum eſt, amando amoreq; ipſo operabuntur.

Nam loca non amicitiam abſolute, ſed operationem diſſoluunt. ſique diuturna abſentia fuerit, amicitiæ quoque videtur obliuionem inducere. vnde dictum eſt: multas iam amicitias diſſoluit inaffabilitas.

Cum veri amici ꝑpter ſeipſos amici ſint, neq; ob aliud quippiam: ſatis amica profecto operabuntur, ſi ament ſe mutuo. Sed Ariſtoteles non dicit amicitiam interuallo locorum, ſed operationem diſſolui, fortaſſe non immerito, cum abſentia maximam amicitię operationem tollat, quę eſt conuictus, mutuæque conſuetudinis fruitio. Quanquam fortaſſe verius dicere potuiſſet, eos qui locis diſiuncti ſunt, ea operatione non eſſe operaturos quæ inter amicos maxima eſt, id eſt non eſſe ſimul conſeruaturos. iccirco videtur pleriſque amicitia diſſolui ac tolli, ſi diuturna abſentia contingat, videtur quidem, ſed prauis hominibus: qui cum amicitias ob vtilitatem, vel voluptatem ſectentur, ſi diu abſint, amicitię etiam obliuiſcuntur. bonorum vero amicitia nõ eſt huiuſmodi, ſed firma ac ſtabilis ſemper, nulla neq; locorum diſtantia, neque temporis diuturnitate labefactatur.

Senes autem, aut auſteri eſſe ad amicitiam idonei non videntur: quippe cum parum voluptatis in ipſis inſit: cum moleſto autem, aut non ſuaui verſari poſſit nemo. natura enim quod moleſtum eſt, fugere: quod iucundum, appetere videtur. Sed qui ſe mutuo admittunt, non tamen ſimul viuunt: beneuolis potius, quàm amicis ſimiles ſunt. nam nihil eſt ita amicorum, vt ſimul viuere. pręſidium enim indigi appetunt: ſimul autem diem traducere etiam beati: quippe cum ſolitarijs his eſſe minime conueniat. ſimul vero degere non liceat, niſi iucundi ſint, iiſdemque oblectentur. id quod habere ſodalitia amicitia videtur.

Quod de ſenibus & auſteris inquit, plerunque euenire conſueuit, ſi ſcilicet probi viri non ſint. nam cum omnis amicitia cum voluptate ſit, auſteri vero & ſenes vt plurimum neq; inter ſe neq; cum alijs iucundi eſſe poſſint, niſi videlicet virtute iucundi efficiantur: fit, vt minime idonei ad amicitiam ſint huiuſmodi homines, qui cum uirtutem non habeant, ſeueritatem quandam uel ex ſenectute contraxerunt, uel natura inſitam obtinent. Qui autem ſe mutuo admittunt, nec ſimul uitam traducunt, beneuoli potiusquam amici ſunt. cum enim mutuo uelint bona, conuictum, id quod maximum eſt ac proprium amicitiæ, prętermittunt. Quod cum inquit Ariſtoteles, declarat, quo modo paulo ſuperius dixerit, eos qui non conuiuunt, ex amicitia non operari, quippe cum nihil ita ſit amicorum proprium, ut ſimul uiuere. dum enim ait ita oſtendit alia quoque eſſe amicorum propria, quæque ad operationem

A amicitiæ pertineant, nihil tamen adeo magnum, ut conuictus. Cuius rei illud indicium eſt, quod uiri amici qui in eodem loco ſunt, abſque mutuo congreſſu, mutuaq; conſuetudine uiuere non patiuntur, quaſi hæc maxime propria amicitiæ operatio ſit. Sed ipſe etiam huiuſce rei argumẽtum ſubiungit, felices inquiens appetere ſimul cum amicis diem totum traducere. nam qui indigi ſunt, & ob vtilitatem amici: præſidio ſolo, atque adiumento opus habent, ſatiſque id ipſis eſt, etiam ſi mutua conſuetudine non fruantur, felices vero, id eſt boni qui ex virtute operantur, nõ emolumento indigent, ſed totos dies cum amicis traducere cupiũt, præcipue iis, qui vel virtute ſunt præditi, vel ſaltem bene affecti ad eam conſequendam videntur. abſolute enim homo nõ eſt ſolitarium animal, vt leo, aut lupus, aut aliquod aliud quod viuere per ſe poſſit, ſed ciuile, ac ſociabile. atque iccirco virtute præditus, ac felix,
B quod natura homini ineſt, id exquiſite exequitur, indigetque aliquo, quicum degat, diemq; traducat. ad quod cum amicus idoneus maxime ſit: bonus ac felix vir amicitia indiget, neque vnquam, etiam ſi omnia bona habiturus eſſet, ſolus eligeret viuere. fieri vero non poteſt vt niſi iucundi ſint aliqui, ſimul degant. & amicus amico iucundiſſimus eſt. vnde fit, vt ſodalitia amicitia, quæ iuuenum eſt, non vtilitatis cauſa conflata, ita ſe habeat, eo quod ſodales & mutua conſuetudine, & iiſdem rebus oblectentur.

Ac maxime quidem amicitia, ſicut ſæpius iam diximus, bonorum eſt. quod etiam abſolute bonum, ac iucundum eſt, amabile eſt, atque eligibile: vnicuique vero, quod vnicuique eſt tale. bonus autem bono ob vtraque hæc. Cęterum dile-
C *ctio affectui, amicitia habitui ſimilis eſt.*

Maxime amicitia ea eſt, quæ eſt bonorũ. abſolute enim amabile & eligibile, eſt abſolute bonum, & abſolute iucũdum, vnicuique vero & bonum & iucundum, illud quod vnicuique eiuſmodi eſt. bono autem tam bonum, quam iucundum bonus vir eſt. tum dilectionem & amorẽ affectui eſſe ſimilem inquit. ſed nonnulli tamen dilectiones nõ ſolum affectus, ſed habitus quoque eſſe opinantur, quippe affectus temporariæ motiones ſint, quę in corpore, aut animo exiſtunt, habitus vero qualitates quædam permanentes ex quibus operationes proficiſcuntur. quidam enim vini amatores, alij opſonij amatores appellantur, ex habitu videlicet qui in ipſis eſt, qui eſt opſonij & vini amor, & dilectio. Quocirca conſiderandum, nunquid affectum hic
D vocet non temporarium motum tantummodo, ſed affectuoſam etiam diſpoſitionem, quæ in ſola affectuoſa animæ parte, non in rationali conſtituta eſt, nam amicitia in rationis participe, & in ea quæ caret ratione, exiſtit. cum enim iudicarit quiſpiam & elegerit amicum aliquem ſibi conciliare, quod eſt rationis, erga ipſum afficitur, quod irrationalis partis eſt. Atque ita habitus in vtriſque animę partibus conſiſtit, amor vero in ſolo affectu, & ex affectu operatur, atque ob id dilectionem affectum, amicitiam habitum appellauit. Sed eſt tamen amicitia etiam quæ eſt habitus, & quæ eſt operatio, vt ſuperius declaratum eſt: nunc vero amicitiam habitum vocat reſpectu affectus non operationis. Amicitiam autem eſſe habitum, vt diximus, qui in vtriſq; animę partibus exiſtit, amorem vero
E & dilectionem affectum, id eſt affectuoſam quandam diſpoſitionẽ, ex qua operationes ex affectu ſolo promuntur, ita ſubiungendo manifeſtat, cum inquit:

Dilectio enim nihilo minus eſt erga inanimata. cum electione vero redamant: at electio ab habitu eſt: & bona volunt iis quos amant, illorum cauſa non ex affectu, ſed ex habitu: & amantes amicum, quod ſibi ipſis bonum eſt, amant. bonus enim vir amicus effectus bonum ei fit, cui eſt amicus. vterque igitur & quod ſibi bonum eſt, amat: & æqualem vicem voluntati & iucunditati refert. æqualitas enim amicitia dicitur. At hæc in bonorum amicitia maxime inſunt.

Ex his

A Ex his patet dilectionem & amorem affectuoſam quãdã diſpoſitionẽ etiã erga inanimatas res eſſe, vt vini amor erga vinũ:& erga obſonium obſonij amor,& cupiditas.ex qua diſpoſitione ex ſolo affectu operatio efficit,cũ illi vini hi opſonij affectu ſuperantur. Amicitia vero quia ex electione eſt; electio autem cõſultatrix eſt appetitio: habitus eſt in rationali, & affectuoſa animæ parte conſtitutus, ex quo amici bona amicis volunt ipſorum illorum cauſa,nõ ex affectu ſolo,ſed ex habitu qui in vtriſq; partibus exiſtit. amanteſque amicum ſimul & amicum,& quod ſibi bonũ eſt,amant,amicus enim bonum amico eſt,redduntque ſibi æqualem vicem inter ſe, quippe cum alter alteri bona eius ipſius quem amat, cauſa velit, ſuauiſque ac iucundus ſit.vnde etiam amicitia ęqua amici retributio dicitur.atq; hoc in bonorum amicitia maxime ineſt.cæteræ enim ex ſimilitudine, ob eas quas diximus cauſas dicuntur.

B In qua amicitia plures poſſint eſſe amici. Cap. VI.

IN auſteris vero & ſenibus eo minus amicitia fit, quo moroſiores, minuſque conſuetudinibus gaudent: hac enim maxime videntur eſſe amicæ, amicitiaque effectricia. atque iccirco iuuenes, cito amici efficiuntur: ſenes non ita: quippe cum non fiant amici illis quibus non oblectantur. Simili modo quoque auſteri. ſed hi beneuoli quidem inter ſe ſunt, quia bona volunt, & ad indigentias ſubueniunt, amici tamen non admodum ſunt, propterea quod non ſimul diem traducunt, neque mutua conſuetudine delectantur. quæ ad amicitiam pertinere maxime videntur.

C De ſenibus & auſteris hominibus, cur videlicet amici non admodum fiant, item de iuuenibus,cur citius ac magis amicos ſibi concilient,cum manifeſtum eſt,tum ſuperius ſatis dictum fuit.

At vero vt multis quiſpiam ſit amicus amicitia perfectu fieri non poteſt. quemadmodum neque vt amore multorum ſimul aliquis capiatur. exuperationi enim ſimile hoc eſt. quod autem eſt huiuſmodi, ad vnum ſpectare natura conſueuit. Multos vero eidem ſimul vehementer placere, non facile eſt: fortaſſe etiam neque bonum eſſe. opus præterea eſt & experimentum capere, & conſuetudine vti: id quod perquam difficile eſt.

D Multis eſſe amicum amicitia illa perfecta non facile eſſe inquit,ſicut neque amore eſſe captum multorum: quippe cum exuperatio quædam atque excellentia quædam in amando amicitia huiuſmodi ſit, idque quod excellit non ad multos, ſed ad paucos ſpectet. nam exuperationem & exceſſum hic in bono appellat. Cur autem inter multos eſſe huiuſmodi amicitia nequeat, dubitaret quiſpiam. nã ſi eſſent multi boni, vt ita ſtatuamus, quid vetaret quo minus bonus vir periculo de ipſis facto omnibus ſimiliter eſſe amicus poſſet? ſed coniungendæ nimirum cauſę ſunt, quas ſubdit,quia non facile fit, vt multi bono viro vehementer placeãt, neque enim bonum eſſe cuilibet obuium eſt:ſed ſatis ſuperque eſt, ſi vnum vel duos homines huiuſmodi reperiamus.neq; præterea fieri poteſt,vt multorum E ſimul experientiam capiamus,qua omnino opus eſt,ſi modo calumnia omni vacare huiuſmodi amicitiã volumus. conſuetudo inſuper mutua requiritur, quæ præter virtutem maxime bonorũ animos cõnectit inter ſe,ac cõciliat.

Ob vtilitatem tamen & iucunditatem fieri poteſt, vt multis quis placeat: multi enim tales ſunt: & in breui tempore miniſtrationes fiunt. Magiſque ex his ea ſimilis eſt amicitia quæ ex iucunditate exiſtit, cum eadem ab vtriſque exhibentur: & ſeſe mutuo, vel iiſdem oblectantur: cuiuſmodi iuuenum amicitiæ ſunt,magiſque in his quod liberale eſt, conſpicitur. Quæ vero eſt ob vtilitatem, vulgarium hominum eſt.

Ob vtilitatem vel iucunditatem fieri poteſt, vt multis A ſint amici nonnulli. talium enim multa eſt turba, neque multo opus eſt tempore, multa ue inquiſitione.in breui enim ſpatio temporis miniſtrationes, id eſt ea quæ vtilitatem vel iucunditatem ſumminiſtrant, manifeſta fiunt, ac patent,quidque ſibi iucundum, vel vtile ſit, breui diſcere vnuſquiſque poteſt. quando tamen alterum ex his nõ extiterit,amicitia diſſoluitur.cum enim breui tempore confletur, breui etiam durat, cum vero vtræque hæ amicitię, quæ videlicet ex vtilitate, & quæ ex voluptate comparatur, ex ſimilitudine quam cum prima illa & præcipua habent,amicitiæ dicantur,quæ voluptatis cauſa ſit,magis primæ illi amicitiæ ſimilis eſt,cum vtriſque ab vtroque voluptas exhibetur,quippe cũ debeant illi qui reuera amici ſunt, iucunde inter ſe uerſari, mutuaq; conſuetudine delectari. id quod iis qui ob uoluptatem amant, ineſſe manifeſtum B eſt. Adde quod liberalior eſt, magiſque ingenua huiuſmodi amicitia, quam ea quæ ex utilitate conſtat. non enim ob lucrum,aut emolumẽtum pecuniarum,aut aliqua alia vtilitate hi amici ſunt, ſed ex affectu interdum inter ſe mutuo,aut ex eo ꝙ iiſdem ſiue exercitationibus, ſiue diſciplinis, ſiue ludis oblectationem capiunt. amicitia uero ob utilitatem uulgarium hominum,& illiberalium magis eſt.

Et beati vtilibus minime indigent, ſed iucundis. volunt enim ſimul cum aliquibus viuere, & moleſtiam paruo tempore tolerant. nam aſſidue, ſuſtineret nemo: quin ne bonum quidem ipſum,ſi moleſtum ipſi eſſet.iccirco amicos iucundos quærunt.fortaſſe vero oportet vt etiam bonos,cum tales ipſi ſint: & ſibi ipſis item bonos. ita enim ipſis inerunt ea, quæ amicis ineſſe debent.

C Amicitiã quæ ex uoluptate exiſtit, uere amicitiæ magis eſſe ſimilem hinc perſpicuũ eſt:ꝙ beati & felices homines, id eſt,ut in ſuperioribus declaratũ fuit, qui ex uirtute operantur,utilibus amicis nõ indigent,ſed iucundis. uellẽt.n. pręcipue amicos uirtute pfectos,ſibiq; prorſus ſimiles habere,ſed ſi id nõ poteſt,ſatis ipſis eſt, ſi mediocres aliquos inuenerint, qui iucũdi ipſis ſint.conuiuere.n.cũ aliquibus omnino uolũt:quia,ut dictũ prius eſt,fieri neqt, ut ſolitarij degãt:neq; ꝙ moleſtũ eſt,ferre diu poſſunt.immo neq; ipſum bonum,ſi moleſtũ eſſet,ſuſtineret ac toleraret quiſpiã.hoc aũt quodã modo ita dixit, nam cum bonum ipſum nihil aliud ſit, quam felicitas, eſſe moleſtum nullo D modo poteſt,ſimul.n.ac moleſtum eſt,continuo neq; bonum eſt, neq; felicitas. ſed ex conditione ita eſt ab Ariſtotele dictum,ſi felicitas moleſtã vitã faceret,felix eſſe nemo uellet. patet igitur & ob alia expetendam eſſe felicitatẽ, &, quia uitam uoluptuoſam ac iucundã reddit. Vnde, inquit homines ſuaues ac iucundos amicos quærunt, quaſi abſq; his conſtare amicitia nequeat. oportet autem non ſolum iucundos amicos quærere,uerum etiã bonos. Quod uero ſubiungit & ſibi ipſis etiam bonos,nõ propriũ fortaſſe bonorũ eſt,atq; eorũ qui perfectã amicitiã ſibi cõciliãt.hi.n. nõ ad ſe ſpectãtes amant amicos, ut ſi bonũ aliquod ab iis quos amãt,eueniat,ſed tãtũmodo ob id amant, quia boni ſunt illi q amantur. Vnde fortaſſe nõ disiũcte,ſed copulate intelligẽda hæc ſunt,quia ſcilicet bonus amico etiã bonus eſt.ſtudendum igitur eſſe inquit, ut amicos conciliemus, E qui re uera boni ſint.qui autem re uera boni ſunt, ij ſimul & boni abſolute,& amicis boni neceſſario ſunt.

At qui in poteſtatibus conſtituti ſunt, diſtinctis amicis vti videntur: alij enim ipſis vtiles,alij iucundi ſunt. vt autẽ vtraq; iidem exhibeant, non admodum cõtingit: quippe cum neq; iucundos cũ virtute,neq; vtiles ad honeſtas res quærãt: ſed alios vrbanos voluptatis cauſa, alios idoneos ad agenda ea quæ mandata fuerint. hæc autem in eodem non admodum ſunt. probum quidem virum eſſe ſimul & iucundum & vtilem,dictum iam eſt. Sed ei qui excellit, huiuſmodi amicus fieri non ſolet,niſi etiam virtute excellatur: ſin minus, non adæquatur ex ratu portione ſuperatus. Ceterum non admodum tales eſſe conſueuerint.

A In poteſtate conſtitutos appellat tyrannos, & qui reges ſunt nomine, ſed non re. hi enim diſtinctos habent amicos quibus vtuntur: alios vtiles, alios iucundos. cuius rei illud eſt in cauſa, quod neque eos quærunt qui iucundi ſunt cum virtute: ijdem enim vtilitatem quoque afferrent: neque vtiles ad honeſta: ijdem ſiquidem ſimili modo iucundi quoque eſſent. nam ad honeſta vtiles non niſi virtute prædit ſunt, virtute vero præditi viri, ſicut dictum iam eſt, ſunt etiam iucundi. Potentes autem homines cum voluptatem appetunt, vrbanorum ac facetorum amicorum conſuetudine vtuntur: cum vtilitatem ſpectãt, eos admittunt, qui ad agenda ea quæ iubẽtur, idonei ac prompti ſunt. hæc vero vtraque coniungi inter ſe non admodum ſolent. qui enim vrbani appellantur, ſcurræ cum ſint, plerunque ad actiones ſunt inutiles. idonei vero ad exequenda mandata vt plurimum omni gratia carent, atque vrbanitate. vtilis autem ac iucundus ſimul, ſolus probus vir eſt, B cum & ex virtute ad agenda honeſta ſit idoneus, & ex morum ſimilitudine, actionibuſque honeſtis bono viro iucũditatem ac voluptaté afferat. Sed bonus vir ei qui excellit, fieri amicus non conſueuit, niſi is qui poteſtate excellit, virtute ſuperetur. ita enim intelligendum eſt id quod inquit, niſi etiam virtute excellatur, vt is qui eſt in poteſtate cognoſcat ſe eſſe inferiorem, & erga bonum virum nõ ſecus atque erga ſuperiorem ſe gerat. ita enim æqualitas proportione inter hos exiſteret, ſi diuitijs quidem & poteſtate ſe excellere exiſtimaret, bonum tamen virum vtpote ex virtute ſe præſtantiorem admiraretur. talis enim potens vir bene natura eſſet affectus, ſi honeſtarum rerum eſſet æmulator. neque dubium eſt, quin curam ſui probo viro committeret. quod ſi faceret, amicitiam eius bonus vir facile C pateretur, alioqui ſuſtinere nullo modo poſſet, cum ſuperbiam tyrannicam, & obſequia illiberalia & ſeruilia quam maxime abhorreat. Verum cum illi qui ſunt in poteſtatibus, huiuſmodi minime ſint, vt bonos viros tanquam ſe excellentiores admirentur, fit, vt boni viri eorum amicitiam non admodum ſectentur. Sed quærunt nonnulli, ſi ille qui in poteſtate conſtitutus eſt, eſſet probus vir, nunquid ei probus vir non eſſet amicus, quia virtute ipſum nõ ſuperat? verum ſtulta dubitatio eſt. hoc enim concessum iam eſt, bonum bono abſque medio vllo amicum fieri. vnde licet in poteſtate alter conſtitutus ſit, poteſtas nihil vetabit, quominus contrahi inter hos amicitia optime poſſit. nam verſabuntur hi inter ſe in reliquis omnibus æquales, in ijs vero quæ legitime ad ciuilem ſocietatem ſpectant, D libenter alter ei qui eſt in poteſtate, cedet, ac ſubijcietur. perſpicuum enim eſt & eum eſſe legitime regnaturum, & amicum legitime obtemperaturum, vtpote qui ciuilem ſocietatem cuſtodire ac ſeruare maxime omnium velit.

Atque hæ quidem amicitiæ in æqualitate conſiſtunt. eadem enim ab vtriſq; exhibentur, voluntque ſibi mutuo: aut alterum pro altero recompenſant, vt voluptatem pro vtilitate. has autem minus eſſe amicitias, minuſque permanere dictum iam eſt. Sed & ob ſimilitudinem & ob diſſimilitudinem eiuſdem & eſſe & non eſſe amicitię videntur. ex ſimilitudine enim quam habent cum ea quę eſt ex virtute, videntur amicitiæ: quippe cum altera iucunditatem, altera vtilitatem in ſe habeat, quę vtraque illi etiam inſunt: in eo vero quod illa calumnia vacat, ſtabiliſq; eſt, hæ cito immutantur, E *alijſque multis differant: ex illius diſſimilitudine amicitiæ non videntur.*

Bonorum amicitia prorſus in æqualitate eſt. ſunt autem quodam modo etiam reliquæ. nã qui ob voluptaté amãt, ſibi mutuo voluptatem exhibent. ſimiliter qui ob vtilitaté amici ſunt, vtilia ſibi mutuo ſubminiſtrant. alij alterũ pro altero cõmutant. verbi cauſa voluptate exhibita emolumentum vtilitatis accipiunt, vt qui lucri cauſa vrbanitate apud alios vtuntur. Sed hos & minus amicos eſſe, & minus permanere, dictum iam eſt. Quodq; ſubiungit ex ſimilitudine videlicet eiuſdem & diſſimilitudine amicos & vi-

A deri, & non videri, ſatis patet. quatenus enim in amicitia quæ ex virtute exiſtit, & iucundum ineſt, & vtile, eatenus amicitiæ cæteræ ei ſimiles exiſtimantur. quatenus vero bonorum amicitia calumnia omni vacat, ſtabiliſq; eſt, ceteræ autem calumnias admittunt & mutantur, in eo diſſimiles ſunt. quãquam alijs etiam modis differunt, eo quod bonorum amicitia per ſe eſt, propter ſeſe enim ſe mutuo amãt boni: cęteræ ex accidenti. boni præterea ab iniuria ſibi mutuo inferenda longe abſunt, quippe qui neque eos offendant, qui nihil ad ipſos pertinent, qui vero reliquis amicitijs coniuncti ſunt, iniurijs ſe mutuo afficere aliquando non verentur. Alias quoque multas differentias inuenire quiſpiam poſſet, quibus diſſimiles primæ illi cæteræ amicitiæ eſſe amicitiæ non videntur.

De amicitia in ſupereminentia. Cap. VII.

B *Altera eſt amicitiæ ſpecies & ſupereminentia: vt patri erga filium: & denique ſeniori erga iuniorem, & viro erga vxorem, & principi omni erga ſubditos. ſed hæ inter ſe etiam differunt. non enim eadem eſt parentibus erga liberos, & principibus erga ſubditos: verum neq; patri erga filium, & filio erga patrem: neq; viro erga vxorẽ, neque vxori erga virum. diuerſa enim vnicuique horum virtus, diuerſumq; opus eſt: diuerſa itẽ ea ob quæ amant: diuerſi igitur etiam amores, & amicitiæ erunt. atque eadem quidem vtrique ab altero neque exhibentur, neque ſunt requirenda: ſed cum parentibus liberi ea tribuunt, quę debentur ijs qui genuerũt; & parentes filijs ea quę filijs exhiberi debent: ſta-* C *bilis vtilium, ac bona amicitia eſt.*

Altera eſt amicitię ſpecies per ſupereminentiam, quæ alienior paulo eſt, non ſecus ac ius quod ex æqualitate alterum eſt, alterum ex ſupereminentia, vt patris ad filium, heri ad ſeruum, viri ad vxorem, & demum principis ad ſubditum. ita quoque amicitia altera ex æqualitate, ex exceſſu altera. ſimilis enim quodam modo iuſtitiæ eſt, conſiſtitq; in ijſdem in quibus iuſtitia, quæ per excellentiam eſt. nam patris amicitia erga filium, & ſenioris erga iuniorem, prudentior enim ſenior eſt, vt dominetur, & viri erga vxorem, & omnino principis ad ſubditum ex ſuperexcellentia eſt. perſpicuum enim eſt principem excellere, excelli ſubditũ. Sed hæ inter ſe etiam differunt. non enim eadem parentibus à filijs, & principibus à ſubditis exhibentur, neq; filijs D à parentibus, & ſubditis à principibus. ſed accommodata quædam natura ſunt à filijs erga parentes miniſteria, & parentibus erga filios præſidẽtiæ ac procurationes, quorum nihil ad principes & ſubditos attinet. In hoc ergo differt huiuſmodi amicitia, quod non eadem à parentibus erga filios, & à filijs erga parentes, neque à viro erga uxorem, & ab vxore erga virum exiſtunt. nam parentibus & uiris dominari conuenit, uxoribus & filijs minime. hocque eſt quod amicitiam hanc non in ęqualitate, ſed in excellentia conſtituit. Sed hæc vnuſquiſque concederet. cauſa uero quam ſubiungit, cur inter hos amicitia eadem non ſit, nõ paruam dubitationem afferre poteſt. Inquit enim, diuerſa enim unicuique horum uirtus, diuerſumq; opus eſt quidã enim aliam patris, aliam filij, aliam uiri, aliam uxoris uirtutem eſſe negant. Sed ſatis erit, ſi in uiro & uxore ratio- E nem conſideremus, quippe cum eadem poſtea dici de patre & filio poſſint. In hunc modum etenim interrogant, præcipue Socratici. nunquid uirum eſſe iuſtum oportet, uxorem uero iniuſtam? non pro ecto. Quid uero, temperantem uirum, uxorem intemperantem? neque hoc ſane. atq; ita per omnes uirtutes interrogantes, & tam virũ quam mulierem uirtutes omnes habere oportere aſſerentes, tandem eandem eſſe & uiri & uxoris uirtutem conficiunt. ad quod quid reſpondendũ ſit, cognoſcemus, ſi à principe & ſubdito incipiamus. Nam ſi principis uirtus in recte dominando, ſubditi in recte obtemperando conſiſtit, eadem principis & ſubditi uirtus non erit. uitium ſiquidem

dem ſubditi eſt, ſi ea quæ ſunt principis, agere velit. itinmi ſimili modo principis, ſi quæ ſunt ſubditi, agat. ſicut gubernatoris virtus cenſenda eſt, ſi agat ea quæ ad gubernatorem nauiarumque prędidem ſpectant, nautarum autem virtus, ſi à gubernatore ſe regi permittant, ſubditiq; ei ſint. Nihil enim id rationi huic officere debet, quod & regere & regi ad eandem ſcientiam attinet. tametſi negari id nõ difficulter poteſt, qui enim idoneus eſt, vt regatur, is aptus ad regendum alios continuo non erit. nam obedire principibus aſſueti, licet ex aſſuetudine illa virtutem obtemperandi conſequantur, vt gubernationi principum ſubiecti eſſe ſciunt, imperare tamen ac regere alios ignorãt. Quia ſi concedatur, eundem peritum vtriuſque ſimul effici, atque vtraq; ſcire, dicendum erit, quatenus imperat ac regit, altera virtute, quatenus regitur atque obedit, altera eſſe præditum. Si igitur alia eſt principis, alia ſubditi virtus, in omnibus vero antedictis ſocietatibus atque amicitijs principes ſunt & ſubditi, pater enim imperat, filius obedit ac ſubditus eſt, horum vniuſcuiuſque virtus alia atque alia eſt. Sed hæc in omnibus principatibus, omnibuſq; amicitijs quæ per excellentiam exiſtunt, conſideranda diligentius ſunt.

In omnibus autem amicitijs quę per ſupereminentiam exiſtunt, amor etiam proportione eſſe debet. vt meliorem amari magis, quam amare, & vtiliorem, & aliorum vnum quemque ſimiliter. cum enim pro dignitate amor extiterit: tunc quodam modo æqualitas fit. id quod eſſe amicitiæ videtur.

In huiuſmodi amicitijs non ſolũ amicitiam, verum etiã amorem ac dilectionem ipſam pro portione eſſe oportet. & fortaſſe ex amore amicitia conuenientiam hanc proportionemque habebit. nam ſi præſtantior, & vtilior magis amatur, quam ille qui talis non eſt, & amor & amicitia proportione correſpondebit. ſicut enim in ciuilibus diſtributionibus pro dignitate honorem exhiberi oportet, ita in amicitijs ex ſupereminentia amor ipſe debet pro dignitate diſtribui. erit enim æqualitas ſi amare, & amari proportione & dignitate contingat. Ratio hęc docet parentes amari magis debere à filijs quam amare, eo quod & vtiliores ſint & præſtantiores. idem in reliquis omnibus qui principatum obtinent, ſeruãdum: quo enim meliores, eo magis amari ab inferioribus debent, quam amare ipſi inferiores. Sed quærendum videtur de huiuſmodi amicitijs per excellentiam nunquid inter antedictas illas ſpecies reponendæ ſint, an alias aliquas ſpecies per ſe ipſæ conficiant? Atque Eudemus quidem & Theophraſtus has quoque per ſupereminentiam amicitias aſſerunt in iiſdem aut ob voluptatem, aut ob virtutem, non ſecus ac cæteras conſtare. nam qui imperat & qui obedit, probi inter ſe amici eſſe poſſunt, vt in reliquis ſint amici, atque æquales, in iure & legibus alter excedatur. pater item & filius probi eſſe poſſunt, atque omnium maxime paternam excellentiam patri concedat filius neceſſe eſt. pari modo & bona vxor, viro bono idem faciet. vtrique enim naturam ſequuti alter reget, altera regetur. ſi vero probi non ſint & virtute perfecti, ſed mediocres, nemini dubium eſt, quin & ob voluptatem & vtilitatem qui ſuperant & ſuperantur, amici eſſe queant, tam princeps & ſubditus, quam vxor & maritus. De filio tamen & parente aliqua oboriri poſſet dubitatio, an fieri poſſit, vt ob vtilitatem ſeſe mutuo ament, an ob aliud quid bonum velit filio pater, quam ob eum ipſũ quem amat, ſi videlicet ſecundum naturam amet, ita vt amicitia hęc naturalis potius amicitia quędã eſſe videatur. Fortaſſe autem talem etiam amicitiam cum naturaliter fit, & voluptas & vtilitas conſequitur, id an ita ſit, conſiderandum.

At vero æquale in iuſtis & amicitia eſſe non ſimiliter videtur. nam in iuſtis primo eſt quod eſt pro dignitate, ſecundo quod in quantitate eſt: in amicitia vero quod eſt in quan- A *titate primo, ſecundo quod pro dignitate eſt: id autem perſpicuum eſt, ſi multa virtutis & vitij, affluentię, aut alicuius alterius diſtantia fuerit: non enim amplius ſunt amici. ſed ne eſſe quidem ſe dignum putant. Hoc autem in dijs clariſſime patet, qui plurimum omnibus bonis præſtant. item in regibus: neque enim his plerique eſſe amicos ſe dignum ducunt, cum inferiores longe ſint: neque optimis & ſapientiſſimis, illi qui nihili ſunt.*

Aequale in iuſtis & in amicitia non ſimiliter ſe habere inquit, quippe cum in iuſtis primum ſit id æquale quod pro dignitate eſt, cum ſuperior & præſtantior non eadem conſequitur, quæ inferior, ſecundum vero id quod in quãtitate conſiſtit, quod alibi æquale numero appellat. id au-
B tem fit, cum ingenui omnes ac liberales homines æquale ius conſequuntur: qua æqualitate vtendum ſibi maxime cenſent illæ ciuitates, quæ populari gubernatione adminiſtrantur, in quibus cum omnes liberi ſint, eadem ac ſimilia omnes conſequẽda ſibi eſſe exiſtimãt. at in amicitia æqualitas in quantitate prima ac præcipua eſt. oportet enim vt qui amici ſunt, æquales ſint inter ſe, æquale autem quod eſt pro dignitate ſecundo loco in amicitia habetur, quippe cum ea quæ proprie amicitia eſt, in ſupereminentia alterius eſſe non lateat. id quod manifeſtum in ijs eſt, vbi multa quorundam inter ſe diſtantia conſpicitur. nam qui nihili eſt, virtute prædito ac probo homini amicus fieri minime conſueuit, neque regibus, illi qui longe ipſis ſunt inferiores. Sed neque dijs proprie amicus eſt quiſpiam,
C probi tamen viri amici eorum dicuntur, & qui deicolæ vocantur ideſt dijs amici. ſed proprie amicos eos appello qui in æqualitate conſtituti ſunt. infinita enim inter nos & deos diſtantia eſt, vt ſatis ſuperque nobis ſit, ſi eos benignos ac propitios habuerimus, nobiſque venerabiles fuerint. nam cum res longe inter ſe differant, dubium non eſt quin diuerſa nomina etiam ipſa hæc ſint. non enim dicimus amicum venerabilem eſſe alteri amico, neque benignum ac propitium precibus alterius amici eſſe, ſed venerari longe inferioris eſt, propitium eſſe longe ſuperioris, atque excellentis.

In his tamen exacta præfinitio non eſt, quouſq; ſint amici multis enim ablatis adhuc manet. Si vero longe ſeparatus aliquis ſit, vt deus, non amplius manet. vnde etiam in dubi-
D *tationem venit: nunquid amici amicis maxima ex bonis velint, vt deos eſſe? non enim amplius ipſis erunt amici. neque etiam erunt bona: amici enim bona ſunt. Si igitur recte dictum eſt, amicum amico velle bona eius ipſius cauſa: eum ipſum qualiſcunq; eſt, manere oporteret: homini autem permanenti maxima bona adeſſe volet. & fortaſſe nõ omnia: ſibi ipſi enim maxime bona vnuſquiſque vult.*

Præfinire exacta ratione non licet, quouſque ſupereminentia hæc debeat progredi, vt conſiſtere amicitia adhuc poſſit, nam neque cætera quæ in actionem cadunt, queunt exacte definiri. cum tamen multa intercedit diſtantia, amicitia tollitur. quocirca dubitatur, an amicus amico maxima bona volet, id eſt vt deus ſit. ſed perſpicuum
E eſt, prudentem virum ea quæ omnino eſſe nequeunt, cuiuſmodi eſt ex homine deum fieri, amico nunquam eſſe optaturum. verum ex conditione dictum eſſe hic ab Ariſtotele intelligendum eſt. ſi fieri poſſet, vt deus euaderet quiſpiam, vellet ne id ipſi amicus? nam ſi id volet, amicum quoque non amplius ſibi eſſe amicum volet, quare neque etiam bonum ſibi eum eſſe volet, amicus enim alteri amico bonum eſt. ſi igitur amico eius ipſius cauſa bona vult, et, dum is ipſe eſt, id eſt dum homo eſt, ac permanet, omnem boni excellentiam uolet. atque hæc ad dubitationem attinent. quod uero poſtea ſubdit, amicum inquiens ſibi maxime bona velle, id non de ijs dicitur, qui prima amicitia coniuncti ſunt, ſed de reliquis qui æquiuoce amici appellantur.

Amicitiam

Amicitiam magis conſiſtere in eo vt amet, quam vt ametur. Cap. VIII.

PLerique autem ob ambitionem amari magis videntur velle, quàm amare: vnde amatores adulatorum plerique ſunt, adulator enim amicus eſt qui excellitur, aut ſe eſſe talem, magiſq; amare, quam amari ſe ſimulat. amari autem & honorari, quod videlicet pleriq; appetunt, prope accedere inter ſe videntur. ſed non per ſe tamen honorem eligere videntur, ſed ex accidenti. gaudent enim plerique cum ab iis qui in poteſtate conſtituti ſunt, honorantur, ob ſpem: quippe cum ſi aliqua re indiguerint, eam ab ipſis conſequuturos ſe eſſe exiſtiment: atque ita honore quaſi ſigno quodam B *beneficij accipiendi lætari conſueuerint. qui vero à probis viris & ſcientibus honorem affectant, ij propriam opinionem de ſe ipſis confirmare cupiunt: gaudentque quòd boni ſint, eorum iudicio qui id dicũt, credentes. at amari per ſe gaudẽt. quo circa id melius eſſe, quam honorari, & amicitia expetẽda per ſe eſſe videretur.*

Cauſam reddit cur plerique amari magis velint, quam amare. ob ambitionem enim, cupiditatemque honoris id faciunt, dum idem amari & honorari eſſe opinantur: cum tamen diuerſa inter ſe ſint. nam honorari non per ſe eligunt, ſed ex accidenti. nam gaudent cum honorantur ab iis qui ſunt in poteſtate conſtituti, ob ſpem aliquorũ quibus indigent, conſequendorum, potentiamq; appetentes C cum vero à probis viris honore afficiuntur, teſtes ſe habere exiſtimant, quòd boni ſint. atq; ob id lætantur, dum opinionem quam de ſe ipſi habent, confirmãt. at amari per ſe gaudent. melius igitur ac præſtantius amari eſt quã honorari: & amicitia item quam honor: quippe cum melius ſit quod per ſe quam quod ob aliud expetendum eſt.

*Sed in eo quòd amat aliquis magis, quam in eo quòd amatur, conſiſtere videtur, argumento ſunt matres, quæ amando gaudent: nonnullæ enim filios ſuos educandos tradunt, amãtque ſcientes, redamari non curant, ſi vtrunque non poteſt: ſed ſatis ipſis videtur, ſi liberos ſuos bene agentes inſpiciant amantque ipſos, etiam ſi ob ignorationem illi quæ matri debentur, tribuere nequeant. Cum vero amicitia in amando cõ*D *ſiſtat, et amatores amicorum laudentur: amare eſſe amicorũ virtus videtur, quare inter quos hoc pro dignitate fit, ij ſtabiles amici ſunt. amicitiaque eorum permanet. at hoc modo illi etiam qui inæquales ſunt, amici maxime eſſent: eo quòd adæquari poßunt, æqualitas vero & ſimilitudo amicitia eſt & præcipue ea quæ eſt ex virtute ſimilitudo. cum enim ſtabiles per ſe ipſi ſint, et iam inter ſe mutuo permanent: & neque indigent prauis, neq; talia ſubminiſtrant: ſed vt ita dicã etiam prohibent. bonorum ſiquidem eſt neq; ipſos peccare, neque amicis permittere. praui autem ſi, mutatem quidem nullã habent, neque enim ſibi ipſi ſimiles permanent. ſed ad paruũ* E *tempus tamẽ amici ſiunt prauitate inter ſe mutuo oblectati, qui vero ſunt vtiles, & iucundi; diutius durant, permanẽt .ſ. quoad voluptates & vtilitates ſibi mutuo exhibuerint.*

Amicitia in eo quidem eſt, vt amet quiſpiam & ametur magis tamen in eo vt amet, quam vt ametur, cõſiſtit: quippe cum vtroru nque amicorum operatio in eo ꝙ amat, cõſtituta ſit, non in eo ꝙ amatur. at vnumquodq; in quo operationem exercet ſuam, in eo cõſiſtit. amicitia igitur in eo conſiſtere dicẽda eſt, in quo operatio eius conſpicitur. Huiuſce rei argumentum adducit, ꝙ matres amãdo gaudent, etiam ſi à filiis ijs non redamentur, qui tollendi atq; educãdi aliis mulieribus traditi fuerint. nam hi apud alienas enutriti cum matres ſuas non agnoſcant, eas nõ amãt. ſumit autem hic Ariſtoteles non amicitiam, ſed amorem & dilectionem: amicitia enim eſt inter mutuo amantes, parentum tamen amor erga filios veſtigium quoddam amicitiæ in ſe habet: veſtigium dico, propterea quòd filij interdum non redamant: ſed in eo amicitiæ valde ſimilis A eſt hic amor, quòd parentes liberis ſuis eorum ipſorum cauſa bona volunt. in quo præcipuum amicitiæ opus conſiſtit. Si igitur amicitia in eo quod amat quiſpiam, quam ꝙ amatur conſtituta eſt, laudanturq; illi qui amant amicos: ſequitur vt amare amicorum virtus ſit.

Ex contrarijs autem maxime videtur fieri amicitia, quæ ob vtilitatem exiſtit. vt pauper diuiti, imperito ſciens amicus ſit. quod enim conſequitur aliquis indigus, illud appetens aliud quid recompenſat. Huc trahere etiam quiſpiam poſſet amatorem & amatum, pulchrum item & turpem. Vnde amatores ridiculi interdum videntur, dum ſicut amant, ita ſe eſſe amandos cenſent. ſi ſimili modo ſanè eſſent amabiles, forB taſſe cenſere ita deberent: cum nihil vero huiuſmodi habeãt ridiculum eſt. Sed forſitan neque contrarium per ſe contrarium appetit, ſed ex accidenti: medij autẽ appetitio eſt, quod bonum eſt, verbi cauſa ſicco bonum eſt non ſi humidum euadat, ſed ſi ad medium perueniat. calido item et alijs, ſimili modo, Verum hæc cum paulo à propoſito alieniora ſint, in præſentia omittantur.

Cum ſuperius dixiſſet, contrarium quod contrarium eſt, appetere, vt humentem amare pluuiam cum terra eſt arida: nunc eius ſolutionem ſubiungit: inquitque non per ſe ſed ex accidenti contrarium in contrarij appetitionem venire. per ſe enim quod medium eſt, appetere: medium enim eſt bonum. cuius rei exemplum illud eſt: quòd huC midum non areſcere vult, ſed ad medium per cõtrarii participationem deduci. aer ſiquidem ſi ſupra modũ humorẽ conceperit, non propterea imbrem deorſum detrudit, ut ſupra modum exiccetur, atque areat: ſed vt nimia illa humiditate expreſſa ad mediocritatem redigatur. ſic calidum, & cætera.

De ciuili amicitia. Cap. IX.

VIdetur autem, quemadmodum in principio dictum eſt circa eadem, & in ijſdem & amicitia eſſe, & ius. in omni enim ſocietate eſſe quoddam ius videtur, & amicitia quoque, conuectores enim & commilitones tanquam D *amicos appellant, pari modo etiam qui in alijs ſocietatibus verſantur. quatenus autem inter ſe commercium habẽt, eatenus amicitia inter ipſos eſt: nam & ius. & prouerbium cõmunes res amicorum eſſe inquit: recte ſanè. in communitate ſiquidem amicitia eſt: fratribus autem & ſodalibus communia omnia ſunt, reliquis definita, atque aliquibus plura, quibuſdam pauciora, quippe cum amicitiæ quoq; aliæ magis ſint aliæ minus. Differunt autem & iura ipſa. non enim eadẽ ſunt parentibus erga filios, & fratribus inter ſe, neque ſodalibus eadem, & ciuibus: ſimili modo etiam in reliquis amicitijs: diuerſæ igitur etiam iniuriæ ad vnumquenque horum ſunt, incrementumque accipiunt. quo magis erga amicos fiunt. vt pe*E *cunijs ſodalem priuare grauius eſt, quam ciuem, et non opem ferre fratri quam alieno, patrem item percutere quam quẽlibet alium. Augeri etiam ſimul cum amicitia ius ipſum natura conſueuit, vtpote cum in iiſdẽ conſiſtant. & æqualiter pertingant. At vero ſocietates omnes partibus ciuilis ſimiles ſunt. nam ob vtile aliquod conueniunt homines, aliquidque eorum comparantes quæ ad vitam pertinent, & ciuilis ſocietas vtilitatis gratia videtur, & à principio conſtitiſſe, & perſeuerare. id enim et legumlatores coniectant, & ius eſſe inquiunt, quod communiter conducit. Reliquæ igitur ſocietates particulatim vtilitatem appetunt. exempli cauſa, nauigatores eam quæ ex nauigatione euenit, vel ad pecuniarum comparationem, vel tale aliquid ſpectantem: commilitones eam quæ ex bello acquiritur ſiue pecunias, ſiue victoriam, ſiue vrbem appetant. ſimiliter quoque tribules, & curiales. Nonnullæ vero ſocietates fieri ob voluptatem videntur, chorealium ſcilicet ſodalium, & contributorum:*

vna ſacrificij, & conuictus cauſa conficiuntur. Atq; hæ quidem omnes ſub ciuili conſtitutæ ſunt. non enim præſentem vtilitatem ciuilis appetit, ſed ad omnem vitam ſpectat. & qui ſacrificia faciunt, circa eaq; conuentus, honores dijs exhibent: & ſibiipſis cum voluptate requiem comparant. priſca enim ſacrificia & conuentus videntur poſt fructuum collectiones quaſi primitiæ quædam fieri conſueuiſſe: in his enim maxime temporibus ocio vacabant. omnes igitur ſocietates partes eſſe ciuilis videntur. tales autem amicitiæ tales ſocietates conſequentur.

Illud quod in principio dictũ eſt, vbi dicebat id quod maxime iuſtum eſt eſſe amicabile, ſimile eſſe his videtur. amicitia enim & ius circa eadem & in iiſdem conſiſtit. nã cum amicitia inter milites ſit, reliquosq; coartifices: ius ẽt ipſum inter eoſdem eſt. nõ enim ex his quiſpiã quod pro dignitate eſt, accipere vellet. eſt ẽt circa eadem, quippe cũ militibus circa militares res, nautis circa nauticas amicitia ſit. in quibus vero amicitia eſt, in iiſdem ius quoque eſſe inde cõfirmatur, q̃ omni cõmunicationi & ſocietati eſſe ius quoddã videtur, nec non amicitia. quatenus.n. cõicant.i. in quib. artibus ſocietatem habent, in his quoq; amici ſunt, vt ſiquis & miles forte eſſet & iudex, alteriq; eſſet amicus qui tãtummodo eſſet miles, is in eo q̃ miles eſſet, cum altero amicitia eſſet coniunctus, cũ eoq; æquo iure vteretur, qua in re videlicet ſocietatem inter ſe mutuo haberent, vnde etiam prouerbium communes amicorum res eſſe inquit, quia in communitate amicitia ſocietateq; conſiſtit. ſed fratribus quidẽ & ſodalibus cõia omnia ſunt diuitiæ, poſſeſsiones, cætera, iis qui tãtum ſunt milites, militaria tãtũmodo. atq; in reliquis ſimiliter. Fratres ẽt plura alii pauciora habent cõia: quippe cum fratrũ amicitia magis quam commilitonũ amicitia ſit: atq; iccirco ius quoque inter fratres, & reliquos differat. nã incremẽtum accipit, magisq; eſt iuſtũ, quo erga amicos magis ſit. Sed hoc ex contrario comprobat. nam ſi grauius crimen eſt, ſodalem quam ciuem pecuniis defraudare: ita quoq; ius quod erga amicos magis exhibetur, maius erit, ac pręſtantius: ſi vero amicitia augetur, ius quoq; ipſum augeri neceſſe eſt: quippe cum vtraq; in iiſdem verſentur ac conſiſtant. atq; hæ quidem militum & reliquorum ſocietates mẽbra ciuilis ſocietatis ſunt, vnde tales amicitiæ verbi cauſa militum, illorum ciuilium videlicet ſocietates ſequuntur.

De ſpeciebus ciuilitatis. Cap. X.

CIuilitatis vero tres ſpecies ſunt, totidemque tranſgreſſiones, quaſi corruptiones quædam illarum. Ac ciuilitates quidem, regnũ, & optimi potentia, & tertia quę à cenſibus exiſtit. quam cenſi potentiam vocare accommodatum videtur: ſed plerique rempublicam eam appellare conſueuerunt. harum optima regnum, peſſima cenſipotentia eſt. Ac regni quidem tranſgreſſio tyrannis eſt. ambæ enim vnius imperio conſtant: plurimum tamen differunt. Tyrannus enim ſuam, rex ſubditorum vtilitatem ſpectat. non enim eſt rex niſi ex ſe ipſe ſufficiat, omnibusque bonis excellat: at qui talis eſt, nulla re indiget. quocirca vtilitatem non ſibi, ſed ſubditis procurabit. nam qui eiuſmodi non eſt, ſortititius potius eſt, quam rex. Tyrannis vero econtrario huic, ſuum ipſius bonum perſequitur. clariusque eam eſſe peſſimam manifeſtum eſt. id enim eſt peſſimum, quod optimo eſt cõtrarium: è regno autem in tyrannidem tranſitus fit: tyrannis enim principatus vnius prauitas eſt. & prauus rex, tyrannus, euadit. Ex optimi potentia autem in paucipotentiam fit mutatio, vitio principum, qui pręter dignitatem res ciuitatis diſtribuunt, & omnia, aut pleraque bona ſibiipſis reſeruant, & magiſtratus ſemper iiſdem demandant, diuitias plurimi facientes. vnde pauci atque iidem praui loco optimorum dominantur. Sed cenſipotentia in populipotentiam: hæ enim finitimæ in-

A *ter ſe ſunt. multitudinis enim & cenſipotentia eſſe conſueuit & æquales omnes qui in cenſu ſunt. At populipotentia, quippe cum paulum reipublicæ ſpeciem tranſgrediatur, minime praua eſt. Ac reſpublicæ quidem ſeu ciuilitates in hunc maxime modum immutantur. ita enim ad minimum et facillime tranſeunt. Quarum ſimilitudines & quaſi exempla ſumere etiam in familijs quiſpiam poſſet. patris enim erga filios ſocietas figuram regni habet: quippe cum patri cura filiorũ ſit. vnde etiam Homerus Iouem patrem appellat, eo quòd regnum paternum imperium eſſe debet. At apud Perſas patris imperium tyrannicum eſt, qui vt ſeruis filijs ſuis vtuntur. Tyrannicum item eſt heri erga ſeruos: in eo enim id quod hero vtile eſt, agitur. Sed hoc eſſe rectum videtur:*

B *Perſicum illud prauum, atque errans. eorum enim qui ſunt diuerſi, diuerſa quoque imperia ſunt. Viri & vxoris optimatũ poteſtati ſimile, apparet pro dignitate ſiquidem imperat vir, ac circa ea circa quæ virum decet, quæ autem vxori conueniunt, ea illi attribuit. nam ſi omnium dominus eſſe velit vir, in paucipotentiam delabitur. præter dignitatem enim id facit, & non quatenus eſt melior. Interdum vero vxores quoque quibus patrimonium omne obtigit, dominantur, vnde non ex virtute ſed ex diuitijs & potentia, ſicut in paucorum potentatu, imperia fiunt. Fratrum autem ſocietas cenſipotentiæ ſimilis eſt. ſunt enim æquales, niſi quatenus ætatibus diſtant. vnde ſi longe ætatibus diuerſi ſint, fraterna inter ipſos amicitia non amplius eſt. Populi potentia*

C *autem in ijs maxime cohabitationibus apparet, quæ ſine domino ſunt. ibi enim æquales omnes. in ijs item, vbi cum princeps imbellis ſit, poteſtatem agendi quidlibet vnuſquiſque habet.*

Tertiam ciuilitatis ſeu reipublicæ ſpeciem τιμοκρατίαν, ideſt cenſipotentiam ſeu cenſorum adminiſtrationem eſſe inquit: quæ ita appellatur ex eo quòd ex cenſibus atque æſtimationibus pecuniarum conſtat. qui enim certa pecuniarum ſumma cẽſentur, easque exhibent, principatum in huiuſmodi adminiſtratione accipiunt: vnde cenſipotẽtia appellatur. vitia vero hominum faciunt, vt ex optimi potentia in qua optimi quiq; dominantur, in paucipotentiam, paucorumq; & prauorum dominatum adminiſtratio delabatur. nam ſi boni eſſent pauci illi, nihil mali ex ea

D mutatione contingeret. Populi potentiã aũt.i. δημοκρατίαν minime prauam ex reliquis ſcilicet tranſgreſsionibus eſſe inquit, tyrannide, & paucipotentia, in eo tantummodo q̃ parum populipotentia à reipublicæ mediocritate excedit Nam ſiquis per ſe eam voluerit conſiderare, peiorem eſſe cæteris inueniet. in populipotentia enim omnes dominãtur, in tyrannide vero vnus, in paucipotẽtia pauci: at multos prauos adminiſtrare rem, quam vnum, aut paucos longe peius eſt. efficitur igitur, vt populipotentia reliquis duabus tranſgreſsionibus longe deterior ſit.

De amicitia regia, paterna, familiari & fraterna. Cap. XI.

E *IN vnaquaque autem ciuilitate eatenus amicitia apparet quatenus & ius. regi ſanè erga ſubditos in beneficij ſuperemmentia. bene facit enim ijs qui ſub regno ſuo ſunt, ſiquidem bonus cum ſit, ipſorum curam habet, vt bene agant non ſecus atque ouium paſtor. vnde Homerus Agamemnonem paſtorem populorum dixit: talis autem paterna etiam eſt; tametſi magnitudine beneficiorum præſtat. auctor enim eius eſt quod videtur eſſe maximum, vt videlicet ſint filij, eorumque educationis, & inſtitutionis, id quod maioribus quoque attribuitur. Nam & pater filiorum, & maiores nepotum, & rex à ſe rectorum natura imperium obtinet. Atque amicitiæ hæ in ſuperemmentia ſunt. atque icirco honorantur parentes, ac ius inter hos non idem eſt,*

ſed

ſed pro dignitate. ſic enim & amicitia. Viri item & vxoris eadem amicitia eſt, atque in optimipotentia conſiſtit: quippe cum ſecundum virtutem & præſtantiori amplius bonum ſit, & vnicuique quod conuenit. ita quoque etiam ius.

Cum tres ſpecies ciuilitatum ſeu rerum publicarum poſuerit: in vnaquaque inquit eatenus amicitiam eſſe, quatenus & ius. nam ſi maius eſt ius regis erga ſubditos, quàm optimatum, & cenſorum erga eos qui ab ipſis reguntur: amicitia quoque maior ac pulchrior eſt. Regiæ autem amicitiæ paterna proportione reſpondet: ſed præſtat tamē paterna beneficiis. nam pater auctor eſt & cauſa vt ſint filij, id quod maximum eſt. idem quoque auis ac maioribus attribuitur, ideſt conceditur vt nos in vitam produxerint, & reliqua, licet non abſque medio, ſed intercedentibus, ac mediis parentibus. vel idem hoc à parentibus noſtris attribuitur maioribus, quòd videlicet ipſos in lucem & vitam, vt eſſent, procrearint. Supereminet autem huiuſmodi amicitia parentum & regum. neque idem ius eſt patri erga filios, maioribusq; erga nepotes, & regi erga ſubditos, neque amicitia ſimilis, ſed diuerſa ac pro dignitate. viri item erga vxorem amicitia Ariſtocratiæ eſt perſimilis pro decoro enim eſt, & viro amplius bonum exhibetur, ſimili modo & ius inter ipſos eſt.

At vero fratrum amicitia ſodalitiæ eſt ſimilis: æquales ſi quidem ſunt & coætanei. atque huiuſmodi ſimilium morum, ſimiliumque affectuum plerunque ſunt. huic ſimilis reipublicæ illius amicitia eſt, quæ ex cenſis conſtat: quippe cum in ea æquales inter ſe eſſe ciues debeant, ac probi: per vicesq; & C ex æquo principatus fiat. ſimili modo amicitia.

Cum dixerit fratrum amicitiam cenſorum adminiſtrationi eſſe ſimilem, nunc ſodalitiæ eam comparat, licet paulo melior hæc ſodalium habeatur. ſodalitia enim æqualium eſt & coætaneorum, eorumque qui ſimilibus moribus præditi ſunt, ſimileſque affectus habent: ſeu vt altera lectio habet, ſimilium diſciplinarum ſunt. loco enim verbi ὁμοήθεις in quibuſdam exēplaribus ὁμότροφοι repeeritur, quod eos ſignificat, qui iiſdem diſciplinis & imbuti ſunt, & delectantur. talis autem etiam fratrum amicitia eſt. ſuum enim coætanei quodam modo etiam ipſi, & D niſi corruptum animum habeant, & moribus, & affectibus conſentiunt. huic autem ideſt ſodalitiæ amicitiæ ſimilis ea eſt, quæ in cenſorum adminiſtratione exiſtit. in hac enim republica pares eſſe debent ciues inter ſe, ac probi: non exacta illi quidem, atque exquiſita virtute, ſed educati tamen liberaliter, & mediocrites ſecundum leges inſtituti: vnde populari adminiſtratione longe melior eſt, in qua promiſcue omnes, nulla etiam ingenua eruditione præditi dominari conſueuerunt: at in illis quæ cenſu reguntur, per vices & ex æquo adminiſtratio fit. ſimili modo amicitia parium videlicet, & non eorum qui excellunt eſſe conſueuit.

In tranſgreſſionibus autem ſicut iuris, ita amicitiæ etiam parum admodum eſt, & minimum omnium in peſſima. in tyrannide ſiquidem amicitia reperitur aut nihil, aut parum: in quibus enim principi & ſubdito commune eſt nihil, in iis neque amicitia eſt, quippe cum neque ius aliquod ſit. ſed tale quippiam, quod artifici erga inſtrumentum, animæ erga corpus, hero erga ſeruum, nam hæc vtilitatem ab iis conſequuntur, qui ipſis vti conſueuerunt.

Sicut illi qui tranſgrediuntur antedictas rerum publicarum ſpecies, parum habent iuris inter ſe: ita quoque parum amicitiæ habeant, neceſſe eſt: ac minimum omnium peſſima, quæ tyrannis eſt. tyrannus enim ſubditos non amat, ſed eis vtitur quaſi inſtrumentis ad prauitatem ſuā exercendam, & ſi amat, parum admodum amat, atque id vtilitatis ſuæ cauſa. nam vbi nihil eſt principi & ſubdito commune, ſed princeps omnia in ſeipſum trahit ac rapit: neque amicitia, neque ius eſſe aliquod poteſt. neque enim artificis erga inſtrumentum eſſe aliquam amicitiam, ius A ne aliquod dicimus: neque animę erga corpus, neque herierga dominum. illi enim qui iis vtuntur, curant quidem ac iuuant ipſa hæc, ſed non amant. artifex enim inſtrumēti ſui curam habet, expolitque id diligenter, ac conſeruat, ita corpus anima, & ſeruum herus: ſed ſui cauſa tamen id faciunt: quo videlicet ipſorum miniſterio vti commode poſſint.

Sed erga inanimata neque amicitia vlla eſt: neque ius: neque erga equum, aut bouem, neque erga ſeruum, quatenus ſeruus eſt: nihil enim habēt commune. nam ſicut ſeruus animatum eſt inſtrumentum. ita inſtrumentum inanimatus ſeruus eſt. quocirca in eo quòd eſt ſeruus, erga ipſum amicitia nō eſt, in eo quòd homo, eſt: quippe cū vnicuiq; homini ius quod- B dam eſſe videatur erga vnumquemque qui cum ipſo legis, ac fœderis eſſe particeps poteſt. & amicitia igitur erit, quatenus homo eſt. Atq; in tyrānidibus quidem & amicitiæ, & iuris parum admodum eſt: in populi adminiſtrationibus plurimum: cum enim ſint æquales, multa inter ſe habent cōmunia.

Quo modo amicitiam hero erga ſeruum nullam eſſe dixerit, nunc declarat. nam quatenus eſt ſeruus quiſpiam eatenus nullam cum hero æqualitatem habere debet: ſed hero cōuenit, vt ſeruo omnia imperet, quæ ad ſuum commodum, ſuamque vtilitatem ſpectent. quatenus vero eſt homo, ille qui ſeruit, in eo cum hero habere amicitiam quandam poteſt. quin immo nonnulli longe præſtantiores conditione ſeruili ſeruos nati, non modo amicos, ſed ſocios ac ſodales ſibi illos reddidere. In tyrannidibus igi- C tur vel parua vel nulla erga ſubditos amicitia eſt: in populipotentiis plurimum: omnium ſcilicet ciuilitatum, quæ modum tranſgrediuntur. nam cum ſint ęquales, multa habēt communia, vbi vero eſt communio ibi & amicitiam & ius locum habere perſpicuum eſt.

De amicitia ſodalitia & filiali. Cap. XII.

IN communione igitur & ſocietate omnis amicitia conſiſtit, ſicut dictum eſt. conſanguineam tamen & ſodalitiam ſegregaret quiſpiam: nam ciuiles, & tribules, & nauticæ, D & quę ſunt huiuſmodi, ſocialibus magis ſimiles ſunt. eſſe.n. quaſi ex pactione quadam videntur. inter has vero aliquis etiam hoſpitalitiam reponeres.

In communitate & ſocietate amicitia omnis eſt: hoc eſt omnes ex eo quòd ſocietatem inter ſe habent, ſeſe mutuo amant. vt ſunt ciues, contribules, & connauigantes, & cæteri huiuſmodi. ab his autem amicitiis eas quæ ſunt inter cognatos & ſodales ſegregaret, ideſt ſepararet quiſpiā: nō enim hi ob ſocietatem ſunt amici, ſed ob honeſtatem & naturæ coniunctionem. natura enim comparatum eſt, vt cognati ament cognatos. ſodalitia quoque amicitia ob bonum ipſum, morumque cōformitatem, ętatiſque ęqualitatem exiſtit. ſociales autem amicitias, atque in commu- E nione conſiſtentes eas vocat, quæ quaſi ex pactione quadam fiunt. nā ſi huiuſmodi ſunt ſociales, merito quæ ſunt inter cognatos & ſodales, in communione & ſocietate eſſe minime dicendæ ſunt: quippe cū non ex pactione ſed natura inducente & cognati, & ſodales ſeſe mutuo amēt.

Conſanguinea aūt eſſe multiformis videtur, & tota ex paterna dependere. parentes.n. amant liberos, quaſi ex ſe quiddā ſint. liberi aūt parētes, quaſi ex illis quippiā ſint. magiſque ſciunt parentes qui ex ſe orti ſint liberi, quā nati ex illis ſe eſſe genitos. maiorem item id à quo aliquid eſt, cū genito habet neceſſitudinis coniunctionē, quā quod factū eſt, cū eo qui fecit. propriū.n. ei a quo oritur quippiam, eſt id quod ex ipſo oritur: vt dens, vt capillus, & quodlibet ei qui id habet, illorum autem nulli id à quo oritur, vel minus. accedit etiam longinquitas temporis. hi ſiquidem liberos ſtatim vbi nati ſunt, amant, illi progreſſu temporis parentes, vbi intelligentiam, aut ſenſum adepti ſunt. Atq; hinc cur matres magis di

ligant

ligant, etiam patet: Parentes igitur filios vt ſe ipſos amant: qui enim ex ipſis oriuntur, ſunt quaſi alteri ipſi, dũ ſeparati ſunt: filij autem parentes, vt ab illis producti. At fratres ſe mutuo diligunt ex eo quòd ex iiſdem nati ſunt. eadem enim quam cum illis habent, natura ipſos inter ſe eſſe idem facit: vnde inquiunt eundem ſanguinem, eandemque radicem, atq; huiuſmodi. ſunt itaque idem quodãmodo etiam in diſtinctis. Multum etiam ad amicitiam facit & coeducatio, & ætas: ætati enim æqualem æqualis delectat, & conſueſcent es ſodales sũt. vnde fraterna hęc amicitia ſodalitię eſt perſimilis.

Conſanguinea & cognata amicitia multiformis ac varia eſt: vt patris erga filios: filiorum erga patrem: fratrum inter ſe: cæterorum denique, qui cognatione coniuncti ſunt. ſed reliquæ omnes ab ea quę parentum eſt, originem habent. maiorique eſt pater filio, quam filius patri neceſſitudinis nexu coniunctus. fratres autem inter ſe ſunt idem reſpectu parentum: nam cum ſint idem cum parẽtibus, id eos inter ſe quoque eſſe idem facit: nam quæ eidem ſunt æqualia, ea inter ſe etiam eſſe æqualia neceſſe eſt. ſunt. n. ex eodem ſanguine, eademq; radice. ſanguis etenim & radix ſibi proportione reſpondent. nam quemadmodum rami qui ab eadem radice producti ſunt, & inter ſe mutuo, & cum radice ſimilitudinem habent, ſed inter ſe tamẽ ſunt ex eo ſimiles quòd ab eadem radice omnes pullularunt: ſic qui ab eodẽ parẽtũ ſanguine orti ſunt, in eo ſunt inter ſe ſimiles, & coniuncti quòd ab eodem ſanguine extiterũt quantumque ad originem vineam paternam attinet, ex qua dependent, idem cum patre ſunt, licet diſtincti ac diuiſi corporibus fuerint.

Patrueles item & reliqui cognati ex his coniunctionem habent, eo quòd videlicet ab iiſdem ſunt: ſuntque alij propinquiores, alij alieniores, quo vel propius, vel longius auctor generis abeſt. eſtque amicitia filijs erga parentes, & hominibus erga deos tanquam erga bonum quoddam, atque excellens. beneficia enim maxima contulere: quippe cũ ſint in cauſa vt & ſint, & enutriti atque educati fuerint, poſteaquam in lucem venerunt. habetque huiuſmodi amicitia iucunditatem atq; vtilitatem eo magis quam alienę, quo etiam communior vita inter ipſos eſt. Sunt item in fraterna, ea quæ in ſodalitia, & magis inter probos, & omnino ſimiles, quo coniunctiores etiam ab ortu ſe mutuo diligunt, quoq; moribus ſunt ſimiliores qui ex iiſdem nati ſunt, ſimulq; nutriti, atque inſtituti ſimiliter. Temporis præterea comprobatio plurima, ut firmiſſima eſt. Atque in cæteris cognatis ita amicitiæ ratio proportione ſeruatur.

Patrueles ſeu conſobrini, reliquique cognati vt nepotes & pronepotes coniunctionem inter ſe neceſsitudinemq; habent, eo quòd ex iiſdem fratribus ſunt procreati, ac dependent. è quibus magis propinqui illi ſunt, qui ad generis auctorem magis accedunt.

Viro item & vxori amicitia eſſe natura videtur, homo enim coniugale magis, quam ciuile animal eſt, quanto prior magisq; neceſſaria eſt familia quã ciuitas, & filiorũ quoque procreatio aĩalibus cõior. Sed alijs quidẽ animalib. eatenus cõiũctio eſt: at homines non ſobolis procreandæ tãtummodo ſed rerum etiam quæ ad vitũ ſpectant, comparandarũ cauſa cohabitant. officia enim continuo diuiſa inter ipſos ſunt, alia viri, & alia vxoris, ſibique mutuo opitulantur, quæ propria ſunt in cõe conſtituentes. atq; ob id & vtilitas & iucunditas eſſe in hac amicitia videtur. eſſe etiam poſſet ob virtutẽ ſi probi eſſẽt. eſt ſiquidẽ vtriuſq; virtus atq; eiuſmodi re gauderent. Vinculum autem ipſorum eſſe filij videntur. vnde citius qui liberis carent, diſſolui conſueuerunt: quippe cum filij cõe bonum ambobus ſit. quod autem cõe eſt, connectit. At nero cum quæritur quo modo viro cum vxore ſit conuiuẽdum demũ amico cũ amico nihil aliud quæri, videtur, quam quo

A *pacto ius eſt. neque enim amico erga amicum, neque erga alienum, & ſodalem, & condiſcipulum idem ius eſſe conſtat.*

Quanto inquit familia magis neceſſaria eſt quam ciuitas & prior, tanto etiam ſobolis procreatio animalibus, magisque homini communior eſt, magisque neceſſaria. nam ſicut niſi eſſet familia, conſtare ciuitas non poſſet: ita ſi filij non gignerentur qui cariſſimi ſunt, neque vita humana, neque amicitia conſiſteret. Qui autem quęrit, quo modo vita viri cum vxore, & amici cum amico eſſe debeat is nihil aliud quærit, quam an ſimile ius inter ſe habeant. quod quia ſimile non eſt, neque ſimilem vitam eorũ inter ſe futuram eſſe cenſendum eſt.

B

De duplici iure & de compenſanda amicitia. Cap. XII.

CVm tres ſint amicitiæ, quemadmodum in principio dictum eſt, & in vnaquaque alię in ęqualitate, alij in excellentia ſint amici. ſimiliter. n. boni ſunt amici, et melior peiori: ſimiliter etiam iucundi, & ob vtilitatẽ, vel æquales in adiumentis exhibendis, vel differentes: eos qui in ęqualitate conſiſtunt, & amando & reliquis adæquari oportet, eos vero qui ſunt inæquales, reddere quod pro portione ſuper eminentiæ requiritur.

C Tres cum ſint amicitiæ, vt dixit, ob bonum, ob iucundum, ob vtile: in vnaquaque ſunt & æquales & ſupereminentes: æquales quidem, cum vtrique ſunt boni: ſuperemĩnentes cum alter bonus, alter diues eſt: ita tamen, vt diues cognoſcat ſe quanto diuitiis excellit, tanto etiam à bono viro virtute ſuperari: vel ſupereminentes, cum alter bonus eſt, alter prauus quidem, ſed non eiuſmodi tamẽ qui prorſus ſit corruptus: ſed qui corrigi, ac reduci ad meliorẽ frugem poſſit. Aequales item, cum duo vrbani inter ſe ſunt amici: ſupereminentes, cum alter vrbanitate, alter diuitiis excellit. Simili modo etiam æquales ſunt, cum vtrique æquam vtilitatem ſibi mutuo exhibẽt: ſupereminẽtes, cũ hic maiorem, ille minorem. Qui igitur ſunt ęquales tã ob bonum quam iucundum, & vtile, debẽt in amando quoque

D adæquari. nam ſi boni ęquales ſint, æquali amore mutuo ſeſe proſequentur, pari modo in cæteris. qui ſunt inæquales, eos pro portione reddere ſibi mutuum oportet: vt probus vir diuiti eum honorem exhibeat, quem diuitiæ poſtulant, diues probum virum honoret, ſicut virtute prędit um decet.

Expoſtulationes autem & querelæ in ea amicitia fieri conſueuerunt, quæ ex vtilitate eſt, vel ſola, vel maxime: atque id nõ iniuria. qui enim ob virtutem amici ſunt, ad beneficia ſibi mutuo conferenda ſunt prompti: quod virtutis & amicitiæ proprium eſt. eorum vero qui in hoc certant, expoſtulationes nullæ, neque pugnę eſſe poſſunt: quippe cum erga

E *eum qui amat & benefacit, indignetur nemo, ſed ſi gratus ſit benefaciendo etiam ipſe reſpondeat, quique benefaciendo exuperat, cum conſequatur id quod cupit, accuſare nullo modo amicum poſſit, nam vterque bonum appetit. Neque in iis quodmodum quæ ex voluptate conſiſtunt, contingere accuſatio conſueuit. ſimul. n. vtriſque id fit, quod cupiunt, ſi conuictu mutuo oblectantur. ridiculus enim videretur, qui nõ oblectantem accuſaret, cum liceat non ſimul degere. At ea eſt expoſtulatrix amicitia quæ ex vtilitate contrahitur, nam cum ob cõmodum propriũ mutuu conſuetudine vtantur, pluris ſemper indigent, minusque habere exiſtimant, quam conueniat, accuſantque quòd quantum indigent, tantum etiam non conſequuntur, cum digni ſint: qui vero bene faciunt, tantum exhibere nequeunt, quantum indigent illi qui accipiũt. Videtur autem ſicut ius eſt duplex, alterum non ſcriptum, alterum legitimum, ſic amicitia quę ex vtilitate fit, moralis altera eſſe, alteru legitima: querelæ igitur tunc pręcipue oriũtur,*

tur, cum non ex eadem contractus fiunt ac diſſolutiones. Ac legitima quidem in cōdictis conſiſtit, altera omnino vulgaris è manu in manum: liberalior altera in tempus, ex pacto tamen quid pro quo reddendum ſit. in qua manifeſtum quidem eſt & non ambiguum quod debetur, ſed amica dilatio conceditur. vnde inter nonnullos ex his iudicia minime fiunt, ſed acquieſcendum putant, cum fide inter ſe contraxerint.

Sicut duplex eſt ius, alterum non ſcriptum, cum ex conſuetudinis obſeruatione, alterum ſcriptum cum ex lege fit iuſtificatio, ita amicitia quæ ex vtilitate conſtatur, partim lege conſtat. vnde cum in hac ſola ferè querimoniæ contingāt, queri conſueuerunt amici, ſi diſſolutiones nō fiant, ſicut contraxerunt. ſi enim quis alicui quinquaginta numos tanquam amico det, ac de fœnore ne verbum quidem vllum faciat, ſed non ſcripto iure contrahat: deinde in ſolutione fœnus inſuper exigat: is alio diſſolutionem eſſe faciendam cenſet. Legitima autem amicitia etiam ipſa duplex eſt: vulgaris altera ac forenſis, cum quis ſtatim aliud accipit, & aliud in manus dat, numerataque pecunia rem agit: altera ad tempus, quæ eſt liberalior, cum videlicet dat quiſpiam alicui, verbi cauſa decem numos ſibi in annum ſequentem reſtituendos cum fœnore: manifeſtumque eſt in hac quod debetur. vnde ſi ille qui accepit vlterius differt, ac non reddit, amici non eſt repetere.

Sed moralis non in condictis verſatur, ſed tanquam amico donat, aut quodcunque aliud alteri exhibet, deinde aut æquale aut amplius ſibi eſſe recipiendum cenſet, quaſi non dederit, ſed mutuarit. cum autem non ſicut contraxit, etiam diſſoluat: alterum accuſabit. hoc vero contingit, propterea, quòd volunt quidem honeſta omnes, aut plerique, ſed vtilia tamen eligunt. honeſtum enim eſt beneficium conferre, non vt viciſſim recipiamus. vtile autem beneficio affici eſt.

Moralis amicitia quę ex vtilitate conſtat, dat vt amico, ſed exigit poſtea aut æquale, aut amplius, quaſi non dederit vtilitatis illius cauſa quia accepit, ſed mutuarit & fœnerauerit, vt ex ea re lucrum faceret. cum igitur ſine fœnore contraxerit, & poſtea cum fœnore diſſolutionem faciendam cenſeat: atque hoc, id eſt accuſare amicum, aliterque contractiones, atque aliter diſſolutiones facere, ex eo euenit, quòd omnes videri probi & honeſti volunt: atque idcirco cum dant, nihil requirunt, vt boni eſſe videantur, deinde ex ea datione vtilitatem conſequi cupiunt: ac propterea amicum accuſant.

Siquis igitur poteſt, retribuere debet dignas gratias iis quæ accepit, atque id ſponte: inuitus enim amicus faciendus non eſt. ei igitur utpote qui aberrauerit in principio, ab eoque acceperit beneficium, à quo non oportebat: non enim ab amico accepit, atque eo qui propter ipſum id faceret: perinde ac ſi ex condictis beneficio affectus ſit, ita diſſoluendum. pepigiſſet, ſi quidem qui poteſt, ſe eſſe redditurum: & eum qui non poteſt, neque ille qui dedit, dignum cenſuiſſet qui acciperet. quare ſi poteſt reddendum eſt. in principio autem eſt conſiderandum, à quo & qua conditione beneficio afficiatur quiſpiam, ut his acquieſcat, uel minime.

Si igitur poteſt ille qui accepit, debet reddere dignum beneficium iis quæ accepit, atque id ſponte: ſi ille videlicet vult qui dedit. nam alioqui inuitus non eſt amicus faciendus ille à quo accepimus. ſed quaſi errauerimus in principio accipiendo, dum ab eo fuimus affecti beneficio, à quo non oportebat, eo quòd videlicet non tanquam amicus nobis dabat, quia cum malo contraximus, perinde ac ſi ex conuentione actum inter nos eſſet, reddere ita debemus. nam qui habet, ſi ille qui dedit, requiſiuiſſet, pepigiſſet ſe eſſe redditurum, & ille qui dedit, dandum eſſe minime cenſuiſſet, ſi ille qui accepit, non fuiſſet ſoluendo. quocirca à principio conſiderandum eſt, à quo viro, à bono ne an malo beneficium accipiamus: quaque conditio-

A ne & pactione, vt ſi acquieſcere his poſtea velimus, accipiendum: ſin minus, non accipiendum nobis eſſe cenſeamus.

Dubitationem autem hæc res habet, utrum utilitate eius qui accepit, an beneficio eius qui contulit, metiendum ſit id quod retribuere debemus. qui enim acceperunt, extenuantes rem talia ſe accepiſſe à benemeritis dicunt, quæ ſicut illis parua erāt, ita ipſi accipere ab aliis poterāt: illi uero cōtrà, quæ maxima erant apud ſe, & ab aliis non licebat, & in periculis, ac neceſſitatibus huiuſmodi ſe dediſſe aiunt. nunquid igitur quia ob utilitatē eſt amicitia, eius qui beneficio eſt affectus utilitas menſura eſt? hic enim eſt is qui indiget: & ille huic opitulatur, quaſi æquam gratiam recepturus. tanta igitur
B *fuit opitulatio quantum adiutus eſt. unde tantum eſt illi reddendum, quantum eſt conſequutus, uel etiam amplius. id quod honeſtius eſt.*

Dubitatio oritur vtrū ſequi debeamus vtilitatem eius qui beneficio eſt affectus, an beneficium eius qui dedit: atque ita retributionem facere. quam ſoluit, menſuram eſſe debere inquiens eius qui accepit vtilitatem. ſi enim quis decem numos alicui dederit, & his ille centum fuerit lucratus, ei qui beneficium contulit, dimidium totius lucri eſt reſtituendum, quippe cum ita dederit, quaſi ęquam etiam ipſe lucri portionem recepturus. nam ſi ille qui affectus eſt beneficio, centum numorum emolumentum eſt conſequutus, tantum ille qui dedit, contuliſſe cenſendus eſt. quocirca dimidium lucri, vel amplius etiam eſt retri-
C buendum.

In amicitiis autem quę ex uirtute exiſtunt, criminationes nullæ ſunt. ſed eius electio qui beneficium contulit, menſura ſimilis eſt, quippe cum uirtutis, ac morum præcipua uis in electione conſiſtat.

In amicitiis proborum hominum criminationes & querelæ non contingunt. cum enim eius qui bonum fecit, electio menſura ſit, & ipſe nihil velit, neque exigat, neque conqueretur vnquàm aut accuſabit.

De querelis in amicitia per ſuper eminentiam, & de abdicatione. Cap. XIIII.

D *IN illis uero quæ ex ſupereminentia fiunt, diſſenſiones quoque accidere conſueuerunt: uterque enim plus ſibi eſſe habendum cenſet. quod quando fit, amicitia diſſoluitur. nā qui præſtantior eſt, conuenire ſibi exiſtimat, ut plus habeat: bono enim amplius eſſe tribuendum. ſimiliter etiam qui eſt utilior: inutilem enim aiunt non oportere æqualem partem habere: alioqui miniſtrationem futuram non amicitiam, niſi pro dignitate operū fiāt ea, quæ in amicitia aguntur. putant ſiquidē ſicut in pecuniarum cōitatione plura accipiunt, qui plura contulerunt: ita in amicitia quoque eſſe faciēdum. At indigus & inferior econtrario: boni enim amici eſſe opem ferre indigentibus. quid enim inquiunt, prodeſt, ſi probo*
E *uiro aut potenti quiſpiam ſit amicus, ſi nullam utilitatem ex eo ſit conſequuturus? uidetur autem uterq; recte cenſere. oportetque utrique ex amicitia amplius quidem tribui, non eiuſdem tamen rei amplius: ſed ei qui excellit, honoris, ei qui indiget, lucri. uirtutis enim & beneficii præmium honor, indigentiæ ſubſidium lucrum eſt.*

Quoniam tres amicitiæ ſpecies ſunt, atque ſupereminentias habere poſſunt, diſſenſio etiam in excellentiis contingit. vult enim præſtantior, id eſt bonus, vult item diues, is enim vtilior eſt, plus altero habere. inquit enim diues eum qui inutilis eſt in diuitiis, non debere æqualem diuitiarum portionem habere: nam ſi ita fiat, miniſterium futurum id ſuum, non amicitiam, ſi ipſe miniſtret & exhibeat pecunias, ille vero ex æquo earum nihilo minus particeps ſit. ſimili modo etiam contrà alter vult. Quocirca inquit, ei qui excellit vel diuitiis, vel virtute honor eſt tri-

buendus, indigẽti autem exhibendæ pecuniæ ſunt. vt hoc modo & excellentię ratio habeatur, & nihilo minus ſeruetur æqualitas.

Hoc ita ſe habere in rebus publicis apparet. non enim honore afficitur qui nullum bonum reip. affert: quippe cum id quod publicum eſt, ei detur, qui de republica bene meretur. publicum autem quoddam eſt honor. non enim fieri poteſt, ut & lucretur quiſpiam ex republica, & honoretur: cum in omnibus minus habere ſuſtineat nemo. ei igitur qui in pecunijs eſt inferior, honorem: ei qui munera non accepit, pecunias tribuũt. quod enim pro dignitate fit, amicitiam, ſicut dictum eſt, & adæquat, & conſeruat. Ita igitur etiam cum inęqualibus uerſandum eſt. ab eoque qui aut in pecunijs aut in uirtute eſt adiutus, retribuendus honor eſt: atque id, quatenus facultas ipſius fert, quod enim fieri poteſt, non quod pro dignitate fit, amicitia exigit.

Videntur etiam in rebus publicis honores conſequi, qui vel excellunt diuitiis, vel in rẽpublicam benefici ſunt, vnde eſſe mirum non debet, ſi qui pecunias accipit, non honoratur. nemo ſiquidem eſt, qui minus habere in omnibus velit, vt & pecunias det, & honores non accipiat, quippe cum ei qui pecunias exhibet, honores tribuendi ſint, & ſiquis pecunias accipit, ad virtutemq́ue inſtruitur, rependere honorem debeat, atque id pro viribus, ac qua-

A tenus poteſt. cum id quod pro dignitate fit, non requirat amicitia, ſed quod poteſt.

Neque enim quod pro dignitate fit, in omnibus eſt: ſicut in honoribus qui dijs, aut parentibus exhibentur: nemo enim referre his dignam gratiam poſſet: ſed qui pro viribus colit, is eſſe probus videtur. atque iccirco non licere filio patrem abdicare, patri autem filium licere videretur. reddere enim oportet eum qui debet. at quicquid fecerit filius, nihil dignũ collatis beneficijs fecit. quare ſemper debet. quibus autem debetur, ijs dimittendi eſt facultas: igitur patri quoque erit. Adde quòd nemo fortaſſe unquam ſeceſſurus videretur, niſi prauitate exuperet. nam præter naturalem amicitiam ſubſidium non detrectare humanum eſt. ei vero fugiendum eſt,

B *aut non ſtudendum opem ferre, ſi ſit prauus. beneficio enim affici volunt plerique. facere autem vt inutile fugere conſueuerunt. Ac de his quidem hactenus dictum ſit.*

In omnibus quod pro dignitate eſt, minime ſeruatur, vt erga deos & parentes. non enim pro dignitate venerari eos quiſpiam poteſt. iccirco non licere inquit filio patrẽ repudiare, quippe cum oporteat eum qui debet, reddere, nihilq́ue eiuſmodi facere poſsit filius quod beneficijs paternis dignum ſit. vnde filii dimittendi patri poteſtas eſt, cui ille debet. nemo vero à filio ſecederet, eumque abdicaret, niſi prauum admodum eſſe ipſum videret.

Finis Octaui Libri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE MORALIVM NICOMACHIORVM

LIBER NONVS,

CVM EVSTRATII EPISCOPI EXPLANATIONE, Quam nonnulli Michaeli Epheſio aſcribunt,

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

AMicitiam nō modo eſſe partem totius atque vniuerſalis iuſtitię quæ eſt quaſi legalitas quædā, verum etiam particularis, quæ æqui eſt diſtributiua, obſcurū non omnino eſt. hęc enim iuſtitia, vt in Quinto huius operis Libro demonſtratum eſt, ęqualitatis eſt diſtributiua. & amicitia quoque æqualitatem amicis exhibet: quippe cum eſſe æqualitatem neceſſe ſit, ſi ſeruari amicitia debeat. nam ſi quantum pauper diuitem & amat & honorat, proportione tantum etiam viciſſim recipiat ex rebus, quibus affluit diues, amicitia ſeruatur: ſin minus, diſſoluitur. in reliquis etiam ſimili modo. vt hinc particularis iuſtitiæ partem eſſe amicitiam, conſtet. Nam eā non vt genus denuncupari de particularibus amicitijs, ſed eſſe ex numero eorum quæ ab vno ſunt, ad vnumque dicuntur, in ſecundo magnorum moralium libro ab Ariſtotele ipſo definitum eſt. Quòd ſi alicubi ſpecies hic amicitias appellet, id quo modo accipiendum ſit, in præcedenti libro declarauit. cum enim tria amabilia ſint, ob quæ videlicet homines amant, bonum, iucundum, vtile, tres quoque eſſe amicitias neceſſe eſt. qui enim quempiam amat, eum uel tanquam bonum amat, vt ſapientem, aut temperantem, aut fortem, aut iuſtum, aut omnibus his ſimul virtutibus præditum, vel tanquam iucundum, cuiuſmodi eſt vrbanus homo ac facetus, aut amicos, uel tanquam vtilem. vtilis autem dicitur ille ex quo bonum aliquod euenit. ob vtilitatem autem vulgares maxime amici ſunt. Ac bonum quidem & iucundum amabilia ſunt, vt fines, vtile, vt ad finem conducens. In ſuperiori igitur libro cum partibus his, ſeu ſpeciebus amicitiæ, atque abſolute de amicitia ipſa tractarit, quænam ipſa ſit, inter quos conſiſtat, & circa quid uerſetur, optime explicauit. Quænam ſit, cum virtutem eam eſſe dixit, aut cum virtute. nam amicitia etiam circa actiones & affectus, ſicut virtus, verſatur. amicæ enim actiones nonnullæ ſunt & amor ipſe affectus eſt. Inter quos, cum inter ſimiles & diſſimiles poſſe conſiſtere aſſeruit. inter bonos enim eſt ac probos uiros, qui quatenus boni ac ſimiles ſunt, eatenus ſeſe amant. at cæteræ duæ ob vtilitatem & voluptatem inter diſſimiles. Circa quid vero, cum circa bonum, iucundum, & vtile verſari eam oſtendit. Hæc in ſuperiori Libro cum dixerit, aliaque multa quæ ad amicitiæ diſputationem pertinent, in hoc Nono Libro reliqua quæ de amicitia reſtant dicenda, perſequitur.

A Quæ conſeruent amicitiam, Cap. I.

IN omnibus amicitijs, quæ diſsimiles ſpecie ſunt, id quod pro portione reſpondet, ſicut dictum eſt, amicitiam conſeruat. Quemadmodum & in ciuili, ſutori pro calceis pro dignitate commutatio fit, textori item, & reliquis.

Nōnulla quę in priori libro dicta ac demonſtrata ſunt, in memoriam hic reducit. cuiuſmodi eſt, id ſeruare diſſimilium amicitias, quod pro portione exhibetur. nam ſimiles ac conformes amicitię, vt diximus, illæ ſunt, quæ in
B ter bonos conciliantur, reliquæ diſſimiles. ſimiles enim & pares numero, & uiribus boni ſūt. quot enim & qualia in vno bona ſunt, totidem ac talia in altero quoque conſpiciuntur, atque iccirco inter ſe quoque æquales ſint, neceſſe eſt. vt magnus Baſilius Gregorio theologo, & ille uiciſſim Baſilio, ita ut neuter ipſorū neutro amplius, ſed æquale vtrique ſibi habēdum cenſerent. inter quos ſanè æqualitas in omnibus, amicitia eſt. At patris erga filium & filii erga patrem amicitia ſimilis, atque ęqualis abſolute non
C eſt, quippe cum neque pater filio, neque filius patri ęqualis ſit. iccirco, quod pro portione fit, amicitiam horum cōſeruat. oportet enim vt quanto pręſtat pater filio, tanto etiam filij erga patrem amicitia ſuperiora ea ſit, quæ eſt patris erga filium. quare inter hos amicitiam illud ſeruat quod geometrica conuenientia æquale eſt, quod in æquale eſt, quod in æqualitate quantitatis minime conſiſtit, ſicut ſatis, ſuperque in Quinto Libro demonſtratum eſt, ſed in rationum ſimilitudine. Amicitias autem non inter ſimiles tantum, ſed inter diſſimiles quoque exiſtere in ſu
D periore libro eſt declaratum. prauus enim uirtute præditum virum qui eſt diſſimilis, ob uirtutis indigētiam amat, dum enim ſe uirtutem ab eo conſequuturum ſperat, amicus ei fit. pauper ſimili modo diuiti, ob inopiam .n. eorum quibus affluit diues, amicus efficitur. & omnino quatenus quiſque altero indiget, eatenus amant, amicitiamq; inter ſe mutuo ineunt. In omnibus igitur diſſimilibus amicitiis, quod pro portione fit, eſt, quod conſeruat, non ſecus atq; in ciuili ſocietate. ſicut enim illa quoque conſeruatur, cū pro portione reſpondet inter ciues permutatio, ita amici
E tia. ſi enim vrbanus pro ratione voluptatis quam exhibuit quippiam ex iis quibus indiget, ab altero acceperit, durat amicitia, ſin minus, diſſoluitur. ſimili modo & amicæ erga amatorem, & cæterorum huiuſmodi amicitiæ diuerſarum rerum recompenſatione ſeruantur.

At que hic communis menſura nummus comparatus eſt ad quem omnia referuntur, quoque menſurantur omnia.

Quo modo menſura omnium communis nummus ſit, licet in Quinto Libro copioſius declaratū fuerit, nūc ēt tñ nōnulla huc videtur eſſe referēda. Sit domus opus ædifica

toris,& lectica opus fabri:ſitque opus ædificatoris decem A numis, opus fabri vno dignum, quãdoquidem omnia nummo æſtimari poſſunt. hinc apertum fiet, ſi ita faciamus, quot lecticæ domui vni equales ſint. cum enim quinque numis domus conſtet,lectica quæ vno tantum eſtimatur, quinta erit pars domus,quinque igitur lecticę domui vni erunt æquales. ſi item decem numos inter domum & lecticam ſtatuamus, idem efficitur,nam domus quæ quinque numis conſtat, dimidia pars decem numorum eſt,lectica vero eſt decima pars, quippe quæ vno tantum numo æſtimatur.ſi igitur lectica vna vno numo eſt digna, quinque,erunt dignæ quinque numis, quæ dimidia decem numorum pars eſt,at domus quoq; dimidia pars decem numorum eſt,quæ autem alicuius ſunt dimidia, inter ſe eſſe æqualia neceſſe eſt,quinque igitur lecticæ domui vni quo B que ſunt æquales. Quare vel quinque lecticis,vel quinque numis acceptis ædificator domum vnam dabit.In omnibus vero huiuſmodi cum ignoramus quantum excedat, vel deficiat opus alterius,vel vtrum neque excedat neque deficiat,ſed æquale ſit: numi vſus adhiberi conſueuit,quæ harum rerum mẽſura eſt, ſicut magnitudinis cubitus,aut pes dimenſionem manifeſtam facit. Idem quodammodo & aceruo modius,& grauibus rebus libra,& numero vnitas præbet: Amicitia igitur etiam horum artificum perſeuerat, cæterorumque omnium qui propria opera inter ſe permutant, cum pro rata portione æqua fit recompenſatio: alioqui diſſoluitur.

In amatoria autem amator interdum criminatur, quòd cum ſupra modum amet, non redametur: cum nihil ipſe, ſi ita inciderit, amabile in ſe habeat, ſæpe item amatus,quòd cum ille prius promiſerit omnia, nihil poſtea præſtet. Huiuſmodi autem querimonię contingunt, cum alter voluptatis cauſa amatum amat,alter amatorem ob vtilitatem: & hæc ambobus non adſunt. nam cum horum cauſa amicitia conſtet cum ea non fiunt ob quæ amabant, amicitiæ diſſolutio efficitur. non enim ſe mutuo amabant, ſed ea quæ vtriſque aderant, quę ſtabilia non ſunt, quocirca huiuſmodi etiam ſunt amicitiæ. C

Qui ob vtilitatem amant, vt ſunt faber, & textor,& ſutor,& ædificator: cum pro rata portione, vt dictum eſt, beneficia inter ſe mutuo recompenſent, ſeque mutuo iu- D uẽt, non immerito ſe redamandos eſſe ab amicis ſuis cenſent. qui enim æqualia & ſimilia iis quæ accepit, reddit: dignus eſt, qui ametur, ſicut etiam amat. ſi autem alter ob aliud quid amat,& alter ob aliud, ita vt quod ex conuenientia eſt æquale, exiſtere non poſſit,velle ex æquo redamari ridiculum eſt, vt in amatore & amica contingit, non enim vtriſque idem amabile eſt,ſicut ante dictis vtilitas: ſed amatori forma & pulchritudo, amicæ pecuniæ placent. in quibus ſanè rebus æqualitatem ex conuenientia reperire difficillimum eſt. Atque hæc eſt horum verborum ſententia. ſed ad verba ipſa veniamus. Interdum, inquit,amator criminatur & conqueritur, quòd ex ęquo ſicut ipſe amat; non redametur, cum nihil fortaſſe in ſe habeat quod amore dignum ſit, id eſt cum eſſe neque vti E lis, neque alioqui iucundus queat. nam ſi pecuniæ defecerunt, ob quas amabatur, amato ſeu amicæ vtilis minime eſt, ſi conſenuit, non eſt iucundus. immo quandoque fit, vt licet pecuniæ adhuc ſuppetant, amabis ſuis iniucundi huiuſmodi homines ob ſenectutem reddantur. interdum igitur amator, interdum impuriſſimus ille qui amatur, conqueri conſueuit, quòd cum amator ante flagitioſiſſimum concubitum omnia quæcunque vellet, ſe facturum eſſe polliceretur, nihil poſtea præſtet, atque ob hæc amicitia diſſoluitur. cum videlicet & amatori pecunię deſunt, vel etiam iuuentus defloruit,& amatus priſtinam pulchritudinem amiſit. quæ res cum ſtabiles nõ ſint, & facile deficiant, amicitiam quoque deficere, atque interire neceſſe eſt. Proborum vero amicitia cum ob uirtutem ſit, immutabilis eſt, propterea quòd virtus ob quam,inter ſe ſunt amici, ſtabiliſſima res, ac firmiſſima eſt.hi ſanè quo ad uixerint, ſemper ſibi mutuo iucundi ſunt,voluptatemque exhibent, cum ex vnaquaque virtute animi pulchritudo, quam diligunt, efflorescat ac vigeat.neque iucundi tantum, verum etiam vtiles inter ſe ſunt.virtus ſiquidem ſicut res honeſtiſſima,ita ſuauiſſima eſt, atque vtiliſſima.

At morum amicitia per ſe cum ſit, permanet, ſicut dictum eſt.

Cum dixerit amicitias quæ ob iucunditatem & vtilitatem fiunt,non eſſe ſtabiles, ſubiungit,ac morum amicitia &c.mores appellans virtutes. Quæ ob mores igitur amicitia conflatur, cum per ſe & proprie ſit, perſeuerat, ideſt cum propter ipſos ſeſe mutuo ament probi viri. non propter ea quæ ipſis adſunt,amicitia perdurat.

Diſſentiunt autem etiam cum alia fiunt ipſis, & non ea quę appetunt. perinde enim eſt ac ſi nihil fiat,cum id non conſequitur quiſpiam,quod cupit. quemadmodum citharœdo ille qui quanto melius caneret, tanto plura pollicitus fuerat: cũ repeteret mane quod fuerat ipſi promiſſum, voluptatem pro voluptate reddidiſſe ſe dixit. ſi igitur vterque id volebat, ſatis habuiſſet: ſin alter oblectationem, alter lucrum, & ille habet, hic minime: non recte id quod ad ſocietatem ſpectat, inter hos eſſet. quibus enim indiget quiſpiam, iis & ſtudet atque illius cauſa hæc dabit.

Alexandrum nonnulli fuiſſe dicunt eum qui citharœdo promiſit, ſe tanto plura daturum, quanto melius ceciniſſet, alij non Alexandrum, ſed alium quempiam, ad regis illius magnificentiam ſpectantes, promptitudinemque ad beneficia liberaliter tribuenda. nos autem quiſnam is fuerit, cognoſcere, ne admodum laboremus, ſed quæ dicat, aduertamus. Inquit enim, cum citharœdus quidam ſtudioſius ceciniſſet, & deinde quæ ſibi fuerant promiſſa, requireret, illum qui promiſerat, reſpondiſſe, habes omnia quę tibi pollicitus ſum,cumque citharœdus interrogaret,quo modo habere poſſet,cum nihil accepiſſet? rurſus illum dixiſſe, ſicut tu me uerbis & cantiunculis oblectaſti, ita ego tibi uiciſſim verbis & pollicitationibus voluptatem exhibui. accepiſti igitur talia qualia dediſti, cumque aures demulſeris,aurium etiam tu voluptate fuiſti affectus. Diſſentiunt ergo cum non idem fit, quod appetunt,ut in citharœdo contigit. nam ſi voluptate ea aurium citharœdus indiguiſſet, ſicut ille qui audiebat,nullum inter ipſos crimen, nulla querimonia incidiſſet. ſin autem citharœdus lucrum, ille oblectationem & voluptatem quærebat, & ille quidem habet oblectationem, qui cithara cecinit, lucrum non habet, merito ille accuſatur, qui promiſerat. Quibus enim indigemus,iis ſtudere conſueuimus, atque ad hæc ſpectantes ea quæ habemus, damus. ſi enim pallio quis indigeat, in id ipſum pallium quod non habet, reſpiciens, quod habet, id eſt nummos, vel aliud quippiam dat. cum vero inquit, hæc dabit, vel ſicut in alia lectione reperitur, eadem dat nihil aliud ſignificat,quàm dat ea quæ habet.

Sed dignitatem rei ſtatuere vtrius eſt? eiuſne qui prius contulit, an eius qui prius accepit? ille enim qui confert, ei videtur permittere. id quod aiunt etiam Protagoram facere conſueuiſſe. cum enim qualiacunque docuiſſet: ei qui didicerat iubebat ęſtimare, quanti viderentur eſſe digna ea quæ ſciebat, & tantum accipiebat. in talibus autem ſatis eſt non nullis illud: Aſſ homini merces.

Non ſimili modo permutationes omnes fiunt, ſed vulgares homines & forenſes ex condicto è manu in manum accipientes dant. liberaliores vero ad tempus, atque ex pacto quidem etiam ipſi, non tamen certo, & condicto, quòd verbi cauſa decem, aut viginti, aut talem aliquẽ

numerum

numerum ſoluere debeant, nam ſi definitum ſic eſſet, nihil à vulgari & illiberali illa diſtaret, quæ certo quodam ac definito numero precij fieri conſueuit. Cum igitur huiuſmodi ſit hæc ſecunda permutatio, quærit vtriuſnam ſit dignitatem, atque æſtimationem rei ſtatuere, illius ne qui dedit, an qui accepit? exempli gratia, ſiquis pecuniam alicui dediſſet, aut quippiam aliud, ex quo ille qui eſſet mutuatus, lucrum atque vtilitatem fuiſſet conſequutus, vter ex his debet retributionem ſtatuere ac definire, ſi amicitia menſura ſit? nunquid debet, inquit, ille qui dedit dicere, conuenit tibi ò debitor, propterea quod tantum meis pecunijs lucratus es, vt tantum mihi reddas. an eum qui accepit ſpectare oportet ad vtilitatem quam eſt conſequutus, atque ita quid ſibi reddendum ſit, conſtituere? Hanc autem quæſtionem adducit ad ea reſpiciens, quæ ſæpenumero inter ſe dicere huiuſmodi homines conſueuerunt. ſæpe enim incidit, vt & illi qui debent, quamuis ex mutuatione beneadmodum egerint, lucratique ſint, ijs tamen qui mutuarunt, dicant ſe nihil magni ab ipſis accepiſſe ſed pauca quædam & parua, atque ita vilia vt ſi voluiſſent à quolibet alio potuiſſent accipere, quodque inſuper ex ea re ſunt lucrati nihili admodum eſſe, ac propè nihil. & illi qui dederunt, econtrario ſe maxima mutuauiſſe aſſerant, & licet non maxima abſolute, ipſis tamen & maxima & neceſſaria, quæque ab alio nunquam accepiſſent, ipſoſque inſuper innumerabilia alia illis ſibi comparaſſe. Poſteaquam quæſtionem hanc propoſuit, ſubiungit quaſi quandã ſolutionem, cum inquit ille enim qui confert, ei videtur permittere, deficit enim ſententia, eſtque ſubintelligendum, an eius qui prius accepit, vt integer ſenſus talis euadat, an eius qui prius accepit, ſtatuere eſt? ille enim qui confert, ei videtur permittere. debitorem autem appellat, eum qui prius accepit, quippe cum prior ipſe ſit qui accepit, poſterior vero qui mutuo dat, cum gratiæ referuntur. Qui accepit igitur, ſtatuere debet. id quod fertur Protagoras ſophiſta facere conſueuiſſe. cum enim vnuſquiſque qui ad eius diſciplinam accedebat, diceret, ò Protagora, quanti me docturus es artem hanc tuam? reſpondebat, ventita prius, & diſce, poſteaquam vero didiceris, quanti ea quæ ſcies æſtimaris, tantum à te accipiam. atque ita tot numos accipiebat, quot diſcipulus ſtatuerat. diſcipulus autem erat ille qui prius accipiebat. nam prius dabat Protagoras diſciplinam, deinde mercedẽ accipiebat. Sicut igitur Protagoras diſcipulo permittebat pretiũ ſtatuere ijs quę didicerat, ita in ijs quę commodantur, in vtilitatemque eius qui accipit, dantur, videtur ille qui confert beneficium, ei qui accepit permittere, vt emolumentum quod ex ea re eſt conſequutus, æſtimet, ac pro eius ratione, benemerito de ſe gratiam rependat. In talibus autem, id eſt qui vel nolunt accipere antequam docuerint, vel prius beneficia contulerunt, vel fortaſſe & prius contulerunt, & prius acceperunt, ſatis nõnullis eſt Heſiodi illud: vel vt in alio exemplari legitur, placet Heſiodi illud, vt loco ἀρκεῖ, quod ſignificat, ſatis eſt, ἀρέσκει, id eſt placet legamus. verſus Heſiodi ita habet. Condicta aſt homini merces quæ congruat, eſto: hoc eſt, debet homo congruam atque accõmodatam operi, quod fecit, mercedem accipere. Poſſumus etiam id quod inquit in talibus ita interpretari vt de operibus & beneficijs ipſis intelligamus: in quibus nonnullis placet Heſiodi illud, qui videlicet beneficio correſpondentes gratias requirunt. Non dixit autem omnibus, ſed nonnullis placet, ob vulgi inſatiabilem cupiditatem, qui non æqualem gratiam, ſed multò plura ſemper quęrunt accipere, quam dederint.

At qui cum pecunia præceperint, nihil poſtea faciunt ex ijs quę dixerunt: ob nimios promiſſionum exceſſus merito in accuſationes incidunt. non enim pręſtant ea quæ pepigerunt. Atque hoc fortaſſe ſophiſtę coguntur facere, propterea quod nemo eis daret argentum ob ea quę ſciunt.

A *hi igitur cum non faciant ea ob quę mercedem acceperunt, merito accuſantur.*

Qui ſine certo pacto prius accepere pecunias, & deinde non reddunt gratiam pro ratione vtilitatis quam ex beneficio ſibi compararunt, non admodum accuſantur. ſed illi, qui ubi promiſere, modumque beneficij ſtatuerunt quod reddituri ſunt, nihil poſtea efficiunt, ob nimias quæ modum excedunt, promiſſiones, in maximo crimine eſſe conſueuerunt, maximiſque accuſationibus obnoxij ſunt. Id quod ſophiſtæ faciunt, cum enim multa & magna & diuina, quæque maxima digna admiratione ſint, docturos ſe eſſe profiteantur, ſi certam quan-
B dam pecuniam acceperint, nihil poſtea ea accepta præſtant, & cum nihil ſciant, nihil docent, quippe cum imperitiſſimum, & glorioſiſſimum, pecuniæque auidiſſimum genus hoc hominum ſit. promittũt autem ea, propterea quod ſi ea quæ ſcirent, ingenue ſe eſſe docturos profiterentur, neminem inuenirent, qui vel obolum quidem ipſis exhiberet. Tredecim enim modis vniuerſa eorum peritia continetur, æquiuoco, ambiguo, compoſitione, diuiſione, accentu, figura loquutionis, ac cæteris ſeptem, qui omnes in ſophiſticis coargutionibus, & ab Ariſtotele connumerati, & à nobis diligentius explicati in commentarijs, quos in eaſdem conſcripſimus. Hi igitur cum magna ſupra vires ſuas promiſerint, nihilq; præſtent, merito accuſandi ſunt.

C *Vbi vero nulla ſubminiſtrationis pactio fit: illos qui per ſe prius dant, abſque crimine vllo eſſe dictum iam eſt. eiuſmodi enim amicitia eſt, quæ ex virtute conſtatur. retributioque eſt ex electione facienda. ea enim amici, & virtutis. eſt.*

Subminiſtrationem vocat beneficium quod prius quis in alterum confert, cuius cum nulla pactio præceſſit, illi qui per ſe id eſt propter mores ſuos inter ſe, & virtutes, & honeſtatem prius dant, & conferunt, criminationibus vacant, nunquamq; accidit, vt alter alterum accuſet, neque qui dedit, neque qui accepit, non enim in lucrum, aut tale quippiam ſpectantes ſibi mutuo beneficia contulerunt, ſed honeſtatis tantum, ac virtutis cauſa, quippe cũ
D amicitia quæ ex virtute exiſtit, ad nullam aliam rem quam ad honeſtatem propendeat, ad eamque ſolum reſpiciens & agat, & afficiatur. In qua ſane amicitia conuenit, vt retributionem ſtatuat ac præfiniat non qui accepit, beneficioque eſt affectus, ſed qui dedit, & affecit. debet enim is qui accepit, illud retribuere ad quod ſpectans ille qui fecit, beneficium contulit. ſed eo ſpectans vt ametur uere & ſincere, beneficium contulit probus vir. vere igitur & ſyncere amare eum debet ille qui beneficio eſt affectus, & ſi qua re indigeat, quæ ipſi adſit, ei promptiſſime ac citiſſime antequam quippiam petat, ſuccurrere.

Ita etiam conuenit ijs qui philoſophię cauſa inter ſe habent ſocietatem. non enim pecunijs dignitas æſtimatur. neque honor ęquiparabilis exhiberi poſſet. ſed fortaſſe
E *ſatis eſt, ſicut etiam erga deos, & parentes, id quod fieri poteſt.*

Non ſolum in proborum hominum amicitia electio & propoſitum eius qui beneficium contulit, reddendæ gratiæ menſuram præſcribit, verum etiam inter eos qui philoſophię cauſa & diſciplinæ inter ſe verſantur, doctor & pręceptor remunerationis menſura eſſe debet, quippe cum docentis auxilium & beneficium menſurari atq; ęſtimari nullis pecunijs queat, neq; honor vnquã reperiatur æquiparabilis. i. qui æquari ac compenſari cum præclariſſimis philoſophiæ documentis poſſit, ſed oportet etiam hic ſicut erga deos & parentes, erga doctores & ſapientiæ magiſtros eum honorem præſtemus, qui in noſtram facultatem cadit, illiſque qua in re indiguerint, quam citiſſime & promptiſſime pro viribus opem feramus.

Quòd ſi datio eiuſmodi non fuerit, ſed ob aliquod maxime

quidem fortaſſe ea facienda eſt retributio, quæ vtriſque pro dignitate eſſe videatur: ſin id non contingit, non modo neceſſarium videbitur, vt is qui prius habet, ipſe ſtatuat, verum etiã iuſtum: quãtam enim is vtilitatem conſequutus fuerit, aut pro quanto voluptatem elegerit, ſi tantum ille receperit dignam remunerationem habebit. nam etiam in venalibus rebus ita fieri apparet.

Cum datio fit propter ſe, & electio & propoſitum eius qui dedit, ſicut diximus, remunerationis menſura eſt, cum vero non eſt eiuſmodi, ſed ob aliquid aliud id eſt ob pecuniæ receptionem fit, hæc enim pactio eſt, ea debebet eſſe beneficij retributio, quę & ei qui dedit, & ei qui accepit, pro dignitate facta eſſe videatur. vt neuter poſſit conqueri, quod vel minus receperit, quam par erat, vel plus reddiderit, quam debebat. ſed ſi hoc non contigit, vt iudicare vterque poſſit quid pro dignitate ſit. Nam nonnulli ſunt & ex ijs qui contulerunt beneficia, & ex ijs qui acceperunt, qui quadam rerum peritia inſtructi recte ſciunt id conijcere, ſecumque rem perpendunt, ac dicunt, ego qui dedi, ſi hoc accepero, nullam iacturam faciam, pro dignitate ergo eſt, quod mihi reſtituitur. ſimili modo etiam alter, ſi hoc reddam, faciam vt nullo damno ex datione hac affectus ſit, ille qui mihi mutuauit, reddã igitur quod decet, quodque pro portione conuenit. Alij vero cum imperiti ſint, iudicioque hoc careant, quo quid dignum ſit, ignorant: atque iccirco de ſe mutuo conqueruntur, alter, quod minus acceperit quam oportebat: alter, quod plus quam debebat, reddiderit. quod cum accidit, is qui prius habet, ſtatuere æſtimationem debet. Prius habentem autem hic poſſumus intelligere eũ qui dat, propterea quòd prius quam dederit, habet id quod dedit. qui ſanè præſcriberet menſuram ac dignitatem, ſi ita diceret, do tibi hæc verbi gratia numiſmata & pecunias tanto cum fœnore. ſimili modo & qui docet, pro ijs quæ cogniturus à me es, tantam pecuniam mihi tradas volo. necnon citharœdus, pro voluptate quam ex cantu meo percepturus es, tantum mihi reddes. eodem modo & amica, voluptas qua ex conſuetudine mea afficieris, tanti tibi conſtabit. Sed fortaſſe melius eſt vt prius habentem eum eſſe intelligamus, qui indiget, atque accipit, quippe qui accepta pecunia prius ex illa vtilitatem conſequitur, & deinde gratias refert. vt ſenſus talis ſit, eum qui accepit, præfinire debere quid ſit reſtituẽdũ, & dicere, tot tibi ac tãta ſum redditurus, propterea qđ quæ ex tuo hoc beneficio lucraturus ſũ, tot ac tãta erũt. ſic amator, ſic diſcipulus, ſic qui citharæ cãtu oblectari vult, qđ tradituri ſint vel pro diſciplina, vel pro voluptate & oblectatione præſcribũt ſinguli. Si igitur quantũ is, i. qui præcepit, vtilitatem conſequutus fuerit, tantum pro rata portione receperit ille qui dedit, dignam ac meritam retributionẽ habebit. ſi verbi cauſa viginti & quatuor nummos lucratus, octo ei qui mutuauit, tradiderit, dignãm remunerationem fecit, quippe cum & pro labore quem ſubijt, & pro ſumptu quem fecit, quod pro dignitate eſt, mereatur accipere. nam ſi ex viginti quatuor nummorum lucro duodecim ei qui dedit, reſtitueret, damno prorſus afficeretur, qui fuiſſet lucratus. hoc & in amica, & in diſcipulo, & in citharœdo fit, ſi pro quanto voluptatem elegerint vel ex conſuetudine, uel ex diſciplina, uel ex cantu, tantum illi receperint, digna erit retributio. Ita enim in vænalibus rebus fieri conſueuit, qui enim emit, non qui vendit, rei vænalis precium ſtatuit, ac definit, quippe cum venditor amplius ſemper requirat, quàm rei dignitas poſtulet, emptor vero tantum det, quantum vtilitatis ex ea re percipi poſſe exiſtimarit.

Quibuſdam etiam in locis leges ſunt, ne de voluntarijs commercijs iudicia fiant: eo quòd oporteat cum eo cui credidit, ita diſſoluere quemadmodum ſocietatem iniit. iuſtius enim eſſe putat, vt cui permiſſum eſt, is ſtatuat, quam qui permiſit.

A Patet ex his, prius habentem intelligi de eo non qui dedit, ſed qui indiget, & accepit. nam cum dixerit in amicitijs quæ non ſunt propter ſe, & propter mores, & virtutem, ſed ob vtilitatem conſiſtunt, prius habentem, id eſt qui indiget, & accepit, modum retributionis ſtatuere debere, id recte ſe habere ex legibus apud quoſdam inſtitutis confirmat, quæ iubent, ne quiſpiam qui præerogauit præhabens, id eſt qui mutuauit, ei qui eſt mutuatus, vim aliquam inferat, ac diem dicat, in iudiciumque eum inducat, ſed aequieſcat ac contentus ſit, quicquid ille retribuerit. nam eum credens ei dederit, auctoritatem ei ſtatuendæ ac præfiniendæ remunerationis videtur tribuiſſe, atque ita dediſſe. quem igitur credidit B dignam retributionem fuiſſe facturum cum dedit, ei ſi dignam gratiam retuliſſe dixerit, ſimiliter credat, & cum eo abſque iudice diſſoluat, itemque omnem componat, immo etiam ſi nihil prorſus dederit neque ſortem, neque fœnus, & dicat ſe omnia reddidiſſe, neque ita debet ille qui mutuauit, iudicio cum eo velle diſceptare, ſed acquieſcere ac credere perinde ac ſi reddiderit. cui enim credidit cum daret, bonum eum eſſe virum exiſtimans, ac nunquam negaturum, eidem poſtea etiam non ſecus ac ſi talis ſit, credere debet. Atque hæc horum verborum ſententia eſt. De voluntarijs autem commercijs inquit, propterea quod nonnulla etiam ſunt quæ inuiti cõtrahimus, vt de furtis & adulterijs, & c. quæ cuiuſmodi ſint, in quinto huius operis libro ſatis declaratum fuit. Cum item ait. iuſtius enim eſſe putat id ad legem, vel le-C giſlatorem referendum eſt, vt hoc modo intelligamus, iuſtius enim eſſe exiſtimat lex vel legiſlator, vt ille cui permiſſum fuit, id eſt qui prius habet, & accepit, ſtatuat quid reddendum ſit, & non iudex. hoc enim quotidie fieri videmus, nam multos ex ijs qui dant, ita dicere audimus ad eos quibus dant, ego quidem hęc tibi nunc mutuo & commodo, ſed tu recte te geras, & quod pro dignitate erit, rependas; cæterum quid dignum futurum ſit, tibi ipſi id ſta-tuendum ac definiendum permitto.

Nam plerunque non æqui æſtimant qui habent, & qui habere volunt. ſua enim ſingulis & quæ dant, digna multo precio videntur. ſed retributio tamen tanta ſit, quantam ſtatuerint illi qui acceperunt. Oportet autem fortaſſe non tanti æſtimare, quanti apparent alicui cum habet: ſed quanti D *æſtimabat, antequam haberet.*

Nam plerunque fieri conſueuit, vt ea quæ habẽt homines etiam ſi magna non ſint, multo precio digna eſſe aſſirment, ad eos ſpectantes qui non habent, voluntque accipere, magnaſque propterea retributiones requirant. cuiuſmodi ſunt ſceleſtiſſimi fœneratores, qui ex paucis nummis in breue tempus exhibitis ingentia fœnora & petere, & accipere non verentur. Sed quamuis magni æſtiment ſua ſinguli quæ habent, tanta tamen retributio facienda eſt, quantam ſtatuerint illi qui acceperunt, ipſi enim lucrum & vtilitatem, quam ex mutuatione illa conſequuti ſunt, optime dignoſcunt. Quia autem illi qui accipiunt, cũ indigent, magna ſæpe eſſe exiſtimant, quæ mutuantur, vbi vero acceperunt, mercatique ſunt, ac proſpe-B ra fortuna vſi multa acquiſiuerunt, parua ac uilia putant ea quæ fuerunt mutuati: atque iccirco prauas ac viles etiã retributiones ſibi eſſe faciendas cenſent, ideo hic Ariſtoteles, vt errorem hunc corrigat, non oportere, inquit, eum qui mutuatus eſt & accepit, tanti æſtimare beneficium acceptum, quanti nunc eſſe opinatur, cum abundat, ſed quãti prius æſtimabat, cum indigebat, quippe cum aliter æſtimemus rem aliquam cum eam habemus, & aliter cum ea indigemus, habereque eam cupimus. atque in indigentia quoq; aliter cũ vehementer, & aliter cum parum quippiam cupimus.

Singulis

Singulis pro dignitate beneficia eſſe rependenda. Cap. II.

AT vero huiuſmodi res dubitationem admittunt, vtrum videlicet patri omnia tribuenda ſint, & parendum in omnibus? an ægrotans debeat medico obtemperare? & qui eligit imperatorem, bellicę rei peritum hominem eligere? ſimili modo amico ne magis, an probo viro inſeruiendum? & bene merito reddenda ne magis gratia ſit, quàm ſodali dandum, ſi vtriſque non liceat?

Quia de gratia referenda & retributione agit, merito dubitationem hanc affert. Quod quærit autem huiuſmodi eſt. Cum patri maxime vnuſquiſque noſtrum debeat: obſtricti enim beneficio maximo ei ſumus, cum vt ſimus, & viuamus, ab eo acceperimus, nunquid in omnibus quæcunque iuſſerit, obedire ei ac parere debeamus? & ſi forte ægrotemus, nunquid neglecto medicorũ conſilio ea comedere ac bibere, quæ pater iuſſerit? & ſi ita incidat, vt in noſtra poteſtate ſit ducem exercitus eligere, nunquid quem pater propoſuerit, ac iuſſerit, eligere oporteat, omiſſo eo qui peritus bellicæ artis, ad munuſque id egregie exercẽdum idoneus ſit? præterea ſi duo ſint qui indigeant, alter non amicus, ſed probus tamen vir & bonus, vtri inſeruiendum, ac dandum. amico ne, an bono viro, ſi vtriſque ſimul nequeamus? nam & amicum indigentem negligere fas minime eſt, & probum virum repudiare eſt abſurdiſſimum. vtrum item benemerito indigenti gratia referenda ſit, an ſodali qui etiam ipſe indigeat, ſuccurrendum, ſi etiam vtriſque his opem ferre ſimul non poſſis? poſteaquam ad hunc modum quæſtionem propoſuit, ita ſubiungit:

Nunquid autem omnia huiuſmodi exacte definire facile non eſt? multas enim atque omnigenas & magnitudine & paruitate, & honeſtate, & neceſſitate habent differentias. illud tamen obſcurum non eſt: non omnia eidem eſſe reddenda.

Quæ ad ſolutionem propoſitæ quæſtionis ſubiungit, cum iis conſentiunt quæ in primo huius operis libro etiã dixit. cum enim res hæ, de quibus eſt conſideratio, indefinitæ ſint, definitas admittere ſolutiones ac certas non poſſunt. nam hæ, quęque in actionem cadunt, mutabilia ſunt ac volubilia, atque aliàs alio quodam modo ſeſe habent. eadem enim iiſdem interdum maiora, interdum minora conſpiciũtur, & modo honeſta & vtilia, mõ turpia & inutilia, quandoque neceſſaria, quandoque non neceſſaria apparent. cum igitur talis ac tanta in huiuſmodi rebus differentia exiſtat, vt aliàs honeſtius eſſe videatur amico inſeruire, quam probo viro, aliàs econtrario probo viro magis, quam amico, exacte definire ac determinare facile non eſt, amico ne ſemper ſit ſuccurrendum magis quam probo viro, an ſemper probus vir beneficio afficiendus ſit, & negligendus amicus, ſed ad occaſiones, & indigentias, & neceſſitates reſpicere debemus, proque earum ratione beneficia noſtra moderari. atque id præcipue, cum non ſit obſcurum & incertum, non omnia eidem eſſe reddenda, vt honorem, & pecunias, & ſimilia, ſed alteri honorem alteri pecuniam, honor quidem filiis carenti & cœlibi, pecunia multos filios habenti, atque idcirco indigenti pluribus magis tribuenda eſt, maioreq; iniuria affecto, magis auxiliandum, quam ei qui minus offenditur. quandoque etiam, ſi ita incidat (multa enim ac prope modum infinita ſunt quæ accidere poſſunt) ſoli ac cœlibi dandum erit, ei autem qui filios multos habuerit, dandum non erit.

Et beneficia retribuenda, vt plurimum, magis ſunt, quam ſodali inſeruiendum: & ſicut mutuum cui debet quippiam reſtituendum magis, quam Sodali dandum. ſed fortaſſe neque hoc ſemper: vt ſiquis redemptus à latronibus fuerit, vtrum is viciſſim redimere eum debet, qui liberarit, quicunque ille ſit, an non capto quidem, ſed repetẽti reddere, an patrem redimere? redimere enim patrem magis etiam quàm ſeipſum debere videretur.

A Gratiæ beneficiorum plerumque quidem referendæ potius ſunt, quam ſodali ſubminiſtrãdum: ſed interdum tamen occaſio incidit, vt econtrario facere debeamus. ſi enim ſodalis de vita ob pecuniam periclitetur, ei ſubueniendum magis eſt, quam benemerito, qui in nullo periculo conſtitutus ſit. Mutuum item ei qui mutuauit reſtituendum magis eſt, quàm ſodali dandum, ſed neque hoc ſemper. nam exempli cauſa, Polemarchus ab hoſtibus fuit captus, redemitque eum Antiſthenes ſuo ære, cumq; nondum ille id perſoluiſſet, accidit, vt ab iiſdem hoſtibus & Antiſthenes, & Polemarchi pater captus fuerit, vtrum igitur Polemarchus, ſi vtroſque nequit, redimere debet? patrem ne ſuum an Antiſthenem, à quo ipſe fuit antea ab hoſtibus liberatus? patrem proculdubio, quippe cum ſibi ipſi quoq; anteponere patrem debeat, nedum ei qui ipſum redemit, aut cuipiam alteri, ſodali, vel amico. cauſæ enim vt ſimus & viuamus, qui pater eſt, honor ſupra omnes exhibẽdus eſt, poſtpoſitiſq; omnibus gratię reddendę. Cum vero inquit an non capto quidẽ, ſed repetenti tamen ita intelligit, nunquid ſiue captus ab hoſtibus Antiſthenes qui redemit, ſiue nõ captus, repetat debitum, neglecto patre reddere ei Polemarchus debeat?

Quod igitur dictum eſt, in vniuerſum debitum eſt reddendum: ſed ſi datio honeſtate aut neceſſitate ſuperexcedat, ad hæc eſt declinandum.

In vniuerſum hic ſumitur pro magis aut abſolute aut plerunque vt hic ſit ſenſus. plerunq; reddi debitum oportet, ſed ſi datio tamen honeſtate ſuperexcedat, aut neceſſitate, id eſt ſi honeſtius, magiſque neceſſarium ſit alteri & non ei qui mutuauit, dationem exhibere, aut alterius & non eius cauſa illi, aut cauſa illius dandum eſt, omiſſo eo qui mutuauerat, cui debetur.

Interdum enim neque æquum eſt, vt quod prius alter contulit beneficium, rependamus: cum ille probum virum eſſe ſciens beneſecerit: ab hoc vero fiat retributio ei quem prauum eſſe exiſtimat. nam neque ei qui mutuauit, remutuandum eſt. ille enim cum putaret ſe recepturum eſſe, probo viro mutuauit: hic autem à prauo recepturum ſe quippiam non ſperat. ſiue igitur re vera ita res ſe habet, æqualis dignitas minime eſt: ſiue non ita quidem eſt, ſed opinantur, nõ abſurde facere videntur.

Interdum enim, inquit, nihil æquum eſt id eſt iuſtum, vt ei qui prius dedit, beneficioque præuenit, retribuamus, quando ille qui præuenit probum virum eſſe ſciens eum cui dabat, beneficium contulit. hic autem prauum eſſe exiſtimans, reddit. licet enim beneſecerit, retributio tamẽ ei facienda non eſt, eo quod materiam improbitati ſuppeditare minime debeamus. ſi item mendax ſit, peierator, iniuſtus ille qui mutuauit, qui vero mutuatus eſt, bonus ſit, atque hic diues forte ſit, ille indigeat, neque ita ei erit remutuandum, propterea quod ſi quicquam acceperit, negabit, nihilq; ſe accepiſſe iureiurando confirmabit. nã prauus mutuauit ſciens ſe ex probitate eius qui accepit, mutuum omninu eſſe recepturũ, bonus vero cum ſperet, immo certo ſciat nihil ſe habiturũ, ſi reddiderit, merito non remutuabit. neq; ob id tamen ingratus, aut malus à recte ſentientibus vllo modo iudicabitur. Siue igitur malus reuera ſit ille qui mutuauit, ſiue nõ ſit, ſed videatur, viciſſim mutuandum ei non eſt. neque enim æqualis dignitas eſt. ſed vt improbus bono ac modeſto viro mutuet, dignum eſt. vt autem probus vir æqua & eadem prauo homini præſtet, dignum cenſeret nemo, quippe cum magis vtile ſit, vt indigeat prauus, quam abundet, diuitiaſque malefaciendi inſtrumenta habeat.

Veruntamen id quod ſæpe dictum à nobis eſt, diſputationes de affectibus & actionibus ita definitæ ac certæ ſunt, ſicut ea circa quæ verſantur.

Affectus appellat fiducias & timores. cupiditates & auerſationes, actiones vero ea quæ ex cupiditatibus & doloribus, fiducia item & timore fieri conſueuerunt. vt ſiquis pre dolore

ſe ſe interimat: dolor erit affectus, actio, ſui ipſius interfectio. item ſiquis lætitia affectus inopi dederit ob lætitiam, quod prius non ſolebat, lætitia & voluptas effectus, datio ipſa eſt actio. ſi etiam aut ira incitatus quiſpiam aliquē percutiat, aut timore conſternatus ſcutum abiiciat, ira & timor eſt affectus, pcuſſio & ſcuti abiectio actio eſt. Quoniam vero affectus & actiones circa quædam verſantur, ira circa eum qui irritauit, id eſt eum qui in cauſa fuit vt iraſceretur aliquis, & dolor circa eum qui moleſtiam attulit, timor item circa horribilia & formidabilia, hæc autem incerta ſunt, atque indefinita, diſputationes etiam quæ de his fiunt, indefinitæ etiam ipſę ſimili modo erunt. ex formidabilibus enim alia ſunt valde horribilia, alia minus, alia eiuſmodi vt paruum admodum terrorem incutiant, quædam etiam videntur eſſe formidanda, & tamen non ſunt. in quibus cum tanta varietas ac diuerſitas reperiatur, fieri non poteſt vt certo ac definite quippiam de eis ſtatuatur, verbi caυsa, timenda eſſe ea quæ valde ſunt formidabilia. quæ autem non ſunt huiuſmodi, timenda minime eſſe. nonnulla enim formidabilia, quamuis parua ſint, contemnere debemus, ac mori magis, quam timere. ſubeunda enim mors potius eſt, quam vel negandus Deus, vel dicendum atque indicandum aliquid vnde patria capi ab hoſtibus poſſit. nonnulla contrà licet paruum admodum terrorem afferant, timeri debent, cum ignominioſum nobis eſt, ſi non timeamus. in quibuſdam multum, in quibuſdam parum reſiſtendum eſt. In voluptuoſis item & moleſtis rebus ſimili modo nō poteſt quippiam certo definiri, quòd videlicet eatenus vel lætandum vel dolendum ſit. Patet igitur diſputationes quoque de huiuſmodi rebus nihil certi ac definiti neque ipſas habere poſſe, cum res circa quas verſantur, tam variæ ſint, atque incertæ.

Non omnia igitur omnibus eſſe retribuenda, neq; patri omnia: quemadmodum neque Ioui omnia ſacrificantur: obſcurum minime eſt. quia vero alia parentibus, & fratribus, & ſodalibus, & bene meritis reddenda ſunt: ſingulis propria & accommodata ſunt attribuenda.

Quemadmodum, inquit, non omnia Ioui immolantur nonnulla enim erant quæ Ioui ſacrificare Græci nefas exiſtimabant, vt canes, & ſerpentes, & alia compſura quæ Ioui offerre eſſe impium videbatur, qui apud Græcos, pater eſt hominumque deorumque: ſic neque patri omnia tribuenda ſunt, neq; enim ſi ad dei viuentis repudiationem nos incitet, aut prodere patriam iubeat, parere ei debemus, ſed ea quæ patri reddi debent, tribuemus. honorem, obſequium corporis, reliqua omnia quæ ad ſubſidium, vitæque commodum ſpectant. Neq; igitur patri omnia, neq; eadem omnibus tribuenda ſunt. non enim conuenit, vt & pueris, & adoleſcentibus, & viris, & ſenibus, probis & improbis eadem exhibeamus, ſed ſingulis id quod cuiq; eſt accommodatum.

Ita vero etiam facere videntur. ad nuptias enim cognatos inuitant: his enim commune genus eſt: atq; circa eo actiones quoque quæ circa id fiunt communes ſunt. eo eandem cauſam quoque ad ſponſalia conuenire debere cognatos maxime exiſtimant. Parentibus autem alimenta praecipue ſuppeditanda eſſe viderentur, vtpote eum debeamus, eumq; illis qui in cauſa ſunt, vt ſimus, honeſtius ſit, quàm nobis ipſis in his opem ferre. honor quoque parentibus quemadmodum dijs, exhibendus eſt: non omnis tamen parentibus. neque enim idem patri & matri. neq; is qui conuenit ſapiēti, aut duci, ſed paternus: & ſimili modo maternus.

Quęnam quibus tribuēda ſint, exemplo declarat. cognatos enim ad nuptias vocandos eſſe inquit, idquod fieri quoque plerunque videmus. eoſdem ad ſponſalia inuitandos, deducendoſque ait. ſponſalia autem ideſt [Greek] græce, contractus ſunt qui ante nuptias fieri conſueuerunt, parentibus autem alimentum & victum ſuppeditare nos oportet quoad viuimus, ádiu enim debemus. ſicut enim, in mutuis eouſque debemus, quouſq; habemus pecunias quas mutuo accepimus: ita parentibus tandiu debemus quamdiu ſumus & viuimus; cum ab ipſis habeamus quaſi mutuum quoddam, ut ſimus, & viuamus. honeſtiuſque eſt, inquit, vt parentibus qui in cauſa ſunt, vt ſimus, opem huiuſmodi feramus, & auxiliemur, quam nobis ipſis. nam pater etiam deus nobis eſt, deum autem anteponere nobis ipſis proculdubio debemus, eiq; honorem & cultum exhibere. quocirca pater quemadmodum deus honorandus eſt, non tamen omnis honor ei eſt tribuendus, neq; idem patri & matri. Patrem enim ſequi in balneum, & abſtergere, reliquaque ei præſtare quæ in lauando ſolent, & decorum & honeſtum eſt, matri idem facere, indecorum eſt, minuſque honeſtum. Neque idem honor patri eſt tribuendus, qui ſapienti. ſapientem enim honoramus, eo quod magna, atq; admiratione digna ſcit, & cognoſcit, patrem, quia actor vitæ nobis extitit.

Omni item ſeniori honor pro ætate reddendus eſt, aſſurgendo, & ſeſſione cedendo, atque huiuſmodi cæteris. ſodalibus autem & fratribus loquutio libera, omniumq; communitas exhibenda eſt. Cognatis itaque & tribulibus & ciuibus, reliquiſque omnibus enitendum eſt, vt ſemper quod accommodatum eſt, tribuamus, quæque vnicuique inſunt quantum ad coniunctionem, & virtutem, & vſum attinet, dijudicemus. atque eorum quidem qui congeneres ſunt, facilius iudicium eſt: difficilius eorum qui differunt. non ob id tamē deſiſtendū: ſed ita vt fieri poteſt, faciēda diſtinctio eſt.

Senex aſſurgendo, & præſeſſionem ei exhibendo honorandus eſt. ſi enim videamus ſenem accedere, & forte ſedeamus, ſurgere debemus, eique loco & ſede cedere. honoratior ſiquidem eſt, cum vetuſtior ſit, priuſque mundo cognitus fuerit, modeſteq; & ornate ſe in ea quæ ipſi obtigit, mundi ſede collocarit, huiuſmodi enim ſunt proprie ſenes, non qui inſtar pecudum, & Sardanapoli in morem vitam traducunt. Erga ſodales vero, id eſt eos qui eadem nobiſcum educatione vſi ſunt, ijſdemque ſtudijs incumbunt, loquendi libertate vtendum nobis eſt, omniumque communicatio facienda. nam ſi communia omnia verorum amicorum ſunt, quo modo non etiam ſodalium & fratrum eſſe debent? ſi autem omnia inter hos communia ſunt, libere loquendū eſt, increpatioq;, & correctio omnis & ſodali & fratri, ſiquid peccarint, adhibenda eſt, alioqui neceſſe erit, vt in illorū etiam nos reprehenſionē incidamus: quippe qui in omnibus ſocij ac conſentientes illis ſimus. in vniuerſum igitur niti debemus vt quod propriū vnicuique eſt atq; accommodatum, tribuamus, dijudicantes ac conſiderantes in hūc modum, hic mihi ad hoc atq; illud vtilis eſt, ac propterea honorari à me debet retributione pro dignitate facta, ille probus vir eſt, laudibus igitur & veneratione eſt à me proſequendus. atque vnuſquiſque ex cæteris ſimili modo pro ratione morum, ſtudiorum, vitæ, operum, actionum, honore à nobis merito eſt afficiendus. Quænam vero in eos qui eiuſdē ſunt generis exhibenda ſint, facile iudicium eſt. nam congeneres homines ideſt, [Greek] vel contribules vocet, nā Demoſtheni oratori oēs Pæanienſes, Aeſchini omnes Colyttēſes cōgeneres erāt, vel oēs abſolute qui eiuſdē ciuitatis ſunt ciues, cōgeneres appellat. de ijs vero q differūt. i. qui nō ſunt congeneres, licet difficulter iudicare poſſimus: ob difficultatē tamen minime eſt deſiſtendum & ceſſandum, ſed danda eſt opera quatenus fieri poteſt, vt quod unicuiq; conuenit, tribuamus.

Quando ſeruanda amicitia. Cap. III.

ORitur autem dubitatio, vtrum cum ijs qui non permanent, diſſoluendæ ſint amicitiæ, nec ne? an cum ijs qui ob vtilitatem, aut iucunditatem ſunt amici, cum

non

non amplius ea habent, diſſolutionem fieri abſurdum non eſt: illorum enim erãt amici: quibus deficientibus conſentaneum eſt, vt eum ipſi non amplius ament.

Et diſſoluere amicitias, & non diſſoluere malũ nonnullis eſſe videbatur. nam cũ amicitia ſit bona res: bona enim res eſt amicus: boni autem abiectio, atque amiſſio eſt mala: amicitiæ igitur diſſolutio & abiectio mala eſt. Contrà etiam cogere aliquem eſſe amicum qui non velit, malum eſt. cum autem quis non diſſoluit amicitiam, ſi alter amare nõ vult, ſit vim infert ac cogit. non diſſoluere igitur amicitiam malum eſt. Vnde merito oriri ſolet dubitatio, nunquid cũ ijs qui amare nolunt, diſſoluenda amicitia ſit? verbi cauſa, ſi alter amicitia contentus ſit, atque amare velit, alter non velit: nunquid is qui vult atque amat, deſiſtere ab amore, non ſecus atque alter, an amare alterum etiam nolentem debeat? Vbi ita dubitauit, ſolutionem ſtatim ſubiungit, cum inquit, an cum ijs qui ob vtilitatem, aut voluptatem ſeſe mutuo amant, ſi diſſolutio fiat, abſurdum minime eſt, cum non amplius ea habeant ob quæ ſe amabant. nam ſi amator ob pulchritudinem amicam amabat: illa autem pulchritudine priuata eſt, deformiſque euaſit nihilque amplius in ſe habet ex ijs quæ oblectationem antea afferre conſueuerant, diſſolui inter hos amicitiam non eſt abſurdum. ſimili modo ſi amatori deſint pecuniæ, quarum cauſa amicæ erat carus, vel ſi vtroſque vtraque, id eſt illam forma, hunc diuitiæ deſtituerint, cum abſint ea quę amorem conciliabant, amicitiam quoque diſſolui neceſſe eſt. Idem continget illis quoque qui ob vtilitatem ſeſe mutuo diligunt.

Criminaretur autem quiſpiam, ſi ille qui ob vtilitatem, aut voluptatem amat, ſe ob mores amare ſimulauerit. Sicut enim in principio diximus, plurimæ diſſenſiones inter amicos oriuntur, cum non ſimiliter & putant, & ſunt amici.

Nihil abſurdum quidem eſt, ſi illæ quæ ob vtilitatem & voluptatem exiſtunt amicitiæ, ſine accuſatione vlla & criminatione poſſunt diſſolui. ſed in illis merito expoſtulatio & criminatio oritur cum alter ob vtilitatem aut voluptatem amans, id celarit, ſimularitque ſe ob virtutem & mores amicum eſſe. Sicut Lyſias orator qui cum ob pulchritudinem Phædrum amaret, ob bonam indolem, docilitatemque naturæ amare ſecum ſimulabat. Vnde cum non amplius conueniret vt ſolebat Lyſias, amicitiamque diſſoluiſſet, eo ꝙ Phædri pulchritudo iam defloruerat, nõ iniuria potuiſſet accuſari, ac reprehẽdi, ꝙ cũ pulchritudinis cauſa amaret, id facere ob animi mores ſimulaſſet,

Cũ igitur fruſtratus fuerit aliquis, atq; ob mores ſe diligi exiſtimarit, cum nihil eiuſmodi ille agat; ſeipſum is culpet. cum autem illius ſimulatione deceptus fuerit: eum qui deceperit, accuſare iuſtum eſt: atque eo magis quam eos qui monetas adulterant, quo circa rem precioſiorem maleficium huius eſt.

Cũ dixerit illũ qui nõ permanet, merito poſſe accuſari ſi amet vtilitatis, voluptatis ue cauſa, & amare ob virtutes & mores fingat, nunc definit quando nos ipſos, & quando alium incuſare debeamus. Cum, inquit, fruſtratus fuerit aliquis & deceptus, exiſtimaritque ſe ob virtutem amari, cum ille qui amat, nihil huiuſmodi agat, id eſt nihil quod facere conſueuerint, qui virtutis cauſa diligunt, ſed omnia econtrario, aut ſine vllo pudore quas non decet, partes attrectet, & ſicut non decet, vt ſolent ij qui impudicas ac nefarias res perſequuntur. aut bona alterius conſumat, & furetur, inſeq; traducat, id quod faciunt, qui cõmodi ſui cauſa diligunt. cum igitur aliquis hæc inſpiciens ſe morũ cauſa diligi putarit: ſeipſum, non amantem accuſet & culpet, quippe cũ ille ex ijs quæ agebat, ſatis declarare potuerit, ſe non virtutis, ſed vtilitatis aut voluptatis cauſa amicitiam illam ſectari. Sed ſi amet aliquis ob voluptatem aut vtilitatem, nihil tamen huiuſmodi faciat, vt ille quem modo diximus, poſtea tamen ab amicitia deſiſtat, non ſi

A ne ſignificatione & indicio, quod vtilitatis, voluptatiſue ſuæ cauſa amabat, licet occultare id antea ſemper niteretur, tunc non nos ipſos, ſed illum accuſare debemus, quippe qui nos deceperit, & cum ob vtilitatem & voluptatem amaret, amare ob virtutem & mores ſimularit. Nam prior ille non decipiebat, ſed quam ob cauſam amaret, ex ijs quæ agebat, manifeſte cognoſcebatur, hic vero deceptor eſt & ſimulator, grauiorcque increpatione eſt caſtigandus, quam ſi monetas adulteraſſet. quanto enim amicitia precioſior quàm moneta eſt: tanto maleficium quod fit in amicitia, peius ac grauius quàm quod in moneta, exiſtimari debet. Atque ita patet tunc diſſenſiones, & accuſationes neceſſario inter amicos exoriri ſolere, cum non ſunt ſicut putant. vt in his quos commemorauimus alter ſe amari virtutis cauſa opinabatur, alter non eam ob cauſam amabat, ſed vtilitatem ſuam, aut voluptatem ſectabatur. B

At ſi admiſerit vt bonum, prauus vero ille euaſerit, & videatur: nunquid amplius amandus eſt? an fieri non poteſt? ſiquidem non quodlibet eſt amabile, ſed bonum: neque amãdum prauum eſt. praui enim eſſe amicum, aut ſimilem prauo fieri nullo modo oportet. ſimile autem ſimili eſſe amicum, dictum iam eſt.

Si vt bonum admiſerit, prauus uero ille euaſerit, & videatur, nunquid amplius amandus eſt? videatur hic poſuit, pro vel videatur. Quod autem quærit, huiuſmodi eſt, ſi ſint duo boni, qui ſeſe mutuo ament, deinde contingat vt alter ex ipſis vel prauus euadat, vel euaſiſſe videatur, multi enim licet tales non ſint, id eſt vel boni vel mali, videntur tamen eſſe, C ſi igitur id contingat, & ille qui malus euaſit vel videtur, in amicitia permaneat, nunquid bonus etiam ſeruare amicitiam debet, & amare eum nihilo minus, an diſſoluenda amicitia eſt? Hæc eſt quæſtio, quam ſtatim ſoluit ita ſubiungens. an fieri non poteſt, vt ſcilicet probus vir prauo homini ſit amicus? malum enim neque diligit neque appetit quiſpiam, ſed bonum vnuſquiſque cupit, & appetit, & ſectatur. nam illi etiam qui malum ſequuntur, atque amant, id non tanquam malum, ſed tanquam bonum amplectuntur, & diligunt. non eſt igitur amandum id quod prauum eſt. non enim praui eſſe amicum, aut prauo ſimilem fieri oportet. ſimilem autem fieri eſſet neceſſe, ſi ſimul cum prauo uerſaretur, ac degeret quiſpiam. Quòd ſi verum illud eſt, quod fertur: D Ad ſimilem ſemper ſimilem trahit ipſa dei vis: quo pacto fieri poteſt, vt virtus & vitium quæ contraria ac longe diſſimilia inter ſe ſunt, in amicitia coniungantur?

Nunquid vero ſtatim facienda diſſolutio eſt? an nõ cum omnibus, ſed cum ijs qui ob prauitatem incurabiles ſunt: nã qui correctionem admittũt ijs eo magis in moribus, quam in facultatibus ferendum auxilium eſt, quo & præſtantiores, & amicitiæ ſunt accommodatiores. videtur autem ille qui diſſoluit amicitiam nihil abſurdi facere: quippe eum non huic neque tali fuerit amicus. quocirca cum eũ immutatum reſeruare nequeat, abſcedit.

Vbi dixit non oportere, vt probus vir eum qui in prauitatem fuerit delapſus, amplius amet, requirit, nunquid E ſimul atque euaſit malus, diſſoluenda, an diutius, aut aliquantiſper conſeruanda amicitia ſit? cui interogationi ita reſpondet. non ſtatim eſſe amicitiæ diſſolutionem faciendam, ſed dandam operam, vt amicum corrigamus, atque in priſtinum ſtatum ad meliores mores reducamus. nam ſi emendari poteſt, auxilium ei in moribus magis ferendũ eſt, vt bonus iterum ſicut prius erat, efficiatur, quam in pecunijs ſuccurrendum. quanto enim melior virtus pecunijs, præſtantiorque eſt, tanto magis auxiliari vnicuique debemus ad virtutem, quam ad pecunias acquirendas, aut recuperandas. tanto item magis, quanto virtus amicitiæ accõmodatior, & cõuenientior ẽ, ꝗ pecuniæ & facultates.

cultates. Si igitur correctionem admittit, ita ſuccurrendũ eſt: ſi eſt incurabilis, amicitia poſt tentatum tamen auxilium diſſoluenda eſt. neque ille qui eam diſſoluit abſurdi quippiam atque iniuſti facere videbitur, quandoquidem non tali & prauo homini erat amicus, ſed bono: vt nõ eũ quem prius amabat, repudiet, neque cui erat amicus, ſed quem non amabat, auerſetur, ac refugiat.

At vero ſi alter perſtet, alter vero probior euaſerit, ita vt longe præſtet virtute, nunquid vtendum amico eſt? an fieri non poteſt? in magna autem diſtantia id maxime perſpiciũ fit. vt in amicitijs à pueritia conflatis: ſi enim alter permaneat animo puer, alter vir quam optimus euadat: quo pacto eſſe poterunt amici, cum neque iiſdem oblectentur, neque gaudeant, & doleant? neque enim inter ſeſe mutuo hæc inerunt ipſis. abſque his vero eſſe amicos non licebat: quippe cum fieri nequeat, vt ſimul degant. Sed de his dictum iam eſt.

Si alter ex amicis deprauatus ſit, diſſoluenda amicitia eſt, vt dixit: ſi vero vtrique ſint probi quidem, ſed alter talis perſtet, qualis à principio fuerat, alter autem magis in virtute progrediatur, probiorque multo euadat, nunquid is qui adeo profecit, vti amplius altero amico debet? Vbi ita requiſiuit Ariſtoteles reſponſionem ſubiungit, fieri nõ poſſe inquiens, vt ille qui adeo alte euectus in virtute eſt, ei amicus ſit, qui in inferiori ſuo ſtatu permanſit, atque hoc ex puerorum amicitia confirmat. nam ſi duo à pueritia ſint amici, quorum alter animo permaneat puer, alter vir quam optimus & præſtantiſſimus euadat, eſſe amici hi amplius non poterunt, cum neque iiſdem & gaudeant & doleant. Neque enim inter ſe mutuo hæc inerunt ipſis. id eſt, neque enim fieri poteſt, vt quod viro optimo viſum fuerit iucundum aut moleſtum, amoreve aut odio proſequendum, id ei quoque qui puer animo eſt, eiuſmodi eſſe videatur. Abſque his vero, id eſt abſque eo vt eadem & ament & oderint, & ſequantur & fugiant, degere ſimul, & conuerſari, & conuiuere non licet. ſine conuictu autem vt amici ſint, fieri non poteſt. Quòd ſi ita eſt, qui adeo longe inter ſe differunt, eſſe amici non poſſunt.

Num autem nihilo ſecius ſe gerere debet erga ipſum ac ſi nunquam fuiſſet amicus? an antehabitæ conſuetudinis memoria retinenda eſt? & quemadmodum amicis magis quàm alienis gratificandum eſſe exiſtimamus: ita ijs qui fuerunt, ob amicitiam quæ prius interceſſit, tribuendum aliquid eſt. quando non ob nimiam prauitatem facta eſt diſſolutio.

Sed ſi amici non erunt, inquit, præſtantiſſimus ille erga eum qui puer animo permanſit, nihilo diuerſius ſe geret, ſed ita planè vt ſolet erga alios ſimiles, qui amici ei nunquam fuerunt? immemorque prioris amicitiæ & conſuetudinis omnino erit? non ſanè priſtina amicitia obliuioni penitus mandanda eſt, ſed ſicut eſſe melius putamus, vt gratificemur amicis, quam alienis & brutis animalibus, ita ijs qui olim fuerunt amici, ob veterem amicitiam tribuendum aliquid eſt, quod videlicet dari ei conuenit, qui animo puer ſit. Quòd ſi non ob virtutis excellentiam, ſed ob magnitudinem vitij & improbitatis alterius ſoluta fuit amicitia, improbo nihil dandum eſt. non enim debemus vitia, ſicut dictum eſt, ſuppeditando ac ſuggerendo inſtrumenta corroborare, ſed omni ratione imbecilla reddere ac deſtruere.

Quæ opera amicitiæ, & quod non ſint prauorum. Cap. III.

IAm vero ea quæ ad amicos attinent, & quibus amicitiæ definiuntur, ex ijs quæ erga ſe quiſque agit, eſſe, videntur profecta. Statuunt enim amicum eſſe eum qui vult & agit bona, aut quę apparent, illius cauſa, vel eum qui vult & eſſe & viuere amicũ ipſius cauſa. id quod matres erga filios faciunt, & amici, inter quos offenſio aliqua incidit.

A Cum dixerit ea quę ad amicos attinent ſubiungit & quibus amicitiæ definiuntur id eſt quibus notæ ac manifeſtę fiunt, id enim definiri hoc loco ſignificat. cum enim videmus aliquem ea quæ ſibipſi vult, atque optat alteri quoque optare ac velle, hunc amicum eſſe credimus. Nam vnde Patroclo amicum fuiſſe Achillem cognoſcimus, niſi ex eo quod Achilles quæcunque ipſe habebat, eadem Patroclo volebat, optabatque contingere? Cum igitur aliquem alterius cauſa vel ſalutis, vel felicitatis bona velle, ac procurare conſpicimus, eum amicum illius eſſe credimus, cui bona procurat. nam ſi non alterius cauſa ſed ſua id ſtudeat, vt & luxuriari, & oblectari, & frui ipſe amici bonis valeat, eum non amicum, ſed adulatorem, & auarum, & gulæ deditum & ventri, atque huiuſmodi hominem eſſe exiſtimamus. B Velle autem alterum eſſe & viuere eius ipſius cauſa matribus proprium eſt, quæ liberos ſuos ita amant, vt eſſe & viuere eos cupiant eorum ipſorum cauſa, nulla etiam inde vtilitate ſperata. Idem etiam amici faciunt, inter quos offenſio aliqua incidit. licet enim neque inter ſe verſentur, neque conuictu mutuo ob diſſenſionem & offenſionem obortam vtantur: volunt tamen etiam ipſi ſibi mutuo bona, optantque ſibi mutuo, vt viuant, beneque ac feliciter vitam traducant. hæc nanque vera amicitia eſt, ſuntque hi veri amici, qui etiam ſi non verſentur ſimul, non deſinunt tamen bona amicis non ſua, ſed illorum cauſa optare ac velle. Nonnulli igitur ſtatuunt eum eſſe amicum, qui vult & agit bona, & quæ apparent eſſe bona, illius cauſa quem amat. C Agere autem bona is intelligendus eſt qui omnia facit, & procurat, vt & quæ adſunt amico, bona permaneãt, & quę abſunt, eueniant.

Alij eum qui ſimul degit, & eadem eligit: aut qui cõdolet & congaudet cum amico. maxime vero etiam hoc matribus contingit. ac aliquo ex his amicitiam quoque definiunt, quorum vnumquodque probo viro erga ſeipſum ineſt.

Nonnulli dicunt eſſe amicum eum, qui ſimul verſatur ac degit cum eo quem amat, & eadem eligit ac vult illi, quæ etiam ſibi. ſed hæc à priore non diuerſa admodum opinio eſt. alij condolentem & congaudentem eſſe amicum dicunt. id quod matribus maxime omnium ineſſe D conſpicitur. atque his quidem omnibus, aut aliquibus, aut aliquo etiam horum amicitiam definire conſueuerunt. quorum ſanè vnumquodque probo viro ineſt. agere videlicet bona amici cauſa, velle alterum & eſſe & viuere, nullamque inde vtilitatem ſperare, ſimul verſari ac degere, cõdolere & congaudere, omnia inquam hæc erga ſeipſum probo viro inſunt, quippe cum probus vir maxime ſui ipſius amicus ſit. non enim quilibet abſolute ſeipſum amat, ſed qui rationalem amici ſui partem alit ijs quibus natura ali conſueuit. Cum igiť probus vir ſeipſum amet, bona etiam cauſa ſua agit, tum ſiquid recte egerit, lætatur, dolet contrà, ſi non ita recte ſucceſſerit quippiam, ſecumque hoc modo congaudet, & condolet. ſolum autem bonum virum ſibiipſi eſſe amicum, ſeque ipſum amare, reliquos E vero non modo ſe non amare, ſed inimicos quoque atque hoſtes ſui eſſe, inde facile perſpicere vnuſquiſque poſſet. omnes enim cum alicuius nos eſſe maximos amicos ſignificare volumus, dicere ſolemus, ego & ille anima vna ſumus, ſicut magnus in theologia Gregorius ĩ magni Baſilij funebri oratione, anima vna in duobus corporibus. At ſi proprie amici & veri illi ſunt, quorum una anima eſt, dum & eadem ambo uolunt, & eadem agunt, neque ulla in re diſſentiunt, anima uero cum partes duas habeat, alteram rationis participem, alteram uacantem ratione, tunc uere una, & non multiformis ac uaria eſt, cum in ea ratio & affectus inter ſe conſentiunt, concordesque ſunt, efficitur ut cuius anima huiuſmodi eſt, is & ſibiipſi eſſe amicus, & ſeipſum amare dici merito poſſit. Huiuſmodi uero ſolius probi uiri anima eſt, ſolus igitur probus uir amicus

A eius ſibiipſi eſt, ſeque amat. id quod breuius etiam ita colligitur, probi viri anima vna eſt, quorum vna eſt anima, ij ſunt amici, probus igitur vir ſibiipſi eſt amicus. in hoc enim ſolo quietæ ac tranquillæ animæ partes reperiuntur, cum nulla diſſenſione, ac ſeditione turbatæ inter ſe prorſus conſentiant. At uero ſi amicus ſui ille eſt, cuius animæ partes ſunt concordes, illi ſe non amabunt, quorum animæ partes diſſentiunt, diſcordeſq; ſunt. ita vt altera hæc, altera illa appetat, & perſequatur. tales autem praui homines ſunt. ſe igitur non amant praui, neque cum pugnent ac ſecum ipſi diſſentiant, amici ſui ipſorum ſunt. hoc etiam in incontinentibus patere poteſt, qui modo aliquid cum voluptate agunt, modo pœnitentia ducti ſeipſos corripiunt ac caſtigant. ſimili modo quoq; in alijs vitijs ſemper prauus ſecum diſſentit, ſibique aduerſa- B tur ac repugnat.

Cæteris vero quatenus tales ſe eſſe exiſtimant. videtur enim, quemadmodum dictum eſt, virtus, & probus vir vnicuique eſſe menſura. is enim ſecum conſentit, & eadem tota anima appetit.

Vnumquodque igitur eorum quæ dicta ſunt, probo viro inſunt. at reliquis eatenus inſunt, quatenus ſe eſſe probos ac bonos exiſtimant. nam quatenus tales, & mutuo ſe amant, & bona amico volunt eius ipſius cauſa, & cætera faciunt, quæ ſunt commemorata, eſtque menſura omnium ac regula probus vir. Eos enim qui ita ſe mutuo amant, ſicut ſeipſum probus vir, amicos ſtatuimus, amicitiæ ergo menſura probus vir eſt. Qui item iraſcuntur, C quando & quo modo probus vir facit, manſuetos appellamus. eſt igitur probus vir manſuetudinis etiam menſura. Sic qui timet aut non timet, quando & quo modo probus vir ſolet, fortem dicimus, fortitudinis igitur probus vir quoque menſura eſt. Sic in reliquis omnibus virtutis & probi viri menſura vti conſueuimus. Quemadmodum enim cubitus, & modius & cæteræ menſuræ, quæ neq; maiores neque minores euadunt, ſed ſemper eædem permanent, alias res metiuntur, id quod ſi mutarentur, præſtare non poſſent, ita & probus vir aliorum menſura ſit, propterea quod idem ſemper manet, atque eadem ſemper affectat atque appetit tota anima, id eſt omnibus animæ partibus. non enim ſicut in incontinentibus videre licet, alia in ipſo ratio vult, alia irrationalis pars appetit, ſed eadem vtræque, vt vna vere anima eius ſit. D

Et vult etiam ſibiipſi bona, & quæ apparent, atq; agit. bonum enim eſt facere quoq; ea, ipſa bonum elaborare: intellectiuæ ſiquidem partis gratia, quæ eſſe vnuſquiſque noſtrum videtur. vult quoq; viuere ſe, & ſaluum eſſe, & maxime id, quo ſapit. Probo enim viro eſſe bonum eſt.

Cum ſeipſum amet probus vir, ſibiipſi bona vult, nemo enim amicus eſt, de veris loquor, qui amico bona non velit. quare cum bonus vir amicus ſibiipſi ſit, bona quoque ſibi adeſſe vult, atque agit, vt & præſentia permaneant, & abſentia eueniant, quippe cum boni officium ſit bonum elaborare, id eſt operari atque agere, atque id non irrationalis partis cauſa, ſed ſui ipſius, id eſt rationalis partis gratia, quæ vniuſcuiuſque noſtrum eſſentia eſt. pars enim irrationalis ijs qui ſecundum naturam vitam traducunt, nullo loco haberi debet. Vult item probus vir ſe viuere, id eſt E partem eam animæ qua ſapit, quæ rationalis eſt, viuere, hoc eſt ea agere vult, quæ parti illi quæ ratiocinatur & cogitat, vtilia ſunt. qui enim non ſecundum naturam viuit, ſed immoderatis perturbationibus agitatur atque opprimitur, in diſſimilitudinem fertur, atque ita in corruptionem delabitur, vt quodam modo neque viuat, neque ſit. bonus autem vir & eſſe & viuere vult, id eſt bonum agere, propterea quod eſſe bonum ipſi eſt: hoc eſt eſſe ipſi in bene agendo atque operando conſiſtit. vult igitur viuere & eſſe, id eſt bona exercere atque agere, quia bonum eſt probo viro eſſe. bona enim agere atq; operari bonum eſt.

A *Vnuſquiſque autem ſibiipſi vult bona. effectus vero alius illud quod euaſit, omnia habere eligit nemo. habet enim etiam nunc deus bonum, ſed cum ſit ipſe id quodcunque eſt.*

Verus homo diuinum quid eſt, id eſt anima intellectiua, vt in decimo huius operis libro etiam ipſe inquit, his verbis, hoc autem vnuſquiſque noſtrum eſſe videretur. quocirca abſurdum eſt, ſi non ſuam quiſque, ſed alterius alicuius vitam eligit, aliquem alterum irrationalem animæ partem appellans. & rurſus deinceps. quod enim, inquit, accommodatum vnicuique eſt, id natura optimum vnicuique eſt, ac iucundiſſimum, & homini igitur vita quæ ſecundum intellectum traducitur, ſiquidem homo maxime hoc eſt. ſi igitur vnuſquiſque, vt diceba- B mus, homo bona ſibi vult, probus autem vir homo proprie eſt, & non Sardanapalus, ſequitur vt probus vir ſolus velit ſibi bona, atque ea quæ vere bona ſunt. qui enim ſibi adeſſe vult diuitias, luxum, immoderatas corporis voluptates, is non ſibi hæc eſſe vult, ſed irrationali parti, quæ multiceps beſtia eſt. ille vero ſua bona perſequitur, qui actionem, & contemplationem affectat. idque eſt maximum, ac præſtantiſſimum bonum, vt id quod eſt vnuſquiſque, eſſe perſeueret, vt rationalis noſtri pars pura atque illæſa conſeruetur. nam qui ex affectibus vitam traducunt, non ſunt id quod ſunt, id eſt intellectuales animæ, ſed illud ſunt, quod curant atque excolunt, hoc eſt bruti quidam ac ratione carentes vel lupi, vel ſues, vel aſini, vel alia aliqua huiuſmodi animalia. Vult igitur pro- C bus vir bonum hoc ſibi adeſſe, vt ſit videlicet id, quod eſt. Quis enim eſt qui effectus alius, verbi cauſa ſi quadrupes, vel volucris, vel Sardanapalus euaſerit, bona habere eligat? vnicuique enim optimum ac præſtantiſſimum illud eſt, vt ſua ipſius ſpecies atque eſſentia ſit, & permaneat, & conſeruetur. ac fieri nullo modo poteſt, vt ſi ex humana ſpecie in aliam mutetur quiſpiam, bona is probi viri habeat. quod ſi concedere aliquis velit, ſpeciemque illam in quam mutatio hominis facta fuerit, bona probi viri habere aſſormet, concedemus etiam nos habere quidem poſſe ea, ſed non vt ſibi bona, propterea quod ea quæ bona homini ſunt, equo non ſunt bona, neque econtrario quæ equo, eadem homini. id quod manifeſtat etiam ipſe, cum inquit, habet enim etiam nunc deus bonum, ſed cum ſit & cæt. id eſt ſed habet quidem bonum, ſed per- D manens id quod eſt, Deus. nam ſi e natura quam habet in aliud quid mutaretur, non haberet id quod nunc habet, & ſi haberet, ei bonum non eſſet. Non omnibus enim eadem eſſe bona, ſed alijs alia perſpicuum eſt, quippe cum bonum equo ſit, ſolipedi eſſe, atque vna ac ſolida vngula tantum muniri, id autem homini bonum minime ſit. nam homini econtrario bonum eſt multifidas habere manus, & in quinque digitos diſtinctas, ſimili modo & pedes, id quod equo peſſimum eſt. idem in reliquis ſpeciebus adeo claret, vt plura in præſentia commemorare ſuperuacaneum eſſe videatur.

Vnuſquiſque vero id quod intelligit, eſſe videretur, vel præcipue. quiſque eſt huiuſmodi, ſecum degere vult. iucunde enim id facit: quippe cum & factorum delectabiles recorda- E tiones, & futurorum ſpes bonæ ſint: tales autem ſint iucunda. contemplationibus præterea abundat cogitatione: condoletque & collætatur ſecum maxime. idem enim prorſus & moleſtum eſt, & iucundum, & non aliàs aliud. pœnitentia ſiquidem vacat, vt ita dicam.

1 Vnuſquiſque uidetur eſſe id quod intelligit, ideſt ipſa animæ intellectiuæ pars, uel præcipue id. hoc autem ſubiungit, propterea quod irrationalis quoque pars multũ facit ac confert ad conſtituendum id quod apud peripateticos priuatim quale appellatur. priuatim quale autem uocãt, ſiue proprie quale indiuiduum, quod ex proprietatibus quibuſdam conſtituitur, ut Socrates, & Plato: quarum ſanè proprietatum tota collectio in nullo alio reperiri un-

quam

quam poſſet. nam communiter quale vniuerſale ipſum vt homo nuncupant. qui autem eſt huiuſmodi, id eſt probus vir, ſecum degere vult. iucunde enim id facit, cum enim in ſeipſum conuerſus lumen ſtabile ac purum ex virtutibus incenſum, fulgoremque ex ſcientijs emicantem videt: lætatur ac geſtit, præteritarumque rerum memoria, ac futurarum ſpes eum ita oblectant, vt ab externarum rerum contagio auocent, ſecumque verſari & in rerum contemplatione permanere inducant. Condolet item ſecum, ſiquid quod erat faciendum, prætermiſerit. congaudet & collętatur, cum honeſta & bona operatur. Prorſus enim id eſt ſemper atque omnino iucundum ipſi eſt bonum, prauum eſt moleſtum: eſtque, vt ita dicam in vniuerſum pœnitentia vacans. nemo enim qui recte agit & honeſte, in pœnitentiam incidit. cum igitur ſemper hic honeſta agat, pœnitentia prorſus vacat. quin ſi etiam non ſemper honeſte ac recte ſe gerat, ſed aliquando prauum aliud cõmittat, id adeo exiguum eſt, vt ne prauũ quidem eſſe videatur.

Eo quod igitur probo viro erga ſeipſum vnumquodq; horum ineſt, iſque erga amicum, perinde atq; erga ſeipſum ſeſe gerit: eſt enim amicus alter ipſe: amicitia quoq; eſſe horum aliquid videtur, & amici illi quibus hæc inſunt.

Vnumquodque horum vocat collætari ſecum, condolere, ſperare bona, ob acta præterita gaudere. ex eo igitur quod vnumquodque horum ineſt probo viro, & ſe gerit, affectuſque eſt erga amicum, tanquam erga ſeipſum: qui enim amat, eſt quaſi alter amatus: & amicitia aliquid horũ eſſe videbitur: & amici illi eſſe videbuntur, qui collętabuntur & condolebunt, qui verſari cum amico volent, ſimulque degere, & cætera huiuſmodi.

Nam vtrum erga ſeipſum amicitia ſit, nec ne, in præſentia omittamus. videretur autem eatenus eſſe amicitia, quatenus† eſt duo vel plura ex ijs quæ dicta ſunt: & quia exceſſus amicitiæ ſimilis eſt ei quæ erga ſeipſum eſt.

Dictum eſt paulo ſuperius hoc in libro fieri poſſe vt amicitia ſit erga ſeipſum, vt repetere rurſus eadem non oporteat, videretur autem inquit amicus erga ſeipſum eſſe quiſpiam, non quatenus eſt vnus ille qui ſeipſum amat, ſed quatenus duo, duo appellans & rationalem animæ noſtræ partem id quod proprie ſumus, & irrationalem. humana enim ſpecies & homo proprie non irrationalis, ſed rationalis animæ noſtræ pars eſt. cum igitur hæ duæ partes inter ſe non diſſentiunt, ſeditioneque nulla inter ſe agitantur, ſed ita conſentiunt, vt ratione vacans pars mentis motionibus ac voluntatibus obtemperet ac pareat: licetque eſſentia & natura duæ ſint, vna ex concordia eſſe videatur, amicitia eſt erga ſeipſum, quatenus duo ſunt, vel plura etiam duobus. quod perinde eſt ac ſi dicat, ſi in duas partes diuidas animam, in rationalem, & irrationalem, erit amicitia erga ſeipſum, quatenus duo erunt, ſin autem in tria diſtribuas rationem, iracundiam, & cupiditatem, non quatenus duo, ſed quatenus plura id eſt tria erunt, amicitia homini erga ſeipſum eſſe dicetur. Fertur autem etiam alia lectio, quæ ita habet. videretur autem eatenus eſſe amicitia, quatenus non amplius duo ſunt eadem. quod ita eſſet intelligendum. quamuis duæ ſint partes rationalis & irrationalis, amicitia tamen erga ſeipſum tunc eſt, cum hæ cõcordia & conſenſu vnum euaſerint. atque hoc ita ſe habet, tũ etiam quia amantis erga amicum excedens atque exuperans amicitia ſimilis ei eſt, quæ eſt erga ſeipſum. qui enim aliquem amat ſicut ſeipſum, is cum exceſſu & ſupra modum amat.

Antedicta ineſſe videntur etiam pleriſque, quamuis praui ſint, nũ quid tamen quatenus ſibi placent, proboſque ſe eſſe exiſtimant, eatenus participes eorum ſunt.

Antedicta appellat ea quæ probis viris ineſſe dixit id eſt velle ſeipſum viuere, & ſaluum eſſe, ſimul degere ſecum,

A collętari & cõdolere erga amicum, ſicut erga ſeipſum ita ſe habere. Pleroſque autem eos dicit qui ex ſenſu vitam traducũt, populumq; & turbam quam in ſe habent, hoc eſt cupiditatem multorum capitum beluam, vt inquit Plato, & iracundiam leoninam furiam ita nutriunt ac ſaginãt vt rationem perturbationibus ſubiectam loco imperandi ſeruire cogant. Sed vide quam exacte loquatur hic Ariſtoteles. nõ dixit enim hec abſolute ineſſe prauis hominibus ſed videri ineſſe, perinde ac ſi ita diceret, non inſunt quidẽ hæc re vera prauis, ſed opinione tantum quadam ineſſe apparent: neque .n. omne quod videtur atque apparet, verũ etiam eſt. quippe cũ pleriſque hominibus è vulgo diuitiæ & vires corporis quam ſapientia & prudentia expetendæ magis eſſe videantur, id quod re uera minime eſt: ſol item

B multo amplior terra cum ſit, pedali magnitudine apparet. ſimiſimodo plerique homines etiam praui amare ſeipſos videntur, & velle ſeipſos viuere & ſuos amicos, ſecumque ſimul degere & cum amicis velle, quod tamen ſiquis recte perpendat, verum non eſt. Illud ſiquidem ſe eſſe exiſtimãt, quod curant, alunt, & ſaginant, curant autem irrationalẽ partem quæ in ipſis eſt: irrationalem igitur partem, non rationem hominem eſſe opinantur, nam ſi rationem eſſe ſpeciem humanam ſtatuerent, darent operam vt ea contẽplatione & actione enutrita imperaret, ac dominaretur. Hoc idem ipſe etiam declarat, cum cauſam cur ita videatur, ſubiungit, nunquid, inquiẽs, tamen quatenus placent ſibiipſis &c. nam qui alia appetit, & alia vult, eum ſibi ipſi non placere manifeſtum eſt. qui vero eadem & appetit & vult,

C ſibi placet. at huiuſmodi pleriq; homines ſunt. quia enim eadem & cupiunt, & volunt, ſibi placent. id quod in alijs quoque fieri videmus. nam qui eadem appetunt & volunt, ij ſibi inter ſe placent, & conſentiunt, diſplicent contrà & diſſentiunt, cum alia appetunt, & alia volunt. Quoniã igitur probi viri ſibiipſis placent, plerique è vulgo ſe eſſe probos propterea exiſtimant, quia ſibi ipſis placent. atq; ea in re dupliciter peccant. primum quia non ſibi placent. non enim irrationalis pars cui obſequuntur, ac placent, homo eſt, ſed rationalis, deinde quia non uera reciprocatione vtuntur, licet enim probus vir ſibi ipſi placeat, quia ea agit, quæ placent rationi, non tamẽ ſequitur, vt qui ſibi videtur placere, cõtinuo probus vir ſit. Probi igitur ſibiipſis placẽt, propterea ꝙ ea quæ vere bona ſunt, habent. praui autem

D non quia re vera bona habent, ſed quia habere opinantur, ſibi etiam ipſi placẽt. Prauos autem appellat non ſceleſtos ac facinoroſos, atque omnino peſſimos homines, ſed eos qui ex ignoratione verorum bonorum, ad mala perinde ac bona ſint, acquirenda ferri conſueuerunt, atque ob id bonos ſeſe eſſe exiſtimant. Atque hoc eſt quod his verbis ſignificat. Cum vero inquit eatenus participes eorum ſunt ita intelligit, quatenus exiſtimant ſe eſſe bonos, eatenus etiã bonorum ſe eſſe participes putãt, bona appellans amare ſeipſos. & amicos velle ſecum verſari, collętari, condolere, & cætera huiuſmodi, quæ ſuperius commemorauit. vel participes bonorum ſunt, quantũ ad alios attinet qui ad ipſos ſpectant, qui enim ad ipſos reſpiciunt, eos antedictorum bonorum participes eſſe opinantur.

E *Nam ex ijs qui vehementer ſunt praui & facinoroſi, nemini hæc inſunt: quin ne videntur quidem. ferè autem neq; prauis. diſſentiunt enim inter ſe, dum alia cupiunt, alia volunt: vt incontinentes, qui loco eorum quæ ſibi eſſe bona videntur, iucunda quidem eligunt, ſed noxia. alij autẽ ob ignauiam & ſegnitiem ab agendis ijs deſiſtunt, quæ ſibi eſſe optima exiſtimant. At qui multa & grauia ſcelera perpetrarũt & ob prauitatem odio habentur, & vitam fugiunt, ſeque ipſos interficiunt.*

Illis quos ſuperius dixit licet re vera non inſint ea quæ ad amicos ſpectant, ineſſe tamen videntur, at prauis & facinoroſis, hi autem ſunt qui cognatorum & fratrum cædem commiſerunt, qui ſacra diripuerunt, qui inceſtas nuptias fecerunt: qui obſcænis ac nefarijs voluptatibus

ſibus fuerunt inquinati:his inquam nõ inſunt,ſed ne ineſſe quidem videntur ea quæ ſuperius ſunt commemorata. qui enim ſeipſos odere in omni moleſtia ac perturbatione conſtituti,nunquamque ſibi placent, neque eadem volunt,ſed Euripi inſtar ab aliis ad alia ſemper transferuntur quippe qui nulla re quam agunt,oblectetur: ij quo pacto eſſe & viuere exiſtimare bonum poſſunt?vel quo modo ſeipſos,aut alios amabunt,cum ſeipſos fugiant? quo modo aut ſecum aut cum aliis verſabuntur, ac vitam traducent, cum ipſi vitam fugiant,ſibique ipſis mortem conſciſcant? quia autẽ ſuperius videri hæc prauis ineſſe dixerat, quoſque prauos intelligat,explicarit non ſceleſtos ſcilicet & facinoroſos,ſed non probos, inter quos incontinentes etiã reponuntur:propterea hic adiũgit, ferè autem neque prauis:ferè enim addidit ob incontinentes.nam cum aliis prauis ineſſe videantur,incontinentibus nõ videntur:vt recte dictum ſit,ferè omnibus prauis, non tamen abſolute omnibus ea videri ineſſe. diſſenſio ſiquidem in incontinentibus manifeſte apparet, cum ea quidem volunt quæ bona homini re vera ſunt,ſed ad venerea brutorumque animalium voluptates poſtea delabuntur.

Ac quærunt quidem improbi huiuſmodi alios quibus cum diem traducant,& ſeipſos fugiunt:propterea quòd quando ſecum ſunt,multorum & grauium ſcelerum recordantur,atq; alia huiuſmodi ſperant, quorum quando cum aliis verſantur obliuiſcuntur:cumque nihil in ſe amabile habeant,amice erga ſeipſos nullo modo afficiuntur.

Non quærũt improbi homines ſimul verſari cum aliis ea cauſa qua probi viri ſolẽt, ſed quia cum vellent ſeipſos perimere,& ob timiditatem facere id non audeant,inuenire ſtudent aliquos,nõ amicos illos quidem: nam neque ſibi, neque aliis ſicut dictum eſt, ſunt amici: quibuscum verſentur,vt eorum cõſuetudine diſtracti ſuorum ſcelerũ obliuiſcantur.cum enim ſoli ſunt,ſecumque habitant, cũ nequeant aliud quam ſcelera & facinora quæ perpetrarũt cogitare:memoria illorum adeo turbantur,vt offuſcatione,& tumultu,& æſtuatione multa animi oppreſſi moleſtia maxima affliguntur:à qua cum verſantur cum aliis,leuari conſueuerunt,Cum nihil igitur in ſe amabile habeãt quid enim vel bonum,vel iucundum,vel vtile eſſe in huiuſmodi hominibus poteſt?neq; erga ſeipſos amice afficiuntur.i.neq; amare ſeipſos,neq; ſecum verſari volunt: quippe cum verſari cum eo quem oderit velit nemo,hi vero ſeipſos odio proſequantur, vt ſecum eſſe, ſecumque degere nullo modo velint.

Neque igitur collætantur,neque condolent huiuſmodi homines ſecũ. ſeditione enim anima eorum agitatur.pars enim vna ob prauitatem dolet,cum aliquibus abſtinet,altera lætatur,& quaſi diuellentes illa huc,hæc illuc trahit.& licet fieri nequeat vt ſimul doleat & lætetur quiſpiã,ſed paulo poſt tamen dolet,quia lætatus eſt,nolletque ea ſibi iucunda extitiſſe.pœnitentia enim praui pleni ſunt. Prauus ergo cum nihil in ſe habeat amabile, neque erga ſeipſum amice eſſe affectus videtur. Quòd ſi ita ſe habere valde miſerum eſt, enixe fugienda prauitas eſt,dandaque opera vnicuique, vt probus euadat, ſic enim fiet vt & erga ſeipſum amice eſſe affectus, & aliorum eſſe amicus poſſit.

Neque collætari, neque condolere huiuſmodi ſceleſti homines poſſunt.illi enim congaudent,& condolent,qui conſentiunt,quibusque idem vel honeſtum & iucundum vel non honeſtum & non iucundum videtur, & denique quibus idem aut placet,aut diſplicet.quibus vero concordia hæc & conſenſio non ineſt,congaudere & condolere nullo pacto queunt.In probis enim viris, quia imperat & dominatur ratio,irrationalis vero pars ſubdita eſt, atque obtemperat,ita vt nulla diſcordia & ſeditio inter ipſas reperiatur:quibus ratio oblectatur & gaudet, iiſdem delectatur etiam irrationalis pars,quæ item ratio ægre fert,& abhorret,eadem irrationalis pars refugit.ac propterea fit,

A vt probi viri ſecũ collætari & condolere poſſint:praui non poſſint. cum enim in his anima ſeditione ſemper laboret rationeque vacãs pars principatum obtineat, ratio prꝍter naturam ſubiiciatur,vt quꝍ iucunda irrationali parti ſunt rationi ſint iniucunda & moleſta, quæ contrà placent rationi,brutæ parti diſpliceant:qui fieri poteſt vt hi collætari aut condolere ſecum valeant? qua enim in re aut actione ratio dolorem,altera pars voluptatem percipit,collꝍtari,aut condolere non eſt. diſtrahunt igitur miſerum hominem prauum rationalis pars,& irrationalis,atque altera huc,altera illuc diuellunt,atque ex vno multa efficiunt vi diuerſis immo cõtrariis appetitionibus & cupiditatib. incitatus ſimul & lætetur,& doleat, quippe cum quando irrationalis pars lætitia afficitur, ratio dolorem concipiat

B vel contrà quando illa dolet,hæc lætetur.nam licet ſimul, vt inquit,lætari & dolere non poſſit,paulo poſt tamen ob id dolet quia lætatus eſt:quiaq; illa quibus paulo ante oblectatus fuerat,quorumque tunc iam pœnituit,ſibi iucunda extiterunt.Si igitur ita male & miſere cum huiuſmodi prauis hominibus agitur,prauitas nõ lente & ſegniter,ſed enixe & celeriter admodum fugienda eſt.

De beneuolentia. Cap. V.

IAm vero beneuolentia eſt quidem ſimilis amicitiæ,amicitia tamen non eſt,quippe cum beneuolentia erga ignotos quoque,& latens eſſe poſſit, amicitia non poſſit. Et prius etiam dicta hæc ſunt.

C Conſentaneum eſt ei qui de amicitia diſſerit,de beneuolentia quoque quæ videtur eſſe amicitia,conſiderare: virũ ſit amicitia,quemadmodum videtur, an nõ amicitia quidem,ſed amicitiæ tamen quædam pars ſit. Eſt autem beneuolentia non amicitia,ſed principium amicitiæ.principium vero non eſſe idem cum eo cuius eſt principium,manifeſtum eſt. vnde beneuolentiam ſimilem eſſe amicitiæ inquit,non tamen eſſe amicitiã: propterea ꝙ amicitia erga illos eſt,inter quos amare & redamatio reperitur,& erga illos qui ſe mutuo amari non ignorant, & erga notos. at beneuolentia & erga eos etiam qui non redamant, & erga ignotos eſt.ſæpe enim fit, vt ſi fama alicuius ad nos peruenerit, quem nunquam vidimus, vel ꝙ bellicæ artis peritus, vel ꝙ præſtãs muſicus,vel ꝙ regendæ ciuitati ido

D neus maxime ſit: erga eum beneuoli ſtatim efficiamur,& tamen ipſe ita beneuole nos eſſe affectos erga ipſum ignoret. Nam,vt ipſe etiam Ariſtoteles alibi refert, Darium regem Perſarum in Perſide morantem,nonnulli qui in Grꝍcia erant,& nũquam ipſum fuerant intuiti, beneuolentia proſequebantur:id quod tamẽ rex ipſe neſciebat.Si igitur amicos eos dicimus,qui cognoſcũt ſe mutuo, & redamãt quique neque ſe amare & redamari ignorant:beneuolentia vero erga ignorantes, & ignotos exiſtit,beneuolentia amicitia eſſe nullo modo poterit.

Sed neque amatio eſt,neque enim intentionem,neque appetitionem habet,quꝍ amationem conſequuntur. atque amatio quidem cum conſuetudine,beneuolẽtia de recẽti etiã fit.

E. Incontinentem appellat intentam voluntatem, atque incitationem ad amicitiam.vnde etiam ſubiungit,neque appetitionem habet.appetitio enim partim cupiditas,partim iracundia,partim voluntas eſt.Nam cupiditas iucundarum rerum appetitio eſt, quæ ſenſu præditis ineſt,cupiunt ſiquidem atque appetunt voluptatem ea tãtummodo quæ ſentiunt.iracundia autem appetitio eſt vlciſcendi aliquem qui contempſiſſe videatur. voluntas item bonorum appetitio eſt cum iudicio & conſilio exiſtens, ſolius hominis propria. reliquas enim duas cupiditatẽ videlicet & iracundiam aliis & oĩbus quꝍ ſenſum habent,non perfectioribus ſolum animalibus, ſed imperfectis quoque vt culicibus, & vermibus ineſſe perſpicuũ eſt.Beneuolentia igitur neq; amicitia eſt neque dilectio & amatio ipſa, id eſt via ad amicitiam. amatio enim calefactioni,& dealbationi

tioni pro portione reſpondet. ſicut enim calefactio ad caliditatem, & dealbatio ad albedinem, & ſanatio ad ſanitatem: ita amatio ad amicitiam ſeſe habet. ſicutque dealbatio inter nigrum & album media intercedit: ita amatio inter beneuolentiam & amicitiam media eſt. Quoniã igitur amatio incitata cum ſit, celerior ac tardior, non ſecus atque ſanatio & dealbatio eſt: beneuolentia autem, celerior non eſt, ſicut neque morbus, aut nigredo: beneuolentia amatio non eſt. Sed fortaſſe cum inquit, neq; enim habet intẽtionem, id eſt διάτασιν græce, ita eſt intelligẽdum, perinde ac ſi dicat beneuolentia non eſt amatio, nõ enim eſt extenſio, ideſt porrectio, & via à quo ad quod, vt dealbatio quoque, quòd ſi amatio eſt motio à quo ad quod, beneuolentia vero nõ eſt eiuſmodi: beneuolentia amatio non eſt, atque amatio quidem ad amicitiam tendit atque eo nos deducit, vt amici efficiamur illi quẽ amamus. vnuſquiſque enim in quo eſt amatio, fieri amicus ei cupit, erga quem amationem habet, ac dilectionẽ. qui vero eſt beneuolus nõ omnibus quibus eſt beneuolus, effici amicus vult. quippe cum omnes qui ſunt factionis venetæ erga aurigam quidem beneuoli ſint, nõ tamen ei fieri amici velit vnde amatio eis erga aurigam non eſt. atq; amatio quidẽ cum conſuetudine eſt: vbi enim multo tempore inter ſe verſati fuerint aliqui, atque inde morum, virtutiſque cognitionem mutuo perceperint, ad amicitiam procedunt: proceſſus vero iſte amatio eſt. beneuolentia autẽ principiũ eſt amicitiæ. vnde videlicet incipit amatio: neque omnis amicitiæ principium eſt, ſed eius tantummodo quæ inter probos viros conciliatur: propterea quòd morum & virtutis non vtilitatis & voluptatis beneuolentia eſſe conſueuit ſemperque eſt amatio cum conſuetudine, beneuolentia vero & cum conſuetudine, & ſine conſuetudine de recenti, ideſt repente, & ſubito exiſtit. vbi enim vidit aliquis probum virum, aut de eo audiuit, quippiam, cõtinuo beneuolus ei euadit. id quod tamẽ non ſemper, ſed plerunq; contingit. Si igitur beneuolentia repente aliquando ac ferè abſque tempore oritur, amatio vero omnis cum tempore fit: beneuolentia eſſe amatio nullo modo poteſt.

Id quod etiam erga certatores contingit. beneuoli ſiquidem eis fiunt. ſimulque cum eis volunt. nihil tamen cooperantur. ſicut enim diximus, de recenti beneuoli fiunt, & leniter diligunt.

Videtur quidem hoc dicere, vt probet beneuolentiam non eſſe amationem, non tamen id facit, ſed beneuolentiam non eſſe amicitiam oſtendere vult. amicitię enim proprium eſt, vt ſimul cum amico agat quiſpiam ſimulq; operetur, & ad bona conſequenda, & ad mala euitanda, ac fugienda ipſemet auxilium præſtet. id quod in beneuolẽtia non eſt. qui enim certatoribus ſunt beneuoli, id eſt iis qui diſco, curſu, lucta atque huiuſmodi cæteris ludis certare in theatro cõſueuere: qui iis, inquam, beneuoli ſunt, ſimul quidem cum eis volunt vt optato fine potiantur, & vincãt cooperari tamen, ideſt ſimul luctari: aut diſcum iacere minime volunt, ſi igitur amici volunt cooperari, beneuoli autem nolunt, beneuoli; profecto amici non ſunt. Ac ratiocinatio quidem in ſecunda figura collecta eſt, At ſi beneuoli non ſunt amici, beneuolentiam quoque non eſſe amicitiam manifeſtum eſt. in eadem figura rurſus ita colligenda ratio eſt. beneuoli leuiter diligunt: amici non leuiter diligũt: beneuoli igitur amici non ſunt, neque eſt beneuolẽtia amicitia: intelligimus autem de ſtabili ac vera amicitia quæ proborum huminum eſt, cuius videlicet principium eſt beneuolentia, vt ipſe etiam Ariſtoteles procedendo declarabit.

Videtur igitur principium amicitiæ eſſe, non ſecus atque amoris ea voluptas quæ ex aſpectu percipitur, nemo enim amore capitur, niſi prius ſpecie fuerit oblectatus. qui vero forma oblectatur, nihilò magis amore capitur: ſed cum & abſentes deſiderat, & præſentes cupit. Ita vero etiam eſſe non poſſunt, niſi beneuoli prius fuerint, beneuoli autem nihilo magis diligunt. voluut enim tantum bona iis quibus ſunt beneuoli, nihil tamẽ cooperarentur, nullamque pro ipſis moleſtiam ſuſciperent.

Cum dixerit quid non ſit beneuolentia, ideſt eam neq; amicitiam eſſe, neque amationem, nunc quid ſit oſtendit principium videlicet amicitiæ, & cauſam: ac principium quidem non finale aut materiale, neq; etiam formale, ſed efficiens tantummodo. Eſt igitur ita beneuolentia amicitiæ principium, ſicut pulchritudinis inſpectio cũ voluptate venerei amoris eſſe principium conſueuit. quemadmodum enim nullus eſt qui amore eo venereo capiatur, niſi viderit prius, lætatuſq; aſpectu fuerit, ſic neque amici fiũt vlli, qui beneuoli prius non fuerint. ſicutque non eſt amator, neque amare dicitur qui ſpecie tãtum delectatur, ſed qui & abſentem pulchritudinem deſiderat, & præſentem ſibi adeſſe ſemper cupit, ita amici & dicuntur & ſunt, non qui volunt tantum bona, ſed qui ad bonorum conſequutionem & acquiſitionem cooperari etiam atque adiuuare amicos non recuſant. Cum vero inquit, qui pulchritudine oblectatur nihilo magis amore capitur, nihilo magis ſumit pro non continuo & neceſſario, ac ſi ita diceret, qui oblectatur forma non neceſſario, ſeu nõ continuo etiam amat, quippe cum pulchritudine oblectari vniuerſalius & generalius ſit, quam amare. qui enim amat, continuo ſpecie etiam gaudet, non autem contrà. ſimili modo quoq; dictum eſt, beneuoli autem nihilo magis diligunt id eſt illi qui ſunt beneuoli non continuo, & neceſſario diligũnt ſed qui amici ſunt & diligunt, beneuoli etiam neceſſario ſunt. nam cum principium amicitiæ beneuolentia ſit finis vero amicitia, quibus finis, ideſt amicitia ineſt, iis principium quæ eſt beneuolentia ineſſe etiam neceſſe eſt. non tamen econtrario quibus principium, iiſdem continuo & finis ineſt. dictum enim iam eſt beneuolos velle quidem, bona iis quibus ſunt beneuoli, non tamen cooperari, & turbari moleſtiamque vllam ſuſcipere pro ipſis velle: cum amici & labores, & moleſtias pro amicis libenter ſubire non vereantur.

Quocirca tranſlatione vtens aliquis eſſe ipſam principiũ amicitiæ diceret, quæ cum inueterata fuerit, & in conſuetudinem deuenerit, amicitia euadat: non ea quidem quæ ex vtilitate, aut voluptate conciliatur: neque enim ob hæc beneuolentia exiſtit.

Quemadmodũ qui cor fontem eſſe dicit, & qui clypeũ Martis craterem & craterem clypeum Bacchi vocat, tranſlatione vtitur: ſic qui beneuolentiam principium amicitiæ appellat, ex tranſlatione loquitur. ſicut enim cor non eſt proprie fons, neque crater eſt clypeus, ſed tranſlata ab altero quod proprium erat, appellatio eſt: ita neq; mores, quod proprium amicitię principium eſt, idem cum beneuolentia eſt. ex moribus enim originem habet amicitia, quos conſequitur beneuolentia. ex tranſlatione igitur beneuolentiam eſſe amicitiam dicere poſſumuſs. nam cum inueterata eſt, id eſt cum diuturnitate temporis inter ſe verſati fuerint illi qui beneuolentia ſe mutuo perſequuntur, familiareſque fuerint effecti, amici euadunt, atque ita ex beneuolentia amicitia perficitur.

Sed fortaſſe locus hic rectius intelligetur, ſi lectionem alteram verborum Ariſtotelis ſequi velimus, quæ in nonnullis exemplaribus vnius literæ immutatione ad hunc modũ fertur: διὸ μεταφέρων φαίη ἂν αὐτὴν τις ἀργὴν εἶναι φιλίαν, ideſt. Iccirco tranſlatione vtens quiſpiam ipſam eſſe ocioſam amicitiam diceret. ita enim tranſlationis vis facile apparebit, quæ proportione conſtat. ſicut enim crater ſcutũ Bacchi, & ſcutum crater Martis per tranſlationem reciprocam dicitur: ſic beneuolentiaocioſa amicitia, & amicitia inueterata beneuolentia atq; operoſa appellabitur.

Nam qui beneficio eſt affectus, pro iis quæ accepit, beneuolentiam retribuit, iuſte ſe gerens.

Vbi

Vbi oſtendit beneuolentiam non eſſe amicitiam:nunc
à beneficentiæ retributione eam ſeparat. pleriſque enim
& beneuolentia recompenſatio beneficii,'& beneficij re-
compenſatio eſſe beneuolentia videtur:& eos qui benefi-
cium referunt,beneuolos nonnulli appellant. vnde inquit
ille qui rependit pro iis quæ accepit, beneuolentiam tri-
buit.quia enim refert beneficium,beneuolus dici non de-
bet.nam beneuoli bene quidem affectos eſſe, bonumque
habere illos volunt quibus ſunt beneuoli:non tamen in ip
ſos conferunt quippiam.quocirca iuſti potius huiuſmodi
qui gratias reddunt, quàm beneuoli merito appellabun-
tur:æqualia enim retribuere iuſtum eſt.

*Qui vero aliquem proſpere agere vult ſpe vtilitatis con-
ſequendæ ex ea re:non illi.ſe ſibi potius beneuolus eſt:quē-
admodum neque amicus,ſi commodi alicuius cauſa illi obſe-
quitur.omnino autem beneuolentia ob virtutem & probita-
tem quandam exiſtit, cum pulcher aliquis, aut fortis, aut
tale aliquid viſus cuipiam fuerit. ſicut de certatoribus iam
diximus.*

Separauit ſuperius beneuolentiam à beneficii retribu-
tione:nunc eandem ab amicitia ſeiungit quæ ob vtilitatē
eſt.qui enim alterum proſpere agere cupit,vt ex eius pro-
ſperitate vtilitatem aliquam conſequatur:non beneuolus
illi eſt,ſed potius ſibi eſt amicus. eiuſmodi enim eſt hæc
quæ ob vtilitatem conſiſtit amicitia, ſicut ſæpe dictum iā
eſt.quemadmodum neque amicus proprie eſt ille,qui ob
commodum aliquod ſuū alteri obſequitur:proprie enim
eſt ſubintelligendum:quippe cum de eo qui ob virtutem
& vere eſt amicus,vera tantummodo oratio ſit. Cum igi-
tur beneuolentia ob virtutem & probitatem oriatur,per-
ſpicuum eſt eam neque eſſe beneficii retributionem, neq;
amicitiam ob vtilitatem, cum volumus fortunate agere
quempiam commodi noſtri cauſa.ſuperius etiam non eſ-
ſe eam veram amicitiam demonſtratum eſt, neque ama-
tionem,reliquū igitur eſt, vt amicitiæ ſicut ex tranſlatio-
ne diceret quiſpiam,principium ſit.

De concordià Cap. VI.

*CONcordia præterea ſpectare quoque ad amicitiam vi
detur:vnde opinionis conſenſio minime eſt: hoc enim
ijs etiam qui mutuo ſeſe ignorant,poſſet ineſſe. neque
eos qui qualibet de re conſentiunt,concordes eſſe inquiunt:
verbi cauſa,ſi de cœleſtibus conſentiant: concordes enim de
his eſſe ad amicitiā non attinet.ſed ciuitates concordes eſſe
dicunt,cum de illis quæ conferunt,conſentiunt, & eadem eli-
gunt,aguntque ea quæ publice viſa fuerint.*

Eſt etiam concordia amicitia ob ea quæ conferunt&
conducunt, non ſecus atque illa quæ ob vtilitatem ſit, in
eo tamen ab illa differt,quòd quæ ob vtilitatem exiſtit, &
ob parua & ob magna,cum ſordidis, atque è vulgo homi-
nibus contrahi conſueuit:concordia vero magnorum tā-
tummodo cauſa ſit,atque eorum quæ toti ciuitati,ſeu ci-
uitatibus, ac gentibus conducunt. concordia ſiquidem
Græcorum quo tempore eos Xerſes inuaſit, cōis totius
Græciæ vtilitatis cauſa euaſit.Eſt igitur concordia amica
quædam res atque ad amicitiam ſpectans, ac propterea
opinionis conſenſio non eſt. non enim eſt neceſſe, vt qui
opinionibus conſentiunt,amici inter ſe etiam ſint.ſed fie-
ri poteſt,vt qui vel inimici inter ſe ſunt,vel ſe mutuo igno-
rant,eandem opinionem de aliqua re habeant.quid enim
vetat, quo minus & ego & inimicus meus aliquis, vel is
quem ego ignorem,idem de ſole ſentiamus, maiorem eū
eſſe tota terra opinantes? vel de aliquo alio cœleſti corpo-
re ſimili modo in opinione conueniamus? vt autem con-
cordes ſint,qui non ſunt amici,ſeque mutuo non cogno-
ſcunt,fieri nullo modo poteſt.cum enim eadem eligunt,
aguntque ea quæ omnibus ſimul viſa ſunt: tunc concor-
des eſſe homines dicere conſueuimus.

A *Circa agenda igitur concordes ſunt, atque ea quæ in ma-
gnitudine conſiſtunt,& vtriſque,vel omnibus ineſſe poſſunt
vt ciuitates cum omnibus viſum fuerit magiſtratus electio-
ne eſſe creādos: vel ineundam eum Lacedæmonijs ſocietatē:
vel regnare Pittacum,quando etiam ipſe voluerit. At cum
vterque ſeipſum vult,vt in Phœniſſis,in ſeditione ſunt.*

Concordia igitur circa agendas res verſatur,quæ tamē
non paruæ ſint,ſicut diximus, ſed magnæ, quæque ineſſe
vtriſque qui conſentiunt,poſsint.nam ſi aliis queunt ineſ-
ſe,aliis nequeunt,n̄ vt concordes ſint,fieri nullo pacto po
teſt.nam ſi magiſtratus electione eſſe creandi, facienda-
que eſſe ſocietas cum lacedęmoniis omnibus videat̄ qui
in ciuitate ſunt, concors ciuitas eſt: ſi aliis videatur, alijs
minime:diſcors & diſſentiens.item ſi toti ciuitati placeat
B Pittacum regnare,& ipſe etiam Pittacus velit,concors ci-
uitas cum Pittaco eſt,& Pittacus cum ciuitate.at ſi volen-
te Pittaco ciuitas non conſentiat: vel ſi conſentiat ciuitas
& Pittacus nolit: neque ita concordia & conſenſus erit.
Cum autem duo ſunt & vterque regnare ipſe vult abſque
altero,ſeditio eſt.vt in Phœniſsis cōſpicitur.Phœniſſæ au-
tem fabula eſt Erupidis, in qua Eteocles & Polynices filij
Oedipi inducuntur,tanta ſeditione incitati,& diſcordia,
vt potius extremam calamitatem & internicionem & ſui,
& familiæ totius videre patiantur,quam cedere alter alte-
ri iura regnandi velit. Eteocles enim Ad matrem Iocaſtā
quæ ipſos conciliare inter ſe maxime cupiebat, ad hunc
modum inquit:

Mater,ego nunc libere,quod ſentio,
C Tibi explicabo,rem tegens ambagibus
Nullis,ſupernas ſcanderem ſolis vias,
Si eſſet facultas mihi nec ire ſub nigram
Terram recuſarem,atque ad ima tartara
Magna vt Deorum ſceptra poſſem conſequi.
Bonum ergo cum habeam hoc,nemini concedere
Nunc illud ò mater,tenere at mihi volo.

& poſt multam vltro citroq; habitam altercationem, &
contentionem,ita ſubiungit Polynices,

Tota corruat domus.

Et paulopoſt,

D Nam forte meus cruentus enſis ocioſus non erit
Nec dum ſopitæ ſpes iacent,ſed ſpero dijs iuuantibus
Hoc interempto patrio nunc me imperaturum ſolo.

Cum igitur vterque ſe regnare cuperet & vellet,diſcordes
maxime inter ſe erant.

*Concordes autem eſſe non eſt, ſi idem vterque animo con
cipit,quodcunq; illud ſit, ſed ſi quod in eodem eſt. vt cum et
populus & probi viri optimos regnare conſentiūt. ita enim
omnibus contingit id quod appetunt.*

Non eſt concordia,inquit,cum duo aliqui, aut plures
idem in animo habent ac cogitant,quodcunque illud ſit,
ſiue regnum,ſiue poſſeſsio,ſiue honor,ſiue aliquid aliud,
ita vt non omnium ſimul,ſed vniuſcuiuſque priuatum ſit.
E verbi cauſa, ſi Eteocles regnare ſe abſque Polynice cogi-
tet, Polynices vero ſimili modo abſque fratre regnare ſe
in animo habeat,ea cōcordia minime erit,licet in animo
eandem rem, id eſt regnare abſque fratre vtrique conci-
piant, ſed ea eſt concordia cum conſenſus hic de eadem
re eſt & in eodem, id eſt de eadem re & eadem perſona t
cum id quod vult alter,alter etiam eligit.vt ſi vult quiſpiā
regnare,& ego regnare quoque ipſum volo,concordia, ſi
ille vult & ego nolo ipſum regnare,ſed aliquem alium,vel
me ipſum quoque,diſcordia & ſeditio inter nos eſt. quā-
uis enim de regno conueniamus, de perſona tamen inter
nos diſſenſio eſt.

*Concordia vero ciuilis eſſe amicitia videtur:quemadmo-
dum etiam dicitur.circa conducentia enim verſatur, atque
ea quæ ad vitam attinent. eſtque huiuſmodi concordia inter
probos viros:hi enim & ſecum, & inter ſe ſunt concordes,
cum in iiſdem, vt ita dicam,ſint.huiuſmodi ſiquidem hominū*

volunta-

voluntates permanẽt, neque transfluunt, ſicut Euripus: voluntque ea quæ & iuſta ſunt, & conducunt: atque hæc communiter appetunt.

Cum dixerit cõcordiam eſſe conſenſum circa id quod conducit vel ſibi, vel toti ciuitati, ciuile quid eſſe concordiam nunc oſtendit, ideſt ciuilis facultatis, non alicuius alterius diſciplinę, non naturalis, nõ diſciplinaris partem quandam. Eſt enim ciuile quid concordia, propterea ꝙ circa ea quæ conducunt, verſatur, quæque ad viuendum attinent. ſpectatur autem concordia & inter probos viros & prauos etiam homines. ſed praui cum parum admodũ ſecum concordes ſint, ſemperque ferè ſecum diſſentiant. ſi erga alios & cum alijs non conſentiant mirum eſſe non debet. probi autem viri eadem ſemper eligunt & volunt, eademque operantur, atque agunt, ideſt ea quæ & iuſta ſunt & conferunt. vt enim firmæ ſemper, atque immutabiles voluntates eorum ſint, concordia etiam inter ipſos ſtabilis conſequatur.

At vt praui concordes ſint, niſi parumper, ſicut etiam vt ſint amici, fieri non poteſt: cum in vtilibus rebus ampliorem partem appetant: in laboribus contrà & miniſtrationibus deficiant. cum enim vnuſquiſque ſibi hæc velit, alterum ad examen reuocat, & prohibet. nam quod commune eſt, perit, cum ab his non ſeruetur: atque inde euenit, vt cum alijs neceſſitatem inferant, ipſi vero quæ iuſta ſunt facere nolint ſeditione agitentur.

Prauos inter ſe eſſe concordes niſi parumper ac breui tempore, quemadmodum etiam amicos eſſe (breui enim durat amicitia ipſorum) fieri non poteſt. nam cum ſuperiorem conditionem appetant, pluraq; ex vtilibus habere velint, pauciora cõtrà ex laboribus & ærumnis, vt in quinto libro de iniuſto agẽs dixit: ſeditione agitantur aſſidue ac diſſentiunt. nam cum velit vnuſquiſque prauus ampliorem partem vtilium rerum, minorem vero noxiarum & moleſtarum ſibi conciliare, ac comparare: alterum ad examen reuocat, ideſt examinat ac iudicat, quaſi dignus omnino illis ſit, hoc eſt paucioribus bonis, & pluribus malis. atque ita inter diſſentiunt, in ſeditioneque ſunt: cum id quod commune eſt, non remaneat commune ſingulis ad ſe id diſtrahentibus, atque vendicantibus. atque id pręcipue euenit, propterea ꝙ cum cogant alios iuſte ſe gerere ipſi agere quæ iuſta ſunt, nolunt. quo pacto enim vel ego ad iuſta agenda à te inducar, ſi tu idem prius non facias? vel me nihil eiuſmodi agente, tu cogi ad id faciendum poteris? oportet enim vt qui inducere me ad iuſte me gerendum erga ipſum vult, prius ipſe ita erga me ſe gerat. ſimili modo & ego prius iuſte me gerere erga illum debeo, quẽ inducere ad idem faciendum volo.

De beneficentia. Cap. VII.

At vero benefici amare magis uidentur eos quos beneficijs affecerunt, quam affecti illos à quibus acceperunt. id quod quaſi à ratione diſſentaneum quæri conſueuit. Pleriſq; igitur id contingere propterea videtur, quia hi debent, illis debetur. ſicut ergo in mutuis illi qui debent, eos non eſſe volunt quibus debent: qui vero mutuarunt de ſalute debitorum curam etiam habeat, ſic & eos aiunt qui beneficium contulerunt, vtpote gratias recepturus, velle illos eſſe quibus contulerunt: illis autem non eſſe curæ, vt quippiã retribuant. Atque Epicharmus quidem fortaſſe diceret ipſos hæc ex prauo ſpectantes dicere.

Omnia perſequitur, quæ cunctis amicitijs euenire conſueuerunt. cuiuſmodi eſt etiam hoc ꝙ illi qui beneficia cõtulerunt, magis amare videantur eos qui acceperunt, quã qui acceperunt, eos qui contulerunt. quod quia à ratione diſſentaneum, planeque abſurdum eſt, cauſam eius inquirit. primumque aliorum hac de re opiniones refert, quib. ipſe non aſſentitur, deinde eam quæ placet, ſubiungit. Di-

A cunt igitur plerique eos qui beneficio ſunt affecti, atque acceperunt, debere, ac quodam modo reddendæ gratiæ eſſe obnoxios: deberi vero illis qui contulerunt: atque idcirco eos qui beneficium dederunt, magis, qui acceperunt, minus amare affirmant. ſicut enim in mutuis fieri cõſueuit, qui debent, non eſſe eos cupiunt à quibus acceperunt, qui vero mutuantur, præter quam ꝙ volunt eſſe & viuere eos qui ſibi debent, curam etiam de illorum ſalute habent, vt videlicet recipere debitum poſsint, ſic eos qui beneficium contulerunt, dicunt velle eos eſſe & viuere qui acceperunt, & quodam modo debent, quaſi inde gratias recepturi ſint, illis vero qui bene ſunt affecti, non eſſe curæ, vt gratiam referant, ac propterea neq; velle eos eſſe ac

B viuere qui benemeriti de ipſis ſunt. ſi vero de vita ipſorum nihil curant, & viuant ne an non viuant, non laborãt: quo pacto amare eos poſſunt? Atque hanc cauſam cur beneficio affecti de ſe benemeritos non ament, Epicharmus dicebat, pleroſque ex prauo conſiderantes. duplex enim lectio reperitur, [illegible] ſpectantes & [illegible] conſiderantes: quarum tamen vtrarunque eadem ſententia eſt. quod dicebat Epicharmus huiuſmodi eſt, plerique hæc ad quęſtionis ſolutionem afferunt, ex prauo ſpectantes ſeu conſiderantes, id eſt ad prauitatem eorum qui beneficio ſunt affecti reſpicientes. ſpectantes enim ad id quod ab ingratis & prauis hominibus fieri cõſueuit, de omnibus in vniuerſum qui beneficium acceperunt, ita pronunciant.

C *Sed eſſe hæc humana res videtur. immemores enim ſunt plerique, magiſque beneficium accipere quam conferre appetunt.*

Vbi cauſam dixit, quam plerique afferre conſueuerunt cur amare magis benefici eos videantur in quos beneficia contulerunt, poſtea opinionem ſuam hac de re ſubiungit obſcuram tamen breuitas horum verborum ſententiam reddit, quæ huiuſmodi eſt: humana res eſſe hæc videtur. id eſt hoc quod fit, ad vere bona inquirenda ac dignoſcenda, hominum negligẽtiæ proprium eſt. pauci enim admodum ſunt, qui moderari affectus virtutibus velint: ſeq; ita excolant, & adornent, vt quando, & quatenus oporteat, ita moueantur, denique operam vt mente atque intelle-

D ctu viuant. quippe cum mens præcipue homo ſit, vt in ſequenti libro declarabitur. Cũ igitur paucisſimi ſint huiuſmodi homines, reſtat, vt multi praui reperiantur, atq; ideo ingrati. ingratus enim vnuſquiſque prauus eſt, amicitiamque erga benemeritum non habet. Nam probi viri beneficos non ſecus ac ſeipſos amant, ſuntque ad referendas gratias ac dandum, quam ad accipiendum promptiores. ſicut enim vitii magis eſt accipere velle quàm dare, ita magis afficere beneficio, quam affici virtutis eſt. quoniam igitur beneficia conferre plerique nolunt, propterea etiam neque amant.

Videretur autem huiuſce rei magis naturalis cauſa eſſe, neque ſimilis ei quæ de mutuantibus relata eſt. non enim eſt

E *dilectio circa illos, ſed voluntas vt ſalui ſint, recipiendi cauſa. at qui beneficium contulerunt eos qui acceperunt, diligũt atque amant, etiam ſi nulla in re ipſis vtiles vel in præſentia ſint, vel in poſterum ſint futuri. Id quod etiam in artificibus contingit: vnuſquiſque enim opus proprium magis amat, quã ab opere amaretur, ſi animatum fieret, maxime uero fortaſſe circa poetas idem euenit. qui poemata propria perinde ac filios ſupra modum amant. Huic rei ſimile eſt, quod ad benemeritos attinet, nam beneficio affectus opus ipſorum eſt, id igitur amant magis, quàm opus eum qui effecit.*

Cauſam plerique dicebant cur benefici magis ament, eos quos beneficiis affecerunt, ſimilem eſſe cauſæ fœneratorum & mutuantium. ſicut enim mutuantes ſaluos eſſe volunt ſuos debitores, qui debent vero, nolunt eſſe & viuere eos quibus debent, ita benemeritos velle ſaluos eſſe eos à quibus acceperunt, nedum amare, ac gratiã referre. hanc cauſam eum non admittat Ariſtoteles, aliam quæ magis

naturalis

naturalis eſt, ſubdit: neque ſimile eſt, inquiens, id quod de mutuantibus dictum eſt. neque enim dilectio eſt & amatio mutuantium erga illos qui mutuati ſunt, ſed voluntas tantum, vt ſalui ſint debitores, quo recipere pecuniam ſuam queant. qui enim Socratem nõ eius ipſius cauſa, ſed ob proprium commodũ ſaluum eſſe vult: is non amat Socratem, neque amicus Socratis eſt, ob eas ſuperius diximus, cauſas: benefic vero amant. non eſt igitur ſimile hoc: ſed naturæ hominum magis inſitum ac proprium. Sicut enim natura omnes ſcire appetunt, vt in libro de ſupernaturalibus dictum eſt, ſicut item natura omnes eſſe ac viuere cupiunt: ita naturali quodam affectu propria opera, & actiones, & poemata omnes diligunt: ſic parentes filios: ſic poetæ & tragœdi poemata ſua, ac fabulas: ſic oratores ſuas orationes: ſic artifices propria opera amore proſequuntur. Sicut igitur in his euenit: ita in illis qui beneficia contulerunt, & qui acceperunt, contingit: qui enim beneficio eſt affectus, quaſi opus benefici eſt. vnuſquiſque vero magis opus ſuum amat, quam ab opere amaretur, ſi animæ eſſet particeps factum. quare benefici eos in quos beneficia contulerunt, quaſi propria opera naturaliter amant: etiam ſi nullam ab ipſis vtilitatem neque in præſentia capiant, neque in poſterum cõſequuturi ſint.

Huiuſce rei illud in cauſa eſt quod eſſe eſt expetibile, atque amabile omnibus: ſumus autem operatione & actu, uiuendo enim atque agendo ſumus. qui fecit igitur operatione opus ipſum quodam modo eſt: quocirca amat opus, propterea quod eſſe appetit: at hoc naturale eſt. quod enim poteſtate eſt, id operatione opus ipſum indicat.

Cauſa, inquit, cur proprium opus vnuſquiſque amet, ea eſt, quòd eſſe & viuere omnibus expetibile eſt atque amabile: ſumus autem nos non eo quòd poſſiumus eſſe, ſed eo quod re ipſa & operatione iam ſimus: ſicut enim oratorẽ eſſe eum non dicimus, qui infans eſt, & nondum didicit: ſed eum qui arte iam inſtructus eſt, poteſtque operari, & exercere oratoriam artem: & ſtatuam non vocamus æs quod rude eſt, ſed quod figura ſtatuæ iam eſt formatum: ſic hominem, vel leonem, vel equum eſſe non dicimus eũ qui nondum ſit, & poſſit eſſe: ſed eum qui iam eſt, & viuit D & vel operatur, vel ad operandum idoneus eſt. declarat autem quid ſit eſſe operatione ſeu re ipſa & actu, cum inquit viuendo & agendo: idem enim eſt, cum dicimus: hic viuit & operatur, vel poteſt operari: vt huiuſmodi ratiocinatio ſit: homo qui viuit & operatur, vel poteſt operari, homo eſt: qui viuit & operatur, eſt actu & operatione: qui eſt igitur, actu eſt. ſi igitur eſſe actu atque operatione expetibile omnibus, atque amabile eſt: opus vero exempli cauſa Socratis nihil aliud eſt niſi ipſe Socrates actu: efficietur, vt Socrati opus ipſius amabile ſit: propterea quod eſſe Socratis qui operatus eſt, ac fecit res effecta ipſa eſt. opus autem eſſe actu eum qui operatus eſt, non eſt prorſus obſcurum, imago enim operatione atq; actu pictor ipſe eſt. nam ars E poteſtate ẽ id quod ab ipſa efficitur. ædificatoria enim nihil aliud eſt quam ædes cum lapidibus. hæc ædes igitur ædificatoria eſt cum lapidibus. eſtque in æde ipſa ædificatoria, ſeu ædificator, non quatenus homo, ſed quatenus ædificator atque eiuſmodi artifex eſt, quòd ſi ædificatoria ars ædes eſt cum lapidibus, ædificatoria vero atque ædificator idem ſunt, ædes atque ædificator idem erunt, eritque ædes actu ipſe ædificator. Quare etiam qui beneficio eſt affectus, nihil aliud erit, quam ipſe ille qui affecit: eſſe enim & operatio benefici in eo eſt qui beneficiũ accepit, at eſſe eſt amabile, amabilis igitur eſt qui beneficio eſt affectus, illi qui affecit. beneficus autem ab eo in quem contulit beneficium, propterea non amatur, quia eſſe eius qui affectus eſt in eo minime eſt qui affecit, neque quicquam ab affecto in eum qui affecit profectum eſt, vt in eſſe aliquid ipſius in illo queat.

Ad hæc quòd ei qui beneficium contulit, honeſtum illud A *eſt quod actione eſt perfectum: quare gaudet eo in quo illud eſt. qui vero affectus eſt nihil honeſti habet in illo qui affecit. ſed ſi modo quicquam habet, id eſt quod conducit, atque id minus iucundum, & tunc amabile eſt.*

Qui beneficium contulit, honeſtum quoddam egit quod ipſe ille eſt qui accepit, in eo videlicet quod accepit. in eo vero qui contulit, nulla honeſta res ineſt, quæ ab eo qui accepit, fuerit facta. quare qui beneficio affecit, dum videt proprium opus, gaudet, id quod amat. affectus autem cum nihil ſui in illo qui affecit, inſpiciat, neque gaudet neque amat, nihil enim honeſti quod ipſe egerit, in bene merito apparet atque elucet, vt ob id lætari, atque amare ipſum queat, ſed ſi modo quicquam eſt, id non eſt B honeſtum ſed quod conducit, quod confert enim accipiẽti, in dante eſt. at quod confert, minus eſt iucundum minuſque amabile quam honeſtum. quod confert enim & conducit, eſt vtile, vtile eſt quo bonum aliquod acquiritur. atque ita bonum finis eſt: quod conducit, ad bonum tendit. ſed ſanitatem quæ finis eſt, magis amamus, quam ſanguinis miſſionem aut purgationem, quę ſanitatis cauſa fiunt: magis igitur bonum quod finis eſt, quam conducens quod ad finem tendit, quoque bonum ipſum comparatur, amabile eſt, at in eo qui beneficio eſt affectus bonum quoddam afficientis conſpicitur, in afficente vtile quoddam affecti ineſt: magiſque, vt dictum eſt bona amamus quam ea que vtilia ſunt, & conducunt, natura igitur comparatum eſt, vt qui beneficium contulit, magis amet C eum, qui id accepit, quam ab eodem redametur.

Præſentis ſiquidem operatio, futuri ſpes facti memoria iucunda eſt. at iucundiſſimum eſt quod operatione conſiſtit, atque amabile ſimili modo. et igitur qui affecit opus permanet: honeſtum enim eſt diuturnum. ei uero qui eſt affectus, preterijt vtilitas.

Hoc quoque ad confirmationem eiuſdem rei ſubiungitur, quod videlicet qui beneficium contulerunt, magis ament eos qui acceperunt, quam econtrario, eſtque huius rationis collectio in hunc modum, ſi iucundum eſt amabile, quod magis eſt iucundum magis amabile erit, at iucundum eſt amabile, ſequitur igitur vt magis iucundum magis quoque amabile ſit. eſt autem præſentis rei operatio, factæ memoria, futuræ ſpes iucũda, vel enim cum operatur quiſpiam honeſte, gaudet & voluptatẽ capit, vel cũ ſe aliquid huiuſmodi feciſſe in memoriam reuocat, vel cum ſe facturum ſperat, aut conſequuturum boni quippiam. natura autem magis iucunda ſunt, maioremque voluptatem & oblectationem afferunt præſentia quàm vel præterita, vel futura: eſtque qui beneficium contulit ſicut oſtendet, vt præteritum, qui accepit, vt præſens ac permanens, qui accepit ergo vtpote pręſens ac permanens quam qui præteriit, neque amplius eſt, erit amabilior. E Nam ſi quod pręſens eſt, iucundius eſt quam præteritum qui vero beneficio affecit, pręterito, qui affectus eſt, pręſenti correſpondet, efficitur, ut beneficio affectus iucundior ſit, quam qui affecit, ſi iucundior amabilior quoque ſit neceſſe eſt. Atque hæc Ariſtotelis argumentatio eſt. Ponit autem primum id quod cauſam hanc potiſſimum continet, cum inquit, ac iucundiſſimum eſt quod operatione conſiſtit, id quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, quod eſt præſens. nam præterita & futura iucunda quidem ſunt, non tamen iucundiſſima, præſens vero, quod operatione & actu eſt, eſt iucundiſſimum. iucundiſſimum autem eſt, quod ſummum iucundi incrementum adeptum eſt, ſicut candidiſſimum quod ad ſummum candorem increuit. eſt igitur præſens iucundiſſimum omnium, atque amabile ſimili modo, id eſt amabiliſſimum atque icci rco præterito amabilius. Quod ſi præſens amabilius præterito eſt, eius vero qui affecit beneficio, honeſtum opus præſens eſt, ac permanet, qui ille ipſe eſt, bui

eſt affectus: vtilitas autem beneficio affecti hominis iam abijt: conſtat, eum qni affecit, naturaliter magis amare, quàm qui eſt affectus: propterea, quòd ſicut declaratum eſt, præſentia magis quàm præterita & futura natura amare, conſueuimus. Verum quo modo opus eius qui affecit, manet, eins autem qui affectus eſt, abijt; cum beneficio affecti opus quæ eſt vtilitas, eorum ſit quæ ad finem tendunt: eius vero qui affecit, quæ eſt honeſtas, finis ſit: euenit, vt in agendis rebus præteritis ijs quæ ad finem conducunt, finis ipſe ſuperueniat, qui actu eſt ac permanet. Perfrictiones enim & ſanguinis miſsiones, & potiones medicæ quæ ſanitatis cauſa adhibentur, non ſunt, neque permanent, vbi conualuit ille qui ægrotabat: ſed finis ipſe permanet, quæ ſanitas eſt. Item cum eſuriens quiſpiam, fameque confectus ſumpto cibo recreatus eſt, ac vires recepit: cibus qui ad alimoniam vtilis fuit abijt ac præterijt, vires corporis reſumptæ remanent: ſimili modo in agendis rebus contingit: vt ſi pecuniis mutuo acceptis quiſpiam mercaturam exerceat, ac lucretur, diueſque ex inope efficiatur: diuitiæ, qui eſt finis, atque ipſe diues manet: quod vtile ad eas conſequendas fuit, præterijt. Id quod ex ijs quæ quotidie videmus, manifeſtum eſſe facile poteſt. cum enim ad fœneratores accedunt, qui pecunia indigent, multum ac magnum id eſſe exiſtimant quod mutuo accepturi ſunt: vbi vero ipſo illo mutuo diuites euaſerunt, id extenuant, & perinde ac vile atque abiectum quippiam contemnunt: atque omnino quaſi nihil ſit, nihilque contulerit, nihil faciunt. Ac propterea fit vt qui mutuauit, amet, quia diuitiæ & copiæ quarum ipſe cauſam ſuggeſsit, manet: qui vero eſt mutuatus, ob antedictas cauſas non amet.

Ac memoria quidem honeſtarum rerum iucunda eſt: utilium non admodum, uel minus. expectatio uero ſeſe habere contrario modo uidetur.

Poſſumus hoc duobus modis intelligere: vno, vt ita abſolute dictum ſit, ad explicádam differentiá, qua honeſta & vtilia præterita à futuris diſtant: altero: vt quaſi ſolutio obiectionis ſit, quæ afferri poſſet. Prior ſententia ita erit: honeſtarum rerum præteritarum memoria magis iucunda eſt, vtilium minus, futurarum autem econtrario vtilium iucundior, honeſtarum minus iucunda eſſe conſueuit. Nam cum honeſta fines ſint, vtilia quæ ad finem conducunt: fines autem exiſtere non poſsint abſque ijs quæ media ſunt ad finemque conducunt: in futuris magis iucundæ nobis ſunt pecuniæ, quibus felicitatem ac copiam conſequuturos nos eſſe ſperamus, quàm copia ipſa diuitiarumque felicitas, quæ quia longius abeſt minus afficere animum noſtrum ſolet. in præteritis vero finis, id eſt honeſtum ipſum iam euenit, vt eorum quæ ad ipſum conducebant, nulla amplior vtilitas ſit: atque iccirco eorum memoria vel nullam, vel minorem iucunditatem, quàm finis afferat: victoriæ enim iam acquiſitæ memoria, quam earum rerum quæ ad victoriam conferebant, longe iucundior eſt. Vel igitur hæc Ariſtotelis verba ita ſunt intelligenda: vel dicendum, ſolutionem eſſe hanc dubitationis quæ ob antedicta oriri poſſet. Quo modo enim, diceret, quiſpiam, ò Ariſtoteles iucundiſsimum eſt id quod eſt actu & operatione: ac propterea qui beneficio eſt affectus, vtpote in actu operatione ipſa conſtitutus amari conſueuit: nam ſi beneficus nunc eſſet beneficus, núcque operaretur, conferretque beneficium, fortaſſe id eſſet conſentaneum, cum autem non operetur nunc, ſed iam operatus ſit, qui fieri poteſt, vt ob id magis amet, quia operetur? Ad hanc obiectionem reſpondere his verbis poteſt, perinde ac ſi ita dicat: quamuis etiam concedat quiſpiam beneficum non agere atque operari erga aliquem, ſed egiſſe iam, operatumque eſſe, ſic quoque fit, vt natura magis amet qui beneficium contulit, quàm qui accepit. ſi enim iucundior eſt, atque amabilior honeſtarum rerum, quam vtilium memoria: beneficus autem vtilia egit, ex qui A bus honeſta conſequuta ſunt, quæ etiam permanent: honeſtarum rerum quæ euenerunt, & finis recordatur ille qui affecit, propterea quòd videt ea quæ ſeruantur, & permanent, qui affectus eſt, non ea, ſed vtilia tantum memoria tenet. eius enim tantummodo quod mutuo accepit, recordatur, qui mutuatus eſt, non etiam eorum bonorum quæ ex mutuo euenerunt. Atque ita fit vt natura magis amet ille qui affecit beneficio, minus qui eſt affectus. nam quod omnes ferè bonorum quæ ex mutuo ſunt conſequuti, obliuiſcantur, inde apparet, quòd cum in mẽtem ipſis venit, ſe mutuo accepiſſe, atque ex ea re bona multa acquiſiuiſſe, quodam modo ægre ferre conſueuerunt.

Atque amatio ſanè effectioni: amari affectioni ſimile eſt B *amare igitur, atque ea quę ad amicitiam pertinent, eos conſequuntur, qui in actione excellunt.*

Si excellere, & dominari magis cupimus, quam excelli, ac ſubijci; benefacere autem eſt excellere, bene affici excelli, ſequitur, vt benefacere & beneficia conferre naturaliter amemus. at benefacere nihil aliud eſt quam ille ipſe qui accipit beneficium: magis igitur qui beneficium confert, natura amat eum qui accipit, quam qui accipit, eum qui confert. nam beneficio affici eſt excelli, excelli autem moleſtum eſt, ac minime amabile, minime amabile igitur eſt beneficio affici. excelli præterea in excellentia eius qui excellit, conſpicitur, quare qui excellit, amabilis non eſt, at beneficus excellit, amabilis igitur etiam ipſe minime erit. benefacere item eſt excellere, excellere amabile eſt: benefa C cere ergo amabile eſt: excellentia antem benefici & eſſe eius quatenus excellit, beneficuſque eſt in eo conſpicitur qui excellitur, beneficioque eſt affectus, beneficio affectus igitur amabilis eſt, magiſque eſt naturale vt ille amet qui affecit beneficio, quam qui affectus eſt. Beneficum autem quatenus eſt beneficus, operationemque eius in eo eſſe qui beneficium accepit, inde perſpicuum eſt, quod pictor quoque ea ratione qua pictor eſt, operatioque eius in imagine ipſa picta eſſe dicitur. Hæc loci huius ſnĩa eſt ſed verba ipſa etiam conſideremus. Amatio inquit & amare effectioni eſt ſimile, effectio antem in efficiente eſt, ſicut affectio in eo qui afficitur, afficiens antem eſt qui confert, non qui accipit beneficium, in eo igitur qui confert, amatio atque amare eſt, non in eo qui acce D pit. ſciendum vero effectionem & affectionem, non ſecus atque aſcenſum & deſcenſum ſubiecta re idem eſſe ratione differre, ſicut in naturali lectione copioſius dictum eſt. Cum igitur amatio in benefico, ſicut effectio in efficiente ſit, conſequitur, vt illi qui in actione excellunt, id eſt benefici, magis ament. actionem enim beneficium, ac beneficentiam hic appellat. beneficos autem qui in actione excellunt, id eſt qui in eo excellunt, quatenus benefaciunt. fieri enim poteſt, vt qui in hoc excellit, alia in re excellatur, ſitque inferior. Quemadmodum Alexander rex cum militari peritia & diuitiis præceptorem ſuum Ariſtotelem ſuperaret, ab eodem tamen ſapientia ac naturę cognitione longe ſuperabatur. Amare autẽ & quę ad amicitiá pertinent, idẽ eſt.

E *Prętereà omnes ea quę laborioſe facta ſunt, magis amant ut qui pecunias acquiſiuerunt, magis, quam qui ab alijs acceperunt. at beneficio affici labore uacare, benefacere laborioſum uidetur.*

Magis eſſe amabilia, magiſque a nobis amari ea quorum acquiſitio cum labore fit, quam ea quæ facile, ſineq; vllo labore nobis eueniunt pecuniis, iisque quę plerunque fieri ſolent, declarat, qui enim a parentibus, vel amicis, vel quibus vis aliis pecunias ſine vllo ſuo labore acceperunt, facillime eas petentibus, atque indigentibus exhibent, quandoque etiam quibuslibet hominibus, quibuſque non oportet eas profundunt, qui uero acquiſiuerunt ſibique eas labore atque ęrumnis compararunt, amant quam maxime, ſibique eas quammaxime poſſunt, nitun

tur

tur reſeruare, quippe qui difficultatem in illis acquirendis experti ſunt. quòd ſi quod laborioſum eſt, difficulter que comparatur, diligimus, atque amamus: benefacere vero ex ijs quæ difficulter comparantur, fit (præſens enim argumentatio beneficis ijs qui cum labore acquiſiuerunt, videtur conuenire) benefacere igitur, conferreque beneficium laborioſum eſt: quare etiam amabile. at benefacere & beneficium ipſe ille eſt, vt diximus, qui accipit: qui accipit igitur, quàm qui confert beneficium, amabilior eſt. Poteſt etiam argumentum hoc ad omnes beneficos accommodari, non ad eos tantummodo qui ſudore comparatas opes diſtribuunt. dare enim abſolute quàm accipere moleſtius eſt: quod moleſtum eſt, id dum recedit, eſt amabile: cuius enim abſentia eſt moleſta, amabile eſt.

Propterea etiam matres liberorum ſunt amantiores: laborioſior ſiquidem generatio eſt, magisque ſuos eſſe filios ſciunt: id autem beneficis quoque eſſe proprium videtur.

Exemplo matrum idem confirmat. inquit enim matres magis amare liberos quam patres, propterea quòd generatio laborioſior eſt, ac moleſtior. quamuis enim in cõcubitu, ſeminisque emiſſione ſimilis voluptas vtriſque ſit: in toto tamen tempore poſt conceptum vſque ad partum labores, & moleſtias omnes mater ſuſcipit. Sicut igitur matres erga filios ſunt affectæ: ita benefici erga ea, quæ dãt aliis. at illi qui accipiunt, ſunt quodam modo, vt diximus dona ipſa quæ à beneficis accipiunt: qui accipiunt igitur, magis amantur. Matres autem, vt inquit, non tantum quia procreationem laborioſiorem ſuſtinent, magis amãt quàm patres: verum etiam quia ſuos eſſe filios magis quàm patres cognoſcunt. hoc vero dici etiam de benefico poteſt: magis enim ſcit ipſe etiam id quod dedit ſuum eſſe, quam qui accepit. nam qui accepit, exiſtimare poſſet id quod accepit, non eſſe eius qui contulit, ſed ab alio aliquo illum accepiſſe quo indigentibus ſumminiſtraret. Hoc igitur quod de matribus dictum eſt accommodari quoque beneficis poteſt. ſicut enim generatio coitu laborioſior eſt: ita beneficium conferre quàm accipere eſſe difficilius ſolet. & ſicut matres ſuos eſſe filios magis ſciunt quàm patres: ita qui conferunt beneficia, magis cognoſcũt quam qui accipiunt, ſe propria non aliena diſtribuere. Aliter etiam hoc quod ad matres ſpectat, accomodari beneficis poteſt in hunc modum: tria ſunt quæ ad tria alia proportione conueniunt: mater, fętificatio, filij: & beneficus, acquiſitio, beneficio affectus. matri reſpondet beneficus: acquiſitio pecuniarum fętificationi: filijs beneficio affectus. Quemadmodum igitur matres ob fœtificationis laborẽ & moleſtiam magis filios amant: ita beneficus propterea quod cum labore ea acquiſiuit quæ dedit, magis beneficio affectum diligit. patri item beneficio affectum conferri poteſt. nam ſicut pater minus amat liberos eo, quòd cũ voluptate eos genuit, ſic beneficio affectus, quia abſque labore & cum voluptate appetit beneficium, minus beneficium amare conſueuit.

De amore ſui. Cap. VIII.

AT enim dubitatur, vtrum amare ſeipſum maxime, an aliquem alium oporteat. increpant enim eos qui ſeipſos maxime amant: & quaſi in dedecus ſui amatores appellant. videturque prauus ſui cauſa omnia agere, ac tanto magis, quanto improbior fuerit. unde ipſi crimini dant quòd ab ſeipſo nihil agat.

Quoniam homines eos qui ſui amatores ſunt, interdũ laudant, interdum vituperant: in dubium venit, vtrum qui laudant, an qui vituperant, magis admittẽdi ſint. quippe cum tam qui laudant, quàm qui vituperant, dicere ſimili modo & probabilia, & abſurda videantur. Primum igitur quę dicant illi qui vituperant, ponit. increpant enim inquit, eos qui ſe amant: & quaſi turpi ac dedecoroſo φιλαυτίας, ideſt amoris ſui ipſius nomine ſugillant. cum. n. A contendunt, & rixantur, in conuicio ſui amatores eos vocant: quaſi ſui amator nihil aliud ſit, quam turpiſſimus, & peſſimus. Vbi vero dixit exiſtimare homines eos qui ſui ſunt amatores, eſſe prauos: ratiocinatione id colligit in hunc modum: Sui amator omnia ſui cauſa agit: qui ſui cauſa omnia agit, eſt prauus: ſui igitur amator eſt prauus, maiorem autem propoſitionem, quæ ait, qui cauſa ſui omnia agit, eſt prauus, ſignificauit dum dixit, videturque prauus ſui cauſa omnia agere, & tanto magis quanto &c. cũ enim dicere deberet, qui cauſa ſui omnia agit, eſt prauus: non ita dixit, ſed prauus cauſa ſui omnia agit. per hoc enũtiatum alterum quoque reciprocans intelligens: quod ita inquit, qui cauſa ſui omnia agit, eſt prauus, & prauus eſt,
B qui cauſa ſui omnia agit. Poteſt tamen ſic quoque huius argumenti collectio fieri: prauus cauſa ſui omnia agit: qui cauſa ſui omnia agit, eſt ſui amator: prauus igitur eſt ſui amator: vt maiorem propoſitionem ſicut in priore ratiocinatione intelligendam reliquerit, minorem vero tantum poſuerit. Crimini dant igitur ſui amatori quod nihil ab ſe ipſo agat, id eſt nihil quod remotum, proculque à ſeipſo ſit: prauus enim nihil agit quod remotum ſit ab vtilitate ſua, & commodo. quod idem eſt, ac ſi dixiſſet. nihil agit quod non vel ad incrementum ſuarum opum, vel ad corporis voluptates, & luxum conducat.

Probus autem ob honeſtatem: atque id eo magis, quo melior eſt: amicique cauſa: ſui autem cauſa agere omittit.

C Prauus quidem, vt dictum eſt, id eſt ſui amator ſui cauſa omnia agit: atque ob id ſui amatoris nomine quaſi turpi & infami notare conſueuerunt. at probus omnia quæ agit honeſtatis cauſa agit: & quanto melior eſt, honeſta magis agit: magisque agit amici cauſa quam ſua: magiſq; ob amicum in iudicium ſiſtet, ſi incidat occaſio: magisque ob amici aut patriæ vtilitatem, quam ſuam moleſtias & labores ſubire, ſumptuſque facere non grauabitur. Quod autem inquit, ſui autem cauſa agere omittit, idẽ eſt quod prætermittit & negligit. relinquit enim commodum proprium, ac reiicit, vt amico opem ferat, & ſuccurrat.

Ab orationibus tamen his opera ipſa diſcrepant: atque D id non abſurde, dicunt enim eum maxime amandum eſſe, qui maxime ſit amicus: maxime uero eſt amicus, qui vult bona ei cui maxime vult, illius cauſa, etiam ſi id ſciturus ſit nemo: at hæc unicuique erga ſeipſum, & cætera etiam omnia quibus amicus definitur, maxime inſunt, dictum ſiquidem eſt omnia quæ ad amicitiam attinent, à ſeipſo ad alios quoque deuenire. prouerbia item omnia conſentiunt. ut una anima. & communia omnia amicorum. & æqualitas amicitia & tibia genu propinquius, omnia enim hæc vnicuique erga ſeipſum maxime inſunt: quippe cum amicus maxime ſibiipſi ſit. Amare igitur etiam ſeipſum maxime oportet.

Iis qui dicunt aut eum qui cauſa ſua omnia agit, eſſe
E prauum: aut eum qui nihil cauſa ſua agit, eſſe bonum, opera ipſa, ideſt res ipſæ non conſentiunt. nam prauus potius quam bonus eſt, qui nihil cauſa ſua agit. Si quis enim diligenter conſiderans aduerteret naturæ opus eſſe hominem, qui cauſa veri hominis omnia ageret, probus is, non malus eſſet exiſtimandus, quia vero quis ſit uerus homo, plerique ignorant, ideo ita inconſiderate ſententiam proferunt, eumque qui omnia cauſa ſua agit, eſſe malum aſſerunt. nam qui cognoſcit verum & proprie hominem mentẽ eſſe q̃ in nobis eſt, atque ob id omnia agit, quæ ad eam excolendam, à vitiorumque omni labe puram conſeruandam ſpectant, is vere & ſui amator eſt, & probus, non malus. quare opus hoc, quod eſt agere illa quæ mentem noſtram ita inſtruunt, vt ab his infernis rebus ſubleuata ad ſuperiora excitetur, ab oratione illa diſcrepat, quæ ait omnia cauſa ſua agenda non eſſe. Qui igitur omnia cauſa veri hominis facit, uere ſui amator eſt, ac propterea bonus. qui autem hominem nihil aliud eſſe quam corpus opinatur vnà cum irrationali animæ parte,

idque & diuitiarum ſine carentibus appetitionibus, & luxibus immoderatis ſtudet excolere: is ne amator quidem ſui eſt: cum non ſeipſum amet, ſed turbam quæ in ipſo eſt multorumque capitum hydra, ideſt cupiditatem diligat. Quare opera ipſa & actiones eorum qui vere & proprie ſui amatores ſunt, cum orationibus quæ inquiunt, eum eſſe prauum qui cauſa ſua omnia agit, cõſentire minime videntur. atque id non abſurde, neque ſine ratione euenit. dicunt enim amandum eſſe eum qui maxime ſit amicus: qui autem vult bona alicui, ei cui maxime vult, maxime eſt amicus: cum ea videlicet vult illius cauſa, non quo etiã ipſe ſimul cum eo bonis amici fruatur. Cum dixerit igitur prius cur ſui amatores vituperent nonnulli, turpemque eſſe ſui amorem exiſtiment: nunc quò ſpectantes alij laudabilem eſſe ſui amorem ſtatuant, oſtẽdit inquit enim vt ſummatim quod dicit, colligam, in hunc modum: dicunt enim qui honeſtum quid, & laudabile eſſe ſui amorem aſſerunt, ſi illum maxime amicum appellamus, ac laudamus, vereque amicum eſſe dicimus, qui amicum ſuum non ſecus ac ſeipſum diligit: atque hoc veræ amicitiæ argumentum exiſtimamus, cum quis amicũ ſic vt ſeipſum amat: amare ſeipſum non prauum, ſed bonum eſt. nam ſi amare ſeipſum eſſet malum, amare quoque amicum ſicut ſeipſum prauum eſſet, ac vituperatione dignum. eritque ex conditione ſecundum reciprocationem, quæ cum oppoſitione eſt, ratio huiuſmodi. ſi prauum eſt amare ſeipſum, amare quoque amicum vt ſeipſum eſt prauum: ſed amare amicum vt ſeipſum non eſt prauum: amare igitur ſeipſum prauum non eſt. non igitur amor ſui, ſed odium ſui turpe potius eſt. Atque hæc ſunt quæ dicit. verba autem ipſa conſideremus. Amicus, inquit, ille eſt qui vult amico bona, etiam ſi voluntatem eius noſcat nemo. verus enim amicus eligit ac vult bene agere amicum. vt autem voluntatem eius cognoſcant alii, non laborat. hæc autem erga ſeipſum vnicuique inſunt, id eſt velle bona illius cauſa. omnes enim bona maxime ſibiipſis volunt, ſuique cauſa: & cætera omnia, quibus amicus definitur: quæ videlicet declarantur ex prouerbiis, quæ paulo poſt dicentur. Quod vero inquit, dictum eſt omnia quæ ad amicitiam attinent, à ſeipſo ad alios deuenire, ita eſt intelligendum: amicitiæ (id enim ſignificat hoc verbo φιλικὰ amicabilia, ſeu quæ ad amicitiã ſpectant) ad alios quoque deueniunt, & pertingunt, cum amant amicos homines, vt ſeipſos: voluntque amicis ea euenire, quæ ſibi etiam optant. cum enim hoc, cum amat ſeipſum quiſpiam, ad alium quoque peruenit, ita vt etiam ſimili modo illum amet: vera amicitia ea eſt. Prouerbiaque omnia quæ de amicis feruntur conſentiunt cum huiuſmodi orationibus, cum dicimus enim commonia amicorum eſſe omnia, idem eſt ac ſi dicamus, vere amicos illos eſſe, qui amicis ea bona, quæ ſibiipſis etiam volũt. Item amici ſunt quorum vna eſt anima, & amare eſt æqualitas quędam, ea dem hæc ſignificant. Pari modo quoque genu tibię viciniuſ eſt, amicitię hanc coniunctionem declarat: genu nam que γόνυ, quod os cruris eſt, inhæret ſemper, atque annexum eſt. Quod ſi veram amicitiam ex ijs quæ nobis ipſis volumus, iudicamus: amare ſe ipſos, ſuique amatores eſſe homines debent. at ſi id faciendum eſt, ſui amor turpis minime eſt.

Cum igitur utrique probabilitatem afferant, non iniuria in dubium uenit, utros ſequi magis debeamus. Quocirca fortaſſe huiuſmodi orationes quorſum utrique, & quatenus uera ſint, diuidendum eſt ac diſtinguendum. Si itaque ſtatuere mus quo pacto utrique ſui amatorem appellant, forſitan hoc conſtaret.

Vbi poſuit vtrorumque rationes, & eorum bonum eſſe amare ſeipſum, & eorum qui turpem eſſe ſui amorem aſſerunt: vtris inquit, cum vtrorumque oratio probabilis eſſe videatur, aſſentiendum eſt? his ne qui amare ſeipſum oportere affirmant, an illis qui negant? cui interrogationi po

A ſtea reſponſionem ſubiungit, orationes aſſerens quibus iſti vtuntur, eſſe diuidendas, id eſt nomen ipſum φίλαυτον ideſt amoris proprii quod vtrique prætendunt, in res ſignificatas diuidendum eſſe, ac diſtinguendum: quippe cum non ſimplex ſit, ſed equiuocum, non ſecus ac canis. quod vbi fecerimus, vtroſque tam qui aiunt, quam qui negant, amare vnumquẽnque ſeipſum oportere, recte dicere inueniemus.

Qui igitur hoc in opprobrium inducunt, eos ſui amatores vocant qui ſibi in pecuniis honoribus, & voluptatibus corporis amplius vendicant. plerique enim hęc appetunt: hiſque, perinde atque optima ſint, omni ſtudio incumbunt. unde etiam decertabiles res ipſæ euaſerunt. Qui ergo in his plus ſibi vſurpant, cupiditatibus, atque omnino affectibus, irrationalique animę parti obſequuntur. huiuſmodi autem plerique è vulgo ſunt. atque icctreo à pleriſque qui praui ſunt, impoſita appellatio eſt. Merito igitur his qui ita ſui ſunt amatores opprobrio datur.

B

Diſtinguentes igitur dicere debemus, ſui amorem eſſe duplicem, amare videlicet & ex colere turbam quæ in nobis eſt rationis expers, ideſt cupiditatẽ, ita vt in verum hominem, quæ mens noſtra eſt, dominetur: qua efficitur, vt in pecuniis, & honoribus & corporis voluptatibus ampliorem partem quàm alii habere ſtudeamus. nemo enim eſt qui cum ſenſum ſolum propoſitum habeat, ex eoque vitã traducat: his non oblectetur, & gaudeat, quaſi optima, ac pulcherrima, nobiſque accommodatiſſima ſint. atque

C vnum quidem hoc eſt amoris ſui ſignificatum prauum, ac turpe. hic enim ſui amator, qui neque vere ſeipſum amat, peſſimus re vera. ac turpiſſimus eſt: quippe cum homo ſenſus minime ſit, quem ipſe amat, ſed mens, quam luxu, & libidinibus occæcat, atque opprimit. Sed huiuſmodi homo ſui amator à pleriſque appellatur, qui hominem eſſe arbitrantur animal, quod ex corpore conſtat atque illa anima quæ cum irrationalis ſit, & ſeparari à corpore nequit, & cum corpore interit.

Eos autem qui huiuſmodi res ſibi attribuunt, ſolere à pleriſque ſui amatores vocari dubium non eſt. nam ſi quis ſemper vel iuſta agere, vel temperantia, vel qualiacumque alia

D *ex virtute maxime omnium agere ſtudeat, ſemperque quod honeſtum eſt, ſibi vendicet: eum ſui amatorẽ appellabit nemo neque vituperabit. quamquam is magis eſſe ſui amator videretur: cum ea quæ maxime & honeſta, & bona ſint, ſibi attribuat. ſuique præſtantiſſimæ parti obſequatur, eique in omnibus obtemperet.*

Alterum eſt ſui ſignificatũ amoris, cũ eum qui vere hõ eſt, quiſpiã amat: id eſt partem eam quæ in nobis ſapit, ac cogitat. huiuſmodi ſui amator turpis minime eſt, ſed honeſtiſſimus, propterea quòd verum hominem amat. plerique autem è vulgo iniuſtos & intemperantes, eoſque qui irrationalem partem, & curant & ſaginant, ſui amatores vocare conſueuerunt: non eos qui ment, qui verus homo

E eſt, excolunt: cum tamen re vera hi vere ſui amatores ſint, quippe qui illam partem animæ ament, qua homo eſt homo: ſibique ideſt menti ſuæ (eam enim præſtantiſſimam partẽ ſui vocat) honeſtiſſima atque optima attribuant. honeſtiſſima autem & optima uirtutes & ſcientiæ ſunt.

Sicut autem & ciuitas eſſe maxime id videtur quod in ipſa præſtantiſſimum eſt, & omnis alia congregatio: ita & homo. & ſui amator igitur eſt, qui id amat, eique obſequitur. continens item & incontinens ex eo dicitur, quod mens contineat reliqua & vincat, aut minime: quaſi id vnuſquiſque ſit. videnturque egiſſe ipſi, & ſponte, ea quæ cum ratione maxime egerunt.

Cum dixerit probum virum præſtantiſſimæ ſui parti obſequi, eique in omnibus obtemperare ac parere, vt omnia quæcunque iuſſerit, faciat, atque exequatur: quippe eum ſola ea agat quæ rationali parti placent, ratione vero carẽtis partis appetitiones, a c cupiditates fugiat, atq; auerſetur,

auerſetur: nunc quæ ſit præſtantiſſima in nobis pars, cui probus vir obſequatur, declarat. Quemadmodum enim ciuitas non eſt neque mœnia, neque domus, neque omnes abſolute qui in ea habitant, vt in libris de rebus publicis dictum fuit, ac demonſtratum: ſed eſt id quod præſtantiſſimum in ipſa eſt, id eſt quod maxime eſt principale, principatumque obtinet, quod Græci κύριον dicunt: exempli cauſa, in regno rex: in populari ſtatu populus: in paucipotentia paucorumque adminiſtratione ditiores: in optimatum gubernatione, optimi quique: in tyrannide tyrannus: ita etiam homo proprie pars ea animæ noſtræ eſt, quæ natura idonea eſt atque inſtructa ad principatum obtinendum. quæ eſt illa quæ rationis eſt capax, quæ ſapit & & cogitat. Vnde etiam ſui amator proprie eſt vt diximus, qui hanc amat, huicque obſequitur, id eſt qui ea agit ac facit quæ huic placent. Continentem item & incontinentem appellamus cuius mens vel continet cupiditatem ac cohibet, & dominatur, vel non continet, ſed vincitur: quippe cum ea vnuſquiſque ſit mens enim Socratis, aut Platonis, Socrates ipſe, aut Plato proprie eſt: cæterorumque hominum ſimili modo. egiſſeque hominem aliquid dicimus & ſponte egiſſe, cum ex ratione egit. Nam ſi non ex ratione actum quippiam ſit, id non hominem egiſſe, aut non ſponte dicimus, ſed aut iram vel cupiditatem id feciſſe, aut ab ira quempiam vel cupiditate impulſum perpetraſſe.

Id igitur præcipue eſſe vnumquemque, probumque virum præcipue id amare, obſcurum non eſt: unde etiam ſui amator maxime eſſet, diuerſa quidem ſpecie ab eo qui vituperatur: qui ſane tanto differt quanto uita cum ratione illi præſtat quæ ex perturbatione traducitur. & appetitio vel honeſti vel eius quod conferre videatur.

Id igitur, id eſt mentem præcipue eſſe hominem perſpicuum eſt. probumque virum hanc maxime amare. iracundiam enim & cupiditatem eatenus amat, & curat, quatenus ad ſalutem corporis facit. vnde proprie etiam ſui amator dici debet, diuerſus tamen ab eo vituperatur: qui ſane tanto differt, quanto ille qui ex ratione viuit, ei antecellit qui ex perturbatione vitam traducit. viuere enim ex ratione probum virum patet. cum ſemper appetat id vel quod re vera honeſtum eſt, vel quod conferre videatur. quod enim conferre ad honeſtiſſima quæque videtur, etiam ſi re vera honeſtum non ſit, appetitur à probo viro: quippe cum non omne quod videtur conferre, continuo etiam honeſtum abſolute ſit, ſed eatenus tantummodo, quatenus ad honeſtiſſima conducit.

Eos itaque qui circa honeſtas actiones præcipue ſtudent, omnes admittunt ac laudant. ſi omnes autem ad honeſta conſequenda certarent, honeſtiſſimaque agere contenderent: et publice omnibus opportuna, & priuatim ſingulis maxima bona euenirent. ſiquidem virtus tale quid eſt.

Qua de cauſa eos qui re vera ſui ſunt amatores, non vituperamus, ſed admittamus, hic explicat, ita ferè inquiens huiuſmodi homines non abſolute, vt ſui amatores admittimus: ſed vt eiuſmodi, qui circa honeſtas actiones verſentur, honoramus, ac laudamus. Hoc ubi dixit, deinceps qualis ipſe eſſet ille, quantoque erga omnes uirtutes flagraret optimus hic philoſophus oſtendit, cum inquit: ſi omnes ad honeſta certarent, id eſt ſi omnes ſtuderent, ac niterentur in honeſtarum operatione, optimiſque actionibus certatim alter alterum vincere: & ad virtutem exercendam omnes vires intenderet: & publice omnibus, & priuatim ſingulis maxima bona euenirent: nihilque mali in vita hominum verſaretur. maxima bona autem virtutes & ſcientias, honeſtaſque artes appellat. Eſtque hoc quod inquit, voto ſimile: perinde ac ſi ita diceret. vtinam omnes honeſtiſſimarum rerum acquiſitioni incumberēt, ac virtutesque & ſcientias amplectendas eſſent incitati: continuo malum omne omniſque animæ noſtræ labes ac pernicies e medio tolleretur: & communiter omni-

A bus, & priuatim ſingulis honeſtiſſima quæque ineſſent.

Quocirca bonus vir eſſe ſui amator debet: nam honeſta agendo & ſibi, & alijs proderit. prauus non debet; eo quod prauos affectus ſequens & ſibi & alijs nocebit.

Debere ſanè bonum virum ſui eſſe amatorem, hinc etiam patet. nam ſi verus amicus bona ei vult, cui eſt amicus, omniaque agit & ſtudet vt honeſtiſſima quæque amico adſint: cum ſeipſum amet, ſibi eadem volet agetque ſimiliter, vt honeſta ſibi eueniāt, ſui cauſa: atque id agens & ipſe emolumentum conſequetur, & alijs proderit, prauus autem vir ſeipſum amare non debet. cum enim exiſtimet prauus ſe non eſſe mentem, ſed corpus: id vnà cum rationis experte vita quæ cum ipſo interit, amat ac fouet: cumque hac falſa opinione inductus proprium homini

B bonum eſſe credat luxum & corporis voluptates: eas quomodocumque atque vndecumque conquirit, ac ſectatur: & ob id & iniuſtus & alieni vſurpator euaſurus ſit. quo pacto enim niſi rapiat, & iniuſte agat, luxuriæ & voluptates ad replendum pertoratum dolium, id eſt ad voluptatem inexplebilem ſaturandam ſuppetere ei poterunt?

Ac prauo quidem homini quæ agere debet, & quæ agit, inter ſe diſcrepant. at probus quæ debet, ea etiam agit: mens enim omnis quod ſibi optimum eſt, eligit: probus vero menti obtemperat.

Prauus quidem ea neceſſario agit, quæ agenda eſſe atque honeſta exiſtimat: at peſſima eſſe honeſtiſſima ei videntur. cum igitur alia agere debeat, id eſt ea quæ vero

C homini ſunt vtilia, cum ignoret ipſe verum hominem, alia agit. probus autem vir cum ſecundum rationem & mentem viuat, ea agit, quæ agenda vere ei ſunt. mens enim omnis atque intellectus natura ſua ſi vel à voluptate, vel morbo non impediatur, quod ſibi optimum eſt atque vtile, eligit, ac ſectatur: id quod ex ratione quoque carentibus animalibus patere poteſt. hæc enim cum illuſtrationem quandam mentis omnia habeant, vt alibi ipſe etiam Ariſtoteles inquit, maiorem alia, alia minorem: ex ea naturali quodam inſtinctu quæ ſibi vtilia ſunt, inquirunt, atque inueniunt. Cum primum enim oculis laborarit ſerpens, ad fœniculum accedit, eiuſque attritu viſum perſpicaciorem ſibi reddit. Vrſus quoque cum febricitat, formicis deuoratis conualeſcit. Araneus item telas ſuas ad muſ-

D carum paruarumque huiuſmodi beſtiolarum capturam contexit. Ex eadem naturæ illuſtratione nidum ſuum ſemicirculi forma compingere hirundo conſueuit, propterea quod capaciſſima eiuſmodi figura eſt. Necnon formica fruges in labyrinthis ſuis ſubterraneis repoſitas diuidit ac frangit, quo minus germinare amplius queant. quid plura? pleni Ariſtotelis libri de animalibus huiuſmodi exemplis ſunt, vnuſquiſque inde probationes huiuſce rei ſumere facile poſſit. Quare etiam probus vir quoniam menti obedit, irrationales vero appetitiones reiicit: quæ & ſibi optima & alijs ſint, eliget, atque aget.

Verum autem eſt quod de probo viro dicitur, eum amicorum cauſa & patriæ multa agere, etiam ſi pro ipſis mors fue-

E *rit oppetenda. nam & pecunias & honores proijciet, & denique ea quæ in certamen apud homines veniunt, dum quod honeſtum eſt, ſibiipſi vendicat.*

Non omnia aget probus vir amici cauſa, ut ea quæ & dedecus ipſi afferunt, & ad nullam veri hominis vtilitatem tendunt. vnde non dixit hic omnia, ſed multa eum eſſe facturum amici cauſa & patriæ. nam cum multa & honeſta & vtilia ſui cauſa probus vir faciat, amicus autem ſit alter ipſe: multa etiam amici cauſa neceſſario faciet. & quoniam totus virtutibus ornatus eſt, atque inſtructus, & ex mente viuit, mens autem omnis, vt dictum eſt, optima eligit: quippe cū mentis ipſius ēē, atque vt ita dicā, naturæ, hoc ipſum ſit, ut quæ optima ſibi ſunt, atque vtilia, eligat cū igitur huiuſmodi ſit probus vir amici & patriæ cā multa. aget, & ſi mori oporteat pro ſalute ciuiū & patriæ, morietur,

pecuniaſque profundet ac negliget, omniaque alia de quibus homines certare conſueuerunt. vt honores, opes, voluptates, atque huiuſmodi cætera: dum ſibi id quod honeſtum eſt, vendicat, atque acquirit. id autem eſt honor, qui à probis viris proficiſcitur, & præmium, quod à Deo opifice noſtro exhibetur.

Breui enim tempore lætari vehementer magis eligeret, quàm longo leuiter: & viuere honeſte vno anno, quàm multis quomodolibet: vnam item actionem honeſtam & magnã quàm multas & paruas. hoc autem ijs fortaſſe euenit qui pro alijs mortem obire conſueuerunt.

Vult enim probus vir, & qui ſapit, breui tempore vera voluptate vehementer affici potius, quàm diu parum & leuiter. nam ex actionibus quæ ex virtute proficiſcuntur, ſequi voluptates & patet, & dictum iam ſæpenumero eſt: quippe cum virtus ſit habitus qui in mediocritate quæ ad nos ſpectat, ſecundum rectam rationem cum voluptate, aut non ſine voluptate conſiſtit. Ex magnis itẽ actionibus magnas voluptates conſequi perſpicuum eſt. Quod ſi ita eſt, conſtat quoque eum qui parum honeſta agit, paulatimque, ſi ita incidat, pecunias expendit, diuturniorem quidem, ſed leuiorem tamen voluptatem percipere: breui tempore autem & vehementer lætari eum qui econtrario citius agit, atque omnia ſimul expẽdit. ſimilis quippe probus vir eſt homini vehementer ſitienti, qui vno hauſtu frigidam copioſe attrahit: alter paulatim ſorbillanti comparatur. vnde mauult magna breui tempore, C quàm longo parua affici oblectatione & lætitia: uitamque anno vno bene & honeſte traducere, dum pro patria ipſam exponit, & moritur, quàm multos annos quomodocunque, id eſt ignobiliter, & ſine vlla laude ac gloria: potiuſque eligit vnam actionem quæ ſit magnitudine inſignis, cuiuſmodi eſt pro patria & amicis mortis periculum non recuſare, aut multas pecunias atque opes magnæ alicuius honeſtatis cauſa profundere: quam multas aliquas & paruas actiones tranſigere. Quænam autem magna hæc honeſta actio ſit, quam electurum eſſe probum virum inquit, explicat, cum ſubiungit: hoc autem iis fortaſſe euenit qui pro alijs mortem oppetere conſueuerunt, D idest qui magnas actiones & honeſtas agunt, ſunt ij qui pro patria & amicis moriuntur. fortaſſe autem appoſuit ad pleruſque ſpectans qui praui ſunt: quibus, propterea quod neque quænam ſint proprie honeſta intelligunt, mori pro patria magnum quid eſſe minime videtur.

Eligunt enim magnum quoddam honeſtum ſibiipſis, pecuniaſque profunderent, quo amici plures accipiant. pecunia enim amico, ipſi honeſtum comparatur. quod autem maius bonum eſt, ſibi attribuit.

Qui pro patria & amicis mortem obeunt, magnum bonum, magnamque honeſtatem ſibi eligunt; id autem eſt honor qui à patria ſtatuis & monumentis, & ſacrificijs, atque huiuſmodi cæteris in poſterum exhibetur. Profun E dunt item pecunias, quo amici plures accipiant, & conſequantur. nam ſi ciuitas cenſu adminiſtratur, pecuniis non parcunt: ſed amicis tantum pecuniarum ſuppeditãt, quantum in ærarium collatum ipſis ad conſequendos magiſtratus ſufficiat: quo inde plura acquirere quàm habeant, ac comparare ſibi valeant. atque ita amico pecuniæ, aut magiſtratus, aut quiduis aliud vtile. ipſis honeſtum acquiritur, idest honor, & laus, & gloria apud omnes: quare quod maius bonum eſt, ſibi tribuunt quippe cum honor & gloria recte conſiderantibus longe maior pecunijs ſit, ac præſtantior.

In honoribus etiam & magiſtratibus idem modus eſt. omnia enim hæc amico concedet: honeſtum ſiquidem hoc ipſi eſt, ac laudabile: vt merito probus eſſe videatur, cum honeſtatem omnibus anteponat. Fieri item poteſt, vt actiones amico permittat: ſitque ipſi honeſtius, quòd cauſa amico fuerit vt eas egerit: quàm ſi ipſe egiſſet. In omnibus igitur laude di A *gnis rebus honeſtatis amplius ſibi attribuere uir probus videtur. Atque ita quidem ſui amatorem eſſe oportet, ſicut dictum eſt: ut plerique autem ſunt, minime.*

Eũdem modum ſeruat probus vir in honoribus & magiſtratibus, nam eos etiam amico concedit, & relinquit, magiſque eligit amicum quam ſe conſequi magiſtratum, honoribusque affici: quippe cum honeſtum ipſi ac laudabile ſit id facere. nam cum id faciat, merito eſſe probus videtur. probi enim viri eſt honeſtas res omnibus anteponere: at hic anteponit honeſtatem omnibus, eamque loco aliarum rerum omnium eligit: eſt igitur probus: omnia enim honeſta, vt dictum eſt, perſequitur, atque agit: honeſtiusque ſibi eſſe exiſtimat, ſi cedat amico magiſtratu & B imperio, quam ſi ipſe regnet. Vbi hoc dixit ſubiungit: Atque ita quidem eſſe ſui amatorem decet, qui ſibi videlicet plus honeſtatis tribuat, qui nanque in honoribus, & pecuniis plus ſibi vindicant, ij non ſui amatores, vt pleriſque videntur: ſed auari, & iniuſti re vera ſunt.

De amicis felicis, & quibus indigeat. Cap. IX.

*IAm vero de felice ipſo quoque dubium eſt, indigeat ne amicis, nec ne. nihil enim beatis ex ſeque ſufficientibus opus eſſe amicis inquiunt: adſunt enim ipſis bona: ut cum ex ſe ſufficiant, nulla re amplius indigeãt, amicum autem cũ ſit alter ipſe, ſuppeditare ea, quæ per ſe quiſpiam nequit. vn*C *de, fortuna cum dat bene, quidnam amicis eſt opus?*

In controuerſiam veniebat tunc vtrum felix indigeret amicis, nec ne: & quibuſdam indigere, quibuſdam non indigere videbatur. Qui non indigere eum exiſtimabant, his rationibus nitebantur: qui indiget amico, eo indiget vt ab ipſo ea conſequatur, quibus ipſi opus eſt, quæ ipſe ſibi cõparare per ſe non poteſt: felix ex ſe ſufficit, nulliuſque rei indigus eſt: ſi enim aliqua re indigeret, beatus nõ eſſet. quare neque amicis indiget felix. Eſtque rationis collectio huiuſmodi in ſecunda figura: felix nullius rei indigus eſt: qui amicis indiget, nullius rei indigus non eſt: felix igitur amicis non indiget. vel etiam in prima figura ad hunc mo- D dum, felix nullius rei eſt indigus: qui nullius rei ſunt indigi, amicis non indigent: amicis igitur non indiget felix. Quod vero inquit, fortuna cum dat bene, quidnam amicis eſt opus? Euripidis eſt ex Oreſte ſumptum. Cum enim Oreſtes matrem Clytemneſtram & Aegiſthum interfeciſſet: atque ob id furiis agitaretur, atque in periculum capitis apud Arginos eſſet venturus: rogat Menelaum vt ſibi ea in re aduerſus Tyndarum opem ferat: neq; committat cum multa à fratre Agamemnone beneficia acceperit, vt ipſe qui ſolum ſemen familiæ eius ſupereſt, ab inimicis ſuccidatur: atq; ita poſtea ſubiicit

Præſtare quicquam poſſe forſan quod rogo
Negabis? at in rebus aduerſis decet
E Præſto eſſe amicos, non repente prodere.
Fortuna cum dat bene, quidnam amicis eſt opus?
Sat nanque numen, dum iuuare vult, ſatis. cum enim fortuna & numen opem fert, & bona omnia ſuggerit, amicis opus non eſt.

Sed abſurdum videtur, cum bona omnia felici attribuamus, amicos non tribuere, quod ex bonis externis eſſe maximum videtur.

Quæ dicant illi quibus non indigere amicis felix videtur, ea ſunt quæ ſuperius retulit: nunc alteram ſententiã exponit, cuius ipſe præcipue Ariſtoteles eſt. Inquit igitur, felici non opus eſſe amicis abſurdum videtur: ſi enim felix eſt cui bona omnia ſuppetunt: maximum autem ex bonis externis eſt amicus: ſi felicem amicis priuauerimus, quo modo erit felix? qui enim quod ex bonis maximum eſt, non habet, is qui beri poſſit felix, non liquet. amicum autem externis bonis, idest diuitijs, poſſeſſionibus, & pecunijs maius bonum eſſe, manifeſtum eſt.

Nam ſi amici magis eſt beneficium conferre, quàm accipere: boni item viri & virtutis eſt vtueſacere: benefacere autem amicis, quàm alienis honeſtius eſt, probus vir iis indigebit qui beneficio afficiantur. vnde etiam in quęſtionē venit, vtrum in aduerſa, an in proſpera fortuna amicis magis opus ſit, eo quòd & qui in infortunio eſt conſtitutus iis indigeat, qui beneficia conferant, & qui fortunati ſunt, iis, quibus benefaciant.

Indigere amicis felicem his cōfirmat. Eſt autem quod inquit huiuſmodi: ſi boni & probi viri eſt benefacere & beneficia conferre: probi enim viri eſſe, atque eſſentia quatenus probus eſt, in benefaciendo, non in accipiendo conſiſtit: quippe cum accipere beneficia vel peſſimi quique eligere conſueuerint: honeſtius autem & pulchrius eſt amicis benefacere, quam alienis: felix vero quæ honeſtiora ſunt, perſequitur: indigebit igitur amicis felix, vt habeat, in quos honeſtius ac pulchrius conferre beneficium poſſit. Nam tam proſpera quàm aduerſa fortuna vtentes amicis indigemus: in proſpera quidem, vt benefaciamus: in aduerſa, vt amicorum beneficiis ſubleuemur atque iccirco merito quæritur in felicibus ne rebus, an calamitoſis amicis magis opus ſit: in vtraque enim fortuna eis eſſe opus perſpicuum eſt.

Adde quòd abſurdum fortaſſe eſt, vt beatum ſolitarium eſſe faciamus. nemo enim eſſet, qui omnia bona habere per ſeipſum eligeret: quippe cum ciuile animal ſit homo, & ad conuictum natura aptum. & felici igitur hoc in eſt: quę enim natura bona ſunt, habet: conſtat autem cum amicis & probis viris melius eſſe quàm cum alienis, & quibuſlibet hominibus diem traducere: opus igitur felici amicis eſt.

Fortaſſe adiunxit ad felicem eum ſpectans de quo in ſequenti libro acturus eſt in hoc enim nono de felice ciuili tractat: in decimo de eo diſputabit, qui in ocio & contemplatione rerum naturæ vitam traducit: qui quidem indigeat ne amicis nec ne, ex iis quæ ibi de eo dicet Ariſtoteles, poſtea cognoſcemus. quæ autem nunc inquit, de ciuili felice, qui amicis indiget, dicta ſunt. Abſurdum igitur inquit, eſt, ſi ſolitarium amicorumque & aliorum etiam conſuetudine carentem beatum hominem eſſe dicamus: nam ſi amicum non habet, neque alium quempiam habebit, quo cum verſetur. cum quo enim ex aliis qui diſſimiles ſunt, poterit libenter ſimul vitam traducere? ætate enim æqualem æqualis delectat, & ſimilis ſimilem. qui enim rerum contemplationi incumbit, intellectuque viuit, nullamque ſenſuum, animaliſque quod in nobis eſt, rationem habet, niſi quatenus neceſſarium eſt: eſſe is ſolitarius poteſt. at qui ciuilis felix eſt, cui omnia adſunt bona, ſolitarius eſſe nullo modo poteſt, præſertim cum homo ciuile animal ſit, atque eiuſmodi naturæ, vt ad conuiuendum ſimul idoneum ſit. indigebit igitur amicis felix, quibus cum ſimul viuat: quippe cum cætera etiam habeat bona. iucundiuſque & libentius cum amicis & probis viris ſuique ſimilibus, quam cum alienis & diſſimilibus verſabitur: immo horum iniucunda ei erit conſuetudo. Quocirca opus ei amicis omnino erit.

Quid ergo primi illi dicunt, & quo modo illorum vera oratio eſt? an quia plerique amicos eos eſſe opinantur qui vtiles ſunt? talibus igitur, cum bona ipſi omnia adſint, nullo modo indigebit beatus: ſed neque illis qui ob voluptatem ſunt amici, vel parumper. cum enim vita eius iucunda ſit, aduentitia voluptate non indiget. eum itaque talibus amicis non indigeat, non indigere amicis videtur. id autem verum fortaſſe minime eſt.

Quia non vno modo ſed multis amicitia dicitur: id in cauſa fuit, cur nonnulli felicem amicis non indigere aſſerere non dubitarent. ſunt enim amicitiæ, vt in præcedente libro didicimus, aliæ ob vtilitatem, ut vulgarium hominum, & eorum qui inter ſe commercia faciunt: aliæ

A ob voluptatem, cuiuſmodi ſunt vrbanorum facetorumque amicitiæ, & amicarum: aliæ quæ ob honeſtatem, & mores conciliantur, quæ proborum hominum ſunt, quia igitur plerique amicos eſſe eos putant qui ſunt vtiles magis, quam qui ſunt honeſti & probi: felix non indigere amicis videtur atque id non iniuria. vtilibus enim, cum nulla re indigeat, ei opus non eſt: bona ſiquidem habet omnia, cum ſit felix, ſed neque voluptuoſis amicis indiget vel ſi fortaſſe ob morbum, aut tale quippiam exhilaratione aliqua indiguerit, parumper indigebit. cum enim vita eius ſuauis ſit ac iucunda, felicitas enim cum voluptate eſt aut non ſine voluptate vt ſæpe iam dictum eſt ac demonſtratum: aduentitiam, extrinſecusque allatam facetorum ac ſcurrarum voluptatem non requirit. cum igitur ta-

B libus amicis non indigeat felix, videtur neque omnino vllis indigere. quod verum nō eſt nō quòd vtilibus & iucundis amicis non indigeat: id enim quauis alia re verius eſt: ſed quòd propterea prorſus non indigeat amicis, quia huiuſmodi non indiget qui vel vtilitatem, vel iucunditatem afferant, illud ſanè falſum eſt: non enim illis ei quicquam eſt opus. probis autem viris, qui re vera & propria amici ſunt, vel maxime indiget.

In principio enim dictum iam eſt, felicitatem operationem quandam eſſe. operationem autem fieri, & non eſſe vt poſſeſſionem aliquam, patet. at ſi felicem eſſe in viuendo & operando conſiſtit: boni autem viri operatio honeſta & iucunda per ſe eſt, ſicut in principio diximus, & quod eſt proprium vniuſcuiuſque iucundum quoque eſt, alios vero

C *ro ſpectare magis quam nometipſos, aliorumque actiones quàm noſtras poſſumus, proborum autem virorum actiones qui ſint amici, bonis ſunt iucundæ. ambo enim ea habent, quæ iucunda natura ſunt, beatus profectò amicis huiuſmodi indigebit, ſiquidem actiones honeſtas & proprias contemplari vult, tales autem ſunt boni viri, qui amicus ſit.*

Felicem amicis bonis, ſibique ſimilibus indigere hic etiam oſtendit, ſed obſcurius tamen, atque inuolutius paulo. ratio autem qua hoc probat, ex eo progreditur quòd non niſi cum bonis viris habere conſuetudinem poteſt, in hunc modum: ſumit primum ea, quæ in primo huius operis libro de felicitate dixerat, felicitatem o-

D perationem eſſe affirmans, inquit enim illic felicitatem animæ operationem eſſe ex virtute in vita perfecta cum voluptate, aut non ſine voluptate exiſtens. operatio igitur eſt felicitas, non habitus quidam ocioſus, vt dormientium medicorum, aut eorum qui in cuſtodia aliqua ita detinentur, vt agere quippiam nequeant. probus enim vir & felix in eo differt, quod operatur aut non operatur: re enim ipſa cum ſit idem felix ciuilis, & probus vir: operandi, aut non operandi ratione diuerſus eſt. cum enim non operatur, probus vir: cum operatur, felix dicitur. operationem autem non eſſe integrum quid perfectum quod ſubſiſtat, vt domus, aut pallium, aut ego, aut tu, ſed fieri

E non ſecus ac motionem perſpicuum eſt. motio ſiquidem ſimul vniuerſa minime eſt, ſed eius pars quædam fuit, quædam eſt, quædam futura eſt. ſi igitur felicitas eſt operatio, integrum quid minime erit, ſed ſicut motio, ac viſio, in agendo conſiſtet. eſſe igitur atque eſſentia ipſius bona vitæ traductio, bonaque actio erit. Quare felicis quoque ipſius eſſentia non quatenus eſt homo, ſed quatenus ē felix, erit feliciter viuere, id eſt bona & honeſta agere, atque operari, actioneſque ipſas bonas & honeſtas, operanteſque aliquos inſpicere. ſed ita natura comparatum eſt, vt homines alios magis quam ſeipſos, aliorumque actiones quam ſuas inſpiciant. felici igitur amicis eſt opus: vt amici actiones inſpiciens & amicum videat, & ſeipſum, ſuaſque in eo actiones contemplans voluptate afficiatur: quippe cum bonus vir bonarum rerum inſpectione oblectetur, oblectatuſque magis ad agendum inducatur. Cæterum quo pacto bonus uir dum amiccum

videt,amicique actiones, ſeipſum,ſuaſq; actiones dicitur intueri: propterea quòd probus amicus alter ipſe ille eſt qui amatur: probique amici eadem & eligere,& agere cõſueuerunt,vna enim anima in duobus corporibus quodã modo ſunt. Si igitur probus vir dum bonas actiones ſpectat, ad agendum magis incitatur, aliorum autem actiones inſpicere quàm noſtras magis poſſumus efficitur, vt amicis indigeat felix, vt amici actiones inſpiciendo quæ eædem cum ſuis ſunt, oblectetur: atque ob id magis agat. proborum enim hominum & præcipue amicorum actiones inſpicientes ad idem agendum mouere atque incitare mirabiliter ſolent. nam licet boni viri ex ſeſe apti,atque incitati ab bene operandum ſint: cum vidẽt tamen alios eadem agentes,magis mouentur,promptiuſque operantur. Atque hæc ratio eſt, quę felicem amicis indigere confirmat. ſed verba ipſa etiam conſideremus. Si felicem eſſe, inquit,in viuendo atque operando conſiſtit: id eſt, ſi felicem eſſe, eſt vita quæ operatione atque actu eſt. atque explicans quænam huiuſmodi vita ſit, ſubiungit: probi autem viri operatio bona ac ſuauis per ſe eſt. quaſi ita dicat: cum felicem eſſe in viuendo & agendo conſiſtere dico, nihil aliud intelligi volo niſi felicitatem eſſe vitam quæ honeſta & bona operatur, atque agit. non enim agendi poteſtate,ſed agendo felicitas notatur. atque exprimitur. Felicitas nanque, ſicut dictum eſt, non eſt habitus abſque operatione, ſed cum operatione coniunctus. qui enim perfecta præditus eſt virtute atque integra,cum non operatur, vt diximus, probus tantummodo vir vocatur: cum operatur vero, tum demum felicis nomen conſequitur. ac probus quidem poteſtate eſt felix: felix operatione atque actu probus vir eſt. felicem igitur eſſe nihil aliud eſt quam bonarum actionum & honeſtarum operatrix vita: quæ iucunda per ſe ſunt. honeſta enim omnia quæ ex virtute fiunt,ſunt iucunda. verumtamen non ſolum bona huiuſmodi ſunt, ſed ea quoque quæ propria cuiuſque ſunt,etiam ſi bona minime fuerint: oratio enim mala, malumque poema poetæ & oratori ſunt iucunda,qui ea compoſuerunt. Quocirca fit, vt felicis opera duabus de cauſis ei ſint iucunda,& quia propria ſunt, & quia honeſta, & bona: at eius operationes ab amici operationibus nihil diſcrepant, ſed eædem prorſus ſunt: felix igitur amici actionibus atque operationibus non ſecus ac ſuis oblectabitur. ambo enim inquit habent ea quæ iucunda natura ſunt, id eſt vtraque & felicis & amici opera natura ſunt iucunda. Indigebit ergo felix & beatus huiuſmodi amico, vt eius operationes inſpiciens, ſuas intueatur,atque oblectetur.

Felicem præterea iucunde viuere oportere exiſtimant. at ſolitario difficilis vita eſt: non eſt enim facile per ſeipſum aſſidue operari, cum alijs vero, & ad alios facilius. operatio igitur quæ magis erit continua, iucunda per ſeipſam erit id quod circa beatum eſſe oportet. Probus enim uir, quatenus eſt probus, ſicut ex virtute proficiſcentibus actionib. gaudet; ita eas moleſte fert, quæ ex vitio exiſtunt: non ſecus atque muſicus pulchris modulationibus oblectatur, prauis offenditur. Adde quòd ex conuictu cum bonis exercitatio etiam quędam uirtutis efficeretur: quemadmodum quoque Theognis inquit:

A iuſtis diſces bona. ſi verſabere amico
Cum prauo, amittes mens bona ſi qua ſibi eſt.

Hoc etiam argumento idem colligit. Omnes inquit felicis vitam iucundam eſſe dicunt, & credunt: quemadmodum miſeram & infelicem, quæ in doloribus & moleſtiis conſtituta eſt: cuiuſmodi eſt infelicisſimi hominis vita: quæ ſi eſt moleſta, felicis iucunda proculdubio erit. at felicis vita quatenus eſt felix,operatio ex uirtute eſt, operari autem ex uirtute nihil aliud eſt quàm iucunde operari,quare felicis vita in eo quo felix, iucunda operatio eſt. quòd ſi ita eſt,aſſidue operabitur,ut aſſidue læte-

A tur,aſſidue autem operari ſolitario homini difficile eſt. Vbi enim inquit ſolitario difficilis vita eſt,per vitam operationem & actionem intelligit: ſubaudiendum ſiquidem eſt aſſidua & continua, vt integra oratio talis euadat: difficilis ſolitario continua vita eſt ideſt operatio. nam ſoli aſſidue operari difficile eſt: cum aliis facile eſt. ſi igitur aſſidue honeſtisſimis voluptatib. affici melius eſt, quàm nõ aſſidue: voluptate autem affici in operando atq; agendo conſiſtit,aſſidue voluptate affici in operando atque agendo conſiſtit: at ſolitario homini aſſidue operari difficile eſt. quapropter efficitur, vt amicis indigeat felix,vt aſſidue operãdo, aſſiduam quoque voluptatem percipiat. Sine amicis enim fieri non poteſt vt aſſidue lætetur, propterea quòd aſſidue quoque operari ſine eis non po-
B teſt,vel ſi omnino non poſſe falſum eſſe quiſpiam dixerit, difficile certe eſſe non negabit. Opus ergo eſt amicis felici homini quo aſſidue operetur. probi ſiquidem viri ſe mutuo ad operandum mouent,atque incitant, promptiores que reddunt. Quod autem inquit, id quod circa beatum eſſe oportet,ita intelligendum eſt. aſſidue & ſine vlla intermiſſione honeſta agere beato homini ineſſe oportet: quippe cum eo pacto ſimilior Deo euaſurus ſit, melius enim eſt, vt ea aſſidue agat, quibus gaudet,bonis autem actionibus & honeſtis gaudet contrarias vero moleſte fert, non ſecus ac muſicus pulchris cantilenis ideſt contonis,concentumque optimum reddentibus oblectatur,prauisque & diſſonis moleſtatur. felix igitur tum ob hæc amicis indiget: tum propterea quòd bonis viris ex conuictu,
C mutuaque conſuetudine exercitatio, profectuſque virtutis contingit. quippe cum non ita per ſeipſum, ſicut cum aliis exercere aliqua in re,& proficere quiſpiam poſſit.

Si etiam naturalius conſideremus, probus amicus probo eſſe natura expetendus uidetur. quod enim natura bonum eſt, probo uiro bonum & iucundum eſſe iam diximus.

Priora argumenta à felice, ea ratione qua eſt felix,ſumpta ſunt: felix autem natura minime eſt. nemo ſiquidem probus natura eſt eiuſmodi, quemadmodum neque medicus aut grammaticus quiſpiam natura aut medicus aut grammaticus eſt: ſed probus vir aſſuetudine & labore probus euadit, medicus diſciplina & experientia medicus fit, ſimili modo & grammaticus. Præſens autem ar-
D gumentatio ex viuendo & ſentiendo progreditur: quæ non aſſuetudine & exercitatione comparata, ſed natura inſita in nobis ſunt atque iccirco nunc inquit, ſi etiam naturalius conſideremus, perinde ac ſi ita diceret, prius rem conſideraui, argumentatuſque ſum ex iis quæ natura nobis minime inſunt, nunc autem ſi ex natura in nobis inſitis rebus conſideremus, naturalius de re hac diſſerere poterimus, conſiderantes enim ea quæ natura in nobis inſunt, probum amicum probo natura eſſe expetendum inueniemus. non aliter atque eſſe,& viuere, & ſentire, & ſapere, quorum vnumquodque expetere natura conſueuimus. quippe cum & uiuere & ſentire & ſapere natura omnes appetamus: dictum enim eſt prius eſſe & viuere bonum eum, ſit probo viro quoque eſſe expetibile. quæ ſi-
E quidem bona per ſe ſunt, & natura ſunt bona, bono viro ſunt expetibilia, eſſe autem & uiuere per ſe & natura bonum eſt, expetibile igitur eſt bono uiro eſſe & uiuere. at amicus nobis eſſe & viuere eſt, bonus enim amicus bono viro quaſi vita quædam eſt, efficitur ergo; vt bonus amicus bono uiro & honeſto expetendus natura ſit.

Viuere autem ipſum definiunt poteſtate ſenſus animalibus, hominibus ſenſus & intellectionis. poteſtas vero in operationem reducitur. at in operatione id quod præcipuum eſt, conſiſtit. uiuere autem nihil aliud eſſe, quàm ſentire vel intelligere præcipue & proprie uidetur. ſed uiuere ex ys eſt quæ bona & iucunda ſunt.

Bonum amicũ expetendũ natura eſſe probo viro demõſtraturus obſcure admodũ, atq; implicate rõcinatur. Quod

enim

enim inquit, huiuſmodi eſt, eſſentia & eſſe ipſum animaliũ A
in eo conſiſtit ꝙ poteſt ſentire, quippe cum vita animaliũ
poteſtas ſenſiua ſit. vita enim ſtirpium poteſtas eſt altrix,
ſimiliumq; ſibi generatrix, animalium vero poteſtas ſenſi-
ua. animal ſiquidem à viuẽte, vt in libro de anima dictum
eſt, ſenſu differt. nam quæ ex ſe nutriuntur, ſibiq; ſimilia gi
gnunt, viuentia dicuntur, animalia vero ea appellãtur, quæ
præter quam quòd nutriuntur, ſimiliaq; ſibi gignunt, eo-
rum quæ vel voluptatem vel moleſtiam afferunt, ſenſum
quoque habent. id quod in plantis minime eſt. nulla enim
ex ipſis neque ſi verberetur, dolet, neque voluptate affici-
tur, ſi foueatur, & curetur. Definiunt igitur, inquit, viuere;
ideſt definitio, & ratio eſſentialis vitæ animalium, eſt iucũ
dorum & moleſtorum cognitrix poteſtas, hoc eſt poteſtas
& facultas quæ ea ſentit & dignoſcit, quæ vel voluptate a- B
ficiunt, vel dolore. hominis vero vita poteſtate & ſentien-
di, & intelligendi ideſt conſultandi definitur. intellectio-
nem enim pro cõſultatione hic poſuit. ſolus ſiquidem ho-
mo conſultãs animal eſt. poteſt etiam hic definitionis no-
men pro notione & expreſsione ſeu agnitione ſumi, vt ho
minem notari atque exprimi agnoſcique ex eo dicamus,
quòd poteſt intelligere: poteſtas autem ad actum atq; ope
rationem reducitur. at in operatione, quod præcipuũ eſt,
conſiſtit. præcipuum hic finem vocat, atque id cuius cauſa
aliquid eſt, quod τέλος græce dicitur. operationis enim cau
ſa facultates has & poteſtates natura nobis indidit, eiuſq;
cauſa caras has habemus, atq; amplectimur. nam nullam
aliam ob cauſam videndi aut audiendi facultatem ama-
mus, niſi vt videamus, aut audiamus. ſi igitur viuere nobis C
in eo conſiſtit quòd ſentire & intelligere poſſumus, pote-
ſtatem autem hanc ſentiendi & intelligendi eam ob cau-
ſam ab opifice noſtro habuimus, vt operemur, vita vero
eſſe propriè videtur, ſentiendi & intelligendi operatio. i.
actio, & vitæ traductio, vel ex ſenſu & ratione carentibus
appetitionibus, vt praui homines ſolẽt, qui pecudum mo-
re viuunt, vel ex intellectu, vt probi viri, ſed viuere, præſer-
tim ſicut probi viri conſueuerunt, ex iis eſt quæ bona &
iucunda per ſe ſunt, viuere igitur & ex virtute operari per
ſe bonum & iucundum & expetibile eſt. hoc autem, ita. n.
ſubiungere debebat, ſi aſsidue fiat, melius eſt ac iucundius
id vero, hoc eſt aſsidue operari ſolitario homini difficile
eſt: felix igitur amicis indiget, quo operari aſsidue poſsit
ideſt vt aſsidue ſenſiuus & intellectiuus actu & operatio- D
ne ſit: ita enim eſſe melius eſt quam poteſtate: ſiquidem
poteſtates operationum cauſa, ſicut diximus, ſunt. quòd
ſi perſenſionẽ quæ actu fit, natura eligendam amplectimur
ea vero, & actu conſultare, & agere maxime cum amico
nobis contingit: amicus probo viro natura eligendus eſt,
atque expetendus. Hæc ſubiungenda erant: quę cum Ari-
ſtoteles ſubticuerit, intelligendaque ex antecedentibus re-
liquerit, obſcuram reddidit orationem. Accedit quòd cũ
ſuauiſsimum ſit ſeipſum cognoſcere, & videre, nos ex no-
biſmetipſis ſpectare nos ipſos nõ poſſumus: id quod ex iis
quæ quotidie dicere cõſueuimus, patet. increpamus enim
nos mutuo interdum his verbis: ſi videres teipſum, aut co
gnoſceres, nequaquam hunc ita accuſares, nequaquam de
aliis ita loquereris. ſi igitur cognoſcere & videre ſeipſum E
iucundum eſt, id autem per noſmetipſos fieri nequit: ami-
cus autem eſt alter ipſe ſit, vt felix amicis indigeat. vt ſicut
qui in ſpeculum intuentes ſeipſos contemplantur: ita ipſe
in amicum inſpiciens, ſeipſum qualis ſit, quam bonus, &
amabilis, cognoſcat, & videat, idque faciens ad honeſta &
optima agenda magis incitetur. Amicum autem eſſe alte-
rum ipſum ex iis etiam quæ quotidie fiunt, comprobatur
cum enim quiſpiam vehemẽter alterum amat, nihil aliud
dicit, quam hic eſt alter ego ipſe ſum, & qui hũc aut amat
aut contumelia afficit, mihi ipſi eadem facit. Vbi igitur
Ariſtoteles dixit viuere ex iis eſſe quę per ſe bona & iucun
da ſunt: vt oſtendat ſe non omnem vitam dixiſſe & iucun
dam eſſe & bonam, ſed eam tantummodo quæ ex virtute
traducitur: ita ſubiungit,

A *Definitum enim eſt. quod autem eſt definitum, ex boni na-
*turæ eſt: quod vero natura eſt bonum, probo viro etiam bo-
num eſt: atque iccirco iucundum eſſe omnibus videtur.

Sciendum eſt, Pythagoricos duos rerum ordines cõſti-
tuiſſe, ſub vnum quorum bona omnia, ſub alterum mala
collocabant: & eum in quo bona erant polita, definitum:
in quo mala indefinitum vocaſſe: vt reciproca eſſe inter ſe
ſibique correſpondentia dicerent bona & definita. ſimili
modo mala & indefinita. Quicquid enim bonum eſt ideſt
definitum, & econtrario quicquid eſt definitum, eſt bonũ
& ſi omne malum eſt indefinitum, omne indefinitũ quo-
que malum eſt. Ac de his quidem ordinibus ac claſsibus
& in naturali lectione, & in ſupranaturali tractatione di-
ctum eſt. id autem quod ex virtute eſt, eſſe definitum mul
B tis in locis tum ab Ariſtotele, tum à Platone fuit demon-
ſtratũ. Prauus enim ob ratione carẽtes appetitiones quas
ſequitur, interminatamque prauarum voluptatum cupi-
ditatem indefinite vitam traducit, variuſq; ſemper effici-
tur, dum nulla re quam agit, oblectatur, contentuſque eſt
atque ob id ex aliis in alia ſemper tranſit, nunquam ne ho
ram quidem in eadem aliqua re perſiſtens. prauæ ſiquidẽ
res, voluptateſq; quæ ex ipſis eueniunt, huiuſmodi ſunt, vt
minime placeant, minimeq; ſint iucundæ, ſed ſimul atq;
factæ ſunt, inſuaues & moleſtæ illis, qui eas egerunt, eſſe
videantur. Iccirco fit, vt praui ad alia ſemper atque alia trã
ſeant, dum quod vere iucundum eſt, quærunt, & ob igno
rationem quæ ipſis ex prauarum actionum ebrietate con-
tingit, inuenire nunquam poſſunt. bonus autem vir, qui re-
C cte videt, dum ea quæ vere bona ſunt, vereq; iucunda per-
ſequatur, atque agat, in iiſdem perſiſtit. Sicut enim verum
eſt finitum, falſum infinitum: nã veritatis ſimplex eſt ora-
tio, falſitatis varia ac multiplex, ſic quod eſt vere bonum,
vereque iucundum, ſimplex eſt; quod econtrario ſe habet
multiplex, atq; infinitũ. Si igitur viuere iucundũ natura &
bonũ eſt, qđ aũt natura eſt bonũ, id ꝓbo ẽt viro bonũ eſt
& iucũdũ: efficitur, vt viuere actu ipſo videlicet, & opera
tione probus vir eligat, atq; expetat, amicumq; habere, quo
cum aſsidue magis operari, quam ſi ſolus ſit, poteſt.

*Non debemus autem prauam vitam & corruptam, in do
*loribuſq; conſtitutam accipere. ea enim ind finita eſt, non ſe-
*cus atque ea quæ in ipſa inſunt. At de dolore quidẽ in ſequẽ
D *tibus planior res efficietur.*

His verbis planum facit, ſe quando dixit, viuere ex iis eſ-
ſe quæ per ſe bona & iucunda ſunt; non de quolibet, ſed
de proborum tantummodo vita intellexiſſe. nõ debemus
inquit exiſtimare cum vitam per ſe eſſe iucundam & bo-
nam diximus, id de omnium vita fuiſſe dictum, ſed de bo-
norum tantum, & felicium. prauorum enim vita, & eorũ
qui in equuleo torquentur, Priamique calamitatibus op-
primuntur, neque iucunda eſt, neque bona: de quorum vi
ta prauorum videlicet, eorumq; qui in doloribus, & affli-
ctationibus conſtituti ſunt: in ſequentibus. i. in decimo li
bro ſequente dicturum ſe pollicetur; ubi de uoluptate
etiam diſſeret.

*Quod ſi viuere ipſum eſt bonum, iucũdum quoq; eſt: quod
E *ex eo etiam videtur, quòd omnes id appetunt: & præcipue
*probi viri, & beatis. his enim vita maxime eſt expetenda: ip
ſorumque vita beatiſsima eſt.

Hoc additamento ſignificat, ſe proprie bonam & iucũ
dam vitam eam quæ cum virtute eſt appellare. nam etiam
praui natura eam appetunt, & ſectãtur. omnis enim intel-
lectus, vt in ſeptimo ait, quod proprium ſibi bonum eſt,
appetit, & inquirit, quare etiam praui. ſed hi tamen male
educati, maleque aſſueti in prauas & malas vitas incidunt
eaſque quaſi honeſtas & bonas amplectũtur, quippe cum
bonum à malo, cum male affecti ipſi ſint, diſtinguere ne-
queant. Rationis autem vis ad illud quod inferius dicit, re
fertur, probum videlicet virum ſicut erga ſe, ita quoq; er
ga amicum eſſe affectum amicus enim alter ipſe eſt. Quod
autem inquit, huiuſmodi eſt, felicis amicus alter ipſe felix
eſt, quare

eſt,quare vita quuque amici altera ipſa ſelicis vita erit. at ſelix propriam vitã eligit,ac valde cupit, vnuſquiſq; enim eſſe & viuere natura appetit, habere igitur amicum ſelix natura expetit,quippe cum ſicut erga ſeipſum, ita quoq; erga amicum affectus ſit.Concludetur autẽ ratio in hunc modum,ſelix propriam vitam habere natura cupit,atque expetit,ſed propria vita amicus ipſe eſt,amicum igitur ſecum habere natura cupit,atque expetit ſelix. Hæc ſententia eſt. verba videamus. Si viuere ipſum,inquit, bonum eſt,iucundum quoque erit,ac propterea expetendum.expetit enim probus vir & uiuere & ſentire & intelligere, propterea quòd ſentit ſe viuere, & ſentire,& intelligere. viuere enim & ſentire ſine ſenſu & uiuendi, & ſentiendi eligeret nemo,eſſet enim planta,quæ viuit quidem, ſed viuere tamen ſe non cognoſcit. ſi igitur viuere & ſentire ſe B uiuere iucundum,& bonũ eſt,& ſelix ſicut erga ſe ita ergã amicum quoq; affectus eſt,adeſſe ſibi amicũ expetit ſelix, vt ſe & eſſe & ſelicem eſſe ſentiat.nam cum ſentit amicum & eſſe & talem eſſe,ſeipſum eſſe & ſelicẽ eſſe intelligit. talis ſiquidẽ,ut dictũ eſt,amicus ſelicis eſt,qualia ipſe eſt ſelix.

Qui autem uidet ſe uidere ſentit: & qui audit,ſe audire: & ſe ambulare,qui ambulat:atque in alijs ſimili modo quiddam eſt quod ſentit nos operari. ſentire uero poſſemus nos ſentire, & intelligere nos intelligere. nos ſentire autem uel intelligere, nihil aliud eſt quàm nos eſſe. eſſe enim ſentire uel intelligere erat. at ſentire ſe uiuere ex ijs eſt quæ per ſe ſunt iucunda: uita enim natura bonum eſt: bonum uero ſibi ineſſe ſentire eſt iucundum. uiuere autem expetendum eſt C *& præcipue bonis: propterea quòd eſſe bonum ipſis, & iucundum eſt. conſentientes enim id quod per ſe bonum eſt, lætitia afficiuntur.*

Pars quæ in nobis intelligit & iudicat,quãdo uidemus & intelligimus,nos uidere, & intelligere, quæ attentio appellatur,pars rationalis animæ eſt,quę quaſi ipſius centrũ ad quod operationes eius omnes referantur,& nos videre quando uidemus,& cogitare cum cogitamus, & cum ambulamus uel ſcribimus,ãbulare uel ſcribere iudicat.Quod uero inquit,ſentire autem poſſemus nos ſentire, & intelligere nos intelligere,idem eſt ac ſi dicat,non perſenſione, & intellectione caremus,cũ ſentimus & intelligimus nos D ſentire & intelligere,ſed ſentiendo & intelligendo conſentimus,& cointelligimus nos ſentire & intelligere, id autẽ nihil aliud eſt quam nos eſſe. qui enim ſentit ſe ſentire,nihil aliud iudicat,& ſentit,quã ſe uiuere,& eſſe. ſimili modo & qui intelligit ſe intelligere,id intelligit, ſe quoniam intelligit,uiuere,neque eſſe mortuum, ſed eſſe quandam rem.i.animal huiuſmodi.ſentire enim nos ſentire,& intelligere nos intelligere ſentire & intelligere eſt nos eſſe. Ex hoc autem quòd ſentimus eſſe & uiuere bonum eſſe colligit, in hunc modum, ſentire & intelligere nos ſentire & intelligere bonum eſt; at id nihil aliud eſt quam eſſe & uiuere, eſſe igitur & uiuere bonum eſt,& iucundum etiam,& expetendum. proprie autem uiuere & eſſe eſt ex E uirtute uiuere, aſsidue uero ex uirtute viuere & operari iucundius eſt ac melius,ſed probus uir cum amico aſsidue ex uirtute uiuere,& operari facilius poteſt, quam ſi ſolitarius ſit,probus enim amicus ad aſsidue operandum,agendaque honeſtiſsima adiuuat, qui uero ad id adiuuat, eſt expetendus, probus igitur amicus felici homini expetendus eſt,ſelix igitur amicis indiget. Quod uero inquit, eſſe enim ſentire uel intelligere erat, ob id dicit quia uita quæ operatione eſt,eadẽ eſt cum perſenſione quæ ipſa quoq; operatione fit,& econtrario perſenſio operatione uita eſt quæ actu exiſtit,utraq; enim hæc inter ſe mutuo reciprocantur. non enim omnem uitam intelligens neque omne eſſe,ſed id quod probi viri eſt,nos eſſe, nihil aliud eſſe inquit,quam ſentire & intelligere.Si igitur nos eſſe idem eſt quod nos ſentire & intelligere, & per reciprocationem ſẽtire & intelligere nos ſentire & intelligere idem eſt quod nos eſſe & uiuere, ſentire autem nos uiuere bonum & iu

A cundum eſt,eſſe & uiuere per ſe bonum & iucundum eſt. Cum dixerit autem uitam eſſe natura bonum, oſtẽderitque bonam vitam ſe intelligere quæ ex virtute traducitur ſubiungit bonum ſibi ineſſe ſentire eſſe iucundũ.i.ſuauiſſimum eſſe cum homo uitam quæ in ſe eſt, actionem,& rerum cõtemplationem eſſe ſentit,quippe cum huiuſmodi ſint probi viri & ad agenda bona,& ad vera contemplãda inſtructi.Quoniam itaque bonum & iucundum expetendum eſt,vita autem probi viri bona eſt & iucunda,ſequitur ut probi uiri uita expetenda ſit. deinde quo modo probi uiri ita iucunda ſit explicat,conſentientes inquiẽs quod per ſe bonum eſt,lætantur,per ſe bonum huiuſmodi vitã appellans quæ in actione & contemplatione uerſatur. cũ enim probi uiri ſentiunt & intelligunt,cõſentiunt quoq; B & cointelligunt uitam ſuam. i. uitæ ſuæ ſibi ſunt conſcij quod optima atq; honeſtiſsima ſit,ob idq; lætitia afficiũtur.

Cæterum ſicut erga ſeipſum, ita erga amicum affectus eſt probus vir, alter enim ipſe eſt amicus. quemadmodum igitur vnicuique ſe eſſe, ita quoque amicum eſſe expetendum eſt, vel ſimiliter, at eſſe ob id erat expetendum, quia ſe bonum eſſe ſentiebat, talis autem perſenſio ſuauis per ſe eſt, ſentire igitur ſimul etiam amicum eſſe oportet. id autem fieri in conuiuendo, communicandisque tum verbis, tum conſilijs poteſt, ita enim conuiuere de hominibus dici videtur, & non ſicut de pecudibus, in eodem loco paſci. ſi igitur beato viro eſſe expetibile per ſe eſt, cum bonum natura & iucun- C *dum ſit, ſimile autem amici quoque eſſe ipſum eſt, amicus etiam ex ijs eſſet, quæ expetenda ſunt. at quod ipſi eſt expetendum, id ineſſe ipſi opus eſt, alioqui indigens hac parte erit. ei igitur qui felix futurus eſt, probis amicis opus erit.*

Huc,vt dixi,præcedentes rationes referuntur. nam, vt quæ ſuperius dicta ſunt, cum his connectamus, in hunc modum inquit,viuere felici homini bonum & iucundum & propterea expetendum: felix enim & vnuſquiſque bonus & viuere & eſſe natura expetit:ſicut autem erga ſeipſũ ita quoq; erga amicum eſt affectus,amicus ſiquidem alter ipſe eſt, probus igitur amicus felici homini expetendus natura eſt.nam cum probi amici vitam ſentit,& intelligit D propriam etiam ſimul intelligit.at id iucundum eſt,atque expetendum:probus igitur amicus iucundus & expetendus eſt:quippe cum eum intuendo & intelligendo ſimul noſmetipſos & intelligamus,& videamus.indigebit igitur amicis,dabitque operam,vt eos habeat,felix. Atq; ad hũc modum quidem antedictorum omnium ſeries continuatur.nam cætera interiecta ſunt, vt doceret eſſe nobis dum ſumus in corpore,nihil aliud eſſe quam viuere, & ſentire & intelligere nos uiuere & ſentire & intelligere, & uere eſſe & uiuere eſſe,cum ex virtute uita traducitur,id quod & iucundum eſt,& expetendum. ſi autem iucundum eſt & expetendum,dum ſentimus nos eſſe & uiuere,iucundum quoque erit atque expetendum, ſi amicum quoque & ui E uere & eſſe ſentiamus.id autem eueniret, ſi amicus nobiſcum conuiueret,& tum orationum, tum actionũ ſocius fieret.iucundum igitur felici homini erit, ſi cum amico verſetur,& conuiuat.Inquit enim ſicut vnicuiq; ſe eſſe,ita amicum quoque eſſe expetendum eſt, uel ſimiliter.i.par in omnibus & ſimillima noſtræ amici uita eſt.unuſquiſq; autem ſimilem ſui, & præcipue probus uir probum natura amat.cum eoque uiuere appetit, nam ætate æqualem æqualis delectat,ut ait ille, & graculus apud graculum cõſidet: probus igitur uir probo uiro eſt ſuauis, gaudetque cum eo uerſari,& conuiuere. Cur uero vnicuique probo uiro iucundum ſit eſſe, exponit, cum inquit propterea quod ſe bonum eſſe ſentit.quare ſi amicum quoque bonum eſſe ſimul ſentiat,iucundum id, atque expetendum proculdubio erit.hæc autem conſenſio amici probitatis & conſcientia exiſtere ex conuictu poſſet,exque communicatione & uerborum quæ colloquendo pronunciamus, & conſiliorum.i.animi noſtri notionum & conceptionum quæ per

uerba

verba ſignificantur, atq; explicantur. nam in brutis ratio- A neque carentibus animalibus conuiuere nihil aliud eſt quàm in eodem loco pabulari, in hominibus autem conuictus optimarum & honeſtiſſimarum actionum & orationum & conſiliorum communicatio eſt.

De numero amicorum, multi ne an pauci habendi ſint. Cap. X.

SEd nunquid quam plurimi amici faciendi ſunt? an quemadmodum de hoſpitalitate conſone dictum illud videatur, Multorum neque ſis hominum, neque nullius hoſpes: ſic in amicitia quoque conueniet, neque amicis prorſus carere, neque amicos ſupra modum multos ſibi conciliare. B

Cum indigere amicis felicem hominem iam oſtẽderit: dubitationem quandam affert, multis ne opus ipſi amicis ſit, nec non ſtatimque ſolutionem ſubiungit cum inquit, an ſicut de hoſpitalitate conſone dictum videtur &c. conſone id eſt congruenter atque apte Hoſpites autem vocabant veteres externos homines qui in peregrinationibus hoſpitio excipiebant, & excipiebantur. quemadmodum igitur inquit, plurimos hoſpites habere non decet, vt monet Heſiodus: carmen enim Heſiodi eſt: ita neque amicos multos comparare nobis debemus, ſicut enim hoſpites vel nullos, vel multos habere fugiendum eſt: ſic laudi non datur, ſi vel nullos prorſus, vel admodum multos amicos nobis conciliemus.

Illis ſanè qui ad vtilitatem ſpectant, valde etiam congruere id quod dictum eſt, videretur: multis enim viciſſim ſubminiſtrare laborioſum eſt: non eſtque ad id agendum ipſis victus ſufficiens. plures igitur quàm qui ad proprium victum conueniant, admodum curioſi ſunt: tum ad bene viuẽdum impedimentum afferunt. nihil itaque ipſis opus eſt. C

Cur multorum amicorum copia nulli ex ſpeciebus amicitiarum vtilis ſit, neque ei quę vtilitatis cauſa, neq; ei quę ob voluptatem, neque ei quæ ex moribus & virtute conciliatur, nũc explicat. Illis enim qui vtilitatis cauſa ſunt amici, propterea multorum amicitia non confert, quia difficile eſt vnum multis viciſſim ſubminiſtrare, totque ac talia reddere, quot & qualia à multis accepit, id autem facere neceſſarium eſt, alioqui amicitia diſſolueretur, quippe D cum ob id ſe mutuo ament, vt gratiam & beneficium viciſſim recipiant. His igitur qui vtilitatis cauſa amant, valde cõuenire id quod dictum eſt, videtur. i. multos amicos non habere. conuenit quidem etiam aliis tam qui ob voluptatem, quam qui ob virtutem amant, præcipue tamen his congruit qui vtilitatis cauſa amicitiam contraxerunt, victus enim vires & facultas tam multis miniſtrare non ſufficit. & præterea quia præterquam quòd curioſi ſunt huiuſmodi amici plures, ad bene etiam uiuendum. i. ad vitam ſine multa turbatione & moleſtia traducendam impedimentum afferunt. Nam eos qui ob vtilitatem diligũt curioſos eſſe, ex eo patet, quod remunerationem & recõpenſationem ſemper obſeruant, & inquirũt, & maiora ne ſint an minora quæ redduntur, diligenter conſiderant. tũ ſi minora inuenerint, amicitiam diſſoluunt, ſi æqua, non E diſſoluunt quidem, ſed conqueruntur, quæ gratia, inquiũt hæc eſt? at ſi maius ipſe reddat, cito hi, vt opes ei deſint. neceſſe enim eſt, vt qui plura reddit quàm acceperit, & frequenter id facit, cito in inopiam delabatur.

Qui item voluptatis cauſa amant, pauci ſufficiunt: nõ ſecus atque in eduliis condimentorum.

Simili modo neque pluribus opus eſt ex ijs qui ob voluptatem amãtur. duo enim aut tres huiuſmodi ſatis ſunt nam ſicut in eduliis ſal, id ſiquidem appellat condimentũ ſi paucus ſit, condit epulas, ſuauesque efficit: ſi multus, inſuaues, & iniquiores reddit, ſic & qui voluptatem afferunt, ſi plurimi ſint, faſtidio potius & inſuauitate, quã voluptate eos quibuſcum verſantur, afficere conſueuerunt.

A *Probi autem amici vtrum plurimi numero eſſe debent? an amicorum quoque multitudinis ſicut & ciuitatis modus quidam eſt? neq; enim ex decem hominibus conſtare ciuitas poteſt: neque item ex decies decem millibus ciuitas exiſtit.*

Hic quoque cum inquit, an amicorum quoque multitudinis modus quidam eſt? quaſi ſolutionem infert. cum enim de probis viris quæſierit, an habere quamplurimos ipſi amicos numero debeant, reſpondet, modũ eſſe & menſuram multitudinis amicorum, ſicut & ciuitatis aſſerens. quemadmodum enim ciuitas neque ex decem hominib. conſtare poteſt, facile enim à quolibet capi atque opprimi ſi tam infirma eſſet, valeret: neque ex decies decem millib. id eſt centum millibus hominum conſtat, ſicut neq; nauigium quinquaginta ſtadiorum longitudine viſum vnquã B eſt, ob eas cauſas, quas in libris de republica refert.

Sed quantitas non eſt fortaſſe vna quædam ſed omnis quę inter definita quædam media eſt. amicorum igitur quoq; multitudo definita quædam eſt. & fortaſſe plurimi illi ſunt, quibuſcum vitam traducere quiſpiam poſſet, id enim maximè ad amicitiam pertinere videbatur.

Quod inquit, huiuſmodi eſt ciuitatẽ dicere eſſe ex octo aut quinque millibus, aut certo aliquo alio numero definite difficile eſt, ſed dicendum eſt, eam ex iis cõſtare quæ inter definita extrema media ſunt, id autem, ſicut in libris de republica dictum fuit, tale eſt. oportet, inquit illic, ciuiles homines videre, & qui dominium ciuitatis obtinent, quantus ſit & qualis redditus ciuitatis, quot regio cui præeſt ciuitas, alere homines poſſit, quot & qualibus ad cuſto C diam militibus indigeat, cumque inuenerint tot multos eſſe, & tot paucos, decem verbi cauſa multos, duos paucos ex iis quæ inter duo hæc extrema decem & duos intercedunt, ſumere multitudinem eam debent, quæ & regionẽ cuſtodire, & à regione ali commode poſſit. idem in agricolis, & artificibus, cæteriſque omnibus faciendum eſt. Quemadmodum igitur in ciuitate, ita in amicitia multitudo quædam definita eſt. talis enim & tanta amicorum multitudo quærenda eſt, quacum facile, & ſine turbatione vlla, & moleſtia viuere quiſpiam poſſit, nam quibuſcũ ita conuiuere nequit, plures ij ſunt, quam oporteat. fugiẽdusque huiuſmodi numerus amicorum eſt.

Non poſſe autem cum multis viuere quempiam, multiſq; ſe impertire, obſcurum non eſt. eſſe præterea illos quoque inter ſeſe amicos oportet: ſi inter ſe omnes conuicturi ſint, id D *autem difficile in multis eſt.*

Perſpicuum eſt quod inquit. nam ſi alius ex amicis extra vrbem quotidie exire, alius verſari cum principibus ciuitatis, alius cũ exercentibus ſe exercere, & alius hoc, alius illud facere conſueuit, qui fieri poteſt, vt vnus & idem eodem die vel etiam eadem hora adſit omnibus, cum omnibusque ſimul operetur, atque agat? cum nemine enim eſſe abſurdum eſt, atque ab amicitia alienum. ſi vero cum vno verſans cum aliis conſuetudinem non habeat, contẽnere alios videbitur. Nam illud ſanè fieri vllo modo nequit, vt multi ſimul omnes idem agãt prorſus, vt in eo vnum omnes eſſe uideantur, quòd unum illud eſt quod agunt, & propterea dici poſſit, poſſe quempiam cum omnibus ſimul E uerſari, quatenus enim idem omnes eodem die vel eadem hora agunt, eatenus ſimul eſſe omnes dici poſſunt, licet diuerſi abſint. Adde quod qui eiuſdem amici ſunt, inter ſe quoque amici ſint, neceſſe eſt, nam ſi uiginti ſint Socratis amici, inter ſe quoque illos amicos eſſe oportet, id quod difficillimum eſt. cum enim ſint amici Socratis, & probus amicus (de probis enim hic eſt ſermo) cõuiuere cum amico & traducere diem debeat: neceſſe erit, vt viginti cum Socrate ſimul degant, atq; idcirco etiam ſecũ inter ſe, quod niſi ſint amici, nunquam efficient. id autem eſt quam difficillimum.

Difficile quoque illud eſt, vt congaudeat quiſpiam & condoleat accõmodate cum multis. veriſimile. n. eſt ſimul incidere poſſe, vt cũ altero collætandũ, cum altero condolendum ſit.

Difficilius prætęrea eſt, immo fieri nõ poteſt, vt in multo amicorum numero & congaudeat quiſpiam cum iis qui lætantur, & cum dolore affectis condoleat. ſi enim ſimul alius fleat, alius rideat: quo pacto fieri poteſt, vt ſimul & rideam & lachrymẽ, & ſi vnus filium mortuum efferat alter nuptias filię celebret eodem die vtrique, eademq́; hora: qui fit, vt & gaudere, & lugere ſimul valeam. A

Fortaſſe igitur rectè ſe habet, nõ quærere quam plurimos habere amicos, ſed tot quot ad conuiuendum idonei ſint: neque enim fieri poſſe videretur, ut multis vehementer amicus quiſpiam ſit, idcirco neque vt plurium amore ſit captus: exuperatio enim amicitiæ quædam eſſe conſueuit: id autem erga vnum eſt, & vehementer igitur erga paucos quoque erit.

B Cum oſtenderit fieri nõ poſſe, vt plures vno amicos probus vir habeat, idque nimis durum eſſe cognorit, ad mitiorem conuerſus ſententiam, multorum amicitiam fugiendam, tot vero eligendos eſſe inquit, quibus cum conuiuere quiſpiam poſſit, tot autem tres fere ſunt: quippe cũ plures habere facile fortaſſe non ſit. fieri enim non poteſt, vt plures amicos habeamus. ſicut enim fluuij ſi in multos riuos ſcindantur, tenues atq; exigui reddi conſueuerunt, ſic etiam amicitia in multos diſpertita debilitatur, atque euaneſcit. Nam quemadmodum, inquit, multarum mulierũ amore capi quiſpiam nõ poteſt: amor enim venereus exuperatio quædam amicitiæ eſt, atque exceſſus: ita neque fit vt multos vehementer diligere poſſimus. quod enim inquit, id autem erga vnum eſt, de amore venereo intelligitur. & vehementer igitur amare & diligere amicum erga paucos erit. C

Ita vero vſu venire hoc etiam in rebus videtur. in amicitia enim ſodalitia multi amici non exiſtunt: ſed quæ celebrantur amicitiæ, inter duos dicuntur.

Dum dixit amicitiam erga vnum exiſtere, propterea quòd amor venereus exuperatio amicitiæ ſit, quòd vero exuperat, eſſe erga multos nequeat: id ex hiſtoria etiam cõfirmat, ex amicitiis enim ſodalitiis quæ fama celebrantur, ſingulæ inter duos fuiſſe inueniũtur: Achillis & Patrocli: Pyladæ & Oreſtæ: Theſei & Perithoi.

Qui autem multorum ſunt amici, & cum omnibus familiariter verſantur, ij nemini ſunt amici niſi ciuiliter, quos obſequioſos vocant. D

Quia fieri non poteſt, vt multis quiſpiam amicus vehemẽter ſit: qui multos habet amicos, omnibusq; benigne & iucunde occurrit, cum omnibusq; ſuauiter colloquitur, is etiam ſi amice verſetur, amare quempiã ipſorum minime videtur, neque è numero illorum eſſe, qui amant vehementer. nam ciuiliter quidem amare multos poterit: non ea tamen amicitia quæ propria eſt, quæque amoris vehementia definitur. Ciuiliter autem amare id intelligit, cum non reiicimus ea quæ dicunt ij qui nobiſcum conſuetudinem habent, neque aut dictis aut factis ipſorum aduerſamur, ſed laudamus eos, atque admittimus. cuiuſmodi homines, eo quòd omnibus obſequuntur, vel certe obſequi videntur, obſequioſos appellant.

E *Nam ciuiliter multis eſſe amicus poteſt quiſpiam, etiam ſi obſequioſus non ſit, ſed re vera probus, ob virtutem vero & propter ſeſe erga multos non poteſt: ſed contentus eſſe vnuſquiſque debet ſi vel paucos huiuſmodi inuenerit.*

Quamuis etiam obſequioſus quiſpiam non ſit, ſed probus .i. modeſtus, benignisque moribus præditus: id enim nunc ſignificat ἐπιεικής, fieri poteſt, vt is amicus multis ſit. qui tamen in eo ab obſequioſo differt, quòd obſequioſus laudare & admirari dicta & facta eorum videtur, quibus obſequitur, modeſtus non ita, ſed neque laudat, neque vituperat, ſed in mediocritate conſiſtit. Similiter igitur erga multos eſſe amicum, licebit, ob virtutem & mores, non licebit, propterea quòd cũ multos probos viros inuenire difficile admodũ ſit, erga eos quì nõ ſũt, nulla eſſe amicitia poſſit

A Vtra in fortuna habendi ſint amici. Cap. XI.

VTrum autem in proſpera, an in aduerſa fortuna amicis opus eſt? in utraque enim requiruntur. nam & infortunati ſubſidio, et fortunati conuictoribus indigẽt iiſque hominibus, in quos beneficia conferant, beneſacere.n. volunt. Atque in aduerſis quidem rebus neceſſarium magis id eſt: utilibus ſiquidem ibi eſt opus, in proſperis tamen eſt honeſtius. vnde etiam probos quærunt, hos ſiquidem beneficijs afficere, eum hisque vitam traducere expetendum magis eſt.

Dubitatio clara admodum eſt. pari enim modo & qui in proſperitate fortunæ, & qui in aduerſitate conſtituti B ſunt, indigere amicis vidẽtur, hi ut ſubſidium & opem ab amicis conſequantur, ab infortunioq; ſubleuentur, qui vero proſpera fortuna vtuntur, vt habeant, quibuscum degant, quosque proſequi beneficiis poſsint. cum enim probi ſint, bene facere volunt ac ſtudent, amicis autem benefacere quam alienis honeſtius eſt, ut ſuperius fuit declaratum. Cæterum amicus in aduerſis rebus magis eſt neceſſarius, quippe cum pecuniis tunc maxime opus ſit, probus autem uir cum in omni occaſione, tum præcipue in calamitatibus utilis ſit, ac iucundus. honeſtius tamen & pulchrius in proſpera fortuna eſſe amicum, & iucũdius. cuius cauſa licet dicta antea ſit, rurſus tamen etiam nunc referetur. cum enim probus uir iucundus ſit illis, qui proſperis rebus fruuntur, ac ſecundum naturam uiuunt, multos.n. C fortunæ proſperitas in ſuperbiam & inſolentiam, & contumeliam in eos quibuscum uerſantur, præcipitare conſueuit, ſed qui naturam ducem ſequuntur in bona fortuna probos amicos habere ſtudent, hos enim beneficijs afficere quam prauos, cum hisque conuiuere, quam cum prauis expetendum magis eſt.

Eſt enim præſentia hæc amicorum tam in proſperis quam in aduerſis rebus iucũda. qui dolent enim condolentibus amicis ſubleuari conſueuerunt. Vnde etiam dubitaret quiſpiam, nunquid quaſi oneris partem ſuſpiciant, an id quidem minime, ſed præſentia ipſorum ſuauis cum ſit, condolendique intellectus dolorem minorem reddat. Sed hãc ne ob cauſam, an ob aliud quippiã ſubleuentur, omittamus, euenire tamẽ prorſus illud quod dictum eſt, videtur. D

Cur in aduerſis rebus amicorum præſentia iucunda ſit nunc exponit, cur enim in proſperis iucunditatem afferat dictum iam eſt. hæc autem quæ nũc inquit, omnibus amicitiæ ſpeciebus conueniunt. Amicis igitur, inquit, in calamitatibus propterea opus eſt, quia ipſos inſpiciendo, qui doloribus grauantur, ſubleuari conſueuerunt. ſicut enim cum duo dolores, ut diuinus inquit Hippocrates, eidem contingunt, maior minorem extrudit, eiicitq;, ut ſenſus illius ferè nullus percipiatur, & item cum duo iucũda quę uel audiui, vtraque, uel ſi ita incidat, uiſui alterum, alterum auditui obiiciatur, quod maiorem iucunditatem affert, magis id ad ſe hominem allicit, facitque ut alterum neglectum contemptui ſit, ita cum iucundum aliquid & E moleſtum ſimul cuiquam cõtingit, ſi pares utraque uires habeant, in mediocri quodam affectu animum noſtrum conſtituunt, vt neque uoluptate neque dolore afficiatur, ſi uero alterum excedit, alterum deficit, pro ratione exceſſus, uel defectus, ita nos afficere conſueuit, quippe cum qualis ſenſibilium rerum vis eſt, talis affectio nobis contingat. Quoniam igitur amicus ſuauiſsima res eſt, præſentia ſua dolorem, & moleſtiam expellit, ac ſubleuat, ita vt minor eſſe uideatur, condolendo, ac loquendo, omniaq; agẽdo, quæ ad hilaritatem & lætitiam inducere moleſtia affectum ſolent. Dolorem autem leuat, atque exonerat amici præſentia, non quemadmodum ille qui quatuor modios tritici alteri ex humero detrahit, atque ipſe fert, ſed, ut dictum eſt, quia cum iucunda & moleſta afficere naturaanimum noſtrum ſoleant, præſentia amici iucunda cũ ſit,

dolorem

dolorem offuſcat, ac pellit. contraria enim inter ſe miſta ſeſe mutuo hebetant.vt ſi aqua feruida in frigidam, vel frigida in feruidam econtrario iniiciatur: ſic cum iucũdum moleſto accedit, imbecillius, minusq; graue id reddit. Sed quia hoc verum quidem in contrariis eſt, Platoni tamen iucundum moleſto eſſe contrarium non videtur: ideo ſubiungit: propterea ne ſubleuentur, qui in doloribus conſtituti ſunt, quia voluptas & dolor inter ſe ſunt contraria: an aliam aliquam ob cauſam, ob magnitudinem ſcilicet, & paruitatem, ſicut de duobus doloribus dixit Hippocrates: illud vero in præſentia omittatur. non enim id conſiderandum propoſuimus, ſed de amici præſentia in aduerſa fortuna, quæ cum manifeſta miſerorum dolores leuet, ac minuat, neceſſaria eſſe calamitoſis hominibus proculdubio cognoſcitur.

Ipſorum vero præſentia miſta quædam eſſe apparet. nam videre amicos iucundum eſt, præſertim in aduerſa fortuna conſtituto, affertque ſubſidium quoddam ad minuendum dolorem. amicus enim conſolationem præſtat & aſpectu & oratione, ſi commodus ſit: quippe cum & mores nouerit, & ob quæ vel lætetur, vel doleat. ſentire autem dolore affici amicũ ſuas ob calamitates, moleſtum eſt. in cauſa enim eſſe amicis, vt doleant, vnuſquiſque euitat, ac fugit.

Præſentia, inquit, amici miſta eſſe ex dolore & voluptate videtur, non ſecus atque ex albo & nigro fuſcum. iucunda enim eſt, propterea ꝙ videre amicum præſertim in calamitatibus voluptatem affert, doloremq; mitigat. nã amicus ad conſolandum idoneus eſt & dum aſpicitur & dum loquitur, præcipue ſi cõmodus ſit. i. ingenioſus atq; aptus, vt dicere ſciat quæ vnicuiq; occaſioni conueniant. cuiuſmodi probi viri maxime ſunt. nouit enim & mores probus vir ſimiles ſibi, quibusq; oblectetur vel doleat amicus: quæque admittat, vel reſpuat, facile tenet. atq; ob id ea & dicit & facit quib. lætari ac mitigari poſsit, qui dolet. Atque ob hanc cauſam amici præſentia eſt iucunda. Moleſta vero ob id quod qui dolet, cõdolere ac cruciari ſimul amicum cognoſcit. nemo enim qui recte ſentiat, dolore affice re ac moleſtia quemlibet hominem vellet, nedum amicũ in cauſaque eſſe amico mœroris alicuius, omnes fugiunt. Sed quorſum hæc de præſentia amicorum dicta ſunt? quia videlicet eam leuare dolorem, & nõ penitus eiicere ac tollere dixerat. quaſi ita inquiat: propterea nõ dixi amici præſentiam dolorem penitus extrudere, atque opprimere, ſed leuare tantũmodo, mitioremq; reddere: quia dolore amicum ea in parte afficit, quòd ille condolere & commœrere alterum ſentit. ſi enim amicus accedens dolorem nullũ ſecum afferret, illius aduentus dolorem calamitoſi hominis omnino expelleret ac tolleret. quia vero dolorem & luctum ſecum affert, dum condolet, mœrorem quidem leuat quia eſt iucundus: eum tamen prorſus nõ tollit, eo ꝙ dolorem affert ob id ipſum quòd condolet.

Atque iccirco qui viriles natura ſunt, cauẽt ne amici ſecum condoleant. & niſi ipſe dolorem qui ab illis ſuſcipitur, indolentia exuperet, non ſuſtinet: atque omnino collugentes non admittit, propterea quòd lugubris neq; ipſe eſt. Mulierculæ vero, atque huiuſmodi viri collamentantibus delectãtur eoſq; vt amicos & condolentes diligunt. ſed in omnibus imitari proculdubio meliorem debemus.

Quia nemo uult, vt dixit, moleſtiã afferre amicis, & eſſe in cauſa illis mœroris alicuius: propterea fit vt illi qui viriles natura ſunt, & generoſe calamitates ferunt, caueant, ne amici ſecum condoleant: atque ob id lætitiam vultu præ ſe ferant, & rideant, & quaſi nihil moleſti paſsi ſint, ita degant. & niſi dolorem quẽ ſuſcepere amici cauſa eius indolentia & iucunditate quam ſimulat, ſuperarit ille qui in calamitate cõſtitutus eſt: ſe afferre cauſam dolendi amicis prorſus non tolerat. Atque vna hæc eſt cauſa, cur aduerſa fortuna viẽs videre amicum dolore affici nõ patiatur, quia dolorem ipſe afferre non vult. altera eſt cauſa, quòd

A ipſe lugubris, ideſt: ad lugendum & lamentãdum idoneus minime eſt. prauorum enim & ignauorum hominum inſtar mulieris plorare & lamentari, non probi viri eſt. atq; ideo collugentes non admittit, qui videlicet cum ipſo collugeant, & cõquerantur. nam ſi ipſe propria virtute inſtructus fortunam aduerſam patienter fert, & non luget: quo modo vel cum eo non lugente collugere quiſpiam poteſt vel ipſe collugentem admittere, cum prorſus non lugeat? mulieres enim atque huiuſmodi viri, qui videlicet in modum mulierum effœminati ſunt ac molles, quærere complorantes, & collamentantes ſolent, quos ſanè imitari nullo modo debemus. ſed & in aduerſa & proſpera & media fortuna ad meliorum præſtantiorumque exempla ſpectãdum nobis eſt.

B *At vero in proſperis rebus amicorum præſentia & vitæ traductionem iucũdam habet, & intellectionem, quòd ſua ob bona lætetur. Quocirca videretur ad proſperas fortunas prõpte amicos eſſe inuitandos: beneficum enim eſſe honeſtũ eſt ad aduerſas autem tarde: quippe cum malorum participes quam minimum facere amicos deceat.*

In aduerſa fortuna amicorum præſentia, ſicut dictum eſt, miſta ex voluptate & dolore eſt: in proſpera vero incõmiſta, & pura eſt, omniſque doloris prorſus expers, tum enim traductionem vitæ. i. ingreſſum, aſpectũ, ſtatum, ſeſſionem, colloquutionem, & cætera huiuſmodi, iucunda omnia habet: tum intellectionem: intelligens enim qui proſpera fortuna vtitur, ſe ob præſentia bona voluptatem C amico afferre, gaudet ac lætatur. vnde præclarum eſſe atq; honeſtum videtur ad proſperam fortunam vocandos eſſe amicos, eiſque benefaciendum, beneficum enim eſſe, prõptumque ad benefaciendum honeſtum eſt. ad infortunia vero tarde ac pigre vocandi amici ſunt. non enim ſponte malorum noſtrorum participes facere amicos debemus. ſi enim amicus alter ipſe eſt: & quæ uult ſibi adeſſe quiſq; eadem amico velle debet, uult autem ſibi bona vnuſquiſque, amicum bonorum participem reddere vnuſquiſque debet, non malorum, quæ ſibi ex aduerſa fortuna contigerint. Quare neque in infortuniis amicos vocare honeſtum videretur.

Vnde illud: eſſe me miſerum eſt ſatis. maxime autẽ aduocandi ſunt amici, quando parua moleſtia ſuſcepta prodeſſe D *multum poſſunt.*

Ex eo quòd noſtris malis amicos grauare, eiſq; eſſe in cauſa doloris & moleſtiæ minime debem⁹: Euripidis quoque dictum illud in prouerbium ceſsit: eſſe me miſerum eſt ſatis. ſatis eſt, inquit, me eſſe in miſeria conſtitutum, neque opus eſt amicum præterea mecum infortunatum, & miſerum effici. Sed quid ò Ariſtoteles, diceret quiſpiam, amicos in infortuniis nullo modo vocabimus, vt conſolationem aliquam afferant nobis doloremque noſtrum leuent: næ inquit, aduocandi quidem ſunt, ſed non quolibet tempore, ſed ea tantum occaſione quando paruam moleſtiam, ſuſcipere, & multam afferre vtilitatem E poſſunt. At cum econtrario magno dolore afficiendi ſunt, nihilque nobis pro futuri, immo potius miſeriam noſtram aucturi: videre enim amicum ex calamitate noſtra dolorem ſuſcipere moleſtum eſſe, dictum iam eſt, tunc ſanè minime ſunt vocandi. In proſperis igitur rebus aduocare amicos debemus: in aduerſis non ita, ſed cauendum, ne in dolorem & moleſtiam imprudenter ipſos iniiciamus.

At tre econtrario fortaſſe conuenit: ad infortunatos non inuitatum, & prõpte, amici benefacere. n. eſt, et maxime iis qui in indigentia conſtituti ſunt, & qui non petierũt, † vtriſque ſiquidem honeſtius eſt, atque iucundius. ad fortunatos vero vt cooperemur quidem, prompte, etenim ad hæc quoque amicis opus eſt, vt autem beneficiis afficiamur, tarde. quandoquidem ſtudere vtilitatem conſequi honeſtum non eſt.

Nobis

Nobis quidem ita faciendum eſt, vt amicos in proſpe-
ra ſortuna prōpte cōuocemus in aduerſa pigre ac tarde:
amici vero ipſi econtrario in calamitatibus & infortuniis
non inuitati ire debent. honeſtum enim eſt, cum proſpe-
ra vtens fortuna quiſpiam ad calamitoſum amicum vltro
non expectata vocatione accedit, eique pro viribus opem
ferre nititur: quippe cum veri amici ſit id facere, & præci-
pue eum in indigentia eſt conſtitutus aliquis, vt aut mul-
tis, aut aliquibus egeat. vtriſq; enim tam calamitoſo & in-
digenti ſi nō vocarit, quam fortunato ſi non inuitatus ac-
ceſſerit, honeſtius & iucundius eſt. hoc tamen loco alia le-
ctio reperitur in hunc modum: vtraq; ſiquidem honeſtius
eſt, atque iucundius: quod ita explanabitur. vtraq; .i. duo
hæc & benefacere, & non inuitatum ire honeſtius eſt ac
iucundius, quam vnum tantum, quod eſt cum petitione
& rogatione benefacere. Atq; hoc in calamitatibus atque
aduerſa fortuna faciendum eſt. In proſperis vero rebus &
non inuitati etiam & prompte ac celeriter accedere debe
mus, vt cooperemur, laboreſq; cum amicis ſuſcipiamus,
vbi his eſt opus. proſperitas. n. quandoque amicis indiget,
eorumq; præſentiam requirit. Vt autem cum amicis frua
mur bonis, & felicitate, non eſt properandum, ſed tarde &
cunctanter adeūdum eſt. nam neq; honeſtum, neq; alio-
qui eſſe amicum videtur ſtudere, ac dare operam, vt vtilita
tem ab amicis cōſequamur, ac lucremur: ſed adulatorum
atque auarorum id hominum eſt.

*Inſuauitatis tamen reijciendo fortaſſe vitanda opinio eſt
quandoque enim contingit. Eſſe igitur amicorum præſentia
expetenda in omnibus videtur.*

Oportet dum in proſperis rebus ad amicos accedimus
conſequendæ vtilitatis cauſa reiiciendo ac recuſando ca-
uere, ne ſi in iucundi atq; inſuaues eſſe videamur. licet enim
amico iniucundum minime ſit, vt aſsidue cum eo epule-
mur, boniſque eius fruamur, nobis tamē fortaſſe vitandū
id eſt, & detrectandum, ne videamur inſuaues. Interdum
enim fit, vt ex aſsidua & continua cū amicis conſuetudine
faſtidium, atq; inſuauitas contingat. quandoq; autem di-
xit & non ſemper, ob probos viros, quorum cōſuetudo in
communicatione actionum & contemplationū verſatur,
quibus nunquā vlla ſatietas atq; iniucunditas euenire pōt
ſemper enim conuictu mutuo oblectantur, gaudentq; cū
aſsidue alter alterius bonis fruuntur.

De præcipuo munere amicorum, & bonorum & malorum amicitia. Cap. XII.

*IGitur quemadmodum amore captis inſpicere eſt amabiliſ
ſimum, magiſque hunc ſenſum quam cæteros eligunt: vt-
pote cum ex eo amor & maxime exiſtat, & oriatur, ita
quoque amicis conuiuere expetendum maxime eſt. amicitia
enim eſt communicatio, & ſicut erga ſeipſum, ita quoque er-
ga amicum ſeſe habet, at ſenſus erga ſe vniuſcuiuſq; quod ſit,
expetibile eſt, erga amicum igitur quoq; erit. ſed eius opera
tio in conuiuendo fit: quare merito id appetunt.*

Hic docet ex quibus rebus, quibuſq; actionibus ſimul
verſantium amicorū inſuauitas ſequatur, & ex quibus non
ex illis inquiens inſuauitatem, & faſtidium nūquam oriri,
quibus vtrique oblectantur, quæ vtrique operari, atq; exer
cere aſsidue volūt. vt ſi vtrique alea colludere, aut compo-
tare delectentur, nunquam alter alteri faſtidium afferet:
quo ad colludendo, aut compotādo ſimul vitam traduxe-
rint. at ſi alteri alea magis ſit iucunda quam potatio, alteri
econtrario potatio quam alea magis placeat, efficietur, vt
aſſiduitas aleæ, quique ea aſsidue vtitur, ei qui aſsiduæ po-
tationi vacare cupit, iniucunditatem, ac faſtidium pariat:
propterea quòd euenit, vt qui iiſdem non oblectantur, in-
iucundi ſibi mutuo ſint. Quocirca probi amici cum iiſdē
ſemper gaudeant, iiſdemque oblectentur, nunquam inter
ſe eſſe inſuaues poſſunt. Atque hoc eſt quod inquit. Quod
autem ait in principio, igitur, id græce eſt ἄρα quod cum

A acuto accentu ἄρα eſt legendum vt, igitur, ſignificet cum
aſſertione, non cum circūflexo. quod dubitantis eſſet, atq;
interrogantis. aſſerendo enim Ariſtoteles hoc pronunciat
perinde ac ſi ita dicat, iam igitur ex his quæ diximus, per-
ſpicuum eſt, quemadmodum illi qui amore capti ſunt vi-
dere potius amicam ſuam volunt, quā de ipſa audire quip
piam, vtpote cum ex viſu magis quam ex auditu amor exi
ſtat, ſic amicis verſari ſimul & conuiuere eſſe expetibilius
quam ſi locis diſtantes quid agant, quo modoq; vitam tra
ducant, de ſe mutuo audiant. nam ſi amicitia eſt commu-
nicatio, communicatio autem conuictus eſt: amicitia &
conuictus idem ſunt, conuiuere igitur cum amico expetē
dum magis eſt, quam de eo audire, quid agat. Quemadmo
dum vero prius dictum eſt, ſentire nos eſſe & viuere expe-
B tendum eſt, at ſicut erga ſe vnuſquiſque probus, ita quo-
que erga amicum affectus eſt, ſentire igitur & videre ami
cum expetendum eſt. ſed videre abſentem non poſſumus.
præſentia itaque amici expetenda eſt, ex qua efficitur ut
videre amicum queamus, magiſq; eſt expetēda quam ab-
ſentia, quæ facit ut non videre amicum, ſed audire tātum-
modo de eo poſsimus. at vero ſenſus. i. viſionis ipſius ope-
ratio in conuiuendo, eodemque in loco verſando fit, non
in non conuiuendo, & non conſueſcendo, merito igitur
conuiuere appetunt. Eſſe enim & viuere idem eſſe opinā-
tur quod conuiuere. eſtq; ratiocinatio huiuſmodi: eſſe &
viuere expetendum eſt: eſſe & viuere in conuiuendo con-
ſiſtere exiſtimant, conuiuere igitur expetendum eſt. vel
hoc modo, eſſe & uiuere probis viris expetendum eſt, eſſe
C eſſe autem & viuere idem eſſe quod conuiuere opinantur
expetendum igitur conuiuere opinantur, expetēdum igi-
tur conuiuere probis viris eſt.

*Quodq; eſt ſingulis eſſe ipſum, aut cuius cauſa viuere eli-
gunt: ea in re cum amicis degere volunt. Quocirca alij com-
potant: alij alea colludunt: coexercentur quidam & conue-
nantur: nonnulli comphiloſophantur: in eo ſinguli diem ſimul
traducentes quod maxime in vita amant. cum enim conuiue
re cum amicis velint, hæc faciunt, hæcq; cum illis communi
cant quibuscum ſe conuiuere exiſtimant.*

Qui putant eſſentiam noſtram & eſſe ipſum nihil aliud
eſſe quam vitam quæ ex mente & contemplatione tradu-
catur, eiusque cauſa, ut uidelicet actioni, & contemplatio-
D ni vacemus, nos fuiſſe procreatos, iis ſanè & ſecum & cum
amicis uiuere in actione, & contemplatione uolunt, ta-
lemque vitam omnino amplectentes, ac ſectantes in nul-
lam nunquam inſuauitatem incidunt. qui vero eſſe noſtrū
in comeſtione & potatione, aut alea, aut tali aliqua re po-
nunt, ii cum huiuſmodi amicis conuiuere eligunt, quibus
cum vel edant & bibant aſsidue, vel ludant. ac demum
quodcunque amat quiſque, id ſe eſſe quoque opinatur,
eiusque cauſa cum amicis verſari, & conuiuere appetit,
quotidie enim multos audire licet, qui dicant comedere
huiuſmodi epulas, aut habere tale quippiam, aut agere
hæc, vita mea eſt. Atque iccirco fit, vt conuiuere ſinguli ap
petant, ſimulq; verſari cum iis qui vitas eiuſmodi ſectan-
tur, taleſq; vitas eſſentiam ſuam eſſe arbitrantur. ſiue volu
E ptaria, ſiue quæſtuaria atq; vtilis, ſiue temperans atque ho
neſta fuerit.

*Prauorum igitur amicitia praua eſt: praua enim ſecum
communicans inſtabiles cum ſint, & praui etiam efficiuntur
dum ſibi mutuo ſimiles euadunt. at proborum proba atque
honeſta eſt, congreſſionibusque inſuper augetur. videnturq;
hi meliores quoque effici, dum operantur, ac ſe mutuo corri-
gunt. exprimunt enim à ſe mutuo ea quibus oblectantur. vn-
de id: A talibus diſces bona. Ac de amicitia quidem hactenus
dictum ſit. Sequitur vt de voluptate diſſeramus.*

Si, quemadmodum dictum eſt, conuiuere eſt expeten-
dum, conuiuere autem eſt cum altero uiuere qui ſimilis
ſit, qui eſt amicus, ſicut ſunt ea ob quæ conuiuunt, ita
quoque ipſi ſunt, ſi bona, boni quoque ipſi, & bonæ ami-
citiæ,

citiæ, ſi praua, praui ipſi, & amicitię etiam prauæ, atque A inſtabiles ſunt, & quatenus conuiuunt, & ſibi mutuo aſsimilantur, eatenus praui atque improbi euadunt. at proborum virorum amicitia bona eſt & ſtabilis, augeturque congreſſionibus mutuis: honeſtis enim colloquutionibus atque operationibus incrementum accipiente virtute fit, vt ipſa quoque amicitia augeatur, quippe cum natura comparatum ſit, vt incrementa operando, efficiantur. Tum igitur hac de cauſa creſcunt bonorum amicitiæ: tum quia ſe mutuo corrigunt atque emendant exprimunt enim à ſe mutuo, atque ad ſeſe attrahunt & imitãtur & facta & verba alterius, quibus oblectantur, quæque ipſis placent, & quorum cauſa amici inter ſe ſunt. nam vt inquit Theognis, à iuſtis diſces bona, quare à prauis quoque praua exprimemus, ac diſcemus.

Finis Noni Libri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

MORALIVM NICOMACHIORVM

LIBER DECIMVS,

CVM EVSTRATII EPISCOPI NICAENI, vel, vt alij, Michaelis Epheſii explanatione.

Joanne Bernardo Feliciano interprete.

Liber hic qui decimus huius operis eſt, vltimus eſt, ac totam hanc moralem tractationem abſoluit: decem enim libris eam diuinus Ariſtoteles complexus eſt, in hoc autem quis nã ſit verus homo, exponit, quæq; ipſi vitæ conueniat, eam nimirum quæ ex intellectu & mente traducitur, quæ maxima felicitas, maximeque propria eſt. Nam cum duplex ſit felix, vnus ciuilis qui bonis etiam externis & fortunæ indiget, vt operari ſine impedimento poſsit: alter qui contemplationi rerum quę vere ſunt, præcipue incumbit: de ciuili in ſuperioribus libris multa diſputauit, in præſenti de contemplatiuo acturus eſt. Sed ſi ciuilis felicitas, vt ſuperius didicimus, operatio animæ eſt ex virtute in vita perfecta cum voluptate, aut non ſine voluptate exiſtens: quid de felicitate contemplationis exiſtimandum eſt? nunquid ex ea intellectuali vita quæ ad neceſſaria, quæ ſemper eodem modo ſunt, ſpectat, nullam voluptatẽ ſequi dicemus? nunquid eam turbatione & tumultu plenam, refertamq; inſuauitate putabimus? nefas ſanè eſſet, ſi eam carere voluptate opinaremur. cum voluptate igitur etiam ipſam eſſe aut non ſine voluptate cenſendum eſt. nam ſi ex honeſtis noſtris actionibus ſequitur voluptas: multo magis ex ea operatione ſequetur, quæ optima omnium eſt, cum circa intellectuales res verſatur intellectus: atque eo melior ac maior, quo contemplatio eſt actione præſtantior. Quoniam igitur hæc quoq; intellectus operatio cum voluptate eſt, quæ cuiuſmodi ſit, vt inquit Plotinus, illi nouerunt qui ſunt experti: oportet prius de voluptate, quænam & qualis res ſit, conſiderare, & ob alias etiam cauſas quas ipſe Ariſtoteles referet: tum ad ea quæ propoſita ſunt, excutienda deſcendere.

De voluptate. Cap. I.

POſt hæc fortaſſe ſequitur vt de voluptate diſſeramus: quippe quæ maxime affinis eſſe generi noſtro videatur. vnde iuuenes voluptate & dolore quaſi gubernaculo dirigentes erudiunt.

Addidit, fortaſſe, vel philoſophica modeſtia vtens, vel vt oſtenderet, ſi voluptas eſſet pars virtutis, vt irrationale eq; non fortaſſe, ſed neceſſario de voluptate fuiſſe dicendum: quippe cum iis qui recte quidnã ſit totum, diſcere volunt cognoſcere partes neceſſe ſit quibus totum ipſum conſtat. Cum vero non ſit pars voluptas, ſed res quædam, & quaſi vmbra quæ honeſtis operationibus accidit, fortaſſe dicendum de ipſa eſt: propterea quòd abſque iis quæ accidunt res ipſæ quas huiuſmodi accidentia conſequuntur, diſci poſſunt. fieri enim poteſt, vt tertianæ febris naturam cognoſcamus abſque bilis vomitu, & ſudore & cæteris quæ

A ipſi accidere conſueuerunt. felicitatis item eſſentiam nihil vetat quo minus intelligamus, etiã ſi quid ſit voluptas non didicerimus, ſi videlicet voluptas pars eius nõ eſt, ſed res quæ ex ipſa euenit & conſequitur. Cum tamen inquit eam generi noſtro maxime eſſe coniunctam & affinem, præ ſe fert ſe modeſtiæ cauſa, fortaſſe, poſuiſſe. cum enim dicere debuiſſet, poſt hæc de voluptate diſſerere neceſſariũ eſt, reprehenſionem vulgi cauit, & fortaſſe dixit. nam neceſſarium eſſe ei qui de vtriſque virtutibus tam rationalis, q̃ ratione carentis animæ partis agit, de voluptate tractare, B ex iis quæ hic dicit, perſpicuum eſt, ſi quis diligẽter adnotat. ſi enim coniuncta & affinis naturæ noſtræ eſt, noſque omnes eam tanquam affinem & familiarem nobis eligimus, ac ſectamur: non fortaſſe, ſed neceſſario cognoſcendum nobis illud eſt, quod generi noſtro ita eſt coniunctũ vt cæteris omnibus quibuſcum conciliationem quandam habemus, quæratur à nobis, ac diligatur. ob hanc enim coniunctionem quæ cum voluptate nobis ineſt, erudire adoleſcentes conſueuimus, voluptate & dolore ipſos quaſi gubernaculo dirigentes. i. regentes, ac moderantes. vtitur C enim hic verbo nautico Ariſtoteles οἰακίζοντες quod eſt gubernaculo quaſi nauim dirigentes ac moderantes. Sicut .n. ad portũ nauigia gubernaculo quadã rõne circũducta, ac librata diriguntur, ita adoleſcẽtes in portũ virtutũ incolumes deducũtur voluptate & dolore gubernati. Ita .n. aſſueſacere eos vt quibus debent, gaudeãt & doleãt, ſi non agant ea quę oportet, nihil aliud eſt quã ipſos gubernare, ad portumq; virtutes dirigere. quemadmodum lætari & dolere quibus non decet, via ad vitium eſt.

D *Maximumque eſſe ad morum virtutem videtur, ſi gaudeamus quibus oportet, & oderimus ea quæ odio habenda ſunt. hæc enim cum momentum ac vim ad virtutem & felicẽ vitam habeant, per totam vitam pertinent. iucunda ſiquidem eligunt, fugiunt ea quæ dolorem afferunt.*

Morum virtute virtutem ipſam moralem vocat. maxime, inquit ad virtutem moralem conſequendam videtur conferre, ſi gaudeamus & doleamus quibus oportet, ſicut modo demonſtratum fuit. Pertinent enim hæc per totam E vitam. i. voluptas & dolor per totam vitam noſtram porriguntur, ac protenduntur, noſque quoad vixerimus, ſemper comitantur. non enim in puerili tantum ætate gaudemus & dolemus, reliquas vero ætates ſine dolore, ac voluptate traducimus, ſed ſemper quouſque in hoc pertulo dolio. i. corpore fuerimus, nobis cum voluptate & dolore verſandum eſt. Per totam igitur vitam noſtram protenduntur, momentumque & vim habent ad virtutem & felicitatem acquirendam. Quid ſit momentum, eſſe interpretatus videtur, cum ſubdidit, & vim habent, honeſtæ autem voluptates, & dolores qui ex bonarum actionum vacatione ſuſcipiuntur, momentum habent idest vim & incitationem propenſionemq; afferunt vitæ, quæ ad virtutem felicitatemque conducit. at ſi hoc ita ſe habet, quę nam iu-

cunda

cunda & quæ moleſta ad virtutem conferant, quæ item eidem ſint impedimento, omnino cognoſcendum eſt, ne temere brutorum inſtar ad voluptatem quálibet feſtinemus, omnem que dolorem fugiamus. id quod nunc plerique ſine vllo delectu facere conſueuerunt. A

De talibus autem minime permittendum eſſe videretur, præſertim cum magna habeant controuerſiam. Nonnulli enim bonum ipſum voluptatem eſſe dicunt. alij econtrario admodum prauam rem eam eſſe affirmant. Atque illi quidem fortaſſe rem eſſe ita perſuaſi.

Ob antedictasq; cauſas neceſſarium eſt de voluptate & dolore conſiderare, contemplationemque de his minime prætermittere, præcipue vero ob altercantes, & controuerſas de voluptate ſententias quæ circumferuntur. Eudoxus enim voluptatem idem eſſe opinabatur, quod bonum B ipſum. ſpecialemque originem, & cauſam bonorum omniũ eſſe ſtatuebat, non ſecus atq; illi qui ſpecies, quas *ideas* vocant, introducebant, perſe animal animaliũ, perſe ens entium perſe hominem hoĩum, per ſepulchrum pulchrorum omnium, cauſam eſſe affirmantes. alij vero rem prauiſſimam eſſe voluptatem aſſerebant. Atque illi quidem qui ipſam eſſe bonum dicebant, rationibus fortaſſe quibuſdam perſuaſi id aſſeuerabant. Rationes enim hæ ſunt, voluptatem omnia appetũt, quod omnia appetunt id bonum eſt, bonum igitur eſt voluptas. Et item, quod propter aliud quippiam appetunt omnia & quærunt, eſt bonum, voluptatem propter ipſam omnia quærunt atque appetunt, bonum igitur eſt voluptas. diuitias enim ob aliud quid appetunt homines, vtpote cum tanquam inſtrumentum ſint, quo operari honeſta ſine impedimento queant, C inciſionem quoque & aduſtionem, medicamentorumq; potionem ſanitatis cauſa admittunt, ſimili modo mœnia & domos conquirunt, quo tum aeris intemperies, tum ferarum atque hoſtium inſultus propulſare commode poſſint, at voluptas propter ſe ipſam appetitur, finis igitur vltimus eſt voluptas, qui autem omnium aliorum finiũ eſt finis, bonum ipſum eſt, voluptas igitur bonum ipſum eſt. Sunt item multæ aliç rationes probabiliter concluſæ, quç idem eſſe voluptatem quod per ſe bonũ confirment, quas progrediendo ipſe quoque Ariſtoteles referet.

Sed ibi, melius eſſe ad vitam noſtram rati, ſi voluptas, quãuis non ſit, prauũ eſſe demonſtretur. pleroſque enim ad ipſam eſſe proclines, ſeruireque aiunt voluptatibus: vt ideirco in contrarium ipſis reducere opus ſit: ſic enim fore, vt ad medium redeant. D

Qui peſſimam eſſe voluptatem aſſerunt, non rationum probabilitate inducti id faciunt: ſed quia cum videant pleroſque homines ita procliues ad ipſam eſſe, vt neglecta omni honeſtate illi penitus inſeruiant, auocare ipſos ac retrahere ab effreni illo impetu, quo ad ipſam feruntur, voluptatem eſſe rem prauiſſimam aſſerendo, volunt, licet id verum non ſit. oportet enim, inquiunt, vt prauos à voluptate in contrarium abducamus. ſicut audaces ad timiditatem, iniuſti vſurpatores alienorum, eò vt nihil penitus accipiant, auari ad prodigalitatem, atque alij ſimili modo qui mediocritatem tranſgrediuntor, ad vitium contrarium reuocandi ſunt, ita enim E fiet, vt ad medium ac mediocritatem poſtea redeant. ſi enim voluptuoſi ad id fuerint retracti, vt nihil penitus oblectentur, facile ad medium, quod eſt gaudere & oblectari quibus oportet, deuenire poterunt. ſi item audaces ad timiditatem, vel iniuſti ad nihil accipiendum retrahantur, ad fortitudinem illi, hi ad iuſtitiam non difficulter reducentur. Auocare autem vel voluptuoſum hominem à voluptate, vel iniuſtum à rapina, vel audacem à temeritate poteſt nemo, niſi vel voluptatem, vel rapinam, vel audaciam, peſſimam rem ipſi eſſe perſuadeat. Quare licet voluptas peſſima non ſit, eam eſſe peſſimam dicendum eſt, ſi ab ipſa auocare homines voluptuoſos volumus.

Videndum autem ne non recte hoc dicatur. orationes enim de ijs quæ in affectibus, & actionibus conſiſtunt, minorem quam opera ipſa habeant probabilitatem. quando itaque diſtrepunt ab ijs quæ ſenſu percipiuntur, contempta veritatem quoque ipſam inſuper tollunt. nam qui vituperat voluptatem, ſi appetere ipſam quandoque conſpiciatur, declinare ad ipſam videtur, quaſi omnis voluptas eiuſmodi ſit. non eſt enim multitudinis diſtinguere.

Dicere vituperandam rem aliquam, & prauam appellandam licet neque uituperabilis, neque praua ſit, propterea quod proni ad ipſam ſumus, non recte ſe habet, non enim conuenit, vt quod non eſt abſolute prauum, prauum eſſe abſolute pronuncietur. ſed oportet nos, ſi res multis modis dicitur, diſtinguere, & docere quot ſint eius ſignificata, quæque ex his quæ ſignificantur, bõña vel vtilia, quæ item praua, & noxia habeantur. Vt de voluptate, ſi dicamus intemperantium, & aleatorum, ebrietatibusque & libidinibus deditorum hominum voluptatem eſſe prauam & noxiam, neque eſſe proprie voluptatem, ſed videri ijs qui veræ voluptatis guſtu penitus carent, eam autem quæ ex operatione virtutum, verũque diuinarum contemplatione conſequitur, optimam eſſe ac veram, quam & amplecti, & ſectari ſummo ſtudio debeamus, ſi ita inquam dicamus, recte à nobis erit diſtinctum. ſi uero abſolute & in vniuerſum pronunciemus, peccabimus. malam enim abſolute voluptatem eſſe dicere nihil aliud eſt, quam prohibere, atque auocare homines ab honeſtis voluptatibus, quod à ratione alienum maxime eſt. propterea cur bonum non ſit abſolute vituperare, quod abſolute prauum non eſt, cauſam ſubiungit, magis enim, inquit, factis credimus quam verbis, quippe cum facta verbis, non verba factis fidem afferant. Nam ſiquis malam eſſe auaritiam dicat, deinde quocunque modo atq; vndique colligere ſibi pecunias auide conſpiciatur, ei nullam fidem adhiberet quiſpiam, neque malam eſſe ex verbis eius auaritiam crederet. ſimili modo qui voluptatem prauam eſſe cum dixerit, ad ipſam poſtea declinat ac perpendet, ex ijs quæ agit, bonam eſſe eam declarat, non malam, ut dicebat. actionibus enim uerba, non uerbis actiones confirmari conſueuerunt. Affectus auté uocat, uoluptates, dolores, amicitias, odia, iras: actiones uero, eas quæ ex his proficiſcuntur operationes, cuiuſmodi ſunt contumeliæ, rapinæ, honores, & cætera de quibus ſæpe in ſuperioribus libris dictum iam eſt. Cum igitur orationes non conſentiunt cum ijs quæ circa ſenſum ſunt, ideſt cum ijs quæ à nobis qui loquimur, dicuntur, contemptæ ab audientibus præterquam quod ipſæ fidem amittut, ueritatem etiam ipſam perdunt ac deſtruunt. qui enim abſolute & indiſtincte uoluptatem prauam eſſe dicit, deinde eam ſequitur, ueritatẽ is tollit. nam licet uoluptas quædam re uera praua ſit, & uerum dicat, qui prauam eam eſſe affirmat, ob eos tamen mentiri uidetur, qui cum eam eſſe prauam dixerint, bonum poſtea ex eo quod ipſam ſectantur oſtendunt. Plerique enim è vulgo cum quot modis unaquæque res dicatur, diſtinguere nequeãt, eam quoq; quæ eſt praua, bonam exiſtimant, cum uident eum qui ipſam abſolute atque indiſtincte uituperaret, ad eam declinare, ac ferri.

Videntur igitur veræ orationes non ſolum ad cognoſcendum, ſed ad vitam quoque ipſam eſſe vtiliſſimæ. cum enim rebus conſentaneæ ſunt, creduntur: atque ita audientes ad vitam, ſicut ipſæ præſcripſerint, traducendam incitant. Sed de his ſatis. Ea nunc quæ de voluptate dicuntur, perſequamur.

Oportet igitur de ijs quæ multis modis dicuntur, non abſolute pronunciare, ſed diſtincte. verbi cauſa, cum de uoluptate loquimur eam eſſe triplicem aſſerentes, hanc bonam, alteram prauam, tertiam neutram eſſe dicere. cognitio enim & diſſertatio ueritatis non ſolum

ipſa per ſe expetenda eſt, verum etiam multum audienti- [A] bus ad recte viuendum conducit. conſentanea enim & conſentiens rebus ipſis cum ſit, creditur, inducitque ac cogit eos qui audiunt, ita vitam inſtituere ſuam, vt ipſa prę ceperit. Vbi hæc dixit ad diſputationem de voluptate cõſiderandam redit. ac primum Eudoxi rationes affert, quibus ille voluptatem eſſe ipſum per ſe bonum aſtruere conabatur, cum ita ſubiungit.

Opinio Eudoxi de voluptate. Cap. II.

EVdoxus quidem voluptatem bonum ipſum eſſe exiſtimabat, propterea quod omnia videbat eam appetere tam quæ prædita eſſent ratione, quam quæ ea carerent: atq; in omnibus quod eſt expetibile, id honeſtum: & quod [B] *maxime huiuſmodi, id præſtantisſimum eſſe cernebat: omnia autem ad idem ferri, id omnibus eſſe optimum indicare, vnũquodque enim quod ſibi bonum eſſet, inuenire, nõ ſecus atque alimẽtum. quod igitur omnibus eſſet bonum, quodque omnia appeteret, ipſum bonum eſſe conficiebat.*

Mos Platonicis eſt addendo τὸ articulum idest ipſum, vel αὐτὸ pronomen quod nos per ſe interpretamur, origines rerum ſignificare quas ἰδέας idest ſpecies ac formas appellant, quæ videlicet primo ac præcipue ſunt, quod vocantur. τἀγαθὸν enim & αὐτοαγαθὸν. idest ipſum bonum & perſe bonum nihil aliud dicebant eſſe, quam id quod ſolum, & primum bonum eſſet: reliqua vero mentem, animam, ſcientiam, virtutem, bona quidem, non tamen primo, ſed ex ipſius boni participatione bona appellari [C] vt mens bonum ſit, non ipſum bonum, ſimili modo virtus, ſic ſcientia bonum quidem, nullo pacto tamen ipſum bonum eſſe concedatur: at voluptas non bonum, ſed ipſum bonum dicatur. Ex Eudoxi enim ſententia voluptas origo ac fons bonitatis idest ipſum bonum eſt quod τἀγαθὸν ipſi dicunt. Sic ex adiectione τὸ articuli primam originem & cauſam & radicem, & quaſi centrum bonorum omniũ ſignificabant. præponendo vero αὐτὸ αὐτοῖς nuncupabant, αὐτοζῶον, αὐτὸν. idest perſe vnum, perſe animal, perſe ens. Ac perſe unum quidem principium eſſe & fontem vnorum, & vnitatum dicebant, vna enim & vnitates apud ipſos idem minime ſunt, idemque eſſe aiebant per ſe vnum & perſe bonum. perſe vnum enim & perſe bonum, & ipſum bonum primam omnium originem vo- [D] cabant, ſecundam perſe ens, quod omniũ entium principium eſſet. nam eſſe primum omnium perſeunum dicebant, deinde perſe ens, tum perſeuitam tum perſeanimal. Sed de his, quantum ad ipſum Ariſtotelem attinet, ſatis dictum ſit. Eudoxus igitur voluptatem eſſe ipſum bonum ex eo comprobabat, quod eam omnia appetunt tam rationalia, quam irrationalia, omniaque eam ſectantur & quærunt. quod enim omnia appetunt, id honeſtum ac bonum eſt. quod autem maxime honeſtum ac bonum, id præſtantisſimum eſt, hoc eſt, prima origo ac cauſa eſt. vel quod maxime eſt eiuſmodi idest maxime expetendum, id præſtãtisſimum eſt. Si igitur voluptas maxime eſt expetenda, ꝙ vero maxime eſt expetendum eſt præſtantisſimũ at quod præſtantisſimum eſt, prima omnium ori- [E] go eſt, prima vero omnium origo eſt ipſum bonum, voluptas ipſum bonum eſt. Nam voluptatem eſſe id quod pręſtantisſimum, & optimum eſt, inde patet, quod omnia ad ipſam feruntur, omniaque dant operam vt ea afficiantur. natura enim ſingula quod ſibi bonum eſt, ſibique confert idest iucundum, non ſecus atq; alimentum inuenire conſueuerunt. in omnibus ſiquidem, vt ipſe alibi oſtendit, vel mens, vel mentis quidam fulgor, quædamque illuſtratio ineſſe conſpicitur, & naturæ animalium nulla diſciplina inſtructæ; diuinus inquit Hippocrates.

Cuius ſanè rationes ob morum virtutem magis quàm propter ſeipſas credebantur: præcipue enim temperans eſſe [A] *videbatur: vt non vt amicus voluptatis putaretur hæc dicere, ſed quia ita re vera eſſet. Non minus autem ex contrario quoque manifeſtum idem eſſe exiſtimabat. dolorem enim per ſe omnibus fugiendum eſſe, contrarium autem ſimili modo expetendum*

Si intemperans fuiſſet, qui bonum ipſum eſſe voluptatem dicebat, ſuſpectus fuiſſet, vt nullam fidem ei quiſquã adhibendam cenſuiſſet: ſed quia temperantisſimus erat atque optimus vir Eudoxus, merito hoc de voluptate ei credebatur. non enim vt amicus eius, eique inſeruiens magni facere videbatur voluptatem, atque extollere, ſed quia re vera ita eſſet, vt de ea prędicabat, nec ex eo tantum voluptatem eſſe bonum probabat, quòd omnia ad eam tenderent, ac ferrentur, ſed ex contrario quoque eius idest do- [B] lore idem planum faciebat. ſi enim dolor, qui contrarius eſt voluptati, malum eſt, voluptas bonum ſit, neceſſe eſt. dolorem autem malum eſſe inde patet, quod omnes eum fugiunt, odioque proſequuntur.

Maximo autem id eſſe expetendum dicebat, quod non ob aliud, neque alterius cauſa eligeremus huiuſmodi vero procul dubio voluptatem eſſe: quippe cum à nemine requiramus, cur voluptate afficiatur: eo quòd expetenda per ſe ipſa voluptas ſit.

Voluptatem bonũ eſſe in vniuerſum ſuperiore ratione Eudoxus colligebat. hac vero ipſum per ſe bonum eſſe demonſtrat. Maxime, inquit, expetendum, maximeque bonum illud eſt, quod per ſe, & non ob aliud expetimus. at [C] voluptas eſt huiuſmodi. eum enim qui voluptate afficitur cur lætetur, interrogat nemo, ſicut eum qui lauatur, vel vel venam ſecare, medicamentumque bibere vult: ſi enim quiſpiam interrogetur, cur aliquid horum faciat? reſpondebit, ea cauſa vt ſanitatem conſequatur. ille autem qui voluptatem percipit, nullam aliam ob rem ſe voluptatem ſectari affirmaret, quam ob id ipſum, vt lætetur, voluptateq; afficiatur. Si igitur voluptatẽ propter ſeipſam expetimus; quod vero per ſe & non ob aliud eſt expetendum, maxime bonum eſt, voluptas maxime bonum eſt. at maxime bonum & ipſum perſe bonum idem eſt, voluptas igitur ipſum perſe bonum eſt. Ratio enim in hunc modum concluditur, voluptas expetenda per ſe eſt quod expetendum per ſe eſt, maxime eſt expetẽdum, quod autẽ maxime eſt [D] expetẽdũ, eſt maxime bonũ, maxime vero bonũ eſt ipſum bonum: voluptas igitur ipſum bonum eſt. voluptatẽ vero maxime eſſe expetẽdã eo conat confirmare ꝙ ita ſubiũgit.

Et cuiuis ex bonis adiunctam eligendum magis ipſum reddere: vt iuſte agere, & temperanter: augerique bonum ipſum ſe ipſo.

Voluptatem maxime expetendam inquit, eo quòd ſi alicui expetendæ rei adiungatur, expetendam magis eam reddat. iuſta enim actio, & temperans, ſi cum voluptate fiat, expetenda magis eſt, quàm ſi ſine voluptate efficiatur: contemplatio item cum voluptate expetibilior eſt, quam ea quæ voluptate careat. omnis demum actio, omniſque effectio cum voluptate exiſtens, quàm ſine voluptate longe melior eſt. Nam eſſe magis [E] expetenda quæ cum voluptate fiunt, inde perſpicuum eſt, quod quæ cum ea fiunt, incrementum accipere conſueuerunt. diſciplinæ enim quæ cum voluptate percipiuntur, citius proficiunt atque augentur, quam quæ vel ſine voluptate, vel cum dolore aliquo comparantur. operationes item ex virtute, ac demum omnia ſi voluptatem habeant adiunctam, facere progresſiones maiores ſolent. Augeri igitur inquit bonum ipſum ſe ipſo idest bono, quæ eſt voluptas. tametſi, id clarius dixiſſet ſi pro ſeipſo ipſa potuiſſet fœminino genere hoc modo, augerique bonum ipſum ipſa id eſt voluptate. Aduertendum item bonũ ipſum hic, id eſt ἀγαθὸν αὐτὸ non perſebonũ intelligi, ſed αὐτὸ idest ipſum idem hic ſignificare, ꝙ omne vt omne bonum ipſa voluptate incrementum ſuſcipere intelligamus.

Sed

Sed hæc quidem ratio videtur ex bonis eſſe ipſam oſtendere, nihilo tamen magis, quàm aliud quippiam. omne enim bonum cum altero magis expetendum eſt, quam ſolum.

Ratio, inquit, quæ ait voluptatem adiunctam bono alicui, verbi cauſa temperantiæ, magis expetendum ipſam reddere, quam ſi ſine voluptate eſſet, non id quod vult colligit, ac conficit: non enim voluptatem eſſe ipſum per ſe bonum probat, ſed eſſe ex bonis id eſt eſſe vnum etiam ipſam ex ijs quæ bona natura ſunt, non autem ſpeciem, & fontem, & centrum bonorum omnium, id quod demonſtrare propoſuerat. quodlibet enim bonum ſi cum altero iungatur, magis expetendum eſt, quam ſi ſolum remaneat. vel vt altera ſanctior lectio habet, omne enim bonum quod cum altero magis expetendum eſt, quam ſolum: huiuſmodi minime eſt, id eſt bonum omne, quodcunque illud fuerit, quod alteri bono adiunctum maius id & melius, magiſque expetendum facit, huiuſmodi minime eſt id eſt ipſum per ſe bonum non eſt. exempli cauſa, ſi fortitudini quæ bonum eſt, adiuncta prudentia, quæ etiam ipſa eſt bonum, totum id quod ex vtriſque exiſtit, maius bonum reddat, quam ſi ſola fortitudo ſit, prudentia ipſum per ſe bonum non erit, ſed vnum quoddam è numero aliorum, ſimili modo ſi voluptas adiuncta prudentiæ, vel fortitudini maius bonum efficit id, quod vel ex voluptate & prudentia, vel ex voluptate & fortitudine ſimul coniuncta compoſitum eſt, quam ſi ſingulæ per ſe illæ virtutes eſſent, voluptas ipſum per ſe bonum eſſe non poteſt, nam ſi dicamus voluptatem ipſum per ſe bonum cum ſit, adiunctam alteri bono, totum id maius reddere ac præſtantius, quam prius erat, perinde eſt ac ſi vniuerſam terram vna cum omnibus quæ in ipſa ſunt, montibus, fluminibus, maribus, ſyluis milleſimæ parti miliacei grani adiunctam, totum id quod ex minima illa milij portiuncula & tota terra effectum eſt, grauius redderet quiſpiam aſſeras. quam enim rationem vniuerſa terra ad minimam milij portiunculam habet, eandem ipſum per ſe bonum ad aliquod ex cæteris bonis, vt prudentiam, ſapientiam, & reliqua huiuſmodi habet. immo ſi verum dicere velimus, ipſius per ſe boni excellētia, ſi comparetur prudentiæ, infinite propemodum maior eſt, quam terræ vniuerſæ grauitas ad minimam milij portiunculam, vt nulla inter hæc eſſe proportio poſſit. Sicut igitur ridiculum eſt ſi dicamus grauitatem minimę milij portiunculæ adiunctā ſibi vniuerſæ terræ grauitate, grauiorem effici quam prius erat, ita magis deridendum videtur, ſi prudentiā dicat quiſpiā aſſumpto ſūmo bono, quæ ſit voluptas, maius bonum reddi. At aſſumpta voluptate maius bonum redditur prudentia, cum voluptate enim quàm ſine voluptate melior eſt. Voluptas igitur ipſum per ſe bonum non eſt, ſed vnum quoddam ex alijs.

Atque huiuſmodi ſanè ratione Plato quoque voluptatem ipſum per ſe bonum eſſe deſtruit: iucundam enim vitam cum prudentia quam ſine prudentia eſſe magis expetendam, quod ſi miſtum eſt præſtantius: ipſum per ſe bonum voluptatem non eſſe: quippe cum ipſum per ſe bonum nulla re ipſi adiuncta magis expetendum efficiatur.

Qua ratione colligebat Eudoxus voluptatē ipſum per ſe bonum eſſe, hac eadem Plato vſus voluptatem non eſſe ſummum bonum conficiebat. quare Eudoxus non bonum ipſum voluptatem, ſed quoddam bonum eſſe tantummodo probauit. Ratio in hunc modum concluditur, voluptas cuicunque bono adiuncta fuerit, id quod reſultat ex vtriſque, magis expetendum reddit, ſummum bonum nulli bono adiunctum, quod reſultat ex vtriſque, magis expetendum reddit, voluptas igitur ſummum bonum non eſt. ac ſumptionem quidē illam quę inquit voluptas cuicunq; bono adiuncta fuerit & cęt. ſignificat cum ait, iucundam vitam cū prudētia quam ſine ea eſſe expetibiliorem. quod idem eſt, ac ſi dicamus, vitam ex voluptate & prudentia traductā magis eſſe expetendam, quam eam quæ ex ſola prudentia degitur. alteram vero, id eſt ſummum bonum nulli ex bonis adiunctum, totum expetibilius reddere ex eo intelligit, quod inquit, quippe cum ipſum per ſe bonum nulla re ipſi adiuncta magis expetendum efficiatur. Si igitur voluptati (ita enim quoque dicendum eſt) adiunctum bonum aliquod, quod ex vtriſque miſtum eſt, expetibilius reddit, ſummo vero bono adiunctum quippiam aliud, totum id non reddit expetibilius, voluptas ſummum bonum non eſt. ſiue autem ipſi per ſe bono aliquod ex alijs bonis, ſiue ipſum per ſe bonum alicui ex alijs adiungi dicamus, idem eſt. Propterea Ariſtoteles cum deberet dicere, ipſum per ſe bonum nulli adiunctum, totum reddit expetibilius, econtrario dixit, nulla re ſibi adiuncta bonum ipſum expetibilius effici, id eſt nullo modo fit, vt ſi aliquod ex alijs bonis cōcurrat, & copuletur cum ipſo per ſe bono, i. ſummo bono, ipſum magis expetēdū efficiat. ſicut enim ſi grauitas minimę milij portiūculæ vniuerſę terræ grauitati acceſſerit, totū ꝙ ex vtriſq; exiſtit, grauius nō facit, ita neq; ſi ipſi per ſe bono, qui ſupereſſentialis bonorum omnium fons eſt, aliquid ex ijs adiungatur, quæ participatione eius bona ſunt, quod ex vtriſque reſultarit, magis expetendum reddet, at ſi voluptati adiunctum quoddam ex bonis ſit, meliorem eam reddit, voluptas igitur ipſum per ſe bonū non eſt. propoſitionem tamen illam qua ait, quippe cum ipſum per ſe bonum nulla re &c. paulo obſcurius expoſuit, quæ ita clarius explicanda eſt, atque intelligenda, quippe cum ipſum per ſe bonum nulla re ex alijs bonis ipſi per ſe bono adiuncta magis expetendum, magiſque bonum efficiatur.

Perſpicuum autem eſt ipſum per ſe bonum neque aliud quicquam eſſe poſſe, quod cum alio ex ijs quæ per ſe ſunt bona, magis expetendum ſit: quoddam igitur eſt eiuſmodi, cuius etiam nos participes ſumus. tale enim eſt quod quæritur.

Sicut voluptatē, inquit Plato, ſummum bonum eſſe negamus, propterea quod ſi alicui ex alijs bonis adiungatur quod ex vtriſque conſtat, expetibilius reddit, ſic neque aliud quippiam erit ſummum bonum, quod cum alio aliquo coniunctum, totum parte magis expetendum efficit. ſed bonum quidem erit, quoddam tamen bonū, ac tale cuius nos participes ſumus, cuiuſmodi bonū virtutes, & ſcientiæ ſunt. omnis enim ſcientia & virtus cū voluptate magis eſt expetenda, quam ſi ea careat. tale enim bonum eſt, quod quæritur: id eſt, de talibus bonis quorū nos ſumus participes, inquiſitio nunc eſt. an aliquid horum videlicet ſit voluptas, temperantia ne, an prudentia, an fortitudo, an aliqua ex ſcientijs.

Nam qui id bonum eſſe negant, quod omnes appetunt, nihil dicunt. quod enim omnibus videtur, id eſſe affirmamus, qui vero hanc fidem tollit: is non admodum probabiliora dicturus eſt. nam ſi mente carentia hæc appeterent, eſſet ſanè aliquid, quod dicitur: at ſi etiam ea quę prudentia ſunt prædita, quomodo dicere aliquid poſſunt?

Cum duæ propoſitiones rationis huius ſint, minor, quę ait, voluptatem omnia appetere, maior, quæ ſummū bonum eſſe affirmat id, quod omnia appetunt, huic nonnulli aduerſantur, negantq; id bonum minime eſſe, quod omnia appetunt. quod ſi bonum non eſt, multo minus ſummum bonū erit. Qui aduerſantur, inquit, huic maiori propoſitioni, veramq; ipſam eſſe negant, nihil quicquā dicūt id eſt præter id quod omnibus videtur, ac falſum dicunt. quod enim falſum eſt, non eſt, ſicut quod eſt verū, eſt. quare qui falſum dicit, quod non eſt, & nihil dicit. quo modo enim verum diceret, vel probabiliora hac fide, id eſt hac oratione quæ aſſerit bonum eſſe quod omnia appetunt? quid enim verius eo eſſe poteſt, ꝙ tā ſtultis quā ſapiētibus hominibus, atq; in philoſophia claris videtur? nā ſi ea propoſitio quæ ait, quod omnia appetunt id bonum non eſt verior eſſet, quam ea qua, bonum id eſſe aſſerimus quod

omnia appetunt, ita res eſſe omnibus videretur, vniuerſiq; hoc vno conſenſu affirmarent. ſed quod omnia appetunt non eſſe bonum, vnus atque alter tantum affirmat, quare qui id dicit, falſum dicit. Præterea ſi voluptatem mente carentia ideſt rationis expertia animalia tantummodo appeterent, dicerent ſanè aliquid, qui propoſitioni huic repugnat, non enim in omnibus, ſed in ratione ſolum præditis, id eſt hominibus vera eſſet. cum autem non tam bruta & ratione vacantia, quàm ea quæ prudentia ſunt prædita quoque animalia ideſt homines eam appetãt, qui fieri poteſt, vt verum quicquam ſit quod iſti dicunt?

Fortaſſe vero in prauis quoque naturale quoddam bonum eſt præſtantius quàm ipſa per ſe ſint, quod propprium bonum appetit.

Si ad prauos homines, intemperantiæq; deditos, libidinesq; ipſorum ſpectantes non eſſe bonum id dicunt quod omnia appetunt: ac propterea non eſſe bonum voluptatẽ: nihil etiam hoc ad rem facit: quippe cum in intemperantibus quoq; naturale quoddam bonum inſit, intellectus videlicet & mens ipſorum, quæ naturali quadam incitatione eam quæ proprie voluptas eſt, quæ eſt bonum, ſectatur. mens enim omnis, ſicut dictum eſt, proprium bonum perſequitur, idque auguratur quidem & coniectat, ſed ex praua tamen educatione, & quæ ipſam neceſſario conſequitur, veræ voluptatis ignoratione, homines in animalium prauas voluptates incurrunt, quę neque propriæ ſunt voluptates. verarum enim voluptatum iudicem mentem obſcuratam, ac propemodum excæcatam habent. ac propterea ſicut is qui oculis corporeis eſt captus, frequentatam ac calcatam ſemitam ab obſtructa, & ſpinis obſita nequit omnino diſcernere, ſic qui male & praue īſtitutus eſt, quænam ſit vera & proprie voluptas, quæ bonum eſt, & quæ ſit ea quæ dicitur quidem, ſed re vera tamen non eſt voluptas, diſtinguere nullo modo poteſt. Atque hic quidem horum verborum ſenſus erit, ſi velimus de prauis hominibus intelligere. Si vero praua pro brutis animalibus accipiamus, quæ mente carentia prius appellauit, vt ad præſtantiam rationalis vitæ reſpicientes praua ipſa vocata eſſe concedamus, hæc erit ſententia, ſi bruta etiam rationisque expertia animalia tantummodo voluptatem appeterent, ſoláque eam ſectarentur, neq; ita illud falſum eſſet pronunciatum, quod ait; bonum illud eſſe quod omnia appetunt. in omnibus enim illis alijs magis, alijs minus diuinum quid ineſt, mentiſque illuſtratio quædam, quã natura proprium bonum, id eſt finem proprium quærũt, atque inueniunt. omnia enim naturæ inſtinctu eum aſſequuntur. quare etiam voluptatem vtpote ad proprij boni conſequutionem conducentem affectant, atq; amplectũtur. qua enim alia de cauſa fit, vt noxia fugiant, & repellãt, utilia vero admittant? Plura de his ab eodem hoc Philoſopho in libris de animalibus dicta ſunt, quæ inde petere ſtudioſus lector facile poterit.

Sed neq; de contrario recte eſſe dictum videtur. non enim ſi dolor eſt malum continuo voluptatem eſſe bonum inquiunt. oppoſitum ſiquidem malum malo eſſe aiunt, & vtraque ei quod neutrum eſt.

Ratio quæ ex contrario voluptatem bonum eſſe confirmabat, huiuſmodi erat, ſi dolor qui contrarius eſt voluptati, eſt malus, bona proculdubio eſt voluptas. dolorem vero eſſe malum ex eo conſtabat, quod eum fugiebant. huic rationi aduerſatur Speuſippus, nõ neceſſe eſſe inquiẽs, propterea voluptatem eſſe bonam, quia dolor, qui ei contrarius eſt, malus eſſe demonſtretur, quippe cum non omne quod malo eſt oppoſitum, bonum ſit, audaciæ enim quæ malum eſt, oppoſita eſt ignauia, quæ tamen non ideo bona eſſe, ſed mala cenſetur, ſtupiditati item, quod eſt vitium, intemperantia quæ ipſa quoque vitium eſt, opponitur, auaritia etiam prodigalitati aduerſatur, atque vtræque malæ ſunt. Opponitur enim, inquit Speuſippus, & ma-

A lum malo, & vtraque ei quod neutrum eſt, id eſt, vtraque mala bono. neutrum enim bonum hic appellat. virtutes ſiquidẽ cum ſint mediocritates, neutrum extremorũ ſunt. fortitudo enim neq; ignauia eſt, neque audacia, & tẽperãtia neque ſtupiditas, neque intemperantia eſt, cęteræ item virtutes ſimili modo.

Non male ſanè hęc dicentes, nõ tamen vere. ſi enim vtraque eſſent mala, fugienda quoq; vtraque eſſe oportebat: ſi neutra, neutrum, aut ſimiliter. Sed illum quidem fugere vt malum, hanc expetere vt bonum videntur. ita igitur etiam opponuntur.

Speuſippus quidem partim nõ male dicit. verum enim eſt, malum malo eſſe oppoſitum, & vtraque mala bono aduerſari, voluptatem autem dolori opponi, vt malum ma-
B lo, illud vero non recte dictum eſt. non enim dolori opponitur voluptas, vt malum malo, ſed vt bonum malo. nã ſi malum eſſet voluptas fugienda eſſet, odioque proſequenda, non ſecus ac dolor, ſed econtrario fieri videmus. dolorem omnia fugiunt vt malum, atque auerſantur, voluptatem vero vt bonum perſequuntur, atque appetunt. ſicut enim bona omnes ſectamur, ita mala ſimili modo euitamus omnes, ac fugimus. quæ vero ſunt neutra ideſt neque bona, neque mala, neutro modo erga ipſa ſumus affecti. id eſt, neque fugimus, neque perſequimur, vel ſimiliter, id eſt ex æquo vel perſequimur, vel fugimus. neque enim ad conſequutionem eorum, neque ad declinationem & euitationem magis ſumus incitati, ſed in medio conſtituti neutram in partem propendemus. Quare ſi
C ex malis eſſet voluptas, ipſam proculdubio fugeremus, ſi neque ex bonis neque ex malis, ſed neutris, neque fugeremus, neque perſequeremur. ipſam autem omnes perſequuntur. non eſt ergo neque ex malis, neque ex neutris, bona igitur eſt.

Dicentium voluptatem non eſſe bonum confutatio, & ſi non omnis expetibilis ſit. Cap. III.

AT enim neq; ſi ex qualitatibus nõ eſt voluptas, propterea neq; ex bonis eam eſſe cenſendum eſt. nam neq; virtutis operationes ſunt qualitates, neq; felicitas.

Ratio quę voluptatẽ propterea bonũ non eſſe colligit, quia non eſt qualitas, in ſecũda figura huiuſmodi euadit,
D voluptas nõ eſt qualitas, omne bonũ eſt qualitas, voluptas igitur bonũ non eſt. in qua id aſſumptũ quod omne bonũ eſſe qualitatẽ ait, vel quale, reprehendit Ariſtoteles. ſiquidẽ bona nonulla ſunt, quæ neque qualia ſint, neque qualitates, quare quid vetat quo minus voluptas quamuis non ſit qualitas bona eſſe poſſit? Quæ autem ſint bona, licet qualitates non ſint, ex operationibus virtutis declarat, quæ bonæ cum ſint, non ſunt tamen qualitates. operatio enim effectiuus motus eſt, motum vero nõ eſſe qualitatem perſpicuum eſt. felicitas quoq; cũ ſit operatio, vt dixit, dicturuſque adhuc eſt, ſimili modo non eſt qualitas, & tamen bonam eſſe eam dubitat nemo.

Dicunt etiam bonum definitum eſſe, voluptatem vero in-
E *definitam, propterea quòd admittit, vt magis & minus fieri poſſit: at ſi ex voluptatis ſusceptione id iudicant: idem & in iuſtitia & in reliquis virtutib. eueniet, ex quibus euidenter magis & minus eiuſmodi homines eſſe affirmant: iuſti enim & fortes magis ſunt: fit etiam, vt & iuſte & temperanter magis & minus agamur.*

Huius quoque rationis concluſio in ſecunda figura fit, in hunc modum, voluptas eſt indefinita, bonum omne definitum eſt, voluptas igitur non eſt bona. huius eam propoſitionem refellit, quę ait, rem indefinitam eſſe voluptatem, atq; inquit: ſi ex perceptione voluptatis quę indefinita eſt, alij enim maiorem, alij minorem voluptatem percipiunt, nonnulli lente, quidam celeriter ad eam incitantur, ſi igitur ex hoc ꝙ magis vel minus lætantur homines,

volup-

voluptateque afficiuntur, quod ſane indefinitum eſt, voluptatem quoque ipſam indefinitam eſſe arbitrantur, aperte falluntur. idem enim de virtutibus, & ſanitate, & ſcientijs, quæ ſine controuerſia bonæ ſunt, dicendum ipſis erit, quippe cũ in his quoque eadem infinitas, atque indeterminatio conſpiciatur. alij enim magis ſani ſunt, & magis grammatici, & temperantes, & fortes, magiſque virtutum reliquarum, & habituum, & ſcientiarum ſunt participes, alij minus. vt hac ratione & virtutes, & ſcientiæ & ſanitas, magis & minus exiſtere etiam ipſæ poſſint: quatenus alij magis, alij minus earum ſunt participes, ſecundumque eas operantur. atque ita indefinitæ etiam ipſæ, ac propterea malæ cenſendæ ſint.

Sin autem in voluptatibus ipſis hoc ſtatuunt: videãt ne non dicant cauſam huiuſce rei, ſi aliæ miſtione omni vacent, miſtæ aliæ ſint. Quid prohibet autem quin ſicut ſanitas, quæ cum definita ſit, admittit tamen, vt eſſe magis ac minus poſſit, ita quoque voluptatem dicamus? non enim con temperatura eadem in omnibus: neque vna quadam ſemper in eodem eſt: ſed remittitur. atque aliquandiu perdurat: eoque differt, quod magis, & minus ineſt. Tale igitur quippiam in voluptate quoque eſſe poteſt.

Cæterum ſi non voluptatis perceptionem, ſed ipſam voluptatem indefinitam rem eſſe dicunt, ita quoque manifeſtum mendacium eſt. ſicut enim ſpecies, & eſſentia ipſa ſanitatis vnum quoddam & idem eſt, & definitum, quod neque intenditur, neque remittitur, vnumquodque enim in eo quod eſt, neque magis neque minus vt fortitudo, temperantia, cæteræque virtutes, & ſcientiæ, ſed in ijs plus & minus conſpicitur, qui ab ipſis ex earum participatione denominantur, ſic ſpeciem quoq; voluptatis & eſſentiam intentione & remiſſione omni carere exiſtimandum eſt, atque ita eſſe definitam, ac propterea bonum. Miſtione vacantes voluptates ipſam per ſe intellectam ſine vlla ſubiecta re voluptatis ſpeciem appellat, atq; abſolute quamlibet aliam ſpeciem, vt albedinem, nigredinem, ſanitatem. miſtas vocat, quę in ſubiecto aliquo ſunt, vt eas quæ in me, & te, & quibuſuis alijs inſunt. quæ ſanè miſtæ cum in remiſſione & intentione conſiſtãt, infinitatis & determinationis ſunt plenæ. at ipſæ ſpecies, vt ſanitas, & voluptas, & reliquæ, ſicut dictum eſt, neque intendi neque remitti vllo modo poſſunt. nam ſanitatis in ſingulis tantum indeterminationem, vt ferè percipi nequeat, temperaturæ, corporiſque conſtitutiones declarant. ſi enim talis quædam elemẽtorum temperatura in nobis eſt ſanitas, temperaturæ autem variæ ſunt, & indefinitæ, quæ ex his conſequuntur, ſanitates in definitas quoq; eſſe perſpicuũ eſt. ſed quid omnium tempereturas dico? cũ vnius & eiuſdem, vt Socratis, qualibet hora, ferè intendatur, ac remittatur.

Præterea cum perfectum ipſum perſebonum, motiones vero & generationes imperfectas eſſe ſtatuant, voluptatem motionem eſſe & generationem conantur demonſtrare. Sed non rectè dicere id videntur. neque motionem eam eſſe verũ eſt. motioni enim omni propria eſſe tarditas & celeritas videtur: & ſi non per ſe ipſam, vt motui mundi, at ad aliud. voluptati vero neutrum horum ineſt. fieri enim poteſt vt cito quiſpiam voluptatem perceperit, ſicut vt iratus ſit, vt autem percipiat, minime: neque ad alterum. vt ambulet vero, & creſcat, atque omnia huiuſmodi, poteſt.

Hæc quoque ratio ad probandum voluptatem non eſſe ſummum bonum conficiebatur, in prima figura, in hunc modum, voluptas motio & generatio eſt, omnis motio vel generatio eſt imperfecta, voluptas igitur imperfecta eſt. deinde ſumpto eo quod concluſum fuit, voluptatem videlicet eſſe imperfectam, adiunctaque altera propoſitione, nihil imperfectum ſummum bonum eſſe, voluptatem poſtremo non eſſe ſummum bonum colligebat. Nihil imperfectum eſſe ſummum bonũ eo confirmabant, quod

A ſummum bonum, id eſt ipſum per ſe bonum perfectum eſſe ſtatuebant. ſi enim ipſum perſebonum eſt perfectum, quod eſt imperfectum, ſummum bonum non eſt. Sed Ariſtoteles primum propoſitionem illam refellit, qua voluptatem eſſe motionem, aſſerebant, aitq;, omnis motio velocior ac tardior eſt, ambulat ſiquidem vnuſquiſq; velocius aliquando, interdum vero tardius, moueturque citius conſtans ac non errans orbis cœleſtis, tardius reliqui erratici. quod ſi in motione velocius ineſt, & tardius, voluptas vero voluptate celerior, ac tardior nulla eſt, voluptas motio non eſt. fieri enim poteſt, inquit, vt & celerius lætus ſit quiſpiam, voluptateque affectus, & tardius: id eſt, aliquando celerius, aliquando tardius lætari, voluptateq; affici vnuſquiſq; deſiſtit, ipſa vero voluptas celerior, aut tardior nul-
B la eſt. Dicere etiam hoc modo poſſumus, cũ ambulat aliquis ex aliquo loco in alterum, vel currit, omnes ambulationis, aut curſionis eius partes celeritatem æqualem minime habent, ſed aliæ celeriores, tardiores aliæ ſunt. partes autem voluptatis omnes à principio ad finem uſq; ſi partes appellandæ ſunt (una enim eſt tota atque eadem ſimilis ſibi uoluptas) nihilo altera quam altera citatiores, aut lentiores eſſe conſpiciuntur, ſed à principio vſque ad finẽ æqualis tota, ut diximus, ſibi ipſi eſt, nullam eo tẽpore quo lætamur, voluptatemque percipimus, intentionem, aut remiſſionem admittens. Quod uero inquit in principio horum uerborum uoluptatem motionem & generationem eſſe conantur demonſtrare, idem eſt ac ſi dixiſſet, nõ eſſe ipſum bonum uoluptatem demonſtrare conantur.
C voluptatem enim eſſe generationem & motionem, & uoluptatem non eſſe ſummum bonum, idem eſt. Poſtea ubi dixit, omni motui propriam eſſe celeritatẽ & tarditatem ſubiungit, & ſi non per ſe ipſam, ut motioni ipſius mundi ſaltem ad aliud quod ita intelligendum eſt, licet omnis motus ipſe per ſeipſum celeritatem non admittat, ut qui mundi eſt id eſt ſupremi cœleſtis orbis non erratici. hunc enim mundum hic appellat, qui quoniam equaliter mouetur, celeritatem & tarditatem nullam admittit, ut in libris de cœlo demonſtratum eſt, ſiquis tamen ad alios erraticarum ſtellarum compararit, longe celeriorem cæteris eſſe inueniet.

At mutari quidem voluptatem cito & tarde licet: operari autem ex ipſa, id eſt voluptate affici, cito, non licet.

D Huculque uoluptatem non eſſe motum oſtendit, nunc com probationem etiam illorum reprehendit. ita enim illi uoluptatem eſſe motum probabant: ſi motio mobilis rei perfectio eſt in eo quod eſt mobilis, ut in tertio naturalium diſputationum dicitur, id eſt dum è poteſtate in actum & operationem res ipſa reducitur, qui autem uoluptate afficitur, ex eo quod poterat oblectari, in operationem ipſam oblectationis & uoluptatis tranſit uoluptatem quoque perfectionem eſſe eius qui oblectari poteſt quatenus eſt eiuſmodi, perſpicuum eſt. quod ſi eſt, uoluptatem eſſe motionem patet. Sed hoc quod de uoluptate dicunt iſti, non eſt idem, inquit Ariſtoteles, quod id quod accidit in re quæ mouetur. cum enim id quod mo-
E uetur, à poteſtate & aptitudine in illud tranſit, in quod tranſire poteſt, aptumque eſt, adhuc in ipſo poteſtas ipſa remanet. uerbi cauſa, quod poteſtate eſt album, dum à poteſtate in actum tranſit, tantiſper dicitur moueri, quoad poteſtatẽ albedinis conſequendæ in ſe habuerit, ubi uero poteſtas iam abijt, actu uero & operatione tantum modo album euaſit, cum non amplius in eo quicquam eius ſit, unde tranſmutari inceperat, non amplius mouetur, neque amplius motionem in eo eſſe concedẽdum eſt. non enim amplius in motu eſt, ſed in ſtatu. in albedine ipſa quæ non fit amplius, ſed iam eſt. quoad. n. albeſit, aliquid nigredinis ſemper in eo ineſt, ſi quidẽ è nigredine in albedinẽ fit tranſmutatio, quoad vero nigredinis quippiã in eo ineſt, poteſtate eſt album, & mouetur, ſicut dictum eſt. in eo uero quod uoluptate afficitur, neque iucundita-

tis quippiam remanet è qua ad voluptatem tranſit, neque
ad finem aliquem deſinit, quemadmodum id quod albe-
ſcebat, in album. reſtat igitur, vt voluptas motio nullo
modo ſit.

*Quo pacto item eſſe generatio poteſt? non enim ex quoli-
bet quodlibet gigni videtur, ſed in illud diſſolui vnumquod-
que, ex quo generatur. & cuius generatio eſt voluptas, do-
lor eius corruptio erit.*

Cum dixerit vnde progreſſus Plato voluptatem motio-
nem eſſe affirmabat, eiuſque rationem refutarit, nunc quo
argumento idem perſuaſus eam eſſe generationem aſſerat
oſtendit, ſimili modo etiam hac in parte opinionem eius
refellit. eſt enim voluptas, vt inquit Plato, non finis, ſed
via quædam & mutatio eorum quæ ad finem tendunt, ſi-
cut ſanatio ad ſanitatem, & albefactio ad albedinem, ita
ipſa ad naturalem conſtitutionem, bonamqué animi affe
ctionem deducit. eſt enim in ſenſibilem naturam genera-
tio. habitum enim noſtrum qui præter naturam è ſtatu
ſuo elapſus eſt, in naturalem hilaritatem, & lætitiam re-
ducit. immo non ipſa eſt quæ reducit, ſed per ipſam, quaſi
per generationẽ, animalium corpora in naturalem habi-
tum redeunt. Quoniam igitur voluptas generatio eſt, ge-
neratio autem non eſt finis, ſed ex ijs quæ ad finem con-
ducunt, fini ad quem tendit minime erit cognata. nulla
enim in vniuerſum generatio finibus cognata eſſe conſpi-
citur: nam neque ædificatio cum domo quam extruit, ha
bet cognationem, neq; ſanatio cum ſanitate quam affert,
Sed fines boni ſunt, voluptas itaque cum non ſit finis, bo-
na non erit, ſi.n. finis eſt bonus, quod cognationem nõ ha
bet cum fine, bonum nõ eſt. Has Platonis rationes validas
minime eſſe & aliàs oſtendit, & nunc etiam probat, cum
inquit, nihil videri ex quolibet gigni, ſed ex eo quod pote
ſtate id erat, quod actu & re ipſa nunc eſt. vt caro quæ re
ipſa nunc caro eſt, non ex lapide, aut ligno, aut alia qua
uis re procreata eſt, ſed ex eo quod poteſtate erat caro, id
autem erat ſanguis. nam ſi lignum quoque poteſtate eſ-
ſet caro, ex ligno quoque caro gigni poſſet. propterea fit,
vt non ex ligno ſed ex ſanguine caro gignatur, quia ſan-
guis poteſtate caro eſt. at ſanguis ex pane qui poteſta-
te eſt ſanguis, gigni conſueuit. præterea vnumquodque
quod generatur, ex eo gignitur in quod per corruptionem
quæ contraria eſt generationi, poteſt diſſolui. vt plantæ, &
ſtirpe, cæteraque omnia ex elementis gignuntur, in quæ
per corruptionem reſoluuntur. Si igitur voluptas quoque
eſſet generatio, via quædã & mutatio ex aliquo in aliquod
eſſet, vt nigrefactio ex albo in nigrum, & ægrotatio ſeu
morbificatio ex ſanitate in morbum, ſed in voluptate ne-
que à quo, neque in quod tranſitus fiat, reperiri poteſt, ni
hil enim eſt quod vel alteretur atque immutetur ex volup
tate, vel finis ſit, in quem voluptas deſinat, ſicut ſanatio in
ſanitatem, & calefactio in calidum, non eſt igitur genera-
tio voluptas, ſed operatio, vt demõſtrabit. operationes au-
tem fines ipſi, non via ad fines ſunt, finem vero eſſe volup-
tatem, & non generationem, inde facile cognoſceremus,
quod in generationibus non ſimul & gignitur quippiam,
& eſt, quando gignitur: neque enim cum caro gignitur,
caro eſt, neque cum domus fit, & fit ſimul & eſt: in opera-
tionibus vero, vt in videndo, ſimul & videt quiſpiam &
vidit, ſic in voluptatibus quoque euenit, vt ſimul quiſpiam
voluptate & afficiatur, & affectus ſit: quare operatio eſt
voluptas, non generatio: ſi vero operatio: finis quoque,
non via & mutatio ad finem eſt. nulla enim pars tempo-
ris eſt quo quiſpiam voluptatem percipit, in qua perfecta
in eo qui afficitur, non adſit voluptas. quod autem in om
nibus temporis partibus perfectum atque integrum eſt, id
non generatio, ſed operatio eſt. tunc vero perfecta genera
tio & eſt & dicitur, cum illud quod gignitur perfectum
fuerit. nam quo ad adhuc fit, & id quod gignitur, & gene-
ratio ipſa imperfecta eſt. at voluptas & in prima totius tẽ-
poris, quo quiſpiam ea afficitur, parte tota integra ac

A perfecta adeſt, & in ſecunda ſimiliter, & in ſequenti, &
in reliquis oĩbus deinceps vel minimis temporis portiũcu
lis, non igitur generatio, ſed operatio eſt, Adde ꝙ ſi eſſet
generatio, mutatio eſſet alicuius ſubiectæ rei, quæ pt̃ãte
illud eſſet, in qđ mutatur, exẽpli cauſa, ſanguificatio cum
ſanguinis generatio ſit, mutatio eſt panis, aut alicuius alte
rius alimenti, qđ poteſtate ſanguis eſt. in voluptatibus autẽ
nihil reperitur quod è ſpecie in qua eſt, mutetur in alterã
ſpeciem, quæ antequam voluptate quiſpiam afficeretur,
actu non erat illa ſed poteſtate, poſtea vero per voluptatẽ
actu euaſit, ſicut in pane fit, qui cum ante generationem,
quæ ſanguificatio eſt, non eſſet actu & operatione ſan-
guis, ſed poteſtate, poſtea per ſanguificationem ſanguis
B actu eſt effectus. Quid igitur iſti qui voluptatem eſſe ge-
nerationem dicunt, nobis afferre poterunt, quod pani &
ſanguini correſpondeat, quod voluptate tanquam gene-
ratione ex eo quod eſt in id quod non eſt, mutetur, cor-
pus ne, an animam eſſe id dicẽt quod pani ſimile ſit, quod
præſente voluptate immutetur, ſed id ridiculum eſſet vel
omnino cogitare. Præterea ſicut finem ſanationis quæ eſt
ſanitas, ægrotatio ſeu ægrificatio corrũpit, & ſanatio econ
trario morbum, qui morbificationibus finis eſt, ita quoq;
in voluptate euenire dicendũ eſſet, vt quod à voluptate fu
iſſet genitum, à dolore corrumperetur, & quod dolor in-
duxiſſet, id per voluptatem interiret. Dicant igitur iſti, qui,
nam hi fines ſint, qui & à voluptate & à dolore gignantur
C viciſſim, & corrumpantur.

*Dicunt item dolorem indigentiam eius eſſe, quod ſecun-
dum naturam eſt: voluptatem repletionem. at hæc corporis
ſunt affectiones. ſi igitur voluptas eius quod eſt ſecũdum na
turam repletio eſt, illud in quo repletio fit, eſſet id quo vo-
luptatem perciperet: corpus igitur id eſſet: ſed non videtur.
voluptas igitur repletio non eſt.*

Hac etiam ratione voluptatem eſſe generationem, &
propterea non eſſe ſummum bonum conabantur demon
ſtrare. ita enim dicebant, voluptas repletio eſt, repletio eſt
generatio, voluptas igitur generatio eſt. deinde, voluptas
eſt generatio, generatio eſt mutatio, at mutatio eſt im-
perfecta, voluptas igitur imperfecta eſt. ſi vero eſt imperfe
D cta, eſſe ſummum bonum, quod perfectiſſimum eſt, nullo
modo poteſt. Sed vnde voluptatem eſſe repletionem con-
ſtat? quoniam, inquiunt, dolor qui ei eſt oppoſitus, indigẽ
tia eſt, ipſam eſſe repletionẽ patet. nam ſi album diſcernit
& diſgregat, nigrum congregat & concernit. ſi dolor eſt in
digentia, voluptas repletio eſt. hęc enim contrariorum eſt
lex. Dolorem autem eſſe indigentiam hoc modo probant
ſi animal, inquiunt, dum eſurit, & ſitit, dolorem percipit,
fames & ſitis dolores ſunt, at fames & ſitis naturalis habi-
tus indigẽtiæ & defectus ſunt, dolor igitur eſt indigentia:
corpus enim vbi ſicci & humidi alimenti indigum eſt, è
naturali conſtitutione exturbatur, quod dum fit, dolet, re
pletionemque appetit, atque eam appetendo ad comeden
E dum, & bibendum inducitur, comedendo poſtea & bi-
bendo repletur. Sed ſi hæc vera ſunt, ita enim horum ra-
tio reprobatur, indigentia & repletio corporis eſſent affe
ctiones. quare ſequeretur, vt corpus eſſet quod & uolupta
tatem & dolorem perciperet. cum enim ipſum repleatur,
ipſum quoque uoluptate affici conſentaneum eſt. ſi enim
in corpore ſit repletio, repletio autem eſt uoluptas, in cor
pore quoque uoluptas proculdubio erit. in quo autem eſt
uoluptas, id oblectari, uoluptatemq; percipere neceſſe eſt:
at corpus non eſt quod uoluptatem percipit, uoluptas, igi
tur repletio non eſt.

*Sed vnuſquiſque & voluptate affici dum fit repletio: &
dolorem percipere, dum ſecatur, conſueuit.*

Cum uoluptatem non eſſe repletionem oſtenderit,
nunc quo modo ex repletione efficiatur, declarat. uolup-
tate enim afficimur, dum circa eſculenta, & potulenta
alimenta intra corpus ſumpta altrix facultas ſine impe-
dimento operatur. uoluptas enim quæ indigentiæ ſu-

peruenit, altricis animæ ſecundum naturam impedimento vacans operatio eſt. & in vniuerſum omnis operatio ſecundum naturam quæ abſque impedimento fit, ſuauiſſima eſt, ac iucundiſſima. altricis igitur animę operatio eſt quę replet, & in naturalem habitum reſtituit. atque anima eſt quæ voluptatem percipit, voluptas vero ipſius impedimento vacans operatio eſt. Appellat autem voluptatem operationem Ariſtoteles; non quod ex propria ratione operatio ſit, ſed quia ita ī operatione eſſentiā ſuam habet, vt ſeparari ab eā nō poſſit. Dicit itaq; voluptas aīę operatio impedimento vacans, propterea quod ex libera animę operatione conſequitur, eique ita adheret atque annexa eſt, vt auelli nequeat. ſicut autem virtutum & ſcientiarum, quę habitus animę ſunt, operationes conſequitur, ſunt enim iucundę ac voluptuoſę, ſic animę quoque altricis operationes, cum ſine impedimento fiunt, ſuauiſſimę eſſe conſueuerunt. eſtque altrix anima, ſiue altrix animę facultas habitus corporis, operationes vero eius perfectiones quędam, reſtitutioneſq; in naturalem ſtatum quod autem in naturam reſtituit, eſt voluptuoſum. quare voluptas repletio quidem non eſt, ſed altricis facultatis, aut animę, aut habitus, aut quomodo quis voluerit appellare, operatio. dum enim habitus hic operatur, repletio, & in naturalem ſtatum reſtitutio conſequitur. Quemadmodum enim dum ędificator operatur id eſt domum extruit, ſequitur vt parietes augeantur & creſcant, dumq; aquam in ciſternam infundimus, euenit vt impleatur ciſterna, ſic dum habitus hic nutricatorius circa ea quæ alunt corpus, operatur, corpus repletur. Multum igitur intereſt, vtrum dicamus voluptatem eſſe repletionem, an ex voluptate id eſt ex altricis animæ operatione, repletionem ſequi, eſt enim altrix anima vt dixi, habitus corporis, voluptas habitus huius operatio circa ea quæ corpori ipſi alimētū pręſtant. quę vero operationem hanc quę eſt voluptas, repletio conſequitur, generatio eſt, quippe cum repleri nihil aliud ſit, quàm gigni.

Opinio autem hæc ex voluptatibus & doloribus circa alimentum euenientibus videtur extitiſſe. vbi enim indigi effecti fuerint, atque ob id dolore pręoccupati, percipere voluptatem ex repletione aiunt.

Ex doloribus inquit, & voluptatibus circa alimentum in mentem venit ipſis opinari voluptatem eſſe repletionem. propterea enim quod altricis animæ operationem quæ voluptuoſa eſt, repletio conſequitur, voluptatem eſſe repletionem exiſtimarunt, id quod conſequitur, eſſe idem cum eo ex quo conſequitur ſtatuentes. dolet enim animal dum indiget, poſtea vero quam in eo ſum pro cibo operari altrix facultas cœperit, quia repletur, non amplius dolore afficitur. dicunt igitur hi dolore præoccupatos ex indigentia poſtea voluptate affici dum replentur, ac propterea cum ſimul cum repletione fiat voluptas, ſimulque cum ea exiſtat, voluptatem & repletionem idem eſſe. ſed cum dicunt repletionem quæ ex voluptate ſequitur, eſſe voluptatem, nihil aliud faciunt, quam ſi vmbram eſſe idem cum eo cuius eſt vmbra aſſeuerarent. ſicut enim deambulantem ſub dio ex ſolis illuſtratione vmbra neceſſario cōſequitur, ſic operationem altricis animæ quæ ſine impedimento fit, quæ nihil aliud eſt, eo modo quo declaratum fuit, quam voluptas, ſequitur repletio.

At hoc non circa omnes voluptates accidit. dolore enim vacant tum diſciplinares, tum ex ijs quæ ſenſus afficiunt, illę quæ olfactu, quæ auditu, & viſu percipiuntur.

Repletionem non eſſe voluptatem, ſed voluptati, vel ſi placet, operationi ipſi accidere, in qua conſiſtit voluptas, ex alijs voluptatibus declarat, quæ tum ex contemplationibus & diſciplinis exiſtunt, tum ex ijs quæ ſenſibus quibuſdam percipiuntur, in quibus nulla repletio conſpicitur. Nam ſi, vt illi dicunt, voluptas eſt repletio, quæ dolori ob indigentiam exorto ſuperuanit, nemo qui non indigeret, ac propterea dolore eſſet vacuus, percipere voluptatem poſſet. ſi enim voluptas & repletio idem eſt, vt ipſi hi volunt, atque ob id qui voluptate afficitur, & qui repletur ſimili modo ſunt ijdem, qui fieri poteſt vt voluptatem percipiat quiſpiam, ſi non repleatur? voluptatem autem percipiunt & maximam quidem, qui in contēplatione rerum verſantur & diſciplinis. tum qui vel modulationes canoras audiunt, vel odorata olfaciunt, vel pulcherrima aliqua ſpectacula inſpiciunt. cum tamen nullā in ipſis repletionem fieri manifeſtum ſit. hos enim nō repleri eo patet, quod cum nullus præceſſerit dolor, nullaq; indigentia, voluptate afficiuntur. nam quia dolor ex indigentia conſequitur, in quibus dolor non eſt, in ijs neque erit indigentia, in quibus vero non eſt indigentia, in ijs neque repletio eſt, in quibus nō eſt repletio, ſi repletio & voluptas ſunt idem, neq; eſſe voluptatem neceſſe eſt.

Multæ item recordationes, & ſpes huiuſmodi ſunt Cuius igitur hæ erunt generationes, cum nullius rei pręceſſerint indigentiæ, cuius repletiones eſſe hæ poſſint?

Ex recordatione & ſpe idem confirmat. Sed recordati, inquit, voluptate plerunque afficimur. recordationes vero illæ cuius rei ſunt generationes? id eſt cuius rei repletiones ſunt? quia enim repletio eſt generatio, generationem pro repletione hic ſumpſit. Voluptates autem quæ ex memoria fiunt, non eſſe repletiones, ex eo perſpicuum eſt, quòd nullius rei indigentia præceſſerit. nullam vero indigentiam præceſſiſſe inde cognoſcimus, quia nullus præceſſit dolor. honeſtarum nanque actionum quas vel egerit quiſpiam, vel expertus fuerit, memoriæ iucundiſſimæ ſunt, ac voluptuoſiſſimæ: ſpes item ſimili modo.

Aduerſus eos autem qui probroſas voluptates producunt, dicere quiſpiam poſſet non eſſe ea iucunda. non enim ſi male affectis iucunda ſunt, iccirco abſolute quoque eſſe ea iucunda exiſtimandum eſt: ſed ipſis illis tantummodo. quemadmodum neque ſalubria aut dulcia, aut amara quæ ægrotantibus: neque alba, quę lippientibus eſſe huiuſmodi videntur.

Qualia ſunt ea quæ iucunditatem afferunt, tales voluptátes ſunt quæ ab ipſis eueniunt. nonnulla vero quæ iucunditatem afferunt, ſunt praua, ſunt igitur prauæ voluptates, quare voluptas bonum non eſt. Sed hæc ratio non colligit, bonum non eſſe voluptatem, ſed plures eſſe voluptatis ſpecies, inter ſeque differentes, quemadmodum etiam res ipſas, quæ voluptatem efficiunt. nam ſicut iucundæ ipſæ res bonæ aliæ ſunt, aliæ prauæ, aliæ neutræ: ita quoque voluptates trifariam quoque ipſæ diuidendæ ſunt, neque omnem voluptatem prauam eſſe cenſendum eſt. Ariſtoteles vero non ita rationi huic occurrit, ſed neque eſſe iucunda prorſus quæ praua ſunt, neque quę ab ipſis eueniunt, voluptates eſſe ait. non enim verè ſunt iucunda, quæ iucunda eſſe prauis hominibus videntur, ſed ipſis illis iucunda ſunt, abſolute autem minime. ſicut enim neque ea quę febricitantibus ſunt ſalubria, abſolute omnibus huiuſmodi ſunt, neque quæ morbo regio laborantibus amara videntur, amara quoque in vniuerſum habentur, neque quæ lippientibus alba, vel nigra apparent, talia eſſe omnibus abſolute exiſtimandum eſt, ſed illis ipſis tantummodo, ſic neque quæ male affectis hominibus iucunda ſunt, continuo eſſe iucunda cenſendum eſt. Mulieri enim illi quæ Libyæ dominabatur Lamiæ nomine, quæ grauidas mulieres diſſecabat, ex earumque vteris crudos fœtus abliguriebat, talis cibus iucundus videbatur, qui tamen reliquis in vniuerſum abhorrendus eſt, atq; iucundiſſimus. illi igitur hæc erant iucunda, ſed abſolute, & vere iucunda minime erant.

An ita quoq; dici poſſet, expetendas quidem eſſe voluptates: non tamen ex his. quemadmodum etiam diuitem eſſe, expetendum eſt, ſed non ex proditione. & ſanum eſſe item, ſed non ex cuiuslibet rei eſu.

A Altera hęc reſpõſio eſt. oportet inqnit voluptates eas bonas eſſe atque expetendas aſſerere, quæ ex rebus vere iucundis percipiuntur: cuiuſmodi virtutes, & ſcientiæ ſunt, quæ vero ex his, id eſt probroſis rebus, ac vituperatione dignis eueniunt, vt ſunt concubitus cum maribus, atque huiuſmodi cætera: non appellare voluptates abſolute, ſed eiuſmodi, vt cum non ſint, videantur tamen quibuſdam eſſe voluptates. ſicut enim ex agricultura diuitias ſibi comparare bonum eſt, atque expetendum, ex ſacrilegio autem, aut patriæ proditione diuitem fieri peſſimum eſt, ac fugiendum, ita voluptatem percipere ex ijs quæ vere iucunda ſunt, honeſtiſſimum: ex probroſis vero ac vituperabilibus, turpiſſimum eſt.

B *An ſpecie differunt voluptates. quæ enim ex honeſtis rebus exiſtunt diuerſæ ab illis ſunt, quæ ex turpibus percipiũtur. neque fieri poteſt vt iuſti quiſpiam voluptate afficiatur, niſi ſit iuſtus: aut muſici, niſi ſit muſicus: atq; in reliquis ſimili modo.*

Vel igitur neque probroſæ res iucundæ, neque lætitiæ quæ ex ipſis oriuntur, voluptates dicendæ ſunt: vel ſi modo conſuetudinem, vulgique opinionem ſequi debemus, & quæ turpia ſunt iucunda appellare volumus, diſtinguendum nobis eſt, voluptateſque differre ſpecie dicendum eſt. diuerſæ enim ſpecie proborum hominum, eorumq; qui ſecundum naturam viuunt, voluptates ab illis ſunt, quibus praui & intẽperantes oblectantur. quo etenim boni à prauis diſtant, in eo etiam voluptates quas ſequuntur, quibuſque afficiuntur, diuerſæ inter ſe ſint, C neceſſe eſt, id quod in hoc libro pluribus demonſtrabitur. differre autem voluptates ex eo manifeſtum eſt, quod neque iniuſti iuſtorum, neque iuſti iniuſtorum, voluptatibus perfrui velint, quippe cum rerum diuerſarum ſpecie, diuerſæ quoque ſpecie operationes ſint. Quare voluptates quoque quę ex operationibus eueniunt, ſpecie eſſe diuerſas neceſſe eſt.

Declarare autem videtur etiam amicus, ab adulatore diuerſus cum ſit, non eſſe bonum voluptatem, aut voluptates eſſe ſpecie diuerſas. hic enim ad bonum verſari: ille ad voluptatem videtur: atque illud probro datur: hoc laudi eſt: vt poterum ad alia, atque alia verſentur.

D Voluptatem non eſſe bonum ex adulatore quoque conantur ratiocinari, & colligere. nam ſi adulator ex ijs eſt quæ praua ſunt & vituperantur, voluptaſque quæ ab ipſis proficiſcitur eſt praua, voluptas bonum minime eſt. Huic rationi occurrit Ariſtoteles, atque ait ex adulatore prauam eſſe voluptatem minime oſtendi, ſed quia ab amico differt, voluptates quoque quæ ab ipſis eueniũt diuerſas inter ſe eſſe: eam videlicet quæ eſt amici ab ea quam adulator exhibet. Sed quid amicus ab adulatore differt? quàmplurimum: ſicut dictum eſt, quum de adulatione loquebatur; In eodem etiam differentia ipſorum eſt, quòd amicus non ſemper cum amico ad voluptatem vel agit, vel loquitur: ſed quandoque dolorem afferre etiam non veretur, cum videt fore, vt parua moleſtia illata, multum prodeſſe amico poſſit. at adulator, vt ſemper iucundus ſit, ſemperque E voluptatem exhibeat, ſtudet, idque eſt quod maxime omnium conſectatur. iccirco amicus, vtpote qui amico eius ipſius cauſa optime uelit, laudatur, adulator vituperio eſt. id autem non contingeret, niſi diuerſi inter ſeſe eſſent, at ſi diuerſi inter ſe ſunt, diuerſæ quoque voluptates ſint, neceſſe eſt, quæ ab ipſis eueniunt. Differunt item amicus & adulator in eo, quod adulatoris cõgreſſiones ad alia ſpectant ac diuerſa, quam ipſe in animo habeat: cogitat enim alia, & alia dicit, & facit: amici autem verba & facta cum animi cogitationibus conueniunt.

Nemo præterea expeteret vel viuere ita, vt pueri mente præditus illis voluptatibus, quàm maxime fieri poteſt, afficeretur, quibus pueri oblectari conſueuerunt.

A Si voluptas eſſet bonum, quælibet iucunda vita eſſet bona, ſed ſunt nonnullæ vitæ iucunditatem afferentes, quæ prauæ ſunt, non eſt igitur voluptas bonum. hæc quoque ratio ad probandam voluptatem non eſſe bonum, adduci conſueuit. Eſſe enim vitas iucundas non bonas argumento ſunt puerorum vitę, qui ſemper voluptate afficiuntur & lætantur, cum tamen vita illorum bona non ſit. nam ita viuere & ſapere vt pueri, expeteret nemo, id eſt nemo puerorum voluptate perfrui vellet. ille enim puerorum voluptate cupit oblectari, qui ſicut puer ſapit, ſi ſapere pueros dicendum eſt. Huic rationi nullam reſponſionem ſubiungit, propterea quòd manifeſtũ ſit, ea non prauam eſſe voluptatem, ſed diuerſas eſſe eius ſpecies demonſtrari.

B *Vel turpe aliquid agendo ita gaudere, vt nullum vnquam dolorem percepturus ſit.*

Hoc quoque afferebant, vt malam eſſe voluptatem cõſtituerent. Quod autem inquit, huiuſmodi eſt. bonorum conſequutionem non vno quodam modo adipiſci ſtudemus, alio uero minime, ſed omnia inquirimus, quibus nobis bona comparare poſſe ſperamus. neque dicimus hoc modo, aut hac actione tantum bona eſſe acquirenda, alia autem ratione non eſſe, ſed omni modo, & omni actione, & operatione, qua id fieri poteſt, conſequi bonum conamur. non enim exempli cauſa ſi victoria contra hoſtes bona ſit, poſſimuſque eam non aperto marte, ſed dolo aliquo conſequi, id repudiamus, volumuſque potius in apertum prælium deſcendere, ſed econtrario præ- C lio omiſſo vulpinas fraudes ſubire nõ veremur. ſi item dolis non licet, bello aperto tentamus, ſi vtriſq; vincendi ſpes nobis eſt, vtraque aggredimur. ita quoque ſi voluptas eſſet bonum, ſiue ex turpiſſimis quibuſque actionibus, & vituperatione dignis, ſiue ex honeſtis & laudabilibus acquiri à nobis poſſet, omnia promiſcue ageremus, nihilque prorſus vereremur. at ob voluptatem turpiſſima nõ agimus, cum tamen ex turpibus rebus, quam ex honeſtis & laude dignis actionibus percipere voluptatem facilius ſit, voluptas igitur bonum non eſt, nam ſi eſſet, vt dictum eſt, ex qualibet re iucunda ſiue laudabili ſiue vituperabili comparare ipſam ſtuderemus, quo modo à nobis fieri id facilius poſſet.

D *Et circa multa ſtudium adhiberemus, etiam ſi nullam afferrent voluptatem, vt videre, meminiſſe, cognoſcere, virtutes habere. quod ſi hæc voluptates neceſſario conſequuntur: nihil refert. expeteremus namq; ea nihilo minus, licet etiam nulla inde voluptas exoriretur.*

Cum modo adducta ſuperius ratio, ſi voluptas eſſet bonum, ex omni re comparaturos nos eſſe ipſam, oſtenderit quippe cum bonum non debeat ex hac re acquiri, & non alia, ſed ex qualibet, vnde conſequendi eius facultas nobis offeratur, nunc hęc ſubiungit, quibus opinionem hanc refellat, ac reprobet, atque inquit in hanc ſententiam, ſicut non omnia fugimus, quæ oblectationem, & voluptatem non afferunt, ita non omnia ſectamur, atque amplectimur, ex quibus voluptas conſequitur. quis enim eſt, qui videre, vel audire non velit? etiam ſi id voluptatem nõ E exhibeat. Sed ſi quiſquam hoc non approbat, ſed in videndo & audiendo ſemper ineſſe voluptatem aſſerit, virtutum certe acquiſitionẽ eſſe laborioſam, & difficilem negare non poterit. ſciunt enim qui experti ſunt. anguſta ſiquidem, vt rerum omnium dominus inquit, atque arcta via eſt, quæ ad vitam deducit. & tamen per eam voluptatibus carentem beatiſſimus omnium ſanctorum cœtus toto vitæ curriculo ingreſſus eſt. Meminiſſe item volumus, etiam ſi recordationes voluptatem nullam afferant. quòd ſiquis dicat dum videmus, & recordamur, viaque virtutis incedimus, neceſſario voluptatem nos percipere, nihil inquit, refert: quippe cum eadem hæc expeteremus, etiam ſi voluptates nullæ ſequerentur. cuius rei argumentum id eſt, quòd qui in caliginoſis car-

lis carceribus conclu ſi ſunt: quamuis tenebras videre nõ oblectentur, quæ voluptata omnicarent, uidere tamen expetunt.

Voluptatem igitur neque eſſe ipſum per ſe bonum: neque omnem eſſe expetendam: nonnullas que eſſe per ſe expetibiles quæ differant aut ſpecie, aut ijs à quibus eueniunt: planum videtur. Ac de ijs quidem quæ de voluptate & dolore ferun tur, ſatis dictum ſit.

Diſputationem de voluptate, in qua bonum ne ea eſſet, nec ne agebatur, hic cõcludit ac finit, atque inquit perſpicuum eſſe neque ſummum bonum eſſe voluptatem: neq; omnes eſſe expetendas voluptates. Sed eſſe manca oratio videtur: ita enim integra ſententia eſſet, ſi verba hęc adiungeremus. licet affectiones quoque quæ ex probroſis opera B tionibus in nobis exiſtunt, voluptates eſſe concederemus: non omnem voluptatem eſſe bonum, neque omnem eſſe expetendam, ſed diuerſas eſſe ſpecie voluptates perſpicuum eſt.

Quidnam ſit voluptas & quo modo operationem perficiat Cap. IIII.

Quidnam autem ſit voluptas, aut qualis, clarius fiet, ſi diſputationem à principio repetamus.

Cum hucuſque rationes, quæ voluptatem non eſſe bonum aiebant, excuſſerit, ac reprobarit, nunc quænã eius natura, atque eſſentia ſit, inquirit: quippe cum ex hoc bonum ne an malum ſit, cogniturі ſimus. ſic enim etiam C cum de tempore ageret. vbi quid eſſet inueſtigauit, quale eſſet, deinde inuenit. Vel igitur ita hoc intelligendum eſt, primum oportet nos quidnam ſit voluptas, conſiderare: ideſt, quæ nam eius natura ſit, & forma, quæ ue eius eſſentia, deinde ita qualis ſit, bona ne, videlicet, an mala, poſtea indagare. antedictæ enim rationes nihilo magis bonam eam quàm malam eſſe demunſtrarunt. Vel quid ſit, & qualis ſit voluptas, alio modo eſt accipiendum. Quid ſit, hoc eſt, ſit ne ex ſimplicibus, ex que iis quæ per ſe intelliguntur, cuiuſmodi eſt viſus, & olfactus, aut potius ſicut eſt album & nigrum. Qualis ſit, ideſt ſit ne ex iis quæ cum aliis neceſſario intelliguntur, vt ſunt ea quæ in certis ac definitis ſubiectis inſunt cuiuſmodi eſt ſimitas, imparitas, indiuiſibilitas per latitudinem. album enim ſine vllo certo ſubiecto intelligere poſſumus, at ſimitas ſi- D ne naribus, imparitas ſine numero, indiuiſibilitas per latitudinem ſine linea intelligi nullo modo poteſt. Quærendum igitur de voluptate, ſit ne ex iis quæ in definitis ſubiectis habent eſſentiam, an ex iis quæ in certis aliquibus ſubiectis inſunt. Eſſe autem ipſam ex iis quæ ſubiectum certum habent, declarabit. operatio enim animæ ſubiectum eius eſt, quippe cum ſimul cum operationibus ſecundum naturam adſit, & non adſit: vt iccirco operatio quoque eſſe videatur, propterea quòd ſimul cum operationibus & adeſſe & abeſſe conſueuit. & quemadmodum vnaquæq; ex operationibus in vnaquaq; vel indiuiſibili tẽporis particula tota atq; integra eſt, vt cognoſcemus, ita etiam voluptas eſſe deprehenditur.

Viſio enim quocunque tempore eſſe perfecta videtur. nulla enim re deficit, quę poſtea ſuccedens ſpeciem eius perficiat: huic ſimilis quoque voluptas eſt, totum ſiquidem E quoddam eſt: neque vllo in tempore ſtatuere aliquis voluptatem poſſet, cuius ſi longiore fieret tempore, ſpecies perficeretur.

Indiuiſibilem particulam temporis, ideſt nunc, tempus hic appellat, eo quòd pars eius eſt. in vnoquoque enim nunc, viſio ipſa perfecta atque integra eſt, operatione que exiſtens. non enim in tempore aliquo aliquid cernimus, ſed in vnaquaque temporis parte, & in ipſo inſecabili nunc prorſus videmus. neque admittit quippiam uiſio in poſteriore nunc, quod in priore minime habuerit, tota A enim atque integra ſimul ſit, eſſeque eius imperfectum non eſt. Sicut igitur eſt viſio, ita etiam voluptas. neque enim eſt voluptas coaceruatio quædam, & congeſtio multarum voluptatum, neque ſit vt manente priore ſecunda ſuccedat, ac deinceps altera. præcedentesque & ſequentes parte habeat, non ſecus ac linea quæ protrahitur, cuius prioribus partibus manentibus ſecundæ adiiciuntur, ſed in omnibus temporis momentis perfectiſſima eſt. qualis enim in primo momento fuit, talis in ſecundo, ac tertio, ac ſequentibus ceteris omnibus vna atque eadem eſt. Sed hæc ad clariorem eorum quæ dicentur, euidentiam dicta ſunt. Colligere autem hinc vult voluptatem non eſſe generationem. voluptas enim operatio quodam modo eſt, propterea quòd in operationibus exiſtit, operatio autem nõ B eſt generatio, voluptas igitur generatio non eſt. ſed vnde conſtat operationem non eſſe generationem? ex eo videlicet quòd generatio, quoad id quod gignitur ſit, imperfecta eſt. operatio vero ſingulis momentis tota ac perfecta. neque enim deeſt quippiam viſioni in vlla temporis particula, quod poſtea ipſi adiunctum perfectam eam reddat, ſed idem ſimili modo nunc percipit, quod prius, quippe cum perfecta ſemper ac tota ſubſiſtat. eodẽ pacto voluptas. id quod perſpicuum eſt iis qui affectionem hãc diligenter obſeruant. quare voluptas operatio eſt, non generatio, aut motio.

Iccirco neque motio eſt. in tempore enim fit omnis motus & cuiuſdam etiam finis eſt. vt ædificatio tunc perfecta eſt, C cum fecit id quod appetit, vel in omni videlicet tempore, vel in hoc. nam in partibus temporis imperfectæ omnes, & à tota, & inter ſe ſunt ſpecie diuerſæ. lapidum ſiquidem compoſitio diuerſa à columnæ ſtrigatione: atque hæ vtræque à templi extructione differunt. templi enim effectio, cum nulla re deficiat ad propoſitum, perfecta eſt: fundamenti vero, & triglyphi fabrica eſt imperfecta: quippe cum vtraque partis ſit. Specie igitur differunt. neque fieri poteſt vt in quocunque tempore motionem ſpecie perfectã ſumamus, niſi in toto.

Omnis generatio & motio in tempore eſt: atque ex imperfectione ad perfectionem progreditur. non enim quod iter Thebis Athenas fecimus, idem rurſus in præſentia facimus, ſed aliud eſt quod præteriit, aliud quod nunc D proficiſcimur. neque vna eſt tota ſimul Thebis Athenas profectio, ſed alia atque alia, quæ ex variis conſtat partibus. tales enim imperfectæ omnes motiones ſunt, quæ videlicet ad finem aliquem progrediuntur. Vniuerſæ enim ædificationis qua ædes aliqua extructa eſt, partes imperfectæ ſunt, tota ipſa uero eſt perfecta. nam ſicut partes domus ſi ad totam domum comparentur, imperfectæ ſunt, ita fundamenti, & parietis ſtructura, & vnaquæque alias pars imperfecta habetur, præ vniuerſa fabrica, qua tota domus abſoluta eſt, finemque eſt conſequuta. Quæ ſanè partes, vt inquit, ſpecie & inter ſe, & à tota fabrica differunt. quemadmodum enim fundamentum à pariete diuerſum ſpecie eſt, & vtraque hæc à tota domo, ita quoque fundamenti generatio à parietis generatione, & vtræque hæ à totius domus generatione E diuerſę ſunt. Virgationẽ autem columnę erectionem eius appellat, rectamque collocationem, quæ tunc fit, cum ad angulos rectos cõſtituitur. Triglypha vero tignorum capita in ædificiis ſunt tripartito ſculpta, à pleriſque mutili etiam vocari conſueuerunt. ſed horum etiam generatio & motio, ideſt affectio, à ſtructura tota differt, qua totum templum abſolutum eſt, quæ integra eſt, & perfecta.

Simili modo quoque in ingreſſione, & ceteris. nam ſi delatio eſt motio quę alicunde aliquò fit: eius differentię ſunt ſecundum ſpeciem, volatus, ingreſſus, & ſaltus, atque huiuſmodi. neque tantum hoc modo, verum etiam in ingreſſione ipſa differentia eſt: nam alicunde & aliquo non idem

in ſta-

in ſtadio & in parte eius eſt, & in alia, atque alia parte; neque percurrere lineam hanc, & illam. non ſolum enim lineam, ſed in loco conſtitutam pertranſit: in diuerſo autem hæc, quam illa eſt. Sed accuratius de motu alibi iam diximus.

Delationem, ſicut in libro de animalium inceſſu fecit, in volatum, ingreſſum, & ſaltum diuidit: inquitque non ſolum diuerſam eſſe ingreſsionem à volatu, ſed in ingreſſione quoque ipſa differentiam eſſe. aliam enim atque aliā vnamquanque eius partem eſſe declarat. quæ enim in tertia parte ſtadii fit, diuerſa ab ea eſt, quæ in dimidia, & hæc, ab ea quæ in duabus tertiis partibus fit: atque hæ omnes diuerſæ ſingulæ ſeparatim ab ea ſunt, quæ totum ſtadium pertranſiuit. Pari modo quoque ingreſsio ſupra lineam quæ eſt in theatro ab ea diſtat, quæ ſupra lineam in agro fit. Sed de motu exacte ſe alibi dixiſſe ait: id eſt in ſexto ſeptimo, & octauo naturalis diſputationis. Sciendum autem motionum differentias & diuerſitates ex partium quibus mouemur, differentia ſumpſiſſe: ex pedibus & alis ingreſſum, & volatum: ex modo ipſius motus ſaltum, generationes vero abſolute à partium & totius differentia. Dixit autem hæc differre non temere: ſed vt voluptates quoque ex operationibus, operationes ex operantibus differre oſtenderet. & ſicut ædificatio à re ædificata ſeparari non poteſt, ſed ſimul ambo exiſtunt: non enim fieri poteſt, vt ædificatum quippiam ſit, ædificatio non ſit: ita ſimul cum operatione naturali abſque impedimento facta eſſe voluptatem, & ſimul cum voluptate naturalem operationem impedimento vacantem eſſe declararet.

Videtur autem non in omni tempore motio eſſe perfecta: ſed pleræque imperfectæ, & ſpecie differentes: ſiquidem alicunde aliquò ſpeciem earum efficit. at voluptatis in quolibet tempore perfecta ſpecies eſt. perſpicuum igitur eſt, et diuerſas has inter ſe eſſe: & voluptatem quippiam ex iis eſſe, quæ integra ac perfecta ſunt.

Pleræque, adiunctum eſt ob circulares motiones, quæ in fine ſemper ſunt, atque ideo perfectæ, quā de re in primo libro de cœlo dictum iam eſt. ſed illæ quæ in rectum feruntur, in omni tempore perfectæ minimæ ſunt; ſed partes earum ſpecie à toto differunt, ſuntque imperfectæ inter ſe etiam diuerſæ ſunt; principium enim vnde impetum accepit res quæ mouetur, à fine in quo quieſcit, ſine dubio differt. quod ſi initium & finis differunt, perſpicuum eſt, partem quoque initio viciniorem ab ea diuerſam, quæ ſicut à principio abeſt longius, ita fini proxima eſt. Cum autem partes motionis diuerſæ hoc modo ſint, efficitur, vt antequam partes omnes abſolutæ fuerint, motus imperfectus ſit. At voluptatis, ſicut dictum eſt, perfecta in omnibus temporis partibus ſpecies eſt; eſtque ex iis, non quæ ex ſucceſsione partium aliam atq; aliam ſubinde ſpeciem & perfectionem acquirunt, ſed quæ integra, ac tota, & perfecta ſunt. Cum vero inquit, diuerſas eas inter ſe eſſe, de voluptate & motione ſeu generatione intelligit. voluptatem enim à motionibus & generationibus diuerſam eſſe conſtat.

Hoc autem ex eo etiam videretur, quòd moueri niſi in tempore quippiam non poteſt: voluptate autē affici poteſt. quod enim in ipſo nunc fit, totum quoddam eſt. Ex his autem manifeſtum eſt, non recte dicere eos qui voluptatem eſſe motionem, vel generationem aſſerunt, non enim omnium hæc dicuntur: ſed partibilium, & eorum quę tota minime ſunt, nam neque viſionis generatio eſt, neque puncti, neque vnitatis. neque enim horum quippiam motio aut generatio eſt. igitur nec voluptatis quoque erit; quippe cum totum quoddam ſit.

Temporis indiuiſibilem partem, nunc, appellat. demōſtratumque eſt in ſexto libro naturalis diſputationis in ip-

A ſo indiuiſibili & inſecabili nūc, neque moueri, neq; quieſcere quicquam poſſe, neque generari, aut corrumpi. Quod ſi in indiuiſibili nunc capere voluptatem valemus, atque in eo perfecta eſſe voluptas poteſt: moueri autem vel generari quippiam non poteſt: voluptas neque motio, neque generatio eſt. nam ſi faciamus in vna integra hora in qua aliquid gignatur, in lætitia ac voluptate quempiam eſſe conſtitutum, in ſingulis partibus, ſingulisque nunc ipſius horæ quoad gignitur, erit imperfectum: voluptas perfecta atque integra erit. voluptas igitur motio vel generatio minime eſt. Cum vero inquit, non enim omnium hæc dicuntur, deeſt præpoſitio κατά vt ſit κατὰ πάντων, hoc eſt, non enim de omnibus hæc, id eſt generatio & motio dicuntur. non enim de omnibus motio &

B generatio denuncupatur, ſed de partibilibus, & non integris, partibilia autem & non tota ea ſunt, quę ex imperfectione ad perfectionem per generationem progrediuntur; neque in inſecabili particula temporis totum ſuum eſſe habent. Neque igitur voluptas in tempore ſit, ſicut domus: neque viſio, neque punctus, ſed in ipſo nunc exiſtunt, id quod demonſtratum quoque alibi eſt, vbi de motu agebatur. Neque horum quippiam. i. neque punctus, neque vnitas, motus aut generatio eſt, hoc eſt, neq; per motum aut generationem ex eo quòd nō ſunt, ad id procedunt, vt ſint.

Sed ſenſus cuiuslibet, cum circa ſenſibilem rem operatur.

C Senſus quidem ipſe, id eſt viſio cum viſibilis rei perceptio ſit, ſimul cum tempore protrahitur. non ſtatim vbi vidimus quippiam, à videndo deſiſtimus: ſed interdum aliquandiu videre perſeueramus id, quod primo in indiuiſibili nunc vidimus. atque ita quatenus ſit, vt per temporis quoddam ſpatium videre pergamus, eatenus in tempore & motu eſſe viſionem dicendum eſt. ſenſus enim cuiuſlibet, cum circa rem ſenſibilem operatur, tempus & motus intelligitur: licet ipſa viſio in ſingulis temporis partibus perfecta ſit. Sed fortaſſe loquutio hæc per defectum intelligenda eſt; vt quod dixit de voluptate, de ſenſu quoque dictum eſſe accipiamus, hoc modo, igitur neque voluptatis motio erit, aut generatio, ſed neque ſenſus cuiuſlibet, cum circa rem ſenſibilem operatur, generatio aut motio erit. ſubintelligendum enim eſt, totum hoc, neque generatio aut motio erit, quippe cum

D neque voluptatis, vt dictum eſt, ſit motio, neque ſenſationis cum in operatione ipſa & actu eſt. Poſſumus quoque aliam huiuſce loci explanationem ſubiungere cæteris fortaſſe meliorem, vt quod de ſenſu hic inquit, in hunc modum intelligamus: Senſus cuiuſlibet, non qui in habitu conſideratur, ſed qui in operatione iam eſt, & circa proprium ſenſibile iam operatur, propria quædam voluptas eſt; hoc enim totum eſt ſubaudiendum. vel, voluptas totum quoddam eſt, omni enim ſenſui qui in operatione eſt, & ſecundum naturam circa propriam rem ſenſibilem ſine impedimento operatur, propria quædam vo-

E luptas annexa eſt, alia quę uidendo, alia quæ olfaciendo alia quæ guſtando percipitur. loco tamen, & id eſt ſed, particula, δὴ id eſt itaque, erit legendum, ut ſententia huiuſmodi quadret, patet itaque ex antedictis, omni ſenſui qui actu ipſo ſine impedimento operatur, quandam uoluptatem eſſe annexam. quia enim in ſingulis temporis partibus, ſingulisque nunc, uiſio integra & perfecta eſt, & ſimili modo uoluptas, eodem modo ſenſum qui operatione ſit, cum ipſa uoluptate exiſtere, neque ab ea ſeparatum eſſe manifeſtum eſt. at ſi uoluptati inſecabili ratione accedit, dubium non eſt, quin cuiuſlibet ſenſus cum circa propriam rem ſenſibilem operatur, propriam quandam uoluptatem eſſe, concedendum ſit. uideturque hęc explanatio conſentire magis cum iis quæ deinceps ſubiungit.

Perfecte autem eius qui bene eſt affectus, circa pulcherrimum

ſimum

rimum ex iis quę ſenſui ſubiiciuntur. tale enim quid maxime eſſe perfecta operatio videtur.

Non omnia viſui expoſita ex æquo pulchra ſunt: neque in omnibus pulchritudo vna ſplendorque elucet. Neque enim mundi ipſius ac cœli fabrica vndique tornata, atque omni cum menſura & ordine elaborata perinde eſt pulchra, vt aureus, aut ligneus globus. Neque ſolis illuminatrix vis, quæ omnia illuſtrat, proprioque implet fulgore, ſimilem decorem habet, atque illa lux quæ è luna procedit. Pauo item & graculus diuerſa prędit pulchritudine ſunt. Neque ſimilis gratia ineſt & elegantia in oratione quæ ſimplici modo profertur, & in voce muſicorũ interuallorum, quę in omnibus modulationibus & numeris conſideratur. Hoc in iis quoque quæ guſtu, quæ olfactu, quæ tactu percipiuntur, inuenire licet. Quod ſi ita eſt, ſenſibiles res non ſimili modo omnes attrahere & allicere ſenſus, eoſque oblectare & exhilarare, dubium nõ eſt. neque enim eadem lætitia afficitur quiſpiam cum corpus intuetur omni partium inter ſe æquabilitate, ac conuenientia diſpoſitum, colorisque nitore inſignitum: & cum contrario modo affectum inſpicit: ſed ex pulcherrimis viſui obiectis rebus maxima: ex non ita pulchris nõ magna voluptas euenire conſueuit. idem in auditui expoſitis fit. Quod igitur hic inquit, huiuſmodi eſt: omnem ſenſum qui operatione eſt (operatione autem ille eſt qui circa propriam rem ſenſibilem operatur: ideſt qui vel iam videt viſibilem, vel guſtabilem iam guſtat, & cæteri huiuſmodi) voluptas conſequitur, omniſque ſenſus cum propriam rem ſenſibilem percipit, lætitia ac voluptate afficitur. qui vero perfecte operatur, id autem facit, qui bene eſt affectu, bene affectus vero eſt ille cuius inſtrumentum valet, ſanumque eſt, is igitur qui perfecte, ſineque vllo impedimento ſecundum naturã operationem ſuam exercet, perfecte etiam lætatur, & præcipue cum pulcherrimam ex propriis rebus ſenſibilibus comprehẽdit ac percipit. nam ſiue res quæ obiicitur pulcherrima quidem ſit ſenſus vero ipſe non bene, nec ſine impedimento percipiat ſed ægrotet, ſiue ſenſus bene affectus ſit & valeat, res autem ipſa non ſit pulcherrima, neutro modo perfecta contingere voluptas poterit. Perfectum autem ſenſum appellat, eum qui intendi, incrementumque ſuſcipere ullo pacto nequit, ſicut perfecte calidum id dicitur, quod ſumme calidum eſt, ideſt ignis, quo calidius quippiam excogitare aliquis non poteſt. ſic perfecta voluptas intelligẽda eſt ea, qua nullam vehementiorem inuenire licet, quæ maiorem oblectationem & lętitiam afferre queat. Cum uero inquit tale eſſe videri perfectam operationem, ſignificare vult perfectam operationem iucundiſsimam omnium videri, neque videri tantummodo, verum etiam eſſe. nam imperfectæ iucunditatem quidem habent in ſe, non ita tamen vt iucundiſsimæ & ſint, & videantur. eſt tamen etiam in ipſis quicquid ineſt & operationis, & voluptatis, quæ ei annexa eſt, in ſingulis temporis illius partibus totum quoddam, ac perfectum. Sicut enim ex minore habitu maior efficitur, & vterique tam maior quàm minor habitus & dicuntur, & ſunt, atque in eo quòd ſunt habitus, ſunt perfecti, ita & minor & maior voluptas tanquam integrę vtræque, ac perfectę, quo tempore ipſis afficimur, conſiderantur.

Vtrum autem ipſum ſenſum, an id in quo ipſe eſt, operari dicamus, nihil intereſt. in vnoquoque .n. optima eius eſt operatio, quod optime affectũ eſt erga præſtantiſſimũ ex iis quæ ipſi ſubiiciũtur. Atq; hæc perfectiſſima eſſet, ac iucũdiſſima.

Quoniã ſenſus qui in operatione fit, & voluptas quę ſimili modo in operatione exiſtit, nos ſumus qui ſentimus, voluptateque afficimur, & ipſe ſenſum dixerat operari & lætari, nihil referre inquit, ſiue ſenſum ipſum operari & oblectari, ſiue animal dicamus in quo ſenſus ineſt. cum enim ille qui uidet, hoc ſenſu bene eſt affectus, & circa pulcherrimas res viſibiles operatur, tunc perfecte opera-

A tur, & perfecte voluptatem percipit, quippe cum operationes quæ ex perfectiſsimis habitibus exiſtunt, fiunique circa pulcherrima ex iis quæ ipſis ſubiiciuntur, perfectiſſimæ ſint, & iucundiſsimæ. in vnoquoque igitur eorum quę ſentiunt, cum & ipſum id quod ſentit bene affectum eſt, & optimum eſt quod ſentitur, optima quoque operatio euadit. quę ſanè operatio optima, etiam perfectiſsima eſt quare iucundiſsima quoq; erit. quod enim eſt optimum, id & perfectiſsimum quoque & iucundiſsimum eſt. Perfectiſsimi igitur habitus, is autem eſt ſupremus, atque abſolutiſsimus, cuius nulla eſſe exuperatio poteſt, huius inquam operatio, cum ſit circa pulcherrimum eorum quæ ipſi ſubiiciuntur, perfectiſsima eſt ac iucundiſsima; quæ vero ex perfecto habitu prodit, iucunda quidem eſt etiam B ipſa, ſed non iucundiſsima. Perfectum autem habitum appellat eum qui nondum ad vltimam & perfectiſsimam ſpeciem deuenit, ſed cum habitus ob id vocetur quia habetur, perinde atq; vnaquæq; ſpecies, ad perfectiſsimum habitum quaſi via quędam eſt.

In omni enim ſenſu voluptas eſt, in omni item ſimili modo intellectione & contemplatione. iucundiſſima autem ea eſt, quæ perfectiſſima: at perfectiſſima eius eſt, quod bene affectum eſt erga optimum eorum quæ ipſi ſubiiciuntur. operationem vero voluptas perficit.

Sicut in ſenſibus, ita in intellectione quoque & contemplatione fit. intellectionem autem, ideſt διάνοιαν vocat ſciẽtiarum cognitionem: contemplationem intellectualem vitam, & operationem appellat. nam in his etiam magis C & minus quippiam fit, nonnulli enim in his habitibus perfectiſsimi, nonnulli non ita, ſed minus ſunt perfecti, inferiorique loco habentur. vnde pro excellentia & defectione ita quoque operationem exercent, alio ſane modo ille qui abiectis humi ſenſibus & relictis in ſeipſum collectus ſe totum intellectualibus rebus contemplandis incẽdit, alio, qui extrinſecus diſtrahitur, ſenſibusque ſenſibilia percipere conatur, alio item qui ex propoſitis ad concluſionis collectionem progreditur. vt ſicut diuerſo modo operantur, diuerſæ quoque voluptates eorum ſunt, & non eædem. Eſt igitur intellectualis vita perfectiſsima, & iucundiſsima, cæteræ perfectæ quidem etiam ipſæ & iucundæ, non tamen iucundiſsimę, voluptas enim eſt, quę operationem perficit.

D *Non eodem tamen modo & voluptas perficit, & ſenſibile, † & ſenſus, cum bona ſunt.*

Senſibile & ſenſus pro eodem poſita ſunt. Ariſtoteli enim ſicut artificialia artes, ita ſenſibilia ſenſus appellare mos eſt. ſubintelligendum autem eſt ſenſum, vt loquutio integra huiuſmodi ſit, non eodem modo voluptas operationem perficit, & ſenſibile & ſenſus ſenſum ipſum. niſi fortaſſe loco ſenſus ſenſum legendum ſit. ita enim & nihil deeſſet, & clarior euaderet oratio, non eodem modo & operationem voluptas, & ſenſibile ſenſum perficit. Sed quo modo ſenſibile ſenſum perficit? dum videlicet ex poteſtate in actum & operationem ſenſum deducit, efficitque ipſum operationem, qui antequam ſenſibilem E rem perciperet, poteſtate erat. ſenſus enim qui operatione eſt, vt in libris de anima fuit declaratum, idem eſt cum ſenſibili quod operatione ſenſibile eſt, idem videlicet cum forma illa quæ in materia eſt. ſenſiua enim animæ poteſtas quędam eſt, qua fit, vt id quod ipſam habeat ſenſibilibus rebus aſsimilatum quadam alteratione ex operatione inducta, ipſas diiudicet. & ſicut altrix facultas alimento indiget, vt operetur, operatio enim eius circa alimẽtum verſatur, ita ſenſiua facultas ſenſibilibus rebus indiget, circa quas eius operatio eſt, has enim percipit, ac iudicat: quapropter niſi hę adſint, operari nõ poteſt, ſed eſt poteſtate tãtummodo ſenſus, ſimiliſque iis eſt qui ſcientia quadam prędit ex ea non operantur, ſimili enim modo & illi poteſtate ſunt ſcientes, & ſenſus operatione vacans poteſtate ſenſus eſt, hoc eſt, ſenſiuum ipſum

animal

al al. Sicut .n. ſcientia ipſe eſt ſciens, ita ſenſus ipſe iſle eſt, quo eſt ſenſus: quippe cum hic ipſe ſit, qui ex ſenſu operatur. Quare cum dicimus, ſenſibile ſenſum qui poteſtate eſt, in operationem & actum deducere: nihil aliud dicimus, quàm ſenſibile eum qui habet ſenſum, & non operatur, ſed poteſtate eſt ſenſiuus, operatione quoque ſenſiuum reddere, ac perficere. finis enim & perfectio poteſtatis & quaſi forma. operatio eſt: ob operationes enim à ſummo opifice poteſtates ac facultates nobis traditæ ſunt: quo videlicet ex ipſis operemur. Senſibile præterea extra ipſum ſentientem & operantem eſt, priuſque eſt, quàm ſenſus: voluptas vero ad operationem non ita ſeſe habet: quippe cum neque ipſi extrinſecus adueniat, neque prius ipſa ſit, ſed ſimul vel ſit vel non ſit, ſepararique ab ea nullo modo poſsit. Perficere autem operationem B voluptas ob id dicitur, quia ipſam auget. voluptas enim quæ ex geometria percipitur, geometricas operationes: quæ ex citharizando euenit, cithara canendi operationes augere conſueuit.

Quemadmodum neque ſanitas & medicus ſimili modo in cauſa ſunt, vt ſani ſimus. in vnoquoque autem ſenſu voluptatem fieri perſpicuum eſt: quippe cum & viſiones, & auditiones eſſe iucundas dicamus. patet enim profecto eas vel quàm maxime eſſe, ſi & ſenſus præſtantiſſimus ſit, & circa tale quippiam operetur. nã ſi huiuſmodi ſunt & quod ſentitur, & quod ſentit. ſemper exiſtet voluptas, modo adſit quod agat, & quod afficiatur.

Sanitas & medicus cauſæ ſunt vt ſanum animal ſit: ſed medicus extra eum eſt, qui valet, priorque eo eſt, quatenus eſt medicus. quippe cum quando ægrotabat ille qui ſanus effectus eſt, medicus iam eſſet qui ei mederetur, ipſe autem ſanus nondum eſſet. at ſanitas non extrinſecus eſt, ſed in eo qui valeat, ineſt quaſi pars quædam, aut habitus. in æquabilitate enim & conuenientia humorum conſiſtit: in eaque inſeparabili ratione ineſt, quoad ſanus, vnuſquiſque eſt. ſic voluptas ſimul cum operatione eſt, ex qua exiſtit, donec ſalua eſt operatio, ac durat. Si cur igitur alio modo medicus, alio modo ſanitas cauſa eſt, vt ſanum animal ſit, ille enim vt ſuperueniat animali ſanitas hæc vt ſecundum naturam, & ſine impedimento operetur, efficit, ille ſeparatus eſt ab eo qui valet, hæc vt habitus quidam eius, aut forma ſimul cum eo eſt, quippe cum ſanitas ſani quatenus ſanus eſt, forma ſit, non ſecus atque albi albedo, in eo quòd eſt albus. neque enim albus ſine albedine eſſe albus, neque ſanus ſine ſanitate eſſe ſanus poteſt. ſicut igitur ſanitas & medicus differunt, ita ſenſibile & voluptas non ſimili modo ſenſum perficiunt, ſed ſenſibile cum extrinſecus ſit, & prius operatione quæ circa ipſum exercetur, extrahendo, atque è poteſtate in operationem educendo ſenſum perficit, ita vt percipere rem ipſam poſsit, & iudicare. at voluptas augendo & conſeruando, & quaſi, vt perſeueret, alliciendo & ſuadendo operationi perfectionem inducit. In vnoquoque autem ſenſu, cum ſecundum naturam, & circa optimum ex iis quæ ſibi ſubijciuntur, operatur, exiſtere voluptatem ignorat nemo. quoniam item ſenſibile & ſenſus ita opponuntur, vt ea quæ ſunt ad aliquid, & ſenſus afficitur, ſenſibile afficit atque agit, conſtat neceſſe eſſe, vt cum ſimul fuerint, alterum agat, atque afficiat, alter efficiatur ideſt, & optima ac ſuauiſsima operatio exiſtat. quod afficitur præterea eſſe duplex, alterum quod corrumpitur, alterum quod in perfectionem quandam & formam, & ex poteſtate in operationem & actum deducitur: quorum prius illud quod è natura propria exturbat, & perdit moleſtum hoc ſuaue & iucundum ſit, & ſæpius dictum iam eſt, & nemini obſcurum eſſe arbitror.

Perficit autem operationem voluptas, non vt habitus quidam qui ineſt, ſed vt finis ſuperexoriens: perinde atque venuſtas iis qui in flore ætatis conſtituti ſunt. quouſque autem ſenſibile vel intelligibile, & id quod indicat, vel contemplatur tale fuerit, quale eſſe debet, in operatione inerit voluptas. cum enim id & quod vt afficiatur, & quod vt efficiat idoneum eſt, ſimilia ſunt, & inter ſe eodem modo ſeſe habent idem fieri natura conſueuit.

Siue operationem, ſiue operantem dicamus, nihil intereſt. dictum enim iam eſt ſcientiam, & ſenſum, & ædificatoriam, ſcientem eſſe, & ſentientem, & ædificatorem: ſimili modo quoque ſcientiam in operatione, & ſenſum & ædificatoriam eſſe eum qui iam ſciat, & ſentiat, & ædificet. Inquit autem non eodem modo ſanitatem ſanum, & geometriam geometram, & demum habitus quoſlibet eos perficere qui habitibus præditi ſunt, ſicut voluptas operationem. nam habitus cum iis qui eos ſuſcipiunt exiſtentibus ſuperueniant, in iis inſunt, vt formæ & perfectiones, atque efficiunt vt quod poteſtate erat operatione fiat, operarique ſecundum eos poſsit. citharizandi enim ars ei qui poteſtate erat chitariſta comparata, eum operatione, & actu citharistam reddidit, & vt ex ea operetur, effecit. pari modo quoque geometria geometram à poteſtate in operationem deducit. ſenſus item in animalium formatione humoribus qui poteſtate ſunt ſenſitiui ſuperueniens, quod ex ipſis conſtitutum eſt, operatione & actu ſenſiuum effecit. habitus igitur, cum illi qui & citharistæ & geometræ, & ſenſiui poteſtate erant prius ſubſiſterent, ſubiectique eſſent, ſuperuenientes, vt formæ in materia, eos perfecerunt, in operationemque redegerunt. In voluptate autem non ita contingit. neque enim prius eſt operatio, & deinde ipſi voluptas accedit, ideſt poteſtate prius C eſt iucunda operatio, & deinde iucunda & voluptuoſa re ipſa & actu efficitur, ſed ſimul cum ipſa exiſtit voluptas. Illi enim ideſt edificator, cithariſta, & ſenſiuus alteratione & mutatione, & generatione ex eo quod erant poteſtate, in operationem & actum deducti ſunt: quippe cum habitus perinde ac formæ res ſibi ſubiectas vt materias diſponant, fingant, & perficiant. at voluptas tanquam ſuperexoriens finis operationem perficit, non tanquam forma quæ materiæ antea paratæ aduenit, ſed tanquam finis qui operationi ſuperexoritur, ideſt ſimul cum operatione emergit, atque exiſtit: eamque in omnibus temporis partibus ſemper comitatur. ſicut enim flori ætatis venuſtas, ea eſt ὡραιότης, quę tempeſtiua eſt pulchritudo, ſuperexoritur, ita operationi voluptas. ſicutque illa iucundiora ac D ſuauiora florentium corpora, lógeque amabiliora reddere conſueuit. ita voluptas operationem magis expetibilem facit, vt magis in ea perſeuerare, magiſque ei incumbere ſtudeamus. Quouſque igitur & intelligibilia & ſenſibilia & intellectio & ſenſio inter ſe eodem modo ſeſe habuerint, ideſt optima ſimiliter fuerint, atque expetenda, in operationibus ineſſe voluptatem neceſſe eſt. quemadmodum enim pulchritudo & venuſtas, quoad partium & membrorum & inter ſe & cum toto corpore conuenientia ſeruatur, in corporibus quaſi lux quædam, & flos elucet atque efloreſcit, eodem modo voluptas in operatione quoad optima eſt & præſtantiſsima, ſemper exiſtit.

Quo modo igitur fit, vt nemo aſſidue voluptate afficiatur? an defatigatur? omnia enim humana ad aſſidue operandum E imbecillia ſunt. quocirca neque voluptas aſſidue euenit, operationem enim conſequitur.

Vbi interrogauit, cur aſsidue voluptate non afficiatur quiſpiam? ſtatim reſponſionem ſubiungit, cum inquit, an defatigatur? propterea enim aſsidue non afficimur voluptate, quia defatigamur, & laboramus. hoc etiam voluptatem ex naturalibus operationibus euenire demonſtrat, nam ſi in vacationibus voluptate non afficimur, in operationibus autem afficimur, ex operationibus quæ ſecundum naturam fiunt euenire voluptatem manifeſtum eſt. Sed quid? cum ex laſsitudine quæ ex operatione nobis contigerat, ad non operandum conuertimur, & ocia dum, nonne voluptate quadam percipimus? nam id negare præter ſenſum noſtrum eſt: voluptatem enim in vacatione

cationem operationis, & remiſsione proculdubio ſentire conſueuimus. Quocirca dicendum eſt quieſcere quoque nihil aliud eſſe quam operari: nam ſi quieſcendo viuimus vita vero operatio eſt: vt in ſuperiori libro demonſtratum eſt: quies quoque operatio. in quiete igitur cum ab operando defatigati deſiſtimus, non eam voluptatem capimus, quæ ex operatione ſenſuum proficiſcitur, ſed eam, quæ ex repentino in naturam reditu conſequitur. non enim diſtrahenda ac diuellenda Ariſtotelis dicta ſunt: ſed ita vt connectuntur, intelligenda: de ea voluptate liquidem hic loquitur, quæ ex perſenſionum, & intellectionum operatione euenit. Quoniam igitur ex operationibus voluptates eueniunt, ea aſsidue voluptate afficientur, quæ operari ſemper & aſsidue poterunt: cuiuſmodi ſunt intellectuales naturæ. quorum autem operatio aſsidua non eſt, ſed interrupta, eorum interruptam quoque eſſe voluptatem neceſſe erit: non percipimus igitur aſsidue voluptatem, quia aſsidue non operamur, aſsidue non operamur, quia defatigamur, defatigamur vero propterea quod, cum ſenſus noſtri in operationibus foras ad ſenſibilia deferantur, fit vt multum animalium ſpirituum exinaniatur. Vis enim ſenſiua ſpiritu qui ob id animalis vocatur, quaſi vehiculo delata à principio originis ſuæ & in totum corpus diſtribuitur & foras emittitur. quocirca cum multum huius ſpiritus ex noſtri operatione effluxerint, defatigatur animal, neque operari amplius poteſt. effluit autem huiuſmodi ſpiritus dum legimus, dum audimus, dum videmus, dum currimus, dum ambulamus, ac denum dum quodlibet agimus, atque operamur.

Nonnulla tamen ſunt quæ cum noua ſunt, oblectant: poſtea vero non ſimili modo, hanc ob cauſam: quia primum incitatus animus eſt, in eorumque operatione intentus, quemadmodum in viſu faciunt, qui inſpiciunt: poſtea vero operatio eiuſmodi non amplius fit, ſed neglecta. vnde etiam voluptas hebetatur.

Cum dixerit defatigationem eſſe in cauſa ne aſsidue voluptate afficeremur, eo quòd operationem ex qua voluptatem euenire dicebamus, defatigatio impedit, videretque nonnulla eſſe quæ etiam defatigatos homines oblectarent: vt iccirco falſum eſſe dicere quiſpiam poſſet quod de defatigatione dictum fuerat: huic obiectioni occurrens hæc ſubiungit. videmus enim nonnullos qui licet defatigati iam ſint; pergant tamen adhuc operari, & inde voluptatem percipere non deſinant, neque defatigationem impedire eos poſſe, quo minus & operentur, & voluptate quæ ex operatione euenit, afficiantur. ſi igitur huius operationem interrumpere nequit defatigatio: neque alterius cuiuſpiam poterit. quocirca nouitatem eſſe in cauſa inquit, vt etiam defatigati interdum operemur. id quod ſi principium ſupranaturalium diſputationum conſideremus, clarius patebit. ibi enim ita ait: omnes homines natura cognoſcere appetunt, argumento eſt ſenſuum dilectio. Quod ſi natura cognoſcere appetimus, & natura hæc cognoſcendi & ſciendi appetitio nobis inſita eſt, ut ſentiendi, & cogitandi, merito fit, vt etiam ſi defatigati ſimus, ad rei ignoratæ perceptionem & cognitionem conſequendam incitemur, ac roboremur. ea enim noua nobis ſunt, quæ ſunt incognita, neque antea nobis apparuere, ad quæ percipienda & cognoſcenda natura inducimur. naturalis vero hæc cupiditas & appetitio defatigationem omnem noſtram emollit, ac mitigat, ſenſumque eius ferè nobis aufert: atque ita facit, vt ab operando circa ea noua ne deſiſtamus. Vidi ſanè ego nonnullos penitus infirmos ac debiles, alios etiam ex quibuſdam actionibus laſsitudine admodum confectos impigre ac iucunde ad leonum ludos ſpectandos properare. Primum igitur, id eſt cum primum ea noua nobis apparent, incitatur atque allicitur animus noſter, vt cogitatio ad cogitabilia, ſenſus ad ſenſibilia percipienda vehementer intendatur. deinde vbi iam perceptum ac cognitum aliquid à nobis

A eſt, remiſsior ac neglectior operatio euadit: atque ita voluptas quoque hebetatur, ac remittitur: quippe cum cuiuſmodi fuerint operationes, eiuſmodi quoque eſſe voluptates, quæ ex ipſis eueniunt, neceſſe ſit.

Omnes autem voluptatem appetere propterea vnuſquiſque exiſtimaret, quia viuere omnes appetunt. vita vero operatio quædam eſt.

Quoniam voluptas abſque operatione eſſe non poteſt: & vbi eſt voluptas, ibi quoque operatio neceſſario eſt: vita autem eſt operatio, natura comparatum eſt, vt voluptatem omnes appetamus, quæ ſecum operationem, id eſt vitam adducit, atque affert, vitam autem eſſe animam dubitat nemo. nam viuere ea dicimus, quæ natura ea

B prædita ſunt, vt ex ſeſe nutriantur, ſibique ſimilia gignát: animalia autem vocamus, quæ præterquàm quod ex ſeſe aluntur, gignuntque ſibi ſimilia, ſenſum quoque habent at ſentire & viuere ab anima exiſtit: anima igitur vita eſt. animam vero, id eſt vitam eſſe operationem demonſtrare ita quiſpiam poſſet, illa viuere dicimus quibus adeſt anima, ſicut mortua, & non viua ea quibus non adeſt: anima igitur & vita idem eſt. at anima prima perfectio corporis naturalis inſtrumentarij eſt, quod poteſtate vitam habet, perfectio autem eſt operatio. vita igitur operatio eſt. Adde quòd in ipſa quoque viuendi proprietate quędam eſt operatio, quippe cum vita quæ ζωὴ grece dicitur quaſi ζέουσα id eſt feruens quædam ſubſtantia ſit, quæ vitales vires & facultates ebulliendo producit, à qua vt etiam

C vita appellata eſt. feruere autem & ebullire & producere ab operatione eſt, ac propterea vnicuique animali propriæ ſunt & ſecundum naturam operationes, quia diuerſæ vitæ illis ſunt, ex quibus facultates & operationes exiſtunt. Hinc hominum quædam operationes ſunt vitæ & naturæ hominis accommodatæ, cuiuſmodi eſt, ſe à turbatione & diſtractione externa introrſum cõuertere ſeque in ſeipſum colligere, ſe præſtantioribus naturis ſimilem reddere, ijs quæ ſemper manent, æternaque ſunt, ſtudium adhibere, intellectuali modo vitam traducere. Similiter quoque equi operationes ſunt quædam peculiares ſecundum equi naturam, vt eſt contente & ferociter currere, & canis item pro natura canis, & reliqua animalia, pro vniuſcuiuſque natura conuenientes operationes

D habent. ſed cętera quidem animalia quia ſecundum naturam viuunt, è naturalibus operationibus minime exturbantur, cum ad ſola ea quæ ſecundum naturam ſunt, & ad nihil aliud natura duce tendere conſueuerint. at ratio noſtra peruerti ac deprauari interdũ ſolet, quæ tamen ſi incorrupta permaneat, in ſe, & ſplendorem ſuum collecta, vniuſcuiuſque rei naturam cõtemplatur, operationeſque puras, atque egregias exercet.

Et circa ea vnuſquiſque & ijs operatur, quæ vel maxime placent, vt muſicus auditu circa modulationes: diſcendi ſtudioſus mente circa contemplationes: atque ita ſinguli ex cæteris. voluptas vero operationes perficit: & viuere quoque ipſum, quod appetunt. merito igitur voluptatem

E *etiam appetunt, quippe quæ viuere ipſum quod expetendum eſt, perficiat.*

Muſicum hic appellat eum qui abſque ratione muſicis vtitur inſtrumentis, cuiuſmodi ſunt qui in ſcenam prodeunt, quique canoris quorundam ſonorum concentibus oblectatur, is enim aurium, non rationis iudicio verſatur circa has modulationes. Diſcendi vero ſtudioſum vocat eum qui harmonicas rationes cogitatione & mente conſideret, aliam διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε aliam, aut διὰ πασῶν eſſe cognoſcens, prout quatuor, aut quinque, aut omnibus vocum interuallis conſtituuntur. Duplex igitur muſicus eſt, alter, qui concentuum rationes cognoſcit, & circa diſciplinas verſatur, alter, qui inſtrumentis vtitur, & auditu ea operatur. Numerarius itẽ, id eſt arith-

meticus

meticus in numerorum, eorumque quæ numeris accidunt, contemplatione occupatus eſt: atq; omnino vnuſquiſque circa id operari ſtudet, quo oblectatur. Voluptas vero quæ ſequitur, operationem & vitam quam appetunt, perficit. ei enim qui viuere muſice cupit, eiuſmodi vitam perficit voluptas quæ è muſica euenit: ſic geometricam, quæ è geometrica: ſic optimam & fœlicẽ, quæ ex fœlici vita proficiſcitur. huc enim ſpectans Ariſtoteles omnia hæc de voluptate diſſeruit: vt demum fœlicem vitam quæ operatio eſt, perfici à propria voluptate colligeret. Viuere igitur ipſum quod expetendum eſt, muſice videlicet, vel geometrice, vel feliciter, propria cuiuſq; vitę voluptas perficit: ideſt auget, & confirmat, ſtabiliusq; ac diuturnius reddit.

Vtrum vero vitam ob voluptatem, an voluptatem ob vitam expetamus, in præſentia omittatur. coniuncta enim hæc inter ſe ita ſunt, vt ſeparari nullo modo queant: quippe cum & ſine operatione non fiat voluptas, & operationem omnẽ voluptas perficiat.

Dicere quidem ob voluptatem expetendam eſſe vitam, habere in ſe probabilitatem quandam videtur. viuere enim operatio eſt, voluptas veró operationem finit ac perficit. at quæ ſunt ante finem, ob finem expetimus, & non econtrario finem ob ea quæ antecedunt. medicamenta enim, & adúſtiones, & ſectiones ſanitatis cauſa, quæ eſt finis, eligimus: & non contrà ſani eſſe volumus vt potiones medicas aſſumamus, ſectioneſque & aduſtiones ſuſtineamus. Si igitur voluptas finis vitæ eſt ideſt operationis, conſentaneum eſſe videretur, vt voluptatis cauſa vitam, non vitæ cauſa voluptatem eligeremus atque expeteremus. Sed dicendum ad hoc eſt, ſi voluptas finis eſſet operationis, vt ædificationis domus, & ſanationis ſanitas, & ſanguificationis ſanguis, & generationis fœtus, nullum dubium eſſe, quin operatio & vita voluptatis cauſa nobis eſſet expetenda. quia vero non eſt finis voluptas, ſed tanquam finis, ſicut dictum eſt, vitam ob voluptatem eligere nullo modo debemus, ſed econtrario voluptatem ob vitam. Voluptatem autem non eſſe proprie finem, perſpicuum eſt: fines enim poſterius operationibus & generationibus quibus ſunt fines, ſuperuenire conſueuerunt, voluptas non poſtea aduenit, ſed ſimul cum ipſa operatione exiſtit. conſtat igitur, vitam, atque omnem operationem cauſa voluptatis minime expeti, voluptatem vero contrà ob operationes & vitam nos ſectari manifeſtum eſſe ita poteſt, primum ex operationibus quæ circa virtutes exercentur, quæ licet quam maxime iucundæ ſint, voluptatis tamen cauſa minime fiunt. immo multas ex ipſis eligimus atque expetimus, quamuis dolores & labores nobis allaturæ ſint, cuiuſmodi ſunt quæ circa fortitudinem verſantur. atqui ſi voluptatis cauſa operationes eligeremus, odio proſequi has ac fugere deberemus, contrà vero quamlibet operationem ſtudioſe ſectaremur, vnde eueniret voluptas: ſed agere atque operari ea vnde turpiſsimæ ac flagitioſiſsimæ voluptates exoriuntur, quis niſi inſanus pateretur? Quare ſi operationes ex virtute expetendæ ſunt, quamuis cum dolore qui contrarius voluptati eſt, exerceantur, voluptates vero, quæ cum vitio quod virtuti eſt contrarium, exiſtunt, nullo modo expetuntur, voluptates nos eligere operationum quæ ex virtute fiũt cauſa perſpicuum eſt. quia tamen huiuſmodi operationes voluptas comitatur, ob voluptatem quoque operationes quodam modo expetimus, primo quidem ipſas operationes deinde ex accidenti ob operationes quæ ex ipſis euenit, voluptatem. Adde quód ſi quis à nobis requireret, vtrum natura nobis ſtatim ubi genuit, operationem ob uoluptatem an uoluptatem ob operationem indiderit, notum eſſe diceremus uoluptatem animalibus propter operationes à natura eſſe datam, ut conſeruentur, ac permaneant. fieri

A enim non poteſt ut conſeruemur, niſi alamur ac nutriamur: ut autem alamur, à natura uoluptatem eam accepimus, quæ in ſumendo cibo percipitur, qua illecti & alimentum inquirere, & eo inuento uti conſueuimus. Quærimus igitur uoluptatem, ut nutriamur, nutriri autem operatio eſt, cauſa itaque operationis uoluptatem expetimus. Nam dicere non vt conſeruemur & uiuamus, ſed ut uoluptatem tantummodo inde capiamus, nos ali, abſurdum omnino eſt. Data ergo nobis à natura hæc uoluptas eſt, ut ad alimentum quærendum inducamur, atque ita nutriamur, & nutriti conſeruemur, & uiuamus atque operemur. Quin uiuere quoque ipſum operatio quædam eſt, ob operationem igitur eſt uoluptas, & non

B econtrario. Accedit quód ſi uoluptatem quæ ex uenereo congreſſu exiſtit, naturaliter uelimus conſiderare, non alia de cauſa nobis inſitam fuiſſe inueniemus, quàm ſobolis procreandæ gratia, quo uidelicet à uoluptate incitata animalia ad coitum conuenirent, qui ſpeciei conſeruationem ſuſtentat. Quod ſi aperte ín animalibus uoluptates has operationum cauſa ineſſe conſpicimus, conſentaneum eſt in aliis quoque operationibus, quæ ſecundum naturam fiunt, ita contingere. Sed quæſtio hæc, inquit, in præſentia omittatur. Videntur tamen coniunctæ eſſe hæc, ut neque uita quæ ſecundum naturam traducitur & operatio à uoluptate, neque uoluptas à uita & operatione ſeparata ſit.

C

Voluptates inter ſe ſpecie differre. Cap. V.

VNde differre & ſpecie videntur. quæ n. ſpecie diuerſa ſunt, à diuerſis perfici exiſtimamus. ita ſiquidem apparent & naturalia, & quæ ab arte efficiuntur. vt animalia, arbores, pictura, ſtatuę, domus, vas. ſimili mõ quoque diuerſas ſpecie operationes à ſpecie differentibus perfici putamus. Mentis autẽ operationes ab iis quæ ſunt ſenſuũ, atque hæ inter ſeſe ſpecie differunt. quare etiam quæ ipſas perficiunt voluptates.

Vnde inquit, ideſt ex eo quód operationibus coniunctæ ita uoluptates ſunt, ut ſimul cum ipſis & exiſtant, & deſiſtant, fit ut cum diuerſæ ſpecie operationes ſint,

D diuerſæ quoque ſint uoluptates, quæ ipſas perficiunt. diuerſa autem ſpecie perfici à diuerſis obſcurum non eſt. quis enim ignorat aliam eſſe uoluptatem qua ædificator aliam qua muſicus oblectatur? operationes quoque diuerſas eſſe conſtat. nam aliæ ex ipſis expetendæ, aliæ fugiendæ ſunt. expetenda autem & fugienda diuerſa eſſe ſpecie nemini dubium eſt. Quod ſi diuerſę ſunt operationes, eandem autem inter ſe habere uoluptates differentiam neceſſe eſt, quam operationes habent, uoluptates quoq; ſpecie inter ſe diuerſę ſunt. Cum dixerit autem diuerſa à diuerſis perfici, id ex naturalibus rebus, & artificioſis comprabat. alius ſiquidem finis plantæ generationis eſt, alius animalis, propterea quod diuerſæ quoq; generationes ipſę ſunt. plantarũ enim generationis ipſę plantę, animalium animalia, ædifi

E cationis ędes ſanationis ſanitas finis eſt. ſicut igitur generationum diuerſi fines ſunt, ita quoq; operationum quaſi fines inter ſe different, quippe cum alia ſpecie voluptas uitę intellectualis ſit, alia ea quę ex operatione ſenſuum euenire conſueuit.

Conſtare autem hoc ex eo etiam poſſet, quód voluptas vnaquæque operationi ei affinitate eſt coniuncta, quam perficit. ſimul enim operationem propria atq; affinis voluptas auget: quippe cum ſingula magis iudicent, abſoluantque ea à ctius qui cum voluptate operantur. vt qui geometricis rationibus oblectantur, geometrici euadunt & ſingula magis intelligunt, atque aduertunt. ſimili modo muſicæ ſtudioſi, & ædificandi, & cæteri alij in ſuo quiſque opere proficiunt, dũ

eo oblec-

eo obiectantur, ac gaudent. voluptates vero ſunt quæ incrementum exhibent. at affinia ſunt & propria quę augent. quę autem diuerſis ſpecie ſunt propria, inter ſe quoque ſpecie differunt.

Non eſſe ſpecie eaſdem omnes voluptates, ſed nonnullas eſſe quæ diſsimiles ſpecie ac diuerſę ſint ex eo etiam patet, quòd propriæ atque affines voluptates operationibus illis ſunt ex quibus eueniunt. propria vero neceſſario inter ſe ita diſtincta ſunt, vt ſunt ea quibus ſunt propria. ſi igitur operationes ſunt diuerſæ ac diſsimiles ſpecie: propriæ quoque earum voluptates inter ſe diuerſæ ſpecie erunt. vnicuique autem operationi propriam quandam eſſe voluptatem, quæ ipſam perficiat, inde perſpicuum eſt, quòd operationes augeri voluptatibus, incrementumque ſuſcipere conſueuerunt. voluptas enim quæ ex geometricis conſiderationibus percipitur, operationem circa geometriam auget: quę item ex citharizando euenit citharisticam auget operationem. vt ſi operationes numero ſint diuerſę, & ſpecie eędem, voluptates quoque eędem ſpecie, & diuerſæ numero ſint. ſi vero & numero & ſpecie differant operationes: voluptates ſimili modo vtriſque diuerſæ ſint. at voluptates augere operationes patet. magis enim geometricus euadit, aut muſicus qui vel geometria vel muſica oblectatur, quam qui nullam ex his artibus voluptatem capit, ſi autem auget operationes voluptas, his eſt propria atque affinis: quod enim proprium non eſt, eſt moleſtum: moleſtum vero corrumpere non augere natura conſueuit.

Magis præterea inde hoc pateret, quòd voluptates quæ à diuerſis eueniunt operationibus ſunt impedimento. ſtudioſi enim tibiarum orationibus attendere nequeunt, ſi tibia canentem quempiam audiuerint, tibiæ cantu magis, quam præſente operatione oblectati. voluptas igitur quę ex tibiæ cantu prouenit, operationem circa orationem corrumpit.

Non omnem voluptatem omni operationi eſſe propriam, ſed aliam alij: ac propterea neceſſe eſſe, vt ſicut operationes, ita ipſæ quoque inter ſe ſpecie differant: manifeſtum eſt, primum ex eo quòd voluptas quæ ex aliqua operatione exiſtit, ex aliqua alia euenire non poteſt. ei enim qui temperanter viuit, & ex temperantia operatur, temperanterque agit, intemperantium voluptas minime contingit: quippe cum fieri nullo pacto queat, vt temperanter agendo quiſpiam intemperantis voluptate afficiatur, & demum non rem habendo cum mulieribus quiſpiam eam voluptatem capiat, quæ rem habentibus euenire conſueuit. alia enim eſt voluptas quæ temperantis hominis operationi affinis eſt, & alia quæ intemperantis. nam ſi voluptates non eſſent diuerſæ, ſicut ſunt operationes, ſed eædem: quid vetaret, quo minus temperans operationes intemperantis vtpote fugiendas euitaret voluptates vero eius ſectaretur? quippe quæ eædem eſſent & ſimiles ſpecie cum ſuis. Primum igitur hinc liquet & vnicuique operationi propriam eſſe annexam voluptatem & diuerſas inter ſe eſſe voluptates non ſecus atque operationes: deinde vero inde, id quod hic inquit Ariſtoteles quòd quæ ex alijs operationibus exiſtunt voluptates, alijs quæ alias operationes ſequuntur, impedimento ſunt. qui enim tibia canēdi ſtudioſi ſunt, cum audiunt aliquem tibiam inflantem ac modulantem, ſi forte quiſpiam fabulas narret, nullam ei attentionem præſtant, immo voluptatem eam quæ ex fabulatione eueniebat, reiiciunt ac fugiunt, vtpote quæ alteram qua magis oblectantur, interrumpat, atque impediat. quemadmodum econtrario fabularum ſtudioſi præ fabularum narratione tibiarum cantum negligunt, atque auerſantur, eo quòd ipſis impedimento ſit ad eam voluptatem percipiendam, qua gaudent. Quod ſi quæ è tibiarum cantu euenit, voluptas, alteram impedit, quam fabularum narratio affert, atque hæc illam ſimili modo, diuerſas eſſe & non ſimiles ſpecie

A voluptates perſpicuum eſt ſicut ſunt tibiæ cantus, & fabularum narratio, è quibus voluptates ipſæ oriuntur. Non paruum item eiuſdem huiuſce rei argumentum eſt, quòd ſe mutuo perimunt & corrumpunt.

Idem cęteris quoque vſu venit, cum circa duo ſimul operatur quiſpiam: quæ enim eſt iucundior operatio, alteram extrudit, atque eo magis, quo in voluptate longius excelluerit adeo vt ex altera operetur nihil.

Si nunc duo ſint, alter qui tibia canat, alter qui fabulas narret, & quidam alius vtroſque ſimul audiat, hic qui audit, circa duo ſimul operabitur. ſi item cum aliquis pulchram rem aliquam cernit, citharam pulſantem alterum audiat, hic quoque circa duo ſimul operabitur, in B quo ſi magis pulchri quam muſicę ſtudioſus fuerit, efficietur, vt quæ ex pulchræ rei inſpectione voluptas exoritur, alteram quę è citharæ modulatione percipitur, extrudat, atque eijciat. quare quę ex viſione capitur voluptas ab ea diuerſa eſt, quę ex citharę cantu exiſtit. & ſi paulo inter ſe diuerſæ ſunt operationes, parum quoque differunt voluptates, ſi longe illę inter ſe diſtant, ſimili modo maximam inter ſe habent differentiam voluptates, quę ex operationibus eueniunt. Iucūdior igitur operatio minus iucundam extrudit, atq; eijcit, vt vel qui ſtudioſus muſicæ ſit, ne inſpicere quidem in rem pulchram uelit, vel qui pulchris delectetur, ne adhibere quidem aures citharam pulſanti quicquam patiatur. atq; hoc propterea accidit, quia C vnicuique operationi propria quędam uoluptas coniūcta eſt, & pro diuerſitate operationum diuerſę quoque voluptat ipſę ſunt.

Atque iccirco fit, vt cum aliqua re vehementer gaudemus aliud quid non admodum agamus: cumque alijs leniter oblectamur, alia faciamus. vt in theatris bellaria eſitant, id tunc maxime faciunt, cum viles certatores ſunt.

Quia ex diuerſis ſpecie operationibus proprię quędam uoluptates, alia ex alia, ſequuntur, quę ita peculiares unicuique ſunt, ut homini riſibile, aut equo hinnibile, efficitur, ut cum geometricis rebus ualde oblectatur aliquis, non omnino aliud agere quippiam poſsit, ſed ſoli geome D triæ attentus incumbat. cum enim uoluptatem aliquam appetimus, non aliam quampiam operationem exerceremus, quam illam, ex qua neceſſario euenturam eam uoluptatem exiſtimamus. nam ſicut huic corpori quidam certus ſapor, & item odor quidam peculiaris iucundiſsimus eſſe conſueuit, illi autem alius atque alius, ſic quoque operationi huic uoluptas quædam, illi altera diuerſa inſita eſt. Cum igitur, ut inquit, re aliqua quiſpiam uehementer oblectatur, aliud quid agere non uult. ſi tamen aliquando contingat, ut aliud faciat, ocioſe admodum, ac negligenter circa id operatur. id quod ex iis quæ in ſpectaculis fiunt, cognoſcere unuſquiſque euidenter poteſt. quando enim curſus equeſtres celebrantur, intenti omnes E ſpectatores ſunt, nemoque ex ipſis eſt, qui aliud agat, propterea quòd & equorum curſu, & aurigarum certamine uehementer unuſquiſque oblectatur. cum uero hi ſeptenis circuitibus peractis certamen ſuum abſoluerint, atque è curriculo receſſerint, aliique poſtmodum uilioris notæ certatores in harenam deſcenderint, cuiuſmodi ſunt luctatores, cęterique omnes tales, tunc uideas ſpectatores intentione ferè omni remiſſa alios inter ſe colloquentes, alios bellaria eſitantes, quippe qui huiuſmodi luctantium certamine non admodum afficiantur. Bellaria autem ſunt τραγήματα, id eſt cicer frixum, fabę, nuces, atque alia huiuſmodi, quę ſecundis menſis adhibentur, quę ſecum nonnulli & pręcipue pueri eſitandi cauſa, cum per ocium licuerit, ferre conſueuerunt. Tunc igitur inquit, cum uiles fuerint certatores, id maxime faciunt, ideſt bellariis eſitandis uacant nonnulli.

Quoniam autem propria voluptas exacte abſoluit operationes, diuturnioresque & meliores reddit: aliena vero

labefa-

labefactant, ac perdunt: longe eas inter ſe diſtare manifeſtum eſt.

Hic explanat quid ſignificauit, cum dixit vnamquanq; operationem à voluptate perfici. perfici enim, id eſt ſtabiliorem ac diuturniorem, melioremq; reddit operationẽ voluptas. Si igitur propriæ voluptates meliores & diuturniores operationes efficiunt: patet voluptates longe inter ſe diſtare, pro ratione operationum ex quibus eueniunt, eſſeque diſsimiles ſpecie, non ſecus atque ipſę operationes ſi enim honeſta à turpibus ſpecie diuerſa ſũt, operationes quoque honeſtæ à turpibus eodem modo erunt diuerſæ: voluptates item quæ ex operationibus honeſtis eueniunt, ab illis diſtabunt, quæ ex turpibus operationibus percipiuntur. hæ ſiquidem puræ ſunt, nihilque doloris aut pœnitentiæ admiſtum habent: illę doloris & pœnitentię ſunt refertæ. exacte igitur abſoluit, atque auget propria voluptas operationem propriam. vt quæ ex geometrica contemplatione exoritur, geometriæ operationem: quæ ex modulatione, modulandi operationem, & reliquæ ſimiliter. quæ vero alienæ ſunt, vtpote moleſtiam afferentes & dolorem, labefactant, & minuunt, voluptas etenim quam capimus ex geometria cum non ſit propria modulationi, & cantui, ſed aliena, modulationem labefactat ac corrumpit, quippe cum qui oblectatur geometria, voluptatẽ contẽnat quæ ex modulatione percipitũ.

Ferè .n. alienę voluptates id faciunt quod proprij dolores. proprij enim dolores operationes corrumpunt. verbi cauſa ſi alicui vel ſcribere iniucundum eſt & moleſtum, vel ratiocinari, cum dolorem afferat operatio, ſit vt is neque ſcribat, neque ratiocinetur.

Adiunxit, ferè, propterea quòd proprii dolores ſemper atque omnino operationes corrumpunt, voluptates non ſemper. proprius autem dolor ille eſt, qui propriæ voluptati eſt contrarius, ut ſi alicui ſcribere & cithara canere iucundum eſt, huic non ſcribere & non canere cithara eſt moleſtum. ſi contrà non ſcribere & non cithara canere voluptatem affert, ſcribere & cithara canere dolorem & moleſtiam pariet. ei igitur qui gaudet non ſcribere, proprius dolor eſt, ſi ſcribat, qui ſanè doloror operationem corrumpit ideſt ne ſcribat, efficit. Si igitur quod faciunt dolores, idem alienę voluptates efficiunt, proprij vero dolores à propriis voluptatibus diuerſi ſũt, alienæ voluptates à proprijs voluptatibus quoq; diuerſæ, atq; iccirco ſpecie diſsimiles ſint, neceſſe eſt.

Ex proprijs igitur voluptatibus, et doloribus contrarium circa operationes contingit. propriæ autem ſunt voluptates, quę ex operatione aliqua per ſe exiſtunt. alienę vero aliæ appellantur, propterea quòd ſimile quid efficiunt, quod dolor. corrumpunt enim, veruntamen non ſimili modo.

Si corrumpi & augeri, & corrumpere & augere contraria ſunt, circa operationes propriæ voluptates & proprii dolores contrarium efficiunt. propriæ enim voluptates augent ipſas diuturnioresque reddunt & ſtabiliores, proprii dolores corrumpunt & perdunt. Dicendum autem in vniuerſum eſt de voluptatibus, in hunc modum, alias ex ipſis ſecundum naturam eorum qui ipſis afficiuntur, alias præter naturam eſſe. ſecũdum naturam quidem ſunt illæ, quibus afficiuntur ij qui operationes ſecundum naturam ſuã exercent, præter naturam illæ quarum etiam operationes præter naturam ſunt. vnicuiq; enim animali quædam peculiares ſunt operationes naturæ ipſius accommodatæ. nã & hominis operationes nonnullę ſunt hominis naturę cõuenientes, & equi & canis ſimili modo ſecundũ equi & canis naturã. ex quibus exorientes voluptates ſecũdũ naturã quoq; illis eſſe dicendæ ſunt. homini ſanè quę ex operatione ſecundũ hominis naturam euenit, cani & equo, quæ ex operatione exiſtit, quæ & canis & equi naturę conuenit. Quæ igitur pro vniuſcuiuſq; natura ſiunt voluptates, voluptates ſecundum naturam, quę non ex propria natura eueniunt, voluptates præter naturam appellandæ ſunt.

At vero cum operationes probitate & prauitate differant, & aliæ ex ipſis expetendę ſint, alię fugiendę, aliæ neutra, ſimili modo voluptates etiam ſeſe habent, in vnaquaq; enim operatione propria voluptas exiſtit. in bona honeſta, in praua improba.

Dictum ſępe eſt & demonſtratum, voluptates affinitate eſſe coniunctas cũ operationibus vnde emergũt, & propterea eodem quo illæ modo diſtingui. at differunt ſpecie operationes, quare etiam voluptates different, ſpecieque inter ſe erunt diſsimiles. nam ſi ex honeſtis operationibus honeſtæ, ex prauis prauę voluptates exiſtunt, honeſta autem & praua aut turpia contraria inter ſe ſunt, qui fieri poteſt, vt quę ſunt contraria, cõformia inter ſe, & ſpecie ſimilia eſſe dicamus? bonę igitur & prauę voluptates ſpecie differunt. bonę autem & expetendę operationes ſunt quæ ex virtutibus, & ſcientiis, prauę & fugiendę quę ex uitiis exercentur, cuiuſmodi ſunt intemperantiũ, furum, ſacrilegorumque hominum, & ſimilium, neutrę illę, quę ſunt neceſſarię, vt cõcubitus ob ſobolis procreationẽ, & cętera hmôi.

Nam & cupiditates honestorum laudabiles, turpium vituperabiles ſunt.

Non eſſe omnes voluptates ſpecie eaſdem & conformes ex cupiditate etiam oſtendit. nam ſi cupiditas iucundarũ rerum appetitio eſt, ſuntque ex cupiditatibus expetendæ alię ſine controuerſia, alię fugiendę, perſpicuum eſt, ipſas quoque iucundas res quarum ſunt cupiditates, ſimili modo eſſe diſtinctas, vt ſunt ipſę cupiditates. quare ex iucũdis rebus aliæ expetendæ erunt, aliæ fugiendæ, igitur etiam voluptates quæ ex ipſis his rebus percipiuntur, expetẽdas alias & bonas eſſe, alias fugiendas & prauas, neceſſe eſt. ſunt igitur ſpecie diuerſæ. expetendum enim & fugiendum diſſimile proculdubio, ac diuerſum ſpecie eſt.

Affiniores autẽ operationibus ſunt voluptates quę in ipſis exiſtunt, quam appetitiones. hæ enim & temporibus & natura diſtinctæ ſunt: illæ adeo annexæ operationib. ſunt, adeoque ab ipſis indiſtinctę, vt an idem cum voluptate operatio ſit, ambiguum eſſe videatur.

Cum demonſtrarit, non omnes voluptates inter ſe eſſe conformes, & ſimiles ſpecie, ſed nõnullas ſimiles, alias diſſimiles, nunc voluptatem non idem cum cupiditate, ſed diuerſum quid eſſe oſtendit. Eſt autem ratio, qua id probatur, huiuſmodi, cupiditas prior operatione eſt, voluptas autem operatione non eſt prior, voluptas igitur cupiditas minime eſt. cupiditatem autem operatione eſſe priorem tempore ex eo patet, quòd prius cupit vnuſquiſque, deinde ita ad cupitam rem potiendam deuenit: voluptatem itẽ ſimul eſſe & non eſſe cum operatione ex qua exoritur, ſæpius & dictum eſt, & demonſtratum. ſi igitur cupiditas prior operatione eſt, voluptas vero ſimul cum operatione exiſtit, quod autem eſt ſimul, magis affine ac propriũ eſt, quam quod præceſsit, ſimulque nõ eſt, voluptatem magis coniũctam eſſe cum operatione quam cupiditatem manifeſtum eſt. adde quod quanto magis quod appetit & cupit rẽ aliquam, & nondum eſt conſequutum, ab eo diſtat, quod cupitam rem iam habet, ſimulque cum ea eſt, tanto magis cupiditas ab operatione abeſt quã uoluptas. cupiditas ſiquidem uoluptatis eſt, ob uoluptatem .n. iucũda inquirimus, at voluptas cum ſimul cum operatione exiſtat, eam iã habet, cupiditas nondum habet. magis igitur propria operationi voluptas, quã appetitio eſt, atq; adeo eſt coniũctior vt an idem ſit uoluptas & operatio, an diuerſum quid, in controuerſiam ueniat, de cupiditate uero & operatione nulla huiuſmodi dubitatio oriatur. ſi igitur altera magis propria eſt atque affinis operationi, altera minus, diuerſas has inter ſe eſſe & non eaſdem cenſendum eſt.

Neque tamen voluptatem eſſe mentem, aut ſenſum putandum eſt: eſt enim abſurdum. ſed quia non ſeparantur, eſſe idẽ quibuſdam videntur. ſicut igitur operationes, ita quoque diuerſæ voluptates ſunt.

Mentem.i.*νόησιν* hic appellat mentis ipſius operationē ideſt cognitionem & intellectionem ipſam. Quod autem inquit, huiuſmodi eſt, licet voluptas idē cum intellectione, ob connexionem quam cum ipſa habet, eſſe videatur, non debemus tamen id ita eſſe exiſtimare, diuerſæ enim ſunt & intellectiones, & ſenſiones à voluptatibus, quæ ex ipſis oriuntur. nam ſi idem cum voluptate eſſet operatio, nulla operatio voluptate vacans reperiretur, ſed multæ ſine voluptate operationes inueniuntur, athletarum enim operationes voluptatis expertes ſunt: immo cum dolore etiam quandoque fiunt: eorum item qui vel literas diſcūt vel ad virtutem progrediuntur, & nondum ſunt aſſequuti omnes dolorem etiam admiſtum habent, voluptas igitur & operatio idem non eſt. quemadmodum enim tempus idem cum motione non eſt, licet ſine motu eſſe nullo modo poſsit, ita neq; voluptas & operatio etiam ſi neceſſario ſimul exiſtant, idem eſſe cenſebuntur. quia vero ex operationibus conſequuntur voluptates: ſicut ſunt operationes ſiue bonæ ſiue malæ, ita quoque voluptates ſint, neceſſe eſt.

Viſus autem à tactu puritate differt: & auditus & olfactus à guſtatu. ſimili modo quoque differunt voluptates: atque ex his illæ quæ circa mentem exiſtunt, & vtræque à ſe mutuo.

Viſio formarum abſque materia perceptrix eſt, vt in ſecundo libro de anima demonſtratum fuit, ſicut enim cera ſignum ſolum quod in aureo anulo eſt, impreſſum excipit ſine ſubiecta materia, alioqui cera aurum redderetur, ſi cum ſignaculo materiæ etiam capax fieret, ſic viſus voluptates abſque ſubiecta ipſis materia percipit. auditus vero, & olfactus cum ſint corporei, magiſq; ad patiendum obnoxij, ſenſibiles res cum materia admittunt: vnà enim cum aere cuius affectio eſt ſonitus, & odor propria ſenſibilia.i. ſonitum & odorem percipiunt. purior igitur viſus eſt, vtpote qui materia carentia recipit, auditu & olfactu qui cum materia ſua ſenſibilia ſuſcipiunt. hi tamen.i. auditus & olfactus eo ſunt guſtatu puriores, quo aer qui ſonitui & odori ſubiicitur, tenuior eſt ac ſubtilior aqueo humore, in quo, vt in materia ſapor eſt inſitus. atque hi quatuor ſenſus à tactu puritate admodum ſunt diuerſi: ab eo quidem qui in toto corpore eſt diffuſus, eo ꝙ proprium eius ſenſibile quatuor elementa ignem, aerem, aquam, terram ſubiecta habet, atque iccirco magis eſt materialis. quibus vero plus materiæ ineſt, ea minus pura, minuſque pręſtantia quam illa ſunt, quę magis materiæ ſunt expertia. quāto vero puriores, præſtantioreſque hi ſenſus tactu venerei concubitus ſint, nemo eſt qui neſciat. nam qui animalem & genitalem vſum explet, quo modo ita eſſe purus poteſt vt viſus, vt auditus, vt reliqui duo? quibus differentias & communitates ſenſibilium rerum diſcernimus? viſu quidem etiam ſtellarum curſus, proceſſus, receſſus, ſtationes, apparitiones quoque & occultationes deprehendimus. ꝙ ſi hi ſenſus, operationeſque horum puritate & pręſtantia inter ſe differunt, voluptates quoq; quæ ex ipſis oriuntur diuerſæ proculdubio erunt. Pręterea quoniam mentis & cogitationis operationes ab operationibus ſenſuū diſtant fit, vt voluptates quoq; eius eo præſtantiores ſint ac puriores, quo mens nobilior ſenſu ac præſtantior eſt. Cum vero inquit, & vtræque à ſe mutuo, de voluptatibus intelligit mentis & cogitationis, quia enim duplex mens eſt ſiue intellectus contemplatiuus, & actiuus, horum quoque voluptates inter ſe diuerſæ ſunt, quantoque eſt contemplatio actione ſublimior & ſanctior, tanto uoluptas uoluptate melior ac nobilior eſt. hæc autem præponit, ſpectans iam ad intellectualem uitam, & eiuſmodi felicitatem, ac de ea diſputationem præparans.

Eſſe vero vnicuique animali propria voluptas, quemadmodum etiam opus videtur: ea enim eſt quæ in operatione exiſtit. id in vnoquoque conſideranti ita eſſe apparebit. equi ſiquidem, & canis, & hominis voluptas diuerſa eſt. Quemad- A *modum Heraclitus inquit. aſinos ſtramenta ſiue paleas magis quam aurum eſſe electuros: quippe cum aſinis pabulum auro iucundius ſit.*

Diximus paulo ante ex uoluptatibus alias eſſe ſecūdum naturam eorum qui ipſas percipiūt, alias præter naturam & ſecundem naturam eas eſſe, quę ex operationibus vniuſcuiuſque naturæ accommodatis eueniunt, præter naturā quæ ex operationibus præter naturam uniuſcuiuſque exiſtunt. unicuiq; enim animali ſecundum naturam propriæ ſunt operationes, ex quibus uoluptates quoq; ſecundum naturam fiunt, quæ & bonæ ſunt, & uere uoluptates appellari poſſunt. Si igitur hæc uera ſunt, quemadmodum ſunt, & præcipue homo eſt qui uoluptates percipit, atq; is bo- B nus: uoluptates illæ ſecūdum naturam eſſent homini, quæ probo uiro maxime ita eſſe uiderentur. ex ijs item quæ ſecundum naturam homini ſunt uoluptates, in eo differentia quædam eſt, ꝙ aliæ magis, aliæ minus propriæ ipſi eueniunt, quæ enim ex operationibus exiſtunt, quæ ſecundū uirtutem exercentur, magis naturæ hominis ſunt accommodatæ, maximeq; homini propriæ, quæ uero ex uiri & mulieris concubitu percipiuntur, minus quidem illæ ſunt homini propriæ, ſecundum naturam tamen eius et ipſæ fiunt. Heraclitus autem Epheſius ac ciuis meus aſinos dicebat, quia naturæ ſuæ accommodatas uoluptates perſequitur unumquodq; animal, ſtramentitias paleas.i. quiſquilias & recrementa quædā quibus ueſcuntur, q̄ *σύρματα* appellat, pro pabulo.n. id accipit, potius quam aurum ele- C ctu ros fuiſſe, propterea quòd pabulum huiuſmodi naturę aſini ſuauiſsimum eſt.

An voluptates quidem eorum quę ſpecie diuerſa ſunt, ſpecie differunt: quæ ſunt eorundē, indifferentes eſſe conſentaneum eſt. in hominibus tamen non parum variant. eadem.n. alios dolore, alios oblectatione afficiunt, quibuſdam moleſta & odioſa, iucūda & amabilia nōnullis ſunt: in dulcibus quoque idem euenit: quippe cū non eadē febricitanti, & ſano eſſe huiuſmodi videātur: neq; calidum quippiam imbecillo, & ei qui bono habitu præditus ſit. ſimiliter in alijs etiam cōtingit. Videtur autem in omnibus ſimilibus id eſſe quod probo viro apparet. Quod ſi hoc recte dicitur, quemadmodū videtur, & eſt: & vniuſcuiuſq; menſura eſt virtus, & bonus uir, quatenus eſt talis, voluptates quoque erunt quæ huic videntur, & iucunda ea quibus hic oblectatur. Si cui tamen ea vi- D *dentur iucunda quę huic ſunt moleſta, nihil mirum eſſe debet multæ etenim corruptelæ hominum, & labes contingunt. nō ſunt namque iucunda, ſed his, atque ita affectis.*

Diuerſa ſpecie ſunt homo, equus, bos, canis: quorum, ſicut dictū eſt, operationes et, quæ ſecundū naturā fiunt, & voluptates quę ex ipſis oriuntur, ſpecie differūt. eorū vero voluptates quę eadē ſpecie ſunt eaſdē ſpecie eſſe in rōne carentibus aīalibus, dubiū nō eſt. omnibus.n. equis, qui īdē ſunt ſpecie, eadē iucūda ſunt, vt fœnum, & hordeū, & ſimilia, canibus itē oībus oſſa & carnes, bobus quoq; oībus fœnum & eruum iucunditatē affert, & uoluptatē, atq; id propterea ꝙ ſolā naturā ducē ſequuntur. Quin in hominibus quoq; probis idē eſt. omnib. ſiquidē qui ex uirtute intelle- E ctualē vitā traducunt, iucūda eadē ſunt, prauis aūt alia atque alia. Quocirca non debemus neq; iucūda oīa, neq; bona, neq; honeſta eſſe dicere, ſed quæ probo uiro eſſe hmōi uidētur. Nā quia recte dr̄, bonū id eſſe, quod eſſe uiro ꝓbo uī, eſſeq; vniuſcuiuſq; menſurā uirtutē.i. uirtute ꝑditū uirū & bonū, in eo quo eſt bonus: quod.n. bonus vir metitus fuerit.i. definierit, & iudicarit, & bonū eſſe ſtatuerit, id bonū eſt. Quoniā igit̄ ita res ſe habet, perſpicuū eſt voluptates et eas & eſſe, & dici debere, quę probo viro eſſe uoluptates uideantur, uereq; ea eſſe iucunda quib. probus uir oblectatur, & gaudet. nam ſi nonnullis, quę probo uiro ſunt moleſta, eſſe iucunda videntur, ne miremur. ægrotant enim huiuſmodi homines & deprauati ſunt ea parte, quæ noſtri præcipua eſt, & quæ uerus eſt homo, ideſt intellectu,

qui vera & certa à falſis & apparentibus poteſt diſcernere. nã q̃ moleſta ſunt probo viro, iucũda minime ſunt, ſed iucũda ita affectis vident, id eſt male affectis, & deprauatis.

Eas igitur quæ ſine dubio turpes ſunt non eſſe dicendas voluptates niſi corruptis hominibus manifeſtum eſt. Ex ijs verò quæ eſſe honeſtæ videntur, qualis, aut quænam eſſe hominis dicenda eſt? an ex operationibus patet? has enim ipſæ voluptates ſequuntur. ſiue igitur vna, ſiue plures ſint perfecti & beati viri operationes: quæ has perficiunt voluptates, præcipue hominis voluptates eſſe dicerentur: reliquæ autem ſecundo loco, & ex parte aliqua, non ſecus atque operationes.

Voloptates quæ proculdubio turpes ſunt, dicendũ eſt abſolute quidẽ & proprie nõ eſſe voluptates: ſed videri iis qui ſunt corrupti & deprauati: ex illis vero quæ honeſtæ videntur, cũ ſint multæ, quamnã dicere eſſe hominis voluptatẽ debemus? Vbi ita interrogauit, reſpondet, cum ita ſubiungit: an ex operationibus patet? cum enim ex operationibus exiſtant voluptates, qualiſcũq; eſt hoĩs operatio, quatenus eſt homo, ſiue vna ſit, ſiue plures, talis ipſa erit voluptas. quod vbi dixit, ſtatim ad diſputationem de felicitate pertranſit: quippe cum ea ſit hominis operatio quam requirimus. Quoniam autem felicitas duplex eſt, altera quæ voluptatibus efflorеſcit, de qua in primo libro dictũ eſt, altera, quæ eſt intellectualis vita, de qua nunc dicet, duplex erit hoĩs operatio, atq; iccirco duplex etiã voluptas.

De felicitate. Cap. VI.

CVm dicta autem ſint eã, quæ ad virtutes, & amicitias, & voluptates ſpectant, reliquum eſt, vt de felicitate figura quadam diſſeramus, quoniam finem eam humanarum rerum eſſe ſtatuimus. Si igitur antedicta repetamus, breuior nobis euadet oratio.

Figura quadam diſſerere appellat. i. τύπῳ non geometrice, & demonſtratiue, neq; ex iis quę neceſſaria ſunt, ſed ex ijs quæ vtplurimum eueniunt, & vel omnibus, vel pleriſq; vel ſapientibus videntur. Cum propoſuiſſet autem de felicitate diſputare, de virtutibus prius, & amicitia, & voluptate ſibi eſſe dicendum cenſuit. de virtutibus quidem, quia felicitas quæ actiua & ciuilis appellatur, actiuarum, & moralium virtutum, contemplatiua & actiuarum & cõtemplatiuarum omnium finis eſt. Cum enim Ariſtoteles duplicem hominem eſſe opinetur, alterum qui ex anima & corpore conſtat: alterum intellectum: vocat autem intellectum rationalem vitam, ſeu ipſam rationalẽ animæ partem, quem ſane intellectum & vere, & primo, & maxime hominem eſſe ſtatuit. cum igitur duplicem hominem intelligat, duplicem quoque felicitatem inuenit, vnam intellectualem, & perfectam quam contemplatiuam nominat alteram, quæ cum externis rebus exiſtit. externas res appellant corporis ſanitatem, materiæ ſuggeſtionem, nobilitatem, filiorum bonam procreationem, & ſimilia. Nam ſi homo ex anima & corpore definitur, neceſſe eſt, vt ad humanæ felicitatis abſolutionem corporis quoque habitum comprehendamus, ne ſi altera totius pars male affecta ſit, totum ipſum felix eſſe nullo modo poſsit. Quia igitur duplex hæc felicitas virtutum finis eſt, propterea de vtriſque virtutibus & actiuis & rationalibus ſuperius egit. De amicitia autem diſſeruit, eo quòd cum vna eius pars animæ facultatis concupiſcibilis ſit, altera iraſcibilis, tertia rationalis, prima illa facit, vt cognati, & parẽtes erga filios mutuo inter ſe amore deuinciantur, ſecunda, vt qui militant, & bellum gerunt, naturali etiam ipſi amore coniũcti ſimul in contubernijs verſentur, & degant, tertia inter probos viros maxime ſpectatur, bona vitæ traductione, & contẽplatione verorum amicorum inter ſe animos colligans, & cõnectens. De voluptate vero egit, quia finis noſter, quæ eſt felicitas, ex intellectuali vita & voluptate miſtus eſt, neque

A enim intellectualis vita abſque voluptate ad felicitatem ſufficit, quippe cũ ſi careret voluptate, appetibilis minime eſſet: neque voluptas ſine huiuſmodi vita explere atque abſoluere felicitatem valeret. nam ſi mente, & omni cognoſcendi operatione priuetur, ſatis ſibi eſſe & ſufficere qui poterit? Inquit igitur, cum de virtute & amicitia & voluptate dixerimus, in quibus conſiſtit, de felicitate quoq; quæ eſt in contemplatione dicendum eſt, ita enim ſubintelligere debemus. Cum vero de contemplatiua hac felicitate dicturus ſit, in memoriam nobis ea reuocat, quę ad propoſitam rem faciunt, quæ de ciuili felicitate in primo libro dixerat.

Diximus eam non eſſe habitum. nam in eo ineſſet, qui per totam vitam dormiret, & plantę vitam traduceretę, maximiſque
B *infortunijs affictaretur.*

In primo libro ita dixit, omnes homines ab ipſa veritate inducti felicitatem ſupremum omnium finem eſſe ſtatuunt: ſupremum autem omnium finem bene viuere & bene agere eſſe dicunt. ſi igitur felicitas ſupremus finis eſt, ſupremus autem finis bene viuere eſt, & bene agere, at bene viuere, & bene agere non in habitu, ſed in operatione conſiſtit, felicitas actio, atque operatio eſſe cenſenda eſt. Quis enim eſt qui eum felicem eſſe dicat qui licet virtutem habeat, vel nihil tamen agat in toto vitæ curriculo, vel ſemper dormiat, vt de Endymione fabulantur, plantęque vitã traducat? qui enim dormit, plantæ ſimilis eſt, propterea q̃ ſolæ ferè in eo, non ſecus atque in plantis naturales ac vegetales
C facultates operantur. quis item felicem eum exiſtimaret, qui bona quidem omnia haberet, ſed aduerſa tamẽ fortuna in tota vita agitaretur? nemo ſanè.

Quòd ſi hæc non placeat, ſed magis in operationem quandam ipſa reponenda eſt, ſicut in ſuperioribus eſt dictum, ex operationibus autem aliæ ſunt neceſſariæ, & ob alia expetenda, aliæ per ſe, patet, felicitatem aliquam ex ijs quæ per ſe, et non ob aliud ſunt expetendæ eſſe ſtatuendam. felicitas enim nullius rei indiga eſt, ſed ex ſeſe ipſa ſufficit.

Si igitur hæc vera eſſe non videntur, dormientem videlicet, vel nihil agentem felicem non eſſe, etiam ſi omnem virtutem habeat, non in habitu felicitas conſtituenda eſt, ſed in operationem animæ ex virtute in vita perfecta eſt
D referenda, quemadmodum in primo libro dictum eſt. Neceſſarias autem operationes, & ob aliud expetendas eas vocat, quę effectiuę ſunt, vt ędificationem, medicationem cuſionem, per ſe expetendas, actiones ex virtute, & cõtemplationes, rerumq; cognitiones. Cum igitur duplices ſint operationes, felicitas quædam ex illis eſt ſtatuenda, quæ non ob aliud, ſed per ſe expetendæ ſunt. ſi enim nullius rei indiga eſt felicitas, ſed ſe ipſa contenta, exq; ſe ſufficiens, quę autem aliqua alia re extrinſecus non indigent, & ex ſe ſe ſufficiunt, per ſe ſunt expetenda, felicitas ex iis proculdubio eſt, quę expetenda per ſe ipſa ſunt.

Per ſe autem ſunt expetenda illa, ex quibus præter operationem requiritur nihil: eiuſmodi eſſe actiones videntur, quæ ex virtute fiunt. bona enim & honeſta agere ex ijs eſt,
E *quę per ſe expetuntur. Quin etiam ex luſionibus illæ quæ iucundæ ſunt, quippe eum non ob aliud ipſas eligant, damnum enim ex ipſis potius quam vtilitatem & corpora & fortunas negligentes, conſequuntur.*

Cum dixerit bona & honeſta omnia per ſe eſſe expetenda: ſubiungit, quin etiam ex luſionibus illæ, quæ iucundæ ſunt, non enim ob aliud quippiam has expetunt atque eligũt, ſicut ſtatuariam ob ſtatuas, & militarem peritiam ob victoriam, & medicinam ob ſanitatem, ſed per ſe expetũt, quaſi felicitatem afferant, quicunq; videlicet in voluptuoſe viuendo, in edendo, & bibendo, & ludendo, intemperãterq; agendo felicitatẽ conſtituunt. cauſamq; reddit cur per ſe luſus expetant homines, quia eos eligunt, licet damnum potius quam vtilitatem ex ipſis eliciãt, qui. n. luſibus

vacant

A vacant, vt aleatores, neglectis exercitationibus corporis, bonorumque acquiſitionem, in vtriſque iacturam nõ paruam faciunt, cum & ocio marceſcãt, & patrimonium diſſipent. Quare luſus ob aliud expetendi nõ ſunt. quæ enim ob aliud expetuntur, vtilia ſunt, vt mercatura, & militoria à quibus augetur res familiaris, luſus autem econtrario minuunt, & conſumunt opes, non ſunt igitur ob aliud quid expetendi, ſed ne per ſe quidem, licet quam maxime per ſe ipſos expetant, atque eligant, qui voluptuariam vitam ſectantur. nã ſi damnoſa reijcienda ſunt, & fugienda, huiuſmodi luſus cum ſint damnoſi, reijciendi ac fugiendi ſunt, non expetendi.

B *Conſugiunt autem ad huiuſmodi diuerſationes plerique eorum qui felices habentur. vnde apud tyrannos in exiſtimatione ſunt, qui in talibus diuerſationibus ſunt vrbani: quippe cum in ijs quę illi appetunt, ſeſe exhibeant iucundos. indigent autem talibus.*

Huiuſmodi diuerſationes & traductiones luſiones ipſas vocat. plerique enim immo omnes fortaſſe ex ijs qui in lætitia & corporeis voluptatibus felicitatem ponunt, celeriter atque omni cum promptitudine & ſtudio ad luſionum voluptates ſe conferunt. id. n. ſignificat conſugiũt. i. cũ ſtudio & feſtinatione ferũtur. Vel tales diuerſationes. i. διαγωγάς cõuentus ipſos & congregationes appellat, ex quibus voluptatẽ percipiunt. cupiunt. n. ſimul diuerſari & de C gere cum ijs qui afferre voluptatẽ poſſint, qualeſcunque fuerint, ſiue tibicines, ſiue citharœdi, ſiue ſcurrę, aut ſaltatores. Quia autem tyranni magis quã alii in voluptate felicitatẽ ſtatuunt, nihilq; aliud eſſe credũt quod beatũ hominẽ reddat, quã omnibus ſenſibus voluptate affici, ac titillari, in exiſtimatione & honore ſunt apud ipſos vrbani, & faceti, ita. n. hic oẽs eos vocat, qui quomodocũq; ſuppeditare ipſis voluptates queũt, clarẽt igitur & in precio ſunt apud tyrannos huiuſmodi homines, quia iucundos ſe exhibent in ijs quæ illi appetunt. cum enim exhilarari illi cupiant, & ridere, cantusque audire qui blandiantur, hi & canunt, & omnia agunt quibus tyrãnos lætitia afficiãt, atq; ita prorſus iucũdos ſe pręſtãt. qui. n. dicit & agit ea quibus tyrãnus oblectatur, is eſt iucũdus tyrãno. ſicut probo viro D eſt iucundus qui ea dicit & facit, quæ probo viro placent. Tyrãni aũt talibus hominibus indigent, non probis viris, & honeſtis, nam hos odio proſequũtur, & expellunt, ſed hiſtrionibus & ſcurris qui riſum faciant, opus ipſis eſt. quare merito huiuſmodi nebulones apud ipſos, vtpote iucundi, in honore & exiſtimatione habentur.

At videntur quidem hæc felicia eſſe, propterea quod qui in poteſtatibus conſtituti ſunt, his vacant. ſed nullum fortaſſe argumentum huiuſmodi homines ſunt. non enim in dominatu virtus collocata eſt, aut intellectus, ex quibus honeſtæ operationes exiſtunt.

Ex falſis & erroneis hominũ opinionibus fit, vt ridicula felicia eſſe videantur. q. n. pleriq; tyrãnos & potẽtes viros eſſe felices putant, eaq; quæ illi ſequunt, & quærunt, felicia, E idest maxime accõmodata atq; apta ad felicitatẽ eſſe dicũt & prędicant. ſed in poteſtate eſſe conſtitutũ, & facere quicquid libuerit, nullu argumentum eſt, nihilque demõſtrat tyrannos & potentes eſſe felices. non enim in dominando potenterq; agendo quæ ſibi placuerit, virtus, & ciuilis vel contemplatiua felicitas conſiſtit. intellectum enim felicitatem hãc contemplatiuã appellat, q̃ ſi tyrãnis & potẽtatus non idẽ ſunt cum felicitate, ſed è diametro prorſus inter ſe diſtant, neq; iucunda ea quæ ad corpus ſpectant, ſua vi ſuq; luſiones ad felicitatem facere, & ſpectare quicquam exiſtimandæ ſunt. neque item operationes & actiones tyrannorum ex ijs ſunt, quæ bona & honeſta haberi debent, ſed operationes quę ex virtutibus, & intellectu proficiſcuntur, illæ ſanè optimę ſunt, atque honeſtiſſimæ.

Neque ſi isti qui ſyncere & liberalis voluptatis guſtum non habẽt, ad corporis voluptates conſugiunt, propterea

A *has magis eſſe expetendas exiſtimandum eſt. nam & pueri quæ apud ſe in precio ſunt, pręſtantiſſima eſſe opinantur.*

Cur tyranni, qui tanto cæteris & diuitijs & potẽtia antecellunt, ad corporis voluptates conſugiãt, & feſtinẽt, id in cauſa eſt, q̃ ſyncerarũ & libero homine dignarũ voluptatũ guſtũ non habẽt. Synceras voluptates vocat eas, quibus vt nihil, vel parum admodum doloris & pœnitentiæ admiſtum eſt, quas cuiuſmodi ſint ſuperius iã diximus. Si igitur eſſet, queãdmodum diximus, tyrannis idẽ cũ felicitate, felicia eſſẽt illa quibus iſti inhiant. cũ vero nõ ſit, nõ debem⁹ voluptates quas tyrãni pſequũt, felicitatis eẽ effectrices exi B ſtimare: ſed ſicut neq; ea pueris præſtãtiſſima ſunt, atq; in precio, vt turbines, tali, & pilæ, precioſa ac præclara apud oẽs quoq; habentur, ſic neq; ea quæ nonnullis qui ẽm ſenſus viuunt, videtur optima, cũctis optima ſunt exiſtimãda.

Conſentaneũ igitur eſt, vt ſicut pueris & viris diuerſa eſſe in præcipio videntur, ita prauis & bonis quoq; videãtur. Vnde queãdmodũ ſæpe dictũ eſt, ea ſunt precioſa & iucũda, q̃ probo viro huiuſmodi ſunt. atq; ea maxime expetẽda operatio eſt vnicuiq;, quę ex habitu proprio: probo autẽ viro, quę ex virtute fit. Nõ eſt igitur ĩ luſu felicitas. abſurdũ. n. eſt luſum eſſe finẽ: & negociari, & laborare tota vita ludẽdi cauſa. nã omnia, vt ita dicã, pręter felicitatẽ alterius cauſa expetimus: quippe cũ finis ipſa hæc ſit. ſerio aũt agere & la C borare luſionis cauſa ſtultũ planè ac puerile admodũ videt.

Conſentaneum rationi eſt, vt queãdmodum alia pueris iucunda eſſe et precioſa videntur, alia viris, ita quoq; non eadem prauis & bonis, ſed longe diuerſa videantur, eaque vere precioſa & pulchra ſint, quæ probis viris ita videntur, quæ autem à prauis huiuſmodi eſſe exiſtimantur, ea non verè huiuſmodi ſint, ſed tantummodo eſſe videantur. Quoniam igitur hæc ita ſe habent, vnicuique maxime expetenda ea operatio eſt, quæ ex habitu proprio exercetur. qui. n. habitu muſicæ eſt præditus is muſice, qui intemperantiæ habitum contraxit, is intemperanter operari expetit. eodem modo probus vir ſecundum virtutes operando oblectatur, & gaudet. In virtute igitur & intellectu ideſt intellectuali vita, non in luſu felicitas conſiſtit, licet ad eum tyran D ni auide, & feſtinanter ferãtur. Abſurdum. n. eſt, ſi luſum eſſe finem noſtrũ dicamus. ſi nanq; ludere eſt felicẽ eſſe felicem autem eſſe eſt finis, ludere finis noſter erit. Abſurdum item eſt, prorſusque ridiculum, omnia nos agere & labores omnes ſuſtinere ea cauſa, vt felices ſimus ideſt vt ludamus, & iocemur. nam ſi felicitatis gratia omnia agimus, & laboramus, felicitas vero nihil aliud eſt quam ludere, ludendi cauſa & iocandi laboramus, atque ærumnas ſuſtinemus. at hoc ridiculum eſt. Quoniam igitur laborare conſequendæ felicitatis cauſa, bonum eſt, ludere autem non eſt bonum, ludere & felicem eſſe idem non ſunt. Alio item modo colligere hanc rationem poſſumus, ludere & iocari ſicut alia multa cauſa quorundam aliorum expetimus, felicitatem vero non alicuius alterius rei cauſa expe E timus, felicitas igitur & luſus idem nullo pacto eſt. Cum vero inquit oĩa nos alterius cauſa pter felicitatem expetere addidit, vt ita dicam id eſt ferè propterea q̃ virtutes etiam per ſe ipſas expetimus, licet felices euaſuri nõ ſimus, fieri itẽ põt, vt multi per ſe & nõ alterius cauſa diuitias expetãt.

Ludere aũt vt ſerio agat quiſpiam ex Anacharſidis ſnĩa videtur recte ſe habere: quippe cu luſus requieti ſimilis ſit et cũ nequeãt homines aſſidue operari, requie indigẽt. nõ eſt igitur finis requies: cauſa. n. operationis fit. At eẽ ex virtute vita felix videt: hęc aũt ſtudioſa & ſeria eſt, nõ in luſu verſat.

Quemadmodum bellum cauſa pacis laudatur, ita ſi poſt labores quos virtutis cauſa ſuſcepimus, ad luſum declinemus, vitio non datur. recreat enim nos luſus, laboreſque leuare noſtros videtur. requiei enim eſt ſimilis. at requies defatigata iã corpora ad priſtinas vires reducere conſueuit, nam ſi indefeſſi in actionibus & operationibus per

manere poſſemus. minime nobis requie eſſet opus, aut luſu, qui requiei perſimilis eſt: ſed quia delaſſamur, requie ſubinde indigemus, & luſu: non omni tamen, ſed eo tantum qui requiei eſt ſimilis, quo rurſus recreatis viribus ad agendum & operandum redeamus, & non labore confecti ocioſi maneamus. Quod ſi ea cauſa luſum expetimus quem requiem appellat, vt rurſus operemur: luſus finis minime eſt: quare neque eſſe felicitas poteſt: quippe cum felicitas finis, & per ſe, non ob aliud expetenda ſit.

Meliora præterea ſeria & ſtudioſa eſſe dicimus ridiculis & iis quæ cum luſu fiunt.

Ex communibus, atque in animis noſtris à natura inſitis notionibus felicitatem non eſſe luſum cõfirmãt omnes naturali quadam cognitione, nõ diſciplina aliqua, aut monitione inſtructi meliora eſſe aiunt ſeria & ſtudioſa, id eſt virtutes, earumque operationes quæ cum ſtudio exercentur, ridiculis, & ijs quæ cum luſu & ioco fiunt: melius autẽ priore eſt melius. ſi autem ridicula & luſus peiora ſunt, luſus eſſe felicitas nullo modo poteſt: non enim aliqua re eſt peior felicitas, ſed omnium quæ apud nos ſunt, optima ac præſtantiſſima.

Et melioris ſemper partis & hominis operationem eſſe ſtudioſiorem aſſirmamus: melioris autem operatio præſtantior, felicitatique accommodatior iam eſt.

Meliorem partẽ, & hominem intellectum noſtrum vocat, id eſt rationale partem animæ. eum enim qui vere & maxime homo eſt in rationali vita conſtituit. duplicemq; ipſum his oſtendit, vnum, ex anima & corpore conſtantẽ cuius bene & feliciter viuere in traducẽda vita ſecundum virtutes in magnis moralibus ſitum eſſe dixit: ſicut etiam in primo huius operis libro declarauit: alterum, qui præcipue & re vera eſt homo, intellectũ qui in nobis eſt de quo progrediendo ita dicet: ſeparatus autem à corpore eſt ipſum id quod eſt. quibus ex verbis etiam patet eos qui dicunt Ariſtotelem moralem eſſe animam opinari, nihil dicere. Sed de his alibi. Quod vero hic inquit huiuſmodi eſt operatio melioris animæ partis melior eſt, ac ſtudioſior, id eſt ſeria magis ſtudioque dignior, eo videlicet, quod ex virtute eſt, conuenitque homini quatenus eſt homo, non ex vitio prouenit. Si igitur hæc melioris partis operatio quam altera deterioris partis melior ac præſtantior eſt: peioris autem partis operatio eſt luſus: felicitas eſſe luſus non poterit: ſed propria præſtantioris partis operatio erit: felicitati enim accommodatior eſt id eſt felicitatem eam magis, quam luſum eſſe exiſtimandum eſt.

Frui item corporis voluptatibus quilibet etiam mancipium, non minus quam optimus poſſet: mancipio autem felicitatem tribuit nemo, ſi ne idem neq; etiam vitam: non enim in talibus diuerſationib. felicitas conſiſtit: ſed in operationibus quæ ex virtute proficiſcuntur, quemadmodum dictum eſt prius.

Felicitatem eſſe bonorum finem, & ſupremum quidem & perfectiſſimum, ſæpe demonſtratum eſt is autẽ finis ſolis probis viris & ſtudioſis ineſt. Sicut enim ille cui ineſt vita, viuit: ſic cui ineſt bonum, & bonorum ſummus finis, bonus & perfectus eſt: finis autem is non omnibus ineſt. eſſent enim omnes boni, & perfecti, & felices: ſed non ſunt, imo plerique ſunt ſeruiles & praui, qui ſanè corporis voluptates maxime conſequuntur, inter quas luſus quoque connumeratur. Neque hic inquit non poſſe prauos homines felices effici: poſſunt enim, ſi relicto vitio virtutes ſequuti fuerint, habitumq; earum ſibi compararint: ſed ait hic corporis voluptatibus, quandocunq; voluerimus, frui nos poſſe: felices vero fieri, quando velimus non poſſe: quippe cum & multo tempore, & exercitatione longa, & actionibus operationibusque optimis quamplurimis opus ſit prius quam pulcherrimum & perfectiſſimum felicitatis finem adipiſcamur. Frui igitur voluptatibus corporis etiam quilibet poteſt, ſiue prauus ſit, ſiue bonus, ſiue neq; bonus neque malus, ſiue vir, ſiue puer, ſiue mulier: felicitatem vero conſequi neque prauus, neque neuter, neq; puer poteſt ſicut in magnis moralibus dixit: perfectiſſimus enim felicitatis finis in imperfecta ætate nequit contingere: ſed ſatis ſuperque eſt ſi cui vel in perfectiſſima ætate acquiratur. Nam ſi felicitas finis bonorũ eſt, id eſt virtutũ omniũ quarum vna etiam prudentia eſt, puer vero nullus eſt prudens: perſpicuum eſt puerum quoq; felicem eſſe nullũ poſſe. Inquit autem corporis voluptatibus quemlibet, id eſt tam bonum quam non bonum frui poſſe, non minus quã optimum. i. magis quã probum virum. ſeruiles enim homines & praui corporis voluptatibus & luſibus magis quam probi viri frui conſueuerunt. qui enim quæ oblectatur luſibus, voluptatibusq; huiuſmodi magis illis frui poteſt, quã qui non oblectatur. Quoniam igitur omnes homines corporis voluptates & luſum prauis tribuunt. id eſt oblectari & ludere eos fatentur: nemoque eſt qui perſequi eos voluptates & luſus, ipſiſque eſſe deditos non dicat: felicitatis vero minime eos participes faciunt, neque felices, ſed infelices potius appellant: corporis voluptas & luſus felicitas minime erit. Quod autem inquit ſiquidem neque etiam vitã ita eſt intelligẽdum: prauis felicitatem tribuit nemo, quoniam neque vitam probam & ſtudioſam eiſdem tribuit, ex ea enim, non ex prauorum diuerſationibus, prauorumque viuendi rationibus felicitas ſequitur.

De felicitate contemplatiua. Cap. VII.

Si uero felicitas eſt ex uirtute operatio: cõſentaneum eſt eam ex illa eſſe quæ præſtantiſſima eſt: hęc autem fuerit, quod eſt optimum.

Præſtantiſſimum appellat ſupremum atque excellentiſſimum: præſtantiſſimamque & ſupremam operationẽ intellectualem vitam vocat: cum oſtenderit enim felicitatem animæ eſſe operationem ex virtute, virtuſq; ſit duplex actiua altera, quã moralẽ & ciuilẽ peripatetici nominant: nam Platonici morales à ciuilibus eſſe diuerſas contendũt altera contemplatiua: atque idcirco duplex quoque felicitas euadat: in primo libro de ciuili felicitate egit, qua fit vt ciuilis felix deteriores facultates ratione moderetur, atq; excolat: hic de contemplatiua felicitate tractat, eoque homine qui hac felicitate felix eſt: qui præcipue, ac certo, & re vera eſt homo: intellectus videlicet qui in nobis eſt. Huiuſmodi autem felix alter illi ciuili ſuperueniẽ. fieri n. nullo modo poteſt, vt intellectualis vita in aliquo ſit, qui virtutibus moralibus affectus ſuos prius non fuerit moderatus, priuſque in ciuili felicitate non vixerit. indefiniti enim atque immoderati ſua ipſorum natura ſunt affectus, ſuiſque operationibus præſcribere nullum modum ac finem poſſunt. nam quemadmodum ignis imponere ſibi terminum vllum nequit, ſed indefinite atque effuſe calefacit atque vrit, quicquid idoneum ad id atque aptum ſeſe obtulerit: ita vnaquæque ex affectuoſis partibus animæ noſtræ cum innata quadam ferocia, atque immoderatione ferantur, virtutum auxilio indigent, quæ modo atque ordine impoſito ipſas componat: iracundia quidem fortitudinis cupiditas tẽperantiæ moderamen requirit: illa, vt fidenter & intrepide quo oportet irrituetur, & a quib. debet refugiat hæc, vt quib. opus eſt, & oblectetur, & doleat. Cũ igitur immoderati ſint affectus atque indefiniti, turbationiſq; ex ſe, & confuſionis pleni: qui fieri põt, vt qui ab his rõne caretib. & brutis agitatur, & modo huc modo illuc perturbate diſtrahitur, & circũfertur, itellectuales operationes exerceat intellectualẽq; vitã traducat? Recte igitur eos dicere cẽſendũ eſt, qui actiuam virtutẽ, felicitatẽq; eã quæ finis eius eſt eſſe materiã idoneã ad cõtẽplatiuã felicitatẽ ſuſcipiendã aſſerunt. Cæterũ de his plura aliàs. Inquit aũt hic, quoniã felicitas aĩæ eſt operatio, cõſentaneũ eſt dicere eã eſſe præſtantiſſimã ac ſupremã. ſuprema vero aĩæ operatio, eſt cõiunctio atque vnio cum ſuperioribus, deiq; aſſimulatio quatenus, vt ĩquit Plato, homini licet: homini aũt licet maius bonũ acquirere ciuili felicitate: quare ciuilis felicitas ſupremus ac perfectiſſimus finis noſter non eſt: ſed maior ipſo & ſuperior eſt contemplatiua felicitas, quæ vniuerſa

noſtra

noſtra operatio eſt, totaque humanæ operationis menſura, ſupremuſque terminus. virtutis enim ciuilis felicitas: ciuilis felicitatis contemplatiua felicitas menſura & finis eſt qua præſtantius aliud naturæque humanæ accommodatius, & conuenientius reperiri nihil poteſt. Nam cum propria hominibus virtutis actio magiſque propria felicitas ciuilis ſit, maxime propria contemplatio eſt ſuprema menſura, atque vltimus terminus, finiſque perfectiſſimus progreſſus, atque aſcenſus noſtri, quæ eius, vt inquit, quod in nobis eſt optimum, id eſt intellectus noſtri, verique hominis operatio eſt.

Siue igitur id intellectus ſit, ſiue aliud quippiam, quod ſanè ſecundum naturam videtur principatum obtinere, & præſidere, notionemque habere de honeſtis, & diuinis rebus: ſiue diuinum quoddam etiam ipſum ſit, ſiue ex iis quæ in nobis ſunt diuiniſſimum: huius ſecundum propriam virtutem operatio, perfecta felicitas eſſet: quam eſſe contemplatiuam dictum iam eſt.

In prauis, atque iis qui intemperantiæ dediti ſunt, quod deterius eſt præſtantiori præter naturam dominatur. In probis vero quod præſtantius eſt, id eſt ratio principatum obtinet, præſidetque deteriori, quæ irrationalis vita eſt. Cũ itaque felicitatem intellectualem operationem eſſe eius inquit, quod in nobis optimum eſt, & natura principatum obtinet, atque imperium in popularem turbam irrationalis partis animæ noſtræ ſubiugit: ſiue igitur id optimum quod in nobis eſt, ſit intellectus, id eſt ſiue intellectus appellandus ſit, ſicut à me nominatur: ſiue vita rationalis, vt Plato vocat: quod ſanè & natura dominatur, & notionẽ habet, intellectionemque rerum, quænam ſit honeſtæ & pulchræ re vera, quæ item licet non ſint, eſſe videantur: eſſe que quaſdam ſubſtantias cognoſcit incorporeas, quæ ſeparari à corporibus poſſint & per ſe ſubſiſtere: & ſupra has omnium cauſam eſſe intelligit, quæ perfectiſſima operatio eſt vniuerſa permeans, ac gubernans. Siue igitur intellectum & mentem optimum hoc oportet appelare, ſiue diuinum quid, & diuinam quandam portionem, diuinumque defluxum, & delibationem (nam etiam ita vocat Plato) hoc ex iis quæ in nobis ſunt, diuiniſſimum: huius operatio ſecundum virtutem propriam, id eſt ſecundum intellectualem vitam, eſſet ea, quam nunc quærimus felicitatem: felixque ille eſſet qui hac diuiniſſima vita fungeretur, ad ſupremumque hoc faſtigium, & perfectum finem deueniſſet. eſt enim, ſicut diximus, ciuilis quoque felicitas finis, ſed non ſummus, & perfectus. dixit autem ſiue diuiniſſimum ex iis quæ in nobis ſunt: propterea quòd mos ipſi eſt & ſenſum & naturam, & oĩa naturæ opera diuina appellare. Natura enim, inquit ipſe alibi, Deus quidem non eſt, ſed diuinum quoddam tamen, & geniale: quare ſenſus diuinum & diuiniſſimum.

Atque hoc tum cum ſuperius dictis, tum cum veritate cõſentiens eſſe videretur. nam & præſtantiſſima, eſt hæc operatio: quippe cũ ex iis quæ in nobis ſunt, intellectus huiuſmodi ſit: & ex iis quæ in cognitionem cadunt, illa circa quæ intellectus verſatur.

Oratio hæc quæ operationem diuiniſſimæ partis quæ in nobis eſt, ſecundum propriam operationem, perfectam eſſe felicitatem, ciuilem autem eſſe imperfectam ait: & ſuperius dictis in primo libro, & veritati conſentit. Cũ enim duplicem hominem eſſe ſtatuamus, atque alterum vere, & maxime, & præcipue hominẽ eſſe, q intellectus noſter eſt: alterum ex animo & corpore conſtare aſſeramus: verum eſt, veritatique conſentiens, ſi dicamus operationem eius qui vere & præcipue eſt homo, præſtantiſſimam eſſe, ac perfectam felicitatem: ciuili felicitate tanto meliorem ac venerabiliorem, quanto ſubiectæ res circa quas hæc verſatur, iis quæ ciuili ſubiiciuntur, nobiliores ſunt, ac præſtantiores: ciuilis ſiquidem operatio eſt ſecundis illis atque inferioribus ornatum, & ordinem, & modum præfinire ac

A ſtatuere. i. affectus moderari: qua de re in primo libro ſæpe dictum eſt: huius autem, attolli ad ſuperiora ac præſtantiora, illiſq; conciliari atque vniri, diuinarumq; ſubſtantiarum cõitates & differentias cognoſcere: quando quidem intellectus qui hæc cõtemplari ita poteſt operatio dicitur qui ſanè intellectus, licet ante quam feliciter intellectuali hac & diuina vita operari poſſit, ſubſtantia eiuſmodi ſit, quæ ſeparari ab animali eo queat, cuius præſidentiam ſortitus eſt: tunc tamen poteſtate intellectus propterea appellatur, quia intellectum eum qui extrinſecus intellectus ab Ariſtotele dicitur, ſuſcipere poteſt, vel potius eius extrinſecus intellectus illuſtrationem: cuius vbi fuerit particeps factus, tunc demum intellectualis, & perfectus intellectus & felix & contẽplatiuus, & ſupremam operationẽ exercẽs
B & reliqua, quæ iam ſæpe fuerunt cõmemorata, appellari conſueuit.

Et præterea aſſiduiſſima: contemplari ſiquidem aſſidue magis, quam operari quippiam poſſumus.

Felicitatem contemplatiuam præſtãtiſſimam, & ſupremam & perfectiſſimã dicere debemus, tum quia eſt operatio optimæ & diuiniſſimæ partis, quæ in nobis eſt: tũ quia operatio eſt aſſiduiſſima, dictum. n. in primo libro eſt, ſtabile quid, atque eiuſmodi quod auferri difficulter poſſit, felicitatem eſſe exiſtimamus. Si igitur vnum quoddam ex felicitatis elementis eſt id quod ſtabilius eſt: quod eſt ſtabilius, felicius erit. ſtabilius autem eſt, quod longiore durat tempore: longiore vero durat tempore, quod magis aſſiduum eſt & diuturnius. at felicitas contemplatiua magis
C aſſidua eſt, & diuturnior, quàm ciuilis: melior igitur & diuturnior eſt, ac propterea ſuprema quoque & perfectiſſima. Præterea ſi quod magis eſt aſſiduum, magis accedit ad id quod ſemper eſt: longius vero abeſt, quod non eſt aſſiduum, & breuiore permanet tempore: quod autem eſt ſemper, perfectius ac melius eſt, quàm id quod non eſt ſemper: contemplatiua felicitas cum magis aſſidua ſit magiſque diuturna, propius ad ſempiternam intelligibilium contemplationem accedit, quam ciuilis: perfectior igitur quoq; erit, ſiqueidcirco præſtantiſſima, ac ſuprema. nam longius tempus magiſque continuũ ſempiterno eſſe propius, quã breuius, & minus continuũ, perſpicuum eſt. longius autem & magis continuum tempus ipſas operationes actioneſque appello, propterea quòd lõ
D gitudo earum & breuitas, & continuitas, & nõ cõtinuitas menſurari tempore ac iudicari conſueuit. Quod ſi contẽplatiua felicitas eſt diuinarum rerum cognitio, ea autem temporariis menſuris præfinitur, non ſecus atque actiones dicimus enim horarias, & menſtruas, & annuas actiones: cõtemplatiua felicitas, cum maioris temporis ſpatio cõtẽplari quippiam poſſit quã agere, longe erit perfectior quã actiua. Atque id quidem quod magis continuum & aſſiduum eſt, eſſe perfectius eo quod non ſit huiuſmodi, ita cuilibet eſſe manifeſtum põi. Contemplatiuum autem felicem magis aſſidue operari poſſe quam qui ciuiliter agit, in hunc modum probabitur: omnis operatio atque actio, vt in exordio huius operis, explicatum fuit, bonum quoddã appetit: omniſq; qui agit atque operatur, appetibili ali
E qua re inductus, ac tractus mouetur, agitque ea cauſa vt potiatur ea ea quam appetit. ſi igitur appetibilis res appetẽtem, non ſecus ac magnes ferrum, ad ſe attrahit: quod magis & ſua ipſius natura appetibile eſt, magis ad ſe, ſuique conſequutionem attrahet eum qui appetit, ſuapte autem natura appetibilis eſt, prima, vt ipſe hic inquit, omnium cauſa, immo amabiliſſima, ac deſiderabiliſſima, quã q cõtemplari potuerit, nullo vnquã faſtidio, nullaq; ſatietate afficiatur: aliorum enim appetibilium quæ vel bona ſunt, vel videntur eſſe, occurrit ſatietas: ſtatimq; & pſequimur & affectamus, quoad adepti ea fuerimus, ipſiſq; fuerimus ſaturati: nam vbi ea iam habemus, expletumque noſtrum: deſiderium iam fuit, ac ſaturatum id facere deſiſtimus: circaque ea operari amplius nolumus: quippe cum manifeſtum ſit, circa ea nos breui tempore atque eo non conti-

nuo, ſed longis intermiſsionibus quandoque interrupto A ſolere operari: quorum conſequutio facilis, atque obuia eſt, & ſatietas velox. Quæ vero non niſi laborioſe acquiri poſſunt, & non cito deſiderium noſtrum ſaturant, atque explent: ſed quanto magis habentur & percipiuntur, tanto magis appetitionem noſtram incitant, noſtra circa ea operatio & longo perſeuerat tempore & continuatur. in eo enim continue operatur quiſpiam, & ſemper, quo non modo vnquam non faſtiditur, ſed quo magis fruitur, eo appetit ac deſiderat magis. & ſi caſu aliquo contingat, vt ab eius operatione parumper declinet, tolerare abſentiam eius non diu poteſt, ſed quam citiſsime ad eiuſdem operationem recurrit. huiuſmodi autem cum diuina omnia, tum præcipue opifex noſtrum eſt. aſsidua ergo circa ipſum erit intellectus noſtri operatio, B quæ contemplatiua felicitas eſt. Quare ob aſsiduitatem, & continuitatem præſtantiſsima quoque, ac ſuprema, & perfectiſsima erit.

Exiſtimamusque oportere voluptatem felicitati eſſe admiſtam. iucundiſsima autem ex virtutis operationibus ea proculdubio eſt, quæ ſecundum ſapientiam fit.

Non tantum quia maxime aſsidua eſt intellectus operatio ſuprema eſt, ac perfectiſsima, verum etiam quia eſt ſuauiſsima. quæ enim ſunt ſuauiſsima, diu admodum cõtinere in operatione oblectatos homines ſolent. nam qui cantibus valde delectatur, toto ferè die, ac tota nocte eos audire non grauatur. qui item ex geometricis, vel aſtronomicis contemplationibus maximam voluptatem capit, vix ab eis amoueri põt: & ſi aliquando receſſerit, ad eadẽ C recurrere paulo poſt ſummopere cupit. Quod ſi hæc tenere ita illectos homines queunt, qui ipſis delectantur: quid de eo dicendum eſt, quod pulcherrimum, atque optimum, & iucundiſsimum, ſuaque ipſius natura appetibile eſt? Eſt igitur contemplatiua felicitas perfectiſsima etiam, quia iucundiſsima. eſt autem iucundiſsima, eo quód id quod ipſa appetit, eſt iucundiſsimum. Felix ſiquidem vita iucunda eſſe cunctis videtur: perfecta enim vita, nullius indiga, & ex ſe ſufficiens, optima eſt ac ſuprema, atque iccirco quoque iucundiſsima. huiuſmodi autem vita intellectualis eſt. Licet nanque ciuilis quoque felicitas ex ſeſe ſufficiat, & perfecta & iucunda ſit: quod tamen vere perfectum eſt, vereque iucundum in præcipua vitæ ſpe D cie eſt, in qua contemplatiua felicitas conſiſtit.

Philoſophia ergo mirabiles habere & puritate & †nobilitate voluptates videtur.

Vbi dixit felicitatem quæ in contẽplatione, & optimarum rerum cognitione verſatur, eſſe ſuauiſsimam: ſubiungit philoſophiam eſſe iucundiſsimam. philoſophiá enim eſſe contemplationem, intellectualemque vitam ignorat nemo: quare etiam iucundiſsima erit. Addit autem puritate ob ea quæ paulo ante dicta ſunt: dixit enim purorum magisque immaterialium ſenſuum operationes eſſe puriores, quod ſi ita eſt, quanto intellectus immaterialior, & præſtantior ſenſibus eſt: tanto quoque operatio ipſius ſenſuum operatione purior ac nobilior erit. quanto item intelligibilia puritate & nobilitate rebus ſenſibilib. præſtãt: E tanto intellectio ſenſui, & actioni contemplatio antecellet. Accedit quod cum ciuilis felix ciuibus felicitatem conciliet: idque efficere non poſsit niſi ordinem & modum vnicuique conuenientem ſeruet: ordo autem is in honorandis aliis, aliis puniendis conſiſtat: fieri poteſt, vt aliquando quod aliquem vel punierit, vel honorarit, eum pœniteat. Qui vero contemplatur, naturamque rerum conſiderat, nulla pœnitentia duci poteſt, quod rei alicuius naturam cognorit, aut intellectualiter vixerit. voluptas igitur quæ in contemplando exiſtit incommiſta eſt ac pura, doloris que ac pœnitentiæ omnino expers: nobilis autem, vel ſtabilis: vtrunque enim legitur, τῷ τιμίῳ. ſeu τῷ βεβαίῳ: iccirco eſt, quia ea circa quæ operatur, quæque intelligendo pcipit contemplatiuus felix, honoratiſsima & nobiliſsima ſiue, ſi alia lectio magis placet ſtabiliſsima omnium ſunt.

Conſentaneum autem eſt ſcientibus quam quærentibus iucundiorem vitæ traductionem eſſe. tum ſufficientia quæ dicitur, in contemplatiua maxime eſt.

Agendæ res circa quas ciuilis felix verſatur, inſtabiles ſunt atque infinitæ, aliàsque aliter, ſeſe habent: non enim ſi hodie confert, vt cum quibuſdam amicitiam confœderationemque ineamus, ea cõditione vt auxilium vel illis mittere, vel ab illis accipere debeamus: id ſemper nobis vtile eſt, neque ſi nunc aduerſus aliquos bellum ſuſcipiendum eſt, id ſemper nobis eſt faciendum. Quod ſi optima hæc ciuili felici habẽtur, optima vero hęc ignota ſunt, in ignoratione & inquiſitione ciuilis felix verſatur. quærit enim ſubinde vtrum bellum inferre quibuſdam debeat, an fœdus cum iiſdem ſancire ſocietatemque facere, vtrum ſuppetias ferre nõnullis laborantibus, an in periculis ipſos relinquere ſibi opus ſit, vtrum itẽ pedeſtribus, an naualibus copiis ſit decertandum, vtrum punire aliquem, an abſoluere oporteat, atque omnino ſemper fere in ignoratione, & inquiſitione conſtitutus eſt. At qui intellectu operatur, in deprehenſione eſt, certaque eius rei cognitione, quæ in intelligentiam eius proprie venit: traductio igitur, & vita cõtemplatiua longe quam ciuilis iucũdior eſt. nam qui quærit, ignorat: qui ignorat, voluptate non afficitur. Quocirca contemplatiua felicitas tum quia iucundiſsima eſt: tum quia aſsiduiſsima, præſtantiſsimi ſiquidem finis appetitio cum nulla ſatietate interrumpatur, continue atque infinite procedit: tum quia rei nullius indiga ex ſeſe ſibi maxime ſufficit: multo eſt quam ciuilis perfectior. intellectualis enim vita maxime ſufficiens eſt. Nam cum felix contẽplatiuus totum quod in vires eius cadere poteſt, bonum iam habeat, eoque iam fruatur: ſecunda hęc, atque inferiora, exceptis neceſſariis, negligit, ac contemnit. neceſſaria. n. inquirit, neque ea quia augere intellectualem vitam eius poſsint, ſed quia, cum ab omnium opifice deo corporis tutelam ſuſceperit, ad conſeruationem eius neceſſaria ſint, quibus tamen ſe ſine vllo affectu, vllave perturbatione in cura corporis habẽda vti conſueuit: quippe cum perfecta eius vita illis minime indigeat: corporis autem vita ſit, quę boni propitii, proprięque perfectionis cauſa ea requirat. Licet igitur corporis perfectio felici huic ſit neceſſaria, præcipuum tamen bonum non eſt.

Nam eorum quidem quæ ad viuendum neceſſaria ſunt, & ſapiens & iuſtus, & cęteri indigent. huiuſmodi tamen hominibus cum abunde res ſuppetunt, iuſtus iis indiget erga quos, & quibuſcum iuſte agat: temperans item ſimili modo, & fortis, & cæteri ſinguli: ſapiens vero etiam ſi per ſe ipſum ſit, contemplari poteſt: atque id tanto magis quanto ſapientior fuerit.

Cum dixerit contemplatiuam vitam ex ſeſe ſufficere, ciuilem vero eſſe indigam, neceſſariis quidem omnes indigere tam ſapientem quam iuſtum inquit, iuſtum ciuilem, ſapientem cõtemplatiuum felicem vocans, ſed aliis tamẽ quaſi præcipua eſſe bona: contemplatiua, ſicut dictum eſt neceſſaria, quippe cum ſi vel ſupra modum eſuriat, vel grauiter ægrotet corpus, impedire contemplationem poſsit. Quocirca his exceptis quæ ad vitã ſunt neceſſaria, reliqua contemplatiuus contemnere conſueuit. Huiuſmodi vero hominibus, id eſt bonis & ciuilibus felicibus cum abunde ſuppetunt & adſunt ſecunda hæc omnia, hoc eſt tam virtutes quam externa bona, neque virtus ſola, ſicut quodam in ſuo peculiari libro explanator Alexander demonſtrauit, ſatis ad felicitatem eſt, neque bonorum externorum præſentia, ſed etiam ſi hæc adſint, indigi adhuc ſunt, opus enim ipſis eſt, cum ciuilis felicitas in operatione cõſiſtat, ſubiectis rebus, circa quas operentur. nam cum omnis operatio ad quoddam, & circa quoddam exiſtat, tollantur actiones & operationes ciuilis felicis neceſſe eſt, niſi ſint ea quæ ipſum ad operandum moueant, atque inducant. Sicut enim inſtrumenta quibus operatio fit, ita

quoque

quoque res ſubiectæ neceſſariæ ſunt, circa quas operatio A verſatur: id quod cum alijs in rebus omnibus, tum præcipue in virtute manifeſtum eſt. Iuſtus ſiquidem iis indiget quibuſcum iuſte ſe gerere, exerceréque iuſtitiam queat. cum enim iuſtitia æqui vnicuique pro dignitate diſtributiua ſit, illis perſonis indiget, quibus diſtribuat: quæ ſi non adſint, operatio ipſius quæ iuſta actio eſt, tollitur. Fortis item vir hoſtium præſentia eget: quippe cum ſi belli hæc occaſio deſit, fortiter ſe gerere, & præclare nequeat. Simili modo temperanti illis hominibus eſt opus, quibuſcum temperantiam exerceat: neque hæc tantum his neceſſaria ſunt, ſed inſtrumentis quoque indigent: fortis, armis quibus hoſtes propulſet, & patriam liberet: iuſtus pecuniis rebuſque illis quas diſtributurus eſt: prudens fine, ſeu finibus quibuſdam, vt ea B poſtea quibus ipſos conſequi & obtinere poſſit, inueniat: contemplatiuus vero nulla re huiuſmodi indiget: cum enim totum, vt diximus, propriæ facultatis bonum habeat, nulla re alia vt circa id operetur, indiget. & quanto eſt ſapientior, & melior habitu, tanto facilius ac melius operabitur. Si igitur ciuilis ad operandum quibuſdam indiget, contemplatiuus non indiget: contemplatiua felicitas, ob id ipſum quia non indiget, ſuauiſſima ac ſufficientiſſima, atque iccirco etiam perfectiſſima eſt.

2 *Melius quidem fortaſſe ſi adiutores habeat: ſufficientiſſimus tamen ipſe eſt.*

a Melius ſanè operabitur contemplatiuus, ſi adiutores habeat non in operatione intellectus, in qua ſatis ſibi ſufficit: ſed in rebus externis, quo minus contemplatio interrumpatur, ac turbetur. miniſtro enim aliquo indiget, qui coquat holera, aquatum eat, tunicam mundet, ac detergat: qui denique neceſſaria huiuſmodi exhibeat. Licet vero his egeat, eſt tamen ſufficientiſſimus, propterea quòd valde paucis indiget: nam etiam ſi haurire ſibi aquam, & holus elixare cogitur, paruum tempus in eo contemplatione enim eſſet occupatus, atque indigus plané, ſi perdicum, & phaſianorum auium culina, opipararúque epularum menſis indigeret. Vel auditores appellat amicos, quibuſcum familiariter traducere vitam poſſit: amicis ſiquidem indiget felix, eo quòd ad virtutem amici acuunt ſe mutuo, atque incitant: efficiturque, vt cum amicis diutius, atque aſſidue magis circa virtutem operari valeamus. Adiunxit autem fortaſſe, quia ſi primo modo intelligamus: qui in neceſſariis ad vitam rebus miniſteria exhibent, non ad felicitatem ipſam, neque ad incrementum aliquod eius, ſed ad corporis tantummodo perfectionem adiuuant. ſiue corpus autem non ad verum hominē attinet: quocirca adiutores felici non per ſe & abſolute, ſed ex accidenti dicendi ſunt. Si ſecundum explanationē ſequamur: modeſtia quadam inductum, & reuerentia erga præceptorem Platonem fortaſſe dixiſſe Ariſtotelem aſſeremus. Plato enim & in rebus pub. & in legibus eum qui vere eſt homo, nullius adminiculo indigere ait ad bene viuendum: cum ab intellectu illuſtretur totuſque eius ſit. Felices autem & magis, & diutius cum amicis operari poſſe, quam ſi ſoli ſint, in ſuperiore libro demonſtratum eſt: vbi felici homini opus eſſe amicis oſtendebatur.

a *Sola præterea ipſa per ſeipſam amari uideretur: quippe cum ex ea præter quam quod contemplatus fuerit quiſpiam, eueniat nihil: ex agendis autem rebus aut plus, aut minus aliquid præter actionem nobis comparamus.*

1 Si quod per ſe eſt expetibile, magis expetendum eſt, vt diximus, quàm id quod ob aliud quid expetitur: ſanitas enim per ſe expetenda cum ſit, medicamentis, & ſanguinis miſſione, quæ ſanitatis cauſa fiunt, expetibilior eſt ac perfectior: ciuilis vero felicitas ob aliud quid expetitur: ciues enim felices reddit contemplatiuæ felicitatis cauſa: ipſa autem hæc intellectualis vita expetenda per ſe eſt: contemplatiua vita ac felicitas expetibilior quam ciuilis, ac perfectior eſt. perfecta quidem etiam ipſa ſanitas eſt, perfectaque eius eſt ſpecies in ſe: ſi virtuti tamen comparetur eſt imperfecta. virtus ſimiliter ſi per ſe ſumatur, eſt perfecta: ſi ad ciuilem felicitatem referatur, imperfecta. ac demum omnia quæ ſuperiora alia habent, in propria ſua natura, ac ſpecie perfecta ſunt: ad ſuperiora & excellentiora comparata ſunt imperfecta. Quod cum ita ſit, contemplatiua felicitas quæ ſuprema ſpecies eſt, & non ob aliud quippiam ſed per ſe expetenda: perfectiſſima omnium merito erit. Eam autem eſſe extremum finem & perfectiſſimum omnium, perſpicuum inde eſt: quòd nihil aliud ex ea præter ipſam nobis euenit. ex fortitudine enim victoria, ex temperantia tranquillitas animi: ex prudentia conſequutio eorum quæ ad finem aliquem conducunt: atque ex omnibus ſimul ciuilis felicitas nobis comparatur, ex alijs ſimili modo actionibus, atque artificiis aliud quoddam tum maius, tum minus comparare conſueuimus: ex mercatura diuitias: veſtem ex textura: ex medicatione ſanitatem: domum ex ædificatione acquirimus: ex contemplatione autem aliud nihil, quàm ipſam met contemplationis operationem, quæ ſupremus omnium finis eſt.

Videtur item felicitas in ocio eſſe. negocijs enim diſtringimur, ut ociemur. & bellum gerimus, ut in pace degamus.

In ocio viuentes extraque omnem turbationem & tumultum conſtitutos homines appellare felices conſueuimus. & quotidie audimus omnes à natura ipſa inductos ita dicere: ille ſanè beatus eſt & felix. & ſiquis C ab illis requirat, cur ita ſit? quia, inquiunt, ſine turbatione vlla in ocio vitam traducit, & quiete. quod ſi in ocio degentes felices prædicamus, qui vero intellectualiter viuunt, magis in ocio ſunt: hi feliciores ſunt exiſtimandi, felicitaſque illa eſt vere ſuprema & perfectiſſima, quæ in intellectione, cognitioneque diuinarum rerum & contrectatione conſiſtit: non quæ in negociis, occupationibuſque variis verſatur: cuiuſmodi eſt ciuilis. Omnia igitur quæcunque tum veteres, tum recentiores de felicitate opinabantur, ineſſe in contemplatiua felicitate oſtendit. nam ſiue felicitas ſit, vt quidam dixerunt, id quod per ſe & non ob aliud amabile eſt: hoc ſoli vitæ intellectuali ineſt. ſiue animæ operatio, vt alii prædicant, circa ea, quę per ſe bona ſunt, quæ à præſtantiorib. & D ſuperioribus in ipſam deueniunt, illuſtratioque intellectus, primarumque & ſecundarum cauſarum, & cæterarum deinceps, communitatiſque ipſarum & differentiæ & proprietatis ſingularum cognitio, id contemplatiuæ felicitati præcipuum eſſe, ac proprium maxime conſpicimus. ſi item eſt bona & iucunda vitæ traductio felicitas, ea intellectuali vitę maxime ineſt. ſi quoque ocium quietem eam eſſe dicamus, vt Epicurus volebat: contemplatiuam felicitatem eſſe eiuſmodi his verbis declarat, cum inquit: videtur felicitas in ocio eſſe. nam ſi felicitas ſupremus finis eſt, ſupremus autem finis eſt ocium, in ocio ſit felicitas, neceſſe eſt. ocium enim ſupremum eſſe finem ex ciuili felicitate comprobat, quæ abſolute quidem in ocio non eſt, ſed aliquo modo, at- E que aliqua ex parte. felix nanque ciuilis eatenus in ocio eſſe dicitur, quatenus omnes vicinas ciuitates obtemperantes habet. dum vero quotidie ea quæ & publice omnibus, & priuatim ſingulis honeſta ſint, atque vtilia, explorat, & prouidet, in turbatione, & occupatione conſtitutus eſt, atque ita quodammodo in ocio, quodammodo in negocio verſatur: huius tamen ocii cauſa qualecunque id ſit bellum, vel contra hoſtiles vel contra deſciſcentes ciuitates cogitur aliquando ſuſcipere. atque ita fit, vt belli cauſa arcus, & clypei, & loricæ, cæteraque arma conficiantur, bellum vero ſuſcipiatur ob pacem, quæ nihil aliud quam ocium eſt. Si igitur pax ocium eſt, & pax eſt finis occupationis & negocii, id eſt armorum fabricationis, reliquiq; omnis bellici apparatus finis ocium eſt. Quoniam vero ocium hoc quodā modo, vt dictū eſt, eſt

negocium: omne autem negocium ocium aliquod, finemque appetit: fit, vt occupationis huius ciuilis, & negocij finis ocium quoddam ſit, qui ſupremus ſit finis: atque hęc eſt contemplatiua felicitas: contemplatiua igitur felicitas in ocio eſt.

Atque actiuarum quidem virtutum operationes in ciuilibus, vel bellicis rebus verſantur, quarum actiones negotioſæ videntur.

Cum dixerit in ocio videri felicitatem conſiſtere: nunc oſtendit, nullam aliam operationem, neque ciuilem, neque bellicam, quin neque ipſam ciuilem felicitatem in ocio proprie eſſe, ſed ſolam intellectualem operationem, quæ contemplatiua felicitas eſt. atque inquit, actiuarum id eſt moralium virtutum operationes vel ciuilibus, vel bellicis rebus conſiſtere. Ac bellicas quidem actiones in B curis, & tumultis, laboribusque maximis verſari, nemo eſt ſi vel id expertus ſit, vel naturam belli aliquando conſiderarit, qui neſciat. in ciuilibus autem illi qui vel pecuniarum publicarum quæſtores ſunt, vel iniuriam inferentes alijs coercent, vel gratias compenſant, quanta in turbatione, & ſolicitudine ſunt conſtituti? dum aut ita cauent ſemper, vt tam accepti, quam expenſi ratio eis conſtare faciliме poſſit: aut ſtudent, quo neque ſeuerius quam par ſit atque atrocius, neque leuius & benignius quam ſocietas humana patiatur, ſontibus pœnas irrogent: aut prouident vt pro meritis honores & gratiæ referantur. Quid de præſidibus ciuitatum, & principibus viris dicendum eſt? qui laborant ſemper, vt ſaluti & vtilitati ciuium conſulatur? C de ijs loquor, qui præſides ee vera ſunt, non ſicut hodie plerunq; curui, ciuitatumque & miſerorum cõpilatores.

Bellicæ ſanè etiam omnino nemo enim eſt, qui vel bellum expetat, vel apparatum bellicum faciat bellandi cauſa. ſanguinarius enim prorſus quidam eſſe videretur, ſi amicos ea cauſa ſibi hoſtes redderet, vt pugnæ, & cędes orirentur.

Vbi ciuiles & bellicas res in occupatione eſſe dixit: de bellicis primum agit: neminem eſſe inquiens, qui cauſa belli bellum appetat. pacis enim cauſa bellum gerere conſueuimus. ſi vero bellum gerimus vt in pace degamus: pax autem ocium eſt: bellum gerimus, vt in ocio vitam traducamus, at omne quod fit vt in primo naturalium diſputationum demonſtratum eſt, aut ex oppoſito, aut ex contrario efficitur. ſi igitur pax ex bello fit, & pax eſt ocium, bel D lum eſſe negocium & occupationem neceſſe eſt: gratia autem ociandi nos bello vacare ex eo patet, quod belli cauſa bellum appetit nemo. quod perinde eſt ac ſi dicat: nemo occupationem occupationis ipſius cauſa expetit, verum vt eſſe in ocio poſſit, aliogui enim ſanguinarius & nefarius, iniuſtiſſimusque eſſe merito videretur, qui bellum faceret, vt ſemper in bellis verſaretur. nam ſi bellum gerit belli ipſius cauſa, vbi ſemper id agendo hoſtes omnes ſuos ſubegerit, quid faciet? contra amicos profecto arma conuertet: vt ſemper videlicet bellis, & cædibus vacet: id quod extremæ iniuſtitiæ, impietatisque eſt. Non igitur bellum gerimus, vt bellum geramus: ſed vt in pace & quiete degere poſſimus, id eſt non negociamur negociandi cauſa, ſed vt ocio aliquando fruamur. Actiones ergo bellicæ cum fi E nem habeant pacem atque ocium, in negocio ſunt atque occupatione.

Ciuilis quoque hominis operatio negotioſa eſt præter ipſam etiam ciuitatis adminiſtrationem: dum poteſtates & honores ſibi & ciuibus comparat, vel etiam felicitatem ipſam, quæ diuerſa eſt a ciuili, quam etiam quærimus, vtpote ſcilicet diuerſam.

Vbi oſtendit bellicas operationes eſſe in negocio: ciuiles quoque nõ eſſe abſque perturbatione & tumultu nũc declarat. ciuilis enim vir & felix non ſolum quando ciuitatis res adminiſtrat, & tractat, ſed etiam præter ipſam ciuitatis adminiſtrationem, id eſt quando etiam non operatur, ſed vel quid egerit, vel quid prætermiſerit, cogitat: quidque in poſterum vel agere, vel non agere opus ſit: id

A quod ſignificat coniunctione etiam appoſita: magiſque congrua loquutio videretur, atque ijs quæ dicuntur, accõmodatior, ſi ita dixiſſet: ciuilis quoque hominis operatio in eo etiam dum non adminiſtrat ciuitatem negocioſa eſt. qui enim cogitat & ſolicitus eſt, curatque & ſtudet ciues cum uicinis populis dominari, quo & ſibi & ciuibus honores acquirere, abundantiamque venalium rerum, ad vitamque neceſſariarum poſſit comparare: is quo modo negocioſus non ſit, atque in occupatione conſtitutus non video. Cum vero inquit, quæ diuerſa eſt, id eſt græce ἑτέραν οὖσαν τῆς πολιτικῆς, ἣν καὶ ζητοῦμεν: hoc eſt q̃ diuerſa eſt à ciuili, quam etiam quærimus: id per traiectionem legendum eſt, hoc modo: quæ diuerſa eſt ab ea quam etiam quærimus, à ciuili diuerſam. Inquit enim felicem ciuilem B felicitatem ſibi & ciuibus comparare diuerſam à contemplatiua quam a contemplatiuam videlicet nunc quærit coniunctio enim etiam, qua hic quoque vtitur, vacat.

Si igitur ex actionibus quæ ſecundum virtutes fiunt, bellica & ciuiles pulchritudine & magnitudine excellunt, atque hæ negotioſæ ſunt, finemque quendam appetunt, & non per ſe ſunt expetenda: intellectus vero operatio tum ſtudio præſtare, cum contemplatiua ſit, tum appetere præter ſe ipſam finem nullum videtur, habereque voluptatem propriam, quæ operationem ipſam auget: & ſufficientia quoque, & ocioſitas, & indefatigabilitas, vtpote humana & quæcunque alia beato attribuuntur, ex hac operatione, videntur exiſtere.

Hæc quaſi concluſiones eorum ſunt quæ de contempla C tiua felicitate ſunt dicta. Inquit enim, ſi elemẽta perfectæ felicitatis ſunt hæc, vt per ſe non ob aliud eligenda ſit, vt ſuauiſſima, vt ſufficiens ex ſe, vt ocioſa, & indefatigabilis, perpetuaque atque aſſidua quatenus homini licet, operatio ſit: hæc autem ſoli contemplatiuæ felicitati ineſt prima ac perfecta felicitas, hominique maxime accommodata contemplatiua eſt: ſecunda autem ciuilis eſt, quæ nõ vero homini & proprio conuenit, ſed ei qui ex intellectu & corpore eſt conſtitutus. Licet enim vniuſcuiuſque natura in eo ipſo quod eſt perfecta ſit: cum ſuperioribus tamẽ ſubijcitur, aſt imperfecta. ſic ciuilis ſi ad contemplatiuam referatur, imperfecta habetur, quamuis per ſe conſiderata ex propria natura perfecta ſit. Atque hæc eſt horum verborum ſententia: nam cum eo quod ſequitur continuatur, D cum inquit: perfecta felicitas hęc hominis eſt, vbi vitæ longitudinem perfectam eſt nacta. reliqua enim ſunt interpoſita ad commemoranda, & repetenda ea quæ de felicitate dicta fuerant. Sciendum igitur, quanto ciuitas vniuerſa vno homini præſtat: tanto ciuiles quoque actiones vniuerſas, quæ eſt ciuilis felicitas, magnitudine & pulchritudine, vni tantum actioni antecellere: quippe cum ea quæ ex virtute inſunt omnibus ciuibus, ab omnibuſque aguntur, magna & præclara ſint, longeque vnius viri virtutem atque actionem exuperent, ſimili modo in bellicis res ſe habet: actiones enim, & fortiter geſta totius exercitus vnius militis facinoribus multo ſunt anteponenda: quæ tamen licet præclara & magna ſint ocioſitatem in ſe minime habent, quum præter quàm quòd ſunt negocioſæ, non per ſe, ſed E ob aliud quippiam expetendæ ſunt: ob victoriam videlicet pecuniarumque comparationem, regioniſque acquirendæ, ac prorogandę ditionis cauſa fiunt: quod autem ob aliud expetendum eſt, eſt imperfectum, ex ſeque minime ſufficit. operatio vero intellectus, quæ diuinarum rerum perceptio eſt & comprehenſio ſtudio & ſerio præſtare videtur, id eſt excellentia & dignitate & ſublimitate. altiſſima enim & precioſiſſima diuiniſſimaque operatio animi noſtri eſt intellectualis vita: atque ob id etiam iucundiſſima. quod enim perfectum eſt, eſt iucundiſſimum. voluptas vero quæ ex hac percipitur, cum doloris & pœnitentiæ penitus ſit expers, perfecta ſine dubio eſt: & ſi perfecta iucundiſſima, quæ operationem ſemper comitatur, atque auget. eſt præterea ex ſeſe ſufficientiſſima, cum per ſe expetenda ſit: & indefatigabilis, nulliuſque remiſſionis, rela-

xationiſque indiga. nemo enim eſt qui ſine defatigatione & laſſitudine perſeuerare in propriis operationibus & actionibus quamdiutiſſime poſſit, niſi qui contemplationi incumbit, & vacat.

Perfecta ſane felicitas hęc hominis eſt, ubi uitę longitudinem perfectam eſt nacta: nihil enim eorum quę ſunt felicitatis imperfectum eſt.

Si ęternum eſt perfectum, quod æterno eſt propius, perfectius eſt, quam quod ab eo abeſt longius: longius autem tempus quàm breuius æterno eſt vicinius: quare diuturnior quoque felicitas perfectior erit quam quæ breuiori durat tempore. quocirca inquit vitam intellectualem perfectam eſſe felicitatem, vbi perfectum vitæ finem eſt nacta conſentanea ſubiungens iis quæ ſuperius dixerat. Vult enim diuinus hic philoſophus vniuerſa quidem virtute, morali videlicet & contemplatiua felicitatem expleri: ciuilemque externarum rerum adminiculis indigere, quæ ad virtutum operationes neceſſaria ſint. multæ namque mutationes, variæque fortunæ in vita contingunt: vt progreſſu temporis quis vere felix fuerit, & quis ſimulate feliciter vixerit, manifeſtetur. adde quòd ſi perfecta res eſt felicitas, & perfectius id quod eſt, diuturnius autem quod longiori tempore in felicitate permanſit: nemini profecto dubium eſt, quin id quod breuiſſimo tempore fuerit felix, ei ſit vicinius quod felix non eſt. quare imperfecta erit huiuſmodi felicitas. Vita igitur perfecta atque integra eſt opus, longo item tempore, intellectualiter operari præclarius eſſe ac diuinius conſtat, quam breui tempore idem facere: quam ob rem etiam perfectius eſt. perfecta igitur vita adſit neceſſe eſt. Quod ſiquis obiiciat, & dicat, felicitatem in inſecabili particula temporis totam, & perfectã conſiſtere, nihilque à temporis prorogatione conſequi, is primum præter ſenſum noſtrum atque animaduerſionẽ loquitur, deinde præter id quod plerique, vel omnes ſere opinantur. omnes enim eum qui multo tempore feliciter vixit, longe eſſe beatiorem aſſerunt, quam qui breui ſpatio temporis in eadem fuit felicitate. vnde licet vtrique tam qui longo quam qui breui tempore felix fuit, nihilo alteromelius ac præclarius in aliquo momento operentur: ſit, vt productione temporis felix vita augeatur. ſi præterea eum feliciorem eſſe prædicamus qui præclara atque honeſta plura geſſerit, in longiore autem tempore plura quàm in breui agere poſſumus: multum tempus, perfectãque vitæ longitudinem conferre ad felicitatem perſpicuum eſt: quippe cum in breui nequeamus quamplurima & maxima vel agere, vel contemplari: id quod felicitatis excellentia requirit. Patet igitur tum ex his tum ex multis aliis, quæ nunc connumerare ſuperuacaneum exiſtimo perfecta vitæ longitudine opus eſſe ad felicitatem. nam cum perfecta res ſit felicitas, nihilque eorum quæ eius ſunt, imperfectum ſit: tempus quoque eius eſſe perfectum atque integrum neceſſe eſt, ne ea in parte claudicet, imperfectaque habeatur.

2 *At talis quidem vita præſtantior eſſet, quàm homini cõueniat. non enim quatenus homo eſt, ita viuet: ſed quatenus diuinum quid in ipſo ineſt. quanto autem id præſtat compoſito, tanto quoque eius operatio ab operatione diſtat, quę ex virtute alia exiſtit. Si igitur intellectus diuinum quid eſt ſi ad hominem reſpiciamus: ſic vita quæ ex intellectu traducitur, humanæ vitæ comparetur diuina etiam ipſa eſt.*

3 Hominem hic compoſitum ex anima & corpore appellat. Inquit enim contemplatiuam & intellectualem vitam ciuili longe eſſe ſuperiorem: felicemque contemplatiuum longe præſtantiorem eſſe ciuili, qui ad ſecundas & inferiores res declinat ac reſpicit. in ipſiſque diſtrictus, occupatusque eſt. Qui enim intellectualiter viuit, non quatenus eſt homo, qui videlicet ex ratione, & multorum capitum belua cupiditate, & leonina iracundia conſtat, ita vitam traducet: ſed quatenus diuinum quid in ipſo ineſt ...eſt, quatenus ab annexo ſibi animali ſeiunctus, primoq;

A ac ſummo bono vnitus ab eo effulgentem in ſe illuſtrationem ſuſcipit. Nihil enim aliud eſt intellectualiter viuere, quàm à turbatione hac quæ circa materiam exiſtit, abſolui: atque ad intellectualem verticem & culmen cõfugere, & quanto, inquit, intellectus homini compoſito ex anima & corpore antecellit: tanto intellectualis eius operatio ciuilem felicitatem exuperat: aliam. n. virtutẽ ciuilẽ felicitatẽ vocat. Si igitur intellectus diuinum quid eſt, ſi ad hominẽ reſpiciamus id eſt ſi abſoluta ab his inferioribus mens, & abſtracta diuinior longe eſt, quàm ea quæ materiam reſpicit, ad eamque propendet: ſic vita illius, quæ ſecundum mentem operatio eſt, humana vita id eſt ciuili felicitate longe erit diuinior.

B *Neque vero oportet quemadmodum nonnulli monent, vnumquemque cum ſit homo, humana, & cum ſit mortalis, cogitare mortalia: ſed quatenus licet, immortalem ſe reddere, omniaque efficere, ut ex pręſtantiſſimo omnium quæ in ipſo ſunt, vitam traducat. nam licet id mole ſit paruum: vi tamen, & precio omnia longo interuallo excellit.*

Nonnulli Theognidis, alii Solonis ſententiam eſſe hãc aſſerunt. verſus huiuſmodi circumfertur, Mortalis es, ideo cogita mortalia. Si vere & proprie & maxime homo ille eſſet, qui ex ratione reliquiſque duabus irrationalibus partibus compoſitus eſt: iis qui conſulunt humana eſſe ſentiendum, in ciuilique felicitate permanendum, merito obtemperare deberemus: quia autem hic verus homo non eſt, ſed diuiniſſimũ id quod in nobis eſt, qui eſt intelle-
C ctus: eorum monitio admittenda non eſt: ſed immortales nos reddere debemus, id eſt à mortalis animalis contagione nos ſeparare, atque abſtrahere, ſimileſque nos immortalibus efficere, id eſt intelligibilibus eſſentiis quam proxime accedere. Felicitas ſiquidem quæ vero homini conuenit, eſt, cum quis Deo ſeſe ſimilem reddit: id autem fit cum ab his inferioribus abſcedentes, intellectualibus incumbimus, atque intuæremus. quare omnia facere debemus, quæcumque ad vitam ex intellectu traducendam cõducunt. is enim ſupremum eſt, & præſtantiſſimum, & diuiniſſimum omnium quæ in nobis ſunt, ex eo autem viuit, qui vt dictum eſt, contemptis his externis ab omni corporis procliuitate abſolutus ac liber diuino fulgore illuminatur. licet enim id mole ſit paruum, id eſt magnitudinis ſit
D expers, atque indiuiſibile. non oportet, vt quod diuiniſſimum ĩ nobis eſt, paruitatis cauſa negligamus, & quaſi vilẽ quandam rem eſſe exiſtimemus. non enim vim & dignitatem mole & magnitudine metiri debemus, ſed inſecabilitate potius, & corporis vacuitate: quippe cum intellectuales & incorporeæ ſubſtantiæ ſine dubio vllo longe omni corporea natura precioſiores ſint & potentiores.

Id autem eſſe etiam unuſquiſque videretur, ſiquidem pręcipuum, & melius eſt. quocirca abſurdum eſſet, ſi non ſuam quiſque, ſed alicuius alterius uitam expeteret.

Sicut ciuitas proprie dicitur quod in ipſa principatum obtinet, & dominatur: vt in populari re pub. populus, &
E in regno rex, & in tyrannide tyrannus: ſic quoque homo proprie eſt, qui in nobis intellectus: eſtque proprie Ariſtoteles & Plato Ariſtotelis & Platonis intellectus, propterea quòd videlicet quod in vnoquoq; præcipuum eſt, & princeps, meliuſque atque optimum, intellectus eſt. Quod ſi ita eſt, & felicitas noſtra in mente & intellectu conſiſtit, vitaque ea quæ ex intellectuali contemplatione traducitur. quo modo abſurdum non eſt, ſi neglecta propria vita, proprio que noſtro bono, alicuius alterius, id eſt ciuilis, aut voluptarii uitam ſectemur?

Quodque dictum ſuperius eſt, nunc etiam conueniet. quod enim naturę uniuſcuiuſque eſt accommodatum, id præſtantiſſimum, ac iucundiſſimum vnicuique: eſt ergo etiam homini uita, quæ ex intellectu traducitur: ſiquidem maxime homo eſt.

Quod

Quod vniuſcuiuſque naturæ accommodatum eſt, eſſe optimum ac ſuauiſſimum, prius dictum eſt, vbi de voluptate loquebatur. manifeſtum enim eſt id eſſe optimum equo, quod equinæ naturæ accommodatum eſt: id item boui iucundiſſimum, quod bouum naturam conſeruat, & perficit. Sed de his ſuperius multa iam diximus, vt repetere his plura amplius non debeamus. Simili modo igitur quod naturæ veri hominis eſt accommodatum, præſtantiſſimum id ipſi, atque optimum, ac iucundiſſimum eſſe exiſtimandum eſt: idque inquirere debemus, atque inuenire: atque vbi inuenerimus, ei neglectis, atque omiſſis cæteris firmiter ac ſtabiliter inhærere: proprium autem eſſe vero homini ideſt menti noſtræ vitam intellectualem & contemplatiuam, ſæpius audiuimus.

De felicitate actiua, & præcipuo munere operationis. Cap. VIII.

Hæc igitur etiam felicissima eſt, ſecundò uero loco ea quæ ex alia uirtute exiſtit: quippe cum operationes quæ ſecundum ipſam ſunt, humanæ ſint.

Si maxime propria vero homini vita, atque accommodatiſſima eſt contemplatiua: qui ea viuet, feliciſſimus quoque erit. qui autem moralem & actiuam degit, ſecundo loco poſt ipſum haberi debet: propterea quòd operationes quæ ex virtute morali exercentur, humanæ ſunt, id eſt felici ciuili ſunt accommodatæ, qui ex anima & corpore conſtitutus eſt.

C *Iuſta enim & fortia & cætera ex alijs uirtutibus erga nos mutuo agimus in commercijs, & uſibus, actionibusque uarijs, & in affectibus ſeruantes quod decorum unicuique eſt, hæc autem humana eſſe omnia uidentur.*

Quia dixit operationes ex moralib. virtutibus humanas eſſe, hoc eſt hominis eius qui ex anima conſtat & corpore id nunc his verbis confirmat: iuſta inquiens nos & fortia, & cætera in commerciis & vſib. inter nos mutuo agere, dū in affectibus quod decorum eſt, ſeruamus affectus autem, ideſt voluptates & dolores eius hominis ſunt qui ex corpore & anima compoſitus eſt: quare etiam moralium virtutum operationes cum circa voluptates & dolores, vt diximus, exiſtant, decorumque ipſis, & modum præſcribāt, D compoſiti hominis proculdubio ſunt, atque iccirco humanæ. Morales autem virtutes eſſe quæ affectus moderentur, ex ſuperioribus etiam nouimus. Ex fortitudine enim fit, vt ad fortia exequenda progrediamur: fidamusque vbi opus eſt, & quæ formidabilia ſunt, quando, & vbi oportet fugiamus: atque omnino hac virtute timores & fiducias moderamur. Temperantia item modum ita præſtat voluptatibus & ægritudinibus quæ tactu exiſtunt, vt alias eligamus & ſequamur, alias fugiamus. Liberalitatem autem & magnificentiam operationes eas moderari, quæ dandis & accipiendis pecuniis exercetur, non ignoramus: ſi ea memoria tenemus, quæ à philoſopho hic de virtutibus his diſputata ſunt. E Munificentiam quoq; & moderatum honoris ſtudium in moderata pro dignitate honorum electione conſiſtere. Manſuetudinem iræ mediocritatem: iuſtitiam æquam ſocietatis communitatiſque humanæ conſeruationem: quippe cum ciuiles natura ſimus, eſſe iam diximus. Quod ſi ita eſt, omnes ex virtute morali operationes & actiones humanæ, & à rationalibus virtutibus ſecundæ habentur. Adde quod ſi homo bonus & vocatur & eſt, qui neque in affectibus immoderatus eſt: neque in actionibus quæ circa affectus exercentur, fines nullos, & terminos nouit, ita quoque planum fit, moralem virtutē ex qua boni appellamur, actioneſque eius humanas eſſe: quando quidem, ſicut dictum eſt, affectus compoſiti hominis ſunt.

Nonnulla uero etiam è corpore uidentur euenire: multamque affinitatem cum affectibus, habere morum uirtus.

A His idem probat, morales videlicet virtutes operationeſque earum humanas eſſe. ſunt enim inquit temperantes nonnulli natura, & fortes, & iuſti: idque à corpore, id eſt è quadam corporis temperatura, elementorumque concurſu, & commiſtione ipſis euenit vt & habitus, & operationes quæ ex ipſis proficiſcuntur, compoſiti hominis ſint. & ſicut non omnis voluptas, vt demōſtratum eſt, omni operationi annexa eſt, ſed diuerſarum ſpecie operationum diuerſas quoque ſpecie voluptates eſſe cognouimus: ſic cum affectibus, id eſt voluptatibus & doloribus aliis aliæ virtutes affinitate coniunctæ ſunt: quippe cum voluptati quæ ex recta & honeſta pecuniarum datione exoritur, non omnis virtus annexa ſit, ſed liberalitas: eiuſque voluptatis quæ ex diſtributione pro dignitate conſequitur, B. iuſtitia, non temperantia, aut fortitudo virtus propria ſit. Quòd ſi virtutes morales affinitatem cum affectibus habent, affectus autem ſunt humani: virtutes morales planè non veri hominis ſunt, ſed eius qui ex anima & corpore compoſitus eſt.

Quin etiam prudentia cum morum virtute, atque hæc cum prudentia coniuncta eſt, ſiquidem prudentiæ principia ex virtutibus moralibus: rectitudo uero moralium uirtutum ex prudentia exiſtit: at hæ connexæ cum affectibus ſunt, & circa compoſitum uerſantur. uirtutes uero compoſiti humanæ ſunt: & uita igitur quæ ſecundum ipſas traducitur, & felicitas huiuſmodi erit.

Vbi oſtendit morales virtutes eſſe humanas: eiuſmodi eſſe C prudentiam declarat quæ cum rationalis partis animæ virtus ſit, intellectus & mentis, nō cōpoſiti videri virtus poterat. Hoc āt quid inquit nobis clarius patebit, ſi ea quæ alibi demōſtrata ſunt, memoria repetiuerimus: Dictū ſuperius ſe mutuo cōſequi virtutes oēs: vt in quo vna earū fuerit, in eo quoq; eſſe cæteras neceſſe ſit: neque fieri poſſe, vt vel fortis quiſpiam ſit morali fortitudine, niſi is quoque & temperans & iuſtus, & prudens habeatur: vel temperans, niſi & fortitudine & iuſtitia & prudentia fuerit præditus: vel prudens, niſi iuſta & temperantia & fortia quæque velit atque eligat: ſed quicunque eſt prudens, is continuo & iuſtus & temperans & fortis: & quicunque eſt iuſtus continuo prudens, fortis, & temperans ſit, neceſſe eſt. Cum igitur ſe mutuo conſequantur virtutes, fit, vt & prudentia cum morū D virtutē, ideſt morali, & moralis virtus viciſſim cum prudentia coniuncta ſit, ſepararique à ſe mutuo nequeant. virtutes autem morales ſunt humanæ: humana igitur, id eſt compoſiti hominis etiam prudentia eſt. Appellat autem prudentiæ principia finales cauſas, ob quas agere ac facere quippiam conſueuimus: ſicut enim finalis medicinæ cauſa propter quam agit omnia quæcunque agit, ſanitas eſt: ædificatoriæ ædes: imperatoriæ victoria: temperātiæ voluptatis & doloris moderatio: ſic prudentiæ, ſicut demonſtratum eſt, vbi de ea agebatur, rectum propoſitum in moralibus virtutibus, finis eſt, & cauſa propter quam agit. opinio enim circa fines recta à moralibus virtutibus nobis euenit: nam tale quippiam honeſtum eſſe & bonū, E vt non offendere quempiam, parentes honorare, quæ ſunt patriæ vtilia procurare: quid item vtile, & iuſtum, atque iccirco agendum: quid contra inutile, iniuſtum, & fugiēdum ſit, & cætera huiuſmodi, vt recte opinemur, & non fallamur, virtutes morales efficiunt, ac præſtant. vt autem materiam & inſtrumenta, ideſt actionum & effectionum inueniamus, quibus rectum propoſitum, rectumque finē conſequi poſſimus: id à prudentia habemus. Quoniam igitur moralis virtus rectos fines & ſcopos præmonſtrat: prudentia vero ea inuenit atque excogitat quæ ad huiuſmodi finium conſequutionem conducunt, coniunctæ vtræque ac connexæ merito ſunt. Quod autem inquit, rectitudo vero moralium virtutum ex prudentia, ex defectu loquutionis obſcurius paulo cum ſit, expleri, atque illuſtrari in hunc modum debet. rectus finis, qui quod fit rectus & bonus, ex virtute morali nobis innoteſcit (ea enim eſt, vt

eſt,vt diximus,quæ fines nobis rectos præmonſtrat) is in A quàm finis ex prudentia exiſtit, id eſt comparatur atque acquiritur à prudentia, quæ ea quæ ad ipſum apprehendendum conducunt,oſtendit.Cum igitur prudentia cum moralibus virtutibus ſit coniuncta, hæ autem virtutes cū affectibus ſint annexæ: fit vt prudentia cū affectibus quoque coniunctionem habeat. Affectus vero humani ſunt, & ad compoſitum hominem ſpectant: quare compoſiti hominis prudentia,& virtutes quoque erunt.

Mentis autem ſeparata eſt. de ipſa enim hoc tantummodo eſt dictum.nam exquiſite tractare maius eſt,quàm præſenti propoſito conueniat.

Mentis autem,id eſt veri,& eius qui proprie homo eſt, vita intellectualis ab affectibus compoſiti hominis ſeparata eſt vt felicitas quæ ex ea euenit,diuerſa à ciuili omnino B ſit, ſed de hac exquiſitius agere theologi eſt: nam intellectus ex illis eſt,quæ ſunt ad aliquid, eſt enim intelligibiliū intellectus:non ſecus ac ſenſibilium,ſenſus.at eorum quæ ſunt ad aliquid; eadem eſt ſcientia:de intelligibilibus autem agere theologi eſt: quare de intellectu quoque diſputare ad eundem pertinere cenſendum eſt.

Videtur vero vel parum vel minus quàm moralis, externarū rerum apparatu indigere.neceſſarijs enim rebus vtriſque eſt opus: atque id ex æquo eſto: licet magis circa corpus, & quæ huiuſmodi ſunt,ciuilis laboret.parū.n.quid differret.

Moralem vocat ciuilem felicitatem.inquit autem contemplatiuam felicitatem parum prorſus externarum rerum adminiculis indigere: vel ſi minus parum, non ex C æquo ſaltem vt moralis. non enim ſicut ciuili, ita contemplatiuæ quoque multis externis rebus opus eſt, ſed longe paucioribus.neceſſarijs enim,vt prius dictum eſt, vtrique indigent:curq; id contingat,ibidem fuit explanatū. quāquam ciuilis magis quàm contemplatiuus laborat circa neceſſaria, atque ea quæ neceſſarijs quàm ſimillima ſunt; paulo enim amplius ad ea ciuilis declinat.

Sed in operationibus longe diſtabit.liberali enim ad liberalia agenda,& iuſto ad retributiones faciendas pecunijs erit opus: quippe cum obſcura voluntates ſint: ſimulentque etiam illi qui iuſti non ſunt, iuſte agere ſe velle. fortitudini item potentia,ſi modo quippiam ex virtute exequi debet:et temperanti poteſtate opus erit.quo pacto enim aut talis aut D alius quiſpiam eſſe manifeſtus poſſit?

In rebus quidem neceſſarijs parua inter hos differentia eſt, ſed in operationibus longe diſtant: ac penè tantum, quantum abeſſe id quod eſt,ab eo quod non eſt, videtur. Contemplatiuus enim vt ex intellectu operetur,in intelligibilibusque rebus verſetur,nulla re extrinſecus indiget: nam ſicut ſano viſui ad videndas, verbi gratia, has literas præſente luce nulla alia re eſt opus:ſed ſimul ac palpebras ſuſtulerimus,ſi forte conniueant,clare inſpicit:ſic cōtemplatiuus ad intelligibilia conſpicienda nullum extrinſecus adiumentum requirit:at ciuilis ſi liberaliter ſe gerere vult,aut iuſte,pecunijs indiget,quo & large donare,& diſtribuere quod cuiq; conuenit, poſsit:nam ex actionibus virtutes hæ agnoſcuntur,non ex verbis, licet ſe velle & iu- E ſte & liberaliter agere quilpiam dixerit. actiones autem abſque accommodatis inſtrumentis exerceri nullo pacto queunt.inſtrumenta vero iuſto & liberali accommodata pecuniæ ſunt.ſi fortiter item agendum ciuili eſt,præſentia hoſtium:ſi prudenter,alia quædam neceſſaria ſunt. Volūtates enim ſunt obſcuræ,& incertæ. cum nōnulli ſint qui licet iuſti non ſint,ſe velle tamē iuſte agere ſimulent:quos ſanè ex ea ſimulatione iuſtos eſſe dicere nullo modo debemus. Temperantem quoque quibuſdam indigere,libertate præcipue,& poteſtate,perſpicuum eſt:nam qui ſub pædagogo, aut alterius cuiuſpiam cuſtodia quem timeat & vereatur,conſtitutus à voluptatibus corporis abſtinet: is an vere temperans ſit, niſi libertatem nactus idem fecerit,nondum patet.

Sed quæri conſueuit, vtrum electio an actio magis propria virtutis ſit:cum in vtriſque conſiſtat virtus.unde manifeſtum eſt in vtriſque id futurum,quod perfectum eſt,ad actiones autem exequendas multis eſt opus, & quo plures & meliores ſunt,eo pluribus

Cum dixerit ex actionibus temperantem,fortem,iuſtū & prudentem agnoſci:& ſæpe fiat,vt nonnulli vel temperanter,vel iuſte ſe gerant,quo aut ſacerdotium, aut ciuilē aliquem principatum conſequantur,aut quippiam aliud, licet neque temperantes,neque iuſti re vera ſint,atque icirco aſſerere potuiſſet aliquis ſolos eos eſſe temperantes & iuſtos qui temperātia & iuſta vellent,merito res in quæſtionem venit,& alij voluntate, alij actione virtutem definiunt, cum vtraque tamen coniungenda ſint,& in vtriſq; B virtus conſiſtat, quippe cum iuſtus re vera ſit,qui iuſta & vult,& agit,prudens item, & fortis, & temperans ſimili modo.Quòd ſi in vtriſque his & voluntate & actione virtus conſiſtit,ad agendum autem pecuniis eſt opus,iuſtus & liberalis ſine dubio pecuniis indigebit, atque eo pluribus,quo maiores,& pulchriores actiones ipſæ fuerint.

Contemplanti vero nulla huiuſmodi rerum ad operationem quidem indigentia eſt:quin ferè contemplationi eſſe impedimento conſueuerunt quatenus tamen homo eſt,cum pluribusque uitam degit,ex uirtute agere proponit.talibus igitur ad humane ſe gerendum indigenit.

Contemplatiuo autem homini externæ res non modo ad contemplandum non conferunt,ſed impedimento potius ſunt,quippe cum,quantum ad operationem intelle- C ctus ſpectat,nulla re extrinſecus prorſus indigeat.fit tamē, vt quia eſt homo,id eſt quia adiunctum habet corpus, & cum hominibus vitam traducit, his quoq; illi opus ſit ad humane ſe gerendum, id eſt quo more hominis erga eos quibuſcum verſatur,officioſe ſe gerere poſſit.

Nam perfectam felicitatem contemplatiuam quandam operationem eſſe,conſtare uel inde poſſet,quod deos maxime beatos,& felices eſſe exiſtimamus.

His quoque perfectam felicitatem in optimarum rerū cognitione verſari oſtendit,optima enim eſſe diuina omnium conſenſu conſtat.quòd ſi feliciter viuere optimum & perfectiſſimum bonum hominibus eſt,id autem in cō- D templatione verſari declaratum fuit, nunc quoque perfectam felicitatem in optimarum rerum contemplatione conſiſtere,non in actione, aut affectione ſicut ciuilis, demonſtratur,ad hunc modum,qua in re felicitas, & beatitudo Deo ineſt,in eadem re quoad eius fieri poteſt, nobis quoque inerit.at Deo felicitas & beatitudo in contemplatione conſiſtit,nobis igitur etiam propria felicitas in contemplatione verſabitur.nam operationem Dei & beatitudinem in contemplando non in agendo, aut efficiendo conſtitutam eſſe, aliàs in vndecimo ſupranaturalium diſputationum philoſophice demonſtrauit,& nunc probabiliter declarat,cum ita ſubiungit.

Nam quales actiones attribuere eis debemus, iuſtasne? ſed ridiculi ſanè uiderentur,ſi commercia facerent, & depo- E ſita redderent,atque alia huiuſmodi inter ſe contraherent. nunquid fortes? ut formidoloſa ſuſtineant, periclitenturque quia honeſtum ſit? an liberales? ſed cui dabunt? abſurdū quippe,ſi etiam ipſis numum,aut tale quippiam adeſſe dicamus. nam ſi temperantes eſſe eos aſſeruerimus quidnam eiuſmodi eſſent? quòd enim prauas cupiditates non habeant, moleſta atque inuidioſa laus eſt.ſi demum omnia percurramus, quæ ad actiones attinent,parua & indigna dijs eſſe uidebuntur. At uiuere Deos omnes exiſtimant,quare etiam operari non enim ut de Endymione dicitur,dormire eos oportet. ei igitur qui uiuit,& actione & effectione item magis caret, præter contemplationem quid reſtat? Quare dei operatio cū beatitudine excellat,contemplatiua erit, & ex humanis ea erit feliciſſima,quæ huic maxime eſt cognata.

Deum

Deum inquit viuere & operari omnes exiſtimamus, & credimus: omnis autem operatio vel actiua, vel effectiua vel contemplatiua eſt: ſi igitur neque agit, neque facit Deus: reſtat tertium, vt contempletur. at Dei operatio optima eſt, & præſtantiſſima ac ſuprema: ſit ergo, vt noſtra quoque operatio, quæ diuinæ maxime eſt cognata, quæ eſt contemplatio, perfecta, optima ac ſuprema ſit. Non eſſe autem diuinam operationem in actione, aut effectione, aut ciuili felicitate, ſed in contemplatione, ita probat: morales virtutes omnes, ſicut demonſtratum eſt, affectuum ſunt moderatrices: affectus autem in Deo minime ſunt: non ſunt igitur neque morales virtutes: quare neque ciuili felicitate felix eſt. Quid enim iuſtitia ei eſt opus nam cum iuſtitia ſit pro cuiuſque dignitate permutationes facere, ac depoſita reddere, ridiculi ſanè videremur & nos, & ille, nos ſi talia de Deo opinaremur: ille, ſi huiuſmodi rebus eſſet diſtrictus. Quid item fortitudine ei opus eſt, cui nihil eſt terribile eſt, & formidandum? Quid liberalitate? abſurdum enim eſſet, ſi quiſpiam pecunias & numos ei adeſſe exiſtimat, vt & quibus dare, & è quibus accipere oportet, & det & accipiat. Quid autẽ temperans dicetur? grauis enim & moleſta atq; inuidioſa ea eſſet laus, ſi deum cupere quidem, ſed non duci tamen & ſuperari à cupiditate, ſed ſuperare eam, ac vincere dixerimus: vituperium enim id potius eſſe eius quàm laus videretur: quippe cum hoc modo nihil à continentibus, & tolerantibus differret Ita igitur ſi per omnes virtutes diſcurramus, earumque operationes: paruæ omnes atque indignæ diuina natura eſſe deprehendentur. At vero Deum viuere & operari aſſerimus: non enim dormire ei conuenit, vt de Endymione fabulæ prodiderunt: eius igitur operatio cum beatitudine, præſtantia, & pulchritudine ciuilis felicitatis operationibus longe præſtet, contemplatio erit. Quocirca etiam ex humanis operationibus ea quæ veri hominis eſt, quæ diuinę operationi maxime eſt cognata & affinis, ideſt contemplatiua, beatiſſima & perfectiſſima ſimili mõ erit: altera vero quæ ad ciuilem ſpectat longe inferiore loco habenda eſt.

Argumento illud eſt, quòd cætera animalia quæ tali operatione penitus carent, expertia felicitatis quoque ſunt.

Talem operationem contemplatiuam, id eſt intellectualem vitam, & optimarum rerum, diuinarumque cognitionem appellat. Inquit igitur, vt quæ prætermiſſa ſunt & extrinſecus ſunt intelligẽda, ſupplicamus, hoc modo: ex aliorum ſanè philoſophorum, & Epicureorum videlicet & Stoicorum de felicitate ſententia, poſſet quiſpiam felicitatem brutis animalibus rationeque carentibus impertiri: ex mea vero & Platonis, cæterorumque qui in intellectuali vita felicitatem conſtituunt, bruta animalia cum intellectu, & ratione penitus careant, felicia eſſe nullo modo poſſunt. Nam ex Epicuri & Stoicorum opinione felicitatem ad bruta quoque pertingere, his rationibus demonſtratur: ſi bene eſſe affectum Epicuro eſt bene viuere & Epicuro & Stoicis idem eſt quod felicem eſſe: bene eſſe affectum nihil aliud eſt, quàm felicem eſſe. at brutis ineſt, vt bene affecta ſint: quare vt felicia quoque ſint, inerit. Præterea ſi Stoicis ſecundum naturam degere bene viuere eſt: bene viuere autem & ipſis & Epicuro eſt felicem eſſe: ſecundum naturam degere eſt felicem eſſe: at ineſt ratione carentibus animalibus, vt ab ortu vſque ad vigorem & florem ætatis ſecundum naturam degant: bruta igitur animalia felicia ſunt. nam quòd bene affecta ſint bruta, atq; ex ea bona affectione, ideſt voluptate bene viuant, ex muſicis & canoris animalibus patet. nam niſi ſecundum naturam viuerent, proprium opus aſſidue canendo minime explerent. cum enim canora ſint & muſica, opus eorum ſecundum naturam eſt cantus: quem cum exercent, ſecundum naturam viuere cenſenda ſunt. Cantum enim eſſe bene affectorum, & eorum quæ voluptatem percipiunt, aſſidua eius operatio declarat: quippe cum nullum animal ſit, quod ſi dolore aliquo moleſtetur, non modo aſſidue, ſed ne vllo quidem tempore prorſus canat. canere enim non triſtium, & dolore ſolicitorum, ſed voluptate affectorum, & ſecundum naturam degentium eſt. Felicitas item ex Stoicorum opinione naturalis appetitionis extremum eſt: ad quod cũ peruenit natura finem ſuum habet, nihilque amplius deſiderat, quam id quod ſibi proprium bonum eſt, continere, & non omittere. hoc autem brutis quoque ineſſe manifeſtum eſt: bruta igitur quoque felicitatem conſequuntur. extremum enim & finis naturalis appetitionis nihil aliud eſt, quam vigor ipſe & flos ætatis. nam cum incrementum ſeu effloreſcentia motiones vtręque ſint, inter ſe oppoſitæ, altera vt origo quæ ad eſſe: altera vt terminus quæ ad non eſſe deducit, neceſſe eſt, vt medium aliquod intercedat, quod diſſimile ab vtriſque ſit qui eſt ſtatus. hic autem ſtatus, qui inter incrementum & decrementum medius eſt naturalium fœtuum eſt vigor & flos, finiſque naturæ eſſe dicitur: quem cum aſſequuta eſt producens natura continere quaſi proprium bonũ & conſeruare nititur. licet poſtea ſubiacens natura, quæ eſt materia, naturam ideſt formam in ſe non continens, totum corrumpat, ac perdat. tripliciter enim, vt in libris de naturalibus diſputationibus didicimus, natura dicitur materia videlicet, & forma, & tertia illa quæ naturales res producit, materiamque ad formas ſuſcipiendas mouet, ac mutat. Huiuſmodi igitur felicitate bruta eſſe poſſunt felicia: illa autem quæ in intellectuali vita, diuinarumque rerum cognitione definitur, nullo pacto poſſunt. ſolus enim ex omnibus animalibus homo eſt, qui ex natura ſua conſiderare de diuinis rebus, atque intelligare valeat, & differere: & qualis earum eſſentia ſit, & quænam ex earum intellectione ſimilia ipſis efficiantur. Cum igitur oſtenderit Dei operationem eſſe contemplationem: ipſe enim eſt qui intelligit, & qui intelligitur, vt in vndecimo ſupranaturalis diſputationis libro inquit, & diuinæ maximè eſſe cognatã eam quæ veri hominis eſt: ſubiungit: intellectualem vitam quæ felicitas eſt compoſiti hominis & ciuilis minime eſſe, ſed eius qui vere & proprie homo eſt illud eſt argumentum, quòd nullum ex brutis animalibus huiuſmodi felicitatis eſt particeps. carent enim tali felicitate, quia talem, ideſt intellectualem operationem non exercent, intellectualiter autem non operantur, quia intellectus ſunt expertia, qui verus homo eſt.

Dijs enim beata tota vita eſt: hominibus autem eatenus quatenus ſimilitudo quædam eiuſmodi operationis in ipſis ineſt. at cęterorum animalium nullum eſt felix, propterea quod contemplationis particeps nullo modo eſt.

Si beatitudo in contemplatione, & optimarum rerum cognitione conſiſtit: dijs quippe qui aſſidue contemplantur, beata operatione & actu ſemper tota vita eſt. hominibus vero quando operantur, actu: quando non operantur, poteſtate eſt beata. iis autem quæ nullo modo ita operantur, vita beata nullo modo eſt. Nam quod inquit quatenus ſimilitudo quædam eiuſmodi operationis in ipſis ineſt, proptera dicit, quia Deus cum ſeipſum intelligat, ſeipſum percipit. quod enim intelligitur ab intelligente habetur ac percipitur: atque ita qui intelligit & qui intelligitur & qui habet & qui habetur, idem eſt. felix autem contemplatiuus cum iam contemplatur & operatur, intelligit quidem etiam ipſe Deum ipſum, ſed non eodem modo: non enim ſicut intelligit ſeipſum Deus, ita quoque contemplatiuus ipſum eundem percipit, atque intelligit. quaré contemplatiui felicis intellectio & perceptio, ſimilitudo quædam eſt ĩtellectionis Dei, qua ſeipſum intelligit. Quod ſi ita eſt, felicis quoque contemplatiui beatitudinẽ ſimilẽ diuinæ non eandem cum ea eſſe conſtat.

Quouſque igitur protenditur contemplatio, eouſque & felicitas ſeſe extendit: & quibuſcunq; magis ineſt contemplatio, iis magis quoq; ineſſe felicitatẽ conſtat: atq; illam quidem non ex accidenti, ſed ex ipſa contemplatione. ipſa enim

per

per ſeipſam eſt precioſa. Quare felicitas contemplatio quædam eſt.

Quouſque inquit protenditur contemplatio, id eſt quę cunque animalia ratione prædita ſunt, intellectumque habent, quo contemplari & viuere intellectualiter poſſint, ea felicia eſſe contemplatiua felicitate etiam queunt. quæcunque autem intellectu carent, felicitate hac frui nullo modo poſſunt. Vel quouſque protenditur contemplatio, ita intelligendum eſt, vt ad tempus referatur. nam cum adæquetur contemplationi felicitas, fit, vt quandiu protenditur intellectus operatio, tandiu felicitas quoque perduret. ſi enim ſex horarum verbi cauſa fuerit operatio, totidem quoque non plurium, neque pauciorum felicitas ſit, neceſſe eſt, atque ijs qui ſemper operantur, cum perpetua operatione perpetua quoque felicitas erit: cæteris quantum eſt id tempus quo operantur, tanta etiam erit felicitas. Atque ea non ex accidenti, id eſt non imperfecte. hoc enim ex accidenti hic ſignificat, non ex imperfecta felicitate, ciuili videlicet, vel ea quæ in luſu à potentibus & tyrannis talibusque felicibus conſtituitur ſed ex ipſa contemplatione, quæ abſolute & proprie felicitas eſt. Poſſumus etiam ex accidenti in ſua ſignificatione ita interpretari, vt intelligamus non ob aliud quid felices eos futuros: ſed ob ipſam contemplationem circa ea quæ ſemper eodem modo ſeſe habent. ſicut enim qui vel coronam vel victum publice ob patris virtutem eſt conſequutus, non ob ſeipſum, ſed ob patrem & ex accidenti honorem eum adeptus eſt: qui autem quia fortiter ſe geſſit, coronatus eſt, is ob ſeipſum & non ex accidenti eſt coronatus: ſic contemplatio per ſe felicitas eſt. & contemplatiuus per ſe & ex ipſa contemplatione, non ex nobilitate, aut diuitiis, aut tali quapiam re felix eſt exiſtimandus.

Opus erit autem & externa proſperitate homini iusto. non enim ad contemplandum natura ex ſeſe ſufficit. ſed oportet, vt & corpus valeat, & alimentum, & cætera obſequia ſuppetant.

Hoc ſæpe repetit, atque inculcat tum Platonis cauſa, qui aſſerebat, non omnino quapiam re indigere eum, qui re vera, & non ex accidenti eſſet felix: tum quia fluxa eſt corporis noſtri natura, atque eiuſmodi, vt facile à quacunque re pati incommodum poſſit. Indiget quippe corporis ſanitate: quis enim eſt, qui ſi ægrotet, & morbo aliquo vehementer agitetur, vacare contemplationi poſſit? indiget etiam alimento: quippe cum ſimplex corpus noſtrum minime ſit. Sed de his plura antea diximus, vt longiori hac de re vti oratione rurſus non liceat. Proſperitatem hic appellat ſanitatem, & neceſſariam rerum copiam, eatenus videlicet, quatenus ad vitam humane traducendam ſatis ſit. vnde ſubiungit.

Non tamen multis & magnis opus fore felici exiſtimandum eſt, etiamſi abſque externis bonis beatum quempiam eſſe non liceat. non enim in exuperatione ſufficientia conſiſtit, neque iudicium, atque actio, quippe cum fieri poſſit, vt qui etiam terræ & mari non imperat, honeſta agat. ex mediocribus ſiquidem rebus agere ex virtute vnuſquiſque poſſet.

Si fieri non poſſet, vt ſine multitudine & magnitudine externorum bonorum feliciter quiſpiam viueret, talia ad felicitatem eſſent neceſſaria, cum vero abſque horum nimia copia beate liceat viuere, non multis & magnis opus eſt. non enim ſufficientiam iudicare debemus ex rerum externarum & diuitiarum exuperatione, nimiaque affluentia. Falſum enim & errans iudicium eius eſt, qui ex ſe ſufficere eum aſſerit qui valde multis diuitiis eſt inſtructus: neque felices actiones dicendæ ſunt quæ ab ijs aguntur, qui diuitiis affluunt: quippe

A cum & paucis bene vti, & ex paucis honeſta agere, & præcipue optimas mentis operationes exercere quiſpiam poſſit.

Id quod cernere nunc euidenter licet, quòd priuati homines non minus, immo etiam magis quàm potentes, honeſta agere videntur. Satis igitur eſt, ſi tot facultates ſuppetant. felix enim erit vita eius, qui ex virtute operatur.

Ex mediocribus facultatibus poſſe quempiam honeſta agere, & perſpicuum inde eſt, quòd priuati, id eſt qui mediocres facultates habent, neque in principatu aut regno conſtituti ſunt, magis quam potentes & diuites honeſta agunt. magis enim & hoſpitibus excipiendis, & pauperibus curandis vacare: maius templis & ſacrificiis ſtudium adhibere: magis liberaliter ſe gerere hi conſpiciuntur, quam qui maximis poteſtatibus præditi ſunt,

B maximiſque copiis affluunt. Quòd ſi hi ex paucis ita ſe gerunt: contemplatiuus felix multo magis & intellectualiter viuere, & ex virtute operari poterit: ſi mediocria tantum ſuppetent, quantum homini ad traducendam vitam conuenit. Satis igitur eſt felici, ſi tot facultates habeat, quæ mediocriter ſufficiant. inde enim agere honeſtiſſima poteſt, neque ex paucitate impeditur, cum in multitudine & copia beatitudo non ſtatuatur, quo minus felix, beatusque ſit.

Quin & Solon felices rectè fortaſſe definiuit, cum inquit eos eſſe qui externis rebus mediocriter fuerunt inſtructi; & honeſtiſſima egerunt, vt exiſtimabat, modeſteque vixerunt. fieri enim poteſt, vt mediocria poſſidentes ea agant, quę

C *oportet.*

Mos Ariſtoteli eſt poſt demonſtrationes ad maiorem rerum confirmationem & ſapientum quoque opiniones & cæterorum natura inſitos conſenſus adducere. quando enim cum rationibus & ſapientum opiniones, & vulgi rumores concordant, veriſſima ea eſſe proculdubio videntur quæ fuerunt demonſtrata. Cum igitur nunc felicitatem non in multitudine, & magnitudine externorum bonorũ conſiſtere oſtenderit, ſed in moderato ipſorum vſu, & appropinquatione ad Deum: vt maiorem rei fidem faciat & Solonis & Anaxagoræ ſententiam ſubiungit. Solõ enim felicem eum eſſe dicebat non qui multis & magnis afflueret: ſed qui vtraque hęc haberet, id eſt & mediocria poſ-

D ſideret, & honeſtiſſima ageret, modeſteque vitam traduceret. Modeſte enim inquit, id eſt σωφρόνως, quod frugaliter etiam interpretari poſſumus, vt eo verbo virtutes omnes comprehendi ſignificet.

Videtur etiam Anaxagoras felicem non diuitem neque potentem exiſtimaſſe, cum dixit, ſibi non eſſe mirum futurum, ſi pleriſque è vulgo abſurdus quiſpiam eſſe videatur, eos enim externis rebus, quarum tantummodo ſenſum habeat, iudicare conſueuiſſe,

Nihil mirum eſſe debet, dicebat Anaxagoras, ſi abſurdus & infelix pleriſque eſſe videar. miſerum enim eum vulgus appellabat, qui multis opibus, non affluebat, licet virtute & contemplatione ditiſſimus, & feliciſſimus re vera eſſet. Nam cum in multa opum copia, externorumque bo-

E norum affluentia felicitatem conſtituant plerique, verorumque bonorum ſenſu careant, ignarique ſint, eum qui modica poſſidebat, modicisque erat contentus, infelicem & miſerum eſſe arbitrabantur, cum tamen vere felix & beatus eſſet iudicandus.

Sapientum igitur opiniones cum rationibus conſentiunt. ac fidem quidem aliquam talia quoque afferunt: ſed verum ipſum tamen in agendis rebus ex factis, & vita iudicatur: in his enim præcipua vis conſiſtit. Quocirca ante dicta ita conſideranda ſunt, vt ad vitam & facta referantur, & ſi cum factis conſentiunt, admittenda; ſin ab eis diſcrepant: verba ſunt exiſtimanda.

Sapientum, inquit, Solonis videlicet & Anaxagoræ opiniones cum rationibus meis conſentiunt, quibus probaui

non in multitudine & magnitudine externorum bonorum conſiſtere felicitatem, neque ex his felicem, ſed ex virtute iudicari oportere. ac talia quidem, id eſt & rationes, & ſapientum ſententiæ, quæ confirmant, felicem vitam non eſſe eam cum quis gentibus multis dominatur marisque & terræ imperium obtinet: ſed cum & mediocria poſsidet, & honeſtiſsima agit, atque optima: fidem quidem aliquam & probabilitatem habent: ſed veritas tamen in rebus agendis ex factis iudicatur. Nam ſi quiſpiam eſt, qui cum felicem eſſe eum dicat qui mediocria poſsideat, & optima ſectetur, atque agat, ipſe & nihil amplius quam neceſſaria habet, & optima atque honeſtiſsima agit contemplationique totus incumbit: ei fides adhibenda eſt, veraque eſſe eius oratio eſt exiſtimanda. Sin autem ita quidem dicit, ſed contraria tamen poſtea agit, atque vndecunque aurum & argentum reliquasque opes conquirit, ac contrahit: is falſus ac mendax cenſendus prorſus eſt cum ea quæ dicit ijs quæ agit minime conſentiant: eiuſque orationem debemus verba tantummodo, id eſt voces quaſdam inanes ac vanas in aerem effuſas, immo vt melius dicam, ſonos inarticulatos, ſignificatio neque omni carentes exiſtimare.

At qui ex intellectu operatur, huncque excolit, atque optime afficit, is eſſe Deo cariſsimus videtur. nam ſi aliquam humanarum rerum curam dij habent, ſicut videtur: conſentaneum eſt ipſos re illa quæ optima eſt, atque ipſis maxime cognata, delectari, qui eſt intellectus: eoſque qui eam maxime amant, & honorant, remunerari.

Cum demonſtrarit contemplatiuum felicem optimum atque honeſtiſsimum, atque ex ſeſe ſufficientiſsimum eſſe, & cætera omnia habere quæ dicta iam ſunt: eundem Deo quoque cariſsimum oſtendit Deo cariſsimus autem: id eſt θεοφιλέστατος, is eſt quem Deus amat: ſicut φιλόθεος qui deicola eſt, & Deum maxime amat. Inquit igitur, ſi curam hominum habet, hisque prouidet Deus, quemadmodum optimis quibusque philoſophis placet, atque eſſe verum videtur: eum re optima & maxime ſibi cognata delectari veriſimile eſt. optima autem res & maxime Deo cognata intellectus noſter eſt. Gaudet ſiquidem Deus omnibus a ſe effectis rebus vtpote quæ valde bonæ ſint: intellectu tamen præcipue, eo quòd maxime ſibi eſt cognatus, oblectatur: cognatus vero eſt Deo intellectus non ſubſtantia & eſſentia, ſed eo quòd ea natura eſt præditus, vt in ſeipſum reflecti poſſit, ſeque ipſum contemplari: atque ita ex ea in ſeipſum collectione in Deum quoque ipſum à quo amatur ſublatus, deificetur, id eſt, Deo ſimilis, quo ad eius fieri poteſt, efficiatur: Cognatus igitur Deo vniuſcuiuſque noſtrum intellectus eſt ex operationis ſimilitudine, nam ſicut ille ſeipſum intelligit: ita noſmetipſos nos inſpicimus, cũ ſupra imaginandi facultatẽ eualerimus. Quòd ſi cognatus intellectus noſter Deo eſt; conſentaneum eſt, vt amantes eum atque honorantes Deus amet, ac remuneret. Amat autem cognatum Deo intellectum ille qui totam virtutem complexus multiplices appetitus, innatosque ſenſus vtpote qui cognitionem decipiant, necnon imaginationes quæ formant nobis partiunturque res ipſas, immenſamque varietatem inducunt, effugit: auerſatus item eſt opiniones, quæ variæ etiã ipſæ cum ſint, ad externa feruntur ſenſui & imaginationi coniunctæ omnis enim opinio cum irrationali ſenſu & imaginatione operatur. tum ad ſcientiam & intellectum, atque inde ad intellectualem vitam, ſimplicesque rerum appulſiones attollitur: quò cum peruenit, puras inde illuſtrationes, ſynceraſque admittit. Hæc enim eſt remuneratio, qua eos qui animum ſibi cognatum amant & colunt, Deus proſequitur, quòd clariore luce cognitionis illuſtrantur, perfectioreque cum eo nexu coniunctæ intellectuales naturas ſpeculantur.

Vtpote qui eorum quæ ipſis ſunt amica, curam habeant, recteque & honeſte agant. Hæc autem omnia ſapienti maxime ineſſe, obſcurum non eſt: is igitur eſt Deo cariſsimus: eundemque eſſe etiam feliciſsimum veriſimile eſt. Quare ita quoque efficitur, ut ſapiens maxime felix ſit.

Si nos, inquit, eos amamus, qui filios noſtros, nobisque cognatos diligunt: quanto magis conuenit, ut qui bonitatis omnis fons eſt Deus amore eos proſequatur qui rem ipſi cognatam amant, atque excolunt? quis nam autem ſit is amor & cultus intellectus, declarat, cum ſubiungit: recteque & honeſte agant, perinde ac ſi diceret: amare intellectum nihil aliud eſt quàm recte agere, & ſecundum omnes virtutes tam actiuas quàm rationales operari. Hæc autem omnia, quæcunque ſcilicet de felicitate iam dixit ſufficientem ex ſe eſſe, defatigabilem, curam proprij intellectus habere, Deo eſſe carum, & cætera alia, inſunt quidem fortaſſe etiam felici ciuili qui ex virtute morali viuit: maxime tamen & ſine controuerſia in eo eſſe conſpiciuntur, qui intellectualiter vitam traducit. Quare ciuilis quidem Deo carus & felix: ſed contemplatiuus Deo cariſsimus & feliciſsimus cenſendus eſt.

Peroratio operis. Cap. IX.

Nunquid igitur ſi de his & uirtutibus, præterea etiam de amicitia & uoluptate ſatis figura dictum eſt finem habere propoſitum hoc noſtrum eſt exiſtimandum? an quemadmodum dicitur, in agendis rebus finis nõ eſt contemplari ſingula & cognoſcere, ſed agere? neque igitur in uirtute ſatis eſt, ſi eam cognouerimus: ſed ut eam habeamus, eaque utamur, eſt enitendum: vel ſi quo alio modo boni efficimur.

Abſoluta iam tota de moralibus & rationalibus virtutibus tractatione, his verbis & reliquis quæ ſequuntur, ad operandum ſecundum eas incitare nos conatur. verba enim ſola, & ſolæ diſputationes, & cognitiones reddere nos neque ciuiles, neque contemplatiuos felices poſſunt: ſed admodum ſunt imbelles, atq; inualidæ, nam ingenuos quidem adoleſcentes, ac liberaliter educatos atque inſtitutos hortari ad actiones fortaſſe poſſunt: ſed ad felicitatem, eiusque conſecutionem deducere nullo pacto poſſunt. Bene autẽ & liberaliter educantur, atque inſtituuntur, qui in optima ciuitate degunt. optima vero eſt ciuitas quæ optimis legibus vtitur, honeſtiſque inſtitutis adminiſtratur, & regitur. at ſi feliciter viuere finis omniũ humanorum bonorum præſtantiſsimus eſt: vt autem id acquiramus, abſque virtutum poſſeſsione fieri nequit: virtutes vero acquirere atque omnino ſtudio virtutum incumbere non licet, ſiquis in ciuitate ea verſetur, quæ prauis legibus prauisque inſtitutis vtatur: conſentaneum eſt, ne dicam neceſſarium, vt de rebus publicis, quæ ex illis praue, quæ recte gubernentur: tum quæ ex ijs quæ recte adminiſtrantur præcipua ſit, atque optima, quaſque ea habere leges debeat: diſputatio iam ſubſequatur. Atque hæc eſt tota ex his verbis vſque ad calcem libri ſententia, totumque propoſitum: vt declaret videlicet eſſe neceſſarium vt poſt tractatum de omnibus virtutibus qui iam abſolutus his in libris eſt, de rebus ciuilibus & legibus ſcribat quæque leges quibus ciuitatibus conueniãt, quæ item ſalutem, quę perniciem afferre ciuitatibus valeant, oſtendat atque explicet. Quare oportet, eum qui perfectus humana ſapientia eſſe vult, id eſt ciuilem felicem, poſteaquam hos libros didicerit: ad rerum publicarum quę ſequuntur, lectionem ſeſe conferre. Sed de his hactenus. Ad verba ipſa accedamus. Nunquid, inquit, quoniam de virtutibus ſatis dictum eſt figura vniuerſaliter, & vt in principio operis huius dixit, craſſa minerua, ex ijs enim quæ aliter atque aliter plerumque euenire poſſunt, rationes conſtituit, propterea finem

habet

habere exiſtimabimus, & nulla alia re nobis opus eſſe ad felicitatem conſequendam, niſi vt libros hos legamus? an ſicut dicitur, quarum rationum finis non eſt ſola cognitio, quemadmodum eius quæ ſolem maiorem eſſe terra demonſtrat, ſed actio & affectio: ſatis non eſt ſi eas intellexerimus, ſed ad actiones quoque & opera ipſa accedamus, neceſſe eſt. quod ſi in alijs quoque quorum finis non eſt ſola cognitio, ſed actio, rationes & verba actionis cauſa ſolemus admittere, ſic in virtute cuius finis non diſputatio ſed actio eſt, enitendum eſt, vt ea quæ à nobis tradita ſunt, agamus, atque exequamur. Quid enim præclari eſt, ſi quid ſit fortitudo aut iuſtitia quiſpiam cognorit, qui nihil poſtea neque iuſte neque fortiter ſit acturus? quod vero ſubiungit vel ſi quo alio modo boni efficimur, ita eſt 3 intelligendum perinde ac ſi dicat, ſi ex virtute boni efficimur, ea vtendum eſt, ſi quis alius eſt modus, quo boni euadamus, illum, inquirere ac ſectari debemus. illis enim omnino, qualiacunque ea fuerint, vti nos oportet, quibus boni efficimur,

Nam ſi verba ad reddendos homines probos ſufficerent: multas ſanè & magnas mercedes, vt inquit Theognis, afferrent, oporteretque ea comparare. ſed videntur quidem poſſe liberales adoleſcentes hortari atque incitare, moreſque C eorum ex virtute ſibi obnoxios generoſos, ac verè honeſtatis ſtudioſos reddere.

Si verborum lectio & intellectio ad probitatem conſequendam eſſet ſatis, multas & magnas mercedes afferret ac daret ijs qui morales libros conſcriberent, vt inquit Theognis, vnuſquiſque qui emere eas vellet. ſed poſſunt quidem verba, vt dictum eſt, incitare, atque inducere ad virtutem capeſſendam non omnes, ſed liberales tantummodo adoleſcentes. Liberales autem appellat eos qui luxui & intemperantiæ minime ſeruiunt, ſed bene à pædagogis vel cognatis ſunt educati, vt ex ea honeſta inſtitutione felices, obtemperanteſque ad actiones virtutis obeundas reperiantur. hos ſanè D poſſunt incitare, moreſque ipſorum generoſos & vere honeſtatis ſtudioſos actionibus reddere, cum ex virtute obnoxij iam ſint. Animaduertendum autem eſt hic virtutem poni non pro iuſtitia aut temperantia aut fortitudine quæ propriè virtutes & ſunt & dicuntur, ſed pro diſpoſitione ea quam ex bona educatione, honeſtaque inſtitutione ſub pædagogorum aut parentum, aut cognatorum diſciplina compararunt. Obnoxium vero id eſt κατοκώχιμον, quo verbo hic vtitur, plenum aliquando ſignificat, ſiue oppletum, vt cum diximus κατοκώχιμος σοφίας, plenus ſapientia, aliquando detentum & oppreſſum, vt κατοκώχιμος ἀφροδίτῃ, oppreſſus Venere, eique deditus, aliquando ſubiectum & obtemperans, quo in ſignificatu hic poſitum eſt. Mores enim ſibi ex virtute obnoxios id eſt ex honeſta educatione E tractabiles & obtemperantes redditos, ad actiones capeſſendas incitari à verbis & rationibus poſſe, generoſoſque effici, honeſtatiſque amatores, ita vt ad eam ſibi comparandam ſummo ſtudio feſtinent. Qui namque bona inſtitutione abſtinere à prauis rebus ſunt aſſueti, ij ſimul atque orationes bona ſuadentes audiuerint, incitantur ad ea, & currunt.

At pleroſque ad probitatem prouocare, non poſſe. non enim pudori, ſed timori obedire: neque abſtinere à malis ob dedecus, ſed ob pœnã conſueuerunt. nã cum ex affectu viuãt, proprias voluptates, atque ea ex quibus exiſtunt, perſequũtur: doloreſque oppoſitos fugiunt: eius autem quod honeſtum & vere iucundum eſt, cum id prorſus non deguſtarint, ne notionem quidem vllam habent.

Plerique è vulgo cum praue educati ſint, nullumque A ſenſum honeſtatis habeant, difficiles ſunt, minimeque obedientes, & ne audire quidem patiuntur eos qui ad honeſta hortantur, nedum obtemperant, & parent. natura enim comparatum eſt, vt ad ea quæ prorſus ignota nobis ſunt, vel nullo modo, vel violenter adducamur. Quocirca qui bene ſunt inſtituti, ex honeſta illa educatione verecundi cum ſint, obediunt, erubeſcuntque, ſi vel à prauis rebus non abſtineant, vel ad honeſta hortantes non ſequantur. Plerique autem licet quandoque à malis recedant, ad honeſtaque deferantur, id non pudoris, ſed timoris, & pœnæ cauſa quam irrogant leges, faciunt. Qui enim ex affectu viuunt nihil quicquam verentur, ſed impudenter affectuoſas, animaliſque proprias voluptates perſequuntur, & dolores contrarios, vt ſæpe dictum eſt, fugiunt, ſicut temulenti & ebrioſi eas ſectantes voluptates quæ ex vini potatione exiſtunt, dolores qui ex non bibendo oriuntur, fugere conſueuerunt atque in vniuerſum praui omnes ex honeſtis, & veræ iucunditatis ignoratione ad corporis voluptates incontinenter feruntur. Vere autem iucundas eſſe operationes ex virtute ſæpe iam diximus.

Eos igitur qui tales ſunt, ad moderationem traducere quæ oratio poſſet? fieri enim nequit, aut facile non eſt, vt quæ ex diutino vſu moribus ſunt præoccupata, verbis amoueamus. ſed ſatis fortaſſe eſt, ſi quamuis omnia adſint, quibus probi effici videmur, euadere participes virtutis poſſimus.

Qui, inquit, ita praue affecti ſunt, atque adeo incontinenter voluptatibus corporis ſunt inuoluti, eos nulla oratio ad moderationem traduceret, & à procliuitate illa ad mala remoueret. fieri enim non poteſt, vel certe difficile eſt, vt qui ex longo tempore moribus prauis ſunt præoccupati, in eiſque aſſueuerunt, à vitio abducantur. Nam ſi quamuis omnia adſint, educatio ſcilicet, ſtudium, inſtitutio honeſta, verecundia, obedientia, non prorſus facile eſt, vt virtutis participes euadamus, ſatis nobis eſſe debet D ſi virtutem his omnibus etiã adhibitis adipiſci poſſimus. Si omnia autem deſint, & contraria omnia adeſſe reperiũtur, quod conſilium, quæ ratio ad eam conſequendam ſufficiet?

Fieri autẽ bonos alij natura, alij conſuetudine, alij doctrina exiſtimant. Ac quod ad naturam quidem attinet, in nobis non eſſe manifeſtum eſt, ſed ex quadam diuina cauſa, ijs qui re vera fortunati ſunt. oratio vero & doctrina videndum eſt nunquid non in omnibus vim habeat, ſed opus ſit, vt præcultus auditoris animus ſit ad recte & gaudendum, & odio proſequendum, non ſecus ac terra, quæ ſemen ſit nutritura. non enim audiret orationem dehortatem, ne que intelligeret qui ex perturbatione viuit. E qui autem ita affectus eſt, diſſuaderi qui poteſt? non enim omnino orationi, ſed vi cedere perturbatio videtur.

Diſcere ſanè naturas virtutum ſocietateſque & differentias earum diſcernere, eas item aſſuetudine comparare, in nobis ſitum eſt, noſtræque eſt voluntatis & electionis, vt autem natura ſimus temperantes, iuſti, prudentes, id non noſtrum, ſed Dei donum pulcherrimum & præſtantiſſimum eſt. Quod ad naturam igitur attinet, ex diuina cauſa, Deique dono exiſtit, non ex nobis: nos ipſos autem ita aſſuefacere, vt quibus oporteat & lætemur & doleamus, noſtrum id eſt, poteſtque huiuſmodi aſſuetudo bonos nos reddere. at oratio & doctrina non in omnibus, vt dictum eſt, vim habet, ſed in ijs tantummodo qui præculti iam moribus id eſt ex honeſta educatione præparati iam ſunt. debemus enim nos ad ſuſcipienda ea quæ dicuntur, præparare, non ſecus, ac terram, quæ ſi præculta fuerit, fructum fert: ſin minus, & ſpinas producit, & iniectum fru-

menti ſemen corrumpit ac perdit. ſic animus noſter niſi prius curatus fuerit, ſalſaque opinione expurgatus veritatem vel nullo modo admittet, vel ſi modo id aliquando contingat, fruſtra admittet. non enim prauus orationi ſed violentiæ ac neceſſitati cedit.

Oportet igitur mores prius uirtuti eſſe accommodatos, vt & honeſtatem diligant; & abhorreant turpitudinem, Vt autem a pueritia quis inſtitutione recta ad uirtutem inſtruatur, difficile eſt: niſi ſub talibus legibus fuerit educatus: nam temperanter, toleranterque uiuere pleriſque & præſertim adoleſcentibus iucundum non eſt. quocirca eſt opus vt & educatio & ſtudia conſtituta legibus ſint: ita enim fiet, ut conſuetudine tractata moleſta eſſe deſinant.

Vide quo modo hic ea, quæ ſuperius dixi, nunc ſignificare videatur: ſibi videlicet opus eſſe, vt de rebus publicis diſputationem tradat ac legibus, ſecundum quas degentes ciues boni effici poſſint. Oportet inquit, mores prius virtuti eſſe accommodatos, ideſt idoneos ad ſuſcipiendas diſputationes de virtute, easque conſeruandas, ita vt quaſi præculta quędam terra, fructum multum proferat. mores autem ex bona inſtitutione tales reddentur. at recte inſtitui difficile eſt, niſi quis ſub legib. recte poſitis, huiuſmodiq; republica educatus fuerit. temperanter ſiquidem viuere voluptatibusque non ſuccumbere, quibus non decet, pleriſque & pręſertim adoleſcentibus & iuuenibus iucundum non eſt. immo ſi fruſtrentur voluptatibus, dolent. iccirco opus eſt vt leges inſtituantur quæ educationem eiuſmodi ſtatim à pueritia pręcipiant qua mores hominum ita formentur & componantur, vt & honeſtis gaudeant, & ſi prauas voluptates non conſequantur, non ægre ferant. Quòd ſi hoc faciendum eſt de publicis rebus, & legibus tradere eſt neceſſe. nam ita fiet, vt ſi à legibus & magiſtratibus coacti & cohibiti adoleſcẽtes honeſta agant toleranterque ſe gerant & reſiſtant voluptatibus, atq; ita ſeſe his aſſueſecerint: nulla poſtea moleſtia, nulloque dolore afficiantur: nihil enim conſuetum moleſtum eſt.

Non ſatis tamen fortaſſe eſt, ſi quando adoleſcentes ſunt homines educationem rectam & curam conſequantur: ſed cum in viros quoque adulti debeant ipſa hęc exercere: atque aſſueſcere: ad hæc etiam, & omnino ad omnem uitam opus legibus eſt. plerique enim neceſſitati potius quam rationi: & mulctis quam honeſtati obediunt.

Quod inquit huiuſmodi eſt: non illis tantummodo legibus opus eſt, quæ de puerorum educatione pręcipiunt: ſed iis quoque quę quid agendum quoque modo vita traducenda viris ſit, ſtatuunt: quippe cum perſpicuum ſit, alia eſſe ſtudia quę pueris, alia quę viris, alia quę ſenibus conueniant. quocirca huiuſmodi quoque leges neceſſariæ ſunt, & quę eos qui in viros iam euaſerunt, moderentur, & quæ toti vitę traducendę rationem præſcribant. plerique enim è vulgo ita ſunt affecti, vt neceſſitati magis & pœnis, quam rationi & honeſtati pareant. Quocirca legibus iis eſt opus, quę pęnis propoſitis ad bene agendum, à maleficiisque deſiſtendum homines inducant & cogant.

Quapropter ſunt, qui legiſlatores cenſeãt inuitare ad virtutẽ ac prouocare homines honeſtatis cauſa debere; eo quod probi ex conſuetudine præcipue obtẽperaturi ſint; illis uero qui non parent, ſuntque natura inertiores, caſtigationes & pœnas irrogare: qui autem inſanabiles ſunt prorſus exterminare. probum enim & qui ad honeſtatem uiuit, rationi eſſe obediturum: prauum autem voluptatem appetentem non ſecus ac iumẽtũ dolore puniri. unde etiã tales dolores exhiberi oportere inquiunt, qui uoluptatibus quę amantur, maxime aduerſentur.

Quia plerique, inquit, ſi caſtigentur & mulctentur obediunt: quibuſdam placet, vt legulatores leges ſuas ita ſcribant: Hęc ciues honeſtatis cauſa, vt probi, ſcilicet euadant

A agere iubemus: quod ſi non pareant, puniantur, ob hanc inobedientiam hac pœna, ob illam hac afficiantur. ſiquis autem caſtigatus & mulctatus inſanabilis permanſerit: in exilio damnetur. Flagellandi vero inquiunt, praui ſunt non ſecus atque aſini, hos enim ὑποζύγια, i. iumenta appellat. nam quem oratio nõ corrigit, corrigat flagellum. Praui item doloribus iis afficiẽdi ſunt, qui voluptatibus, quas amant, aduerſantur: quippe cum contraria contrariorum ſint medicamenta, vt ſi quis contumeliam inferre gaudeat nõ eſt aliter puniẽdus, quã vt cõtumelia vti prohibeat: ſimili modo ebrietati deditus à vino arcendus, abſtrahendusque eſt, eoque dolore caſtigandus.

Quod ſi, quemadmodum dictum eſt, eum qui bonus B *futurus eſt, honeſte educatum eſſe, atque aſſuetum oportet: deinde ita in honeſtis ſtudijs uiuere, & neque inuitum neque ſponte praua agere: id autem fieret, ſi ex intellectu quodam & recto ordine uim habente uita traduceretur: paterna quidem iuſſio neque uim, neque neceſſitatem habet: neque omnino uiri vnius, niſi rex, aut talis aliquis ſit: at lex, cum ex prudentia quadam & mente profecta oratio ſit cogendi uim habet.*

Hæc quoque eo ſpectant, vt leges inſtituendas eſſe oſtendat quæ morigeros ad virtutem inuitent, ea prouocent: duros ac renitentes & à prauis abſtinere & honeſta ſectari homines cogant. orationis autem iis contextus eo vſque dependet, vbi ait at lex cogendi vim habet cętera interiecta ſunt. quo tam de pue- C rorum, quam de reliquorum omnium inſtitutione leges ponendas eſſe colligatur. Eſt vero quod inquit, huiuſmodi: quoniam humanæ ac ciuilis ſapientiæ ſupremus finis eſt, vt boni ciues efficiantur, & feliciter viuant: id autem ex eo fit, ſi educati atque inſtituti honeſte ita fuerint, vt neque ſponte neque inuiti praui quippiam agant: inuiti enim agunt, cum a prauis aliquibus ſodalibus ſeducti ad mala perpetranda delabuntur. At bene ita educari ijs contingit, qui ex intellectu vitam traducũt opus igitur intellectu nobis eſt, vt eius conſilijs & mandatis obtemperantes degere optime, atque honeſtiſſime valeamus. Sciendum autem eſt, Ariſtotelem vnumquemq; qui, vel arte vel prudentia vel peritia, vel prænotione, vel inuentione honeſtarum atque vtilium rerum excellit, in- D tellectum appellare conſueuiſſe. intellectu igitur, vt boni efficiamur, opus nobis eſt, ſed paternus intellectus, id eſt pater vniuſcuiuſque, niſi prauus admodum ſit, atque de grege porcus, præcipere quidem honeſta poteſt; & bene educatos filios ad uirtutem capeſſendam inducere; prauis tamen morihus aſſuetos corrigere non poteſt: neque neceſſitatem & violentiam, ſicut lex, in ſe habet: naturalis enim amor quo filium proſequitur, naturaque inſita indulgentia, facit ut uti vi erga filium nequeat. Sed quid de patre loquimur? Omnino enim atque in vniuerſum nemo eſt, qui vnus cogere totius ciuitatis omnes filios poſ- E ſit. niſi rex, aut tyrannus aliquis ſit, qui cum maxima potentia excellant, efficere id queunt. quoniam tamen non omnes ciuitates à regibus, aut tyrannis gubernantur; neceſſariæ leges ſunt, quæ cum à prudentia & intellectu proficiſcantur, cogendi vim habent. Prudentiam autem & intellectum pro eodem hic poſuit, propterea, quòd ex longa experientia tam prudentia comparatur, quam intellectus, qui in agendis verſatur. nam vbi quoque de prudentia diſſeruit, peritorum ac ſenum orationes admitti quaſi principia oportere dixit, quippe cum viſum ex ipſa experientia habeant, viſum atque oculum uocans prudentiam; ex qua proſpicere, ac prouidere quod utile eſt, poſſunt. Obediunt igitur legibus homines eo quod credunt legumlatores ex prudentia, ideſt ex viſu atque oculo, qui honeſta atque utilia prænoſcere potuerit, eas condidiſſe.

Atque homines quidem qui appetitionibus aduerſantur, etiam ſi recte id faciunt, plerique odio proſequuntur: at lex cum probitatem iubet, odio non eſt.

Dixit

Dixit vnius hominis iuſſionem neque violentiam, neque neceſſitatem afferre poſſe, quaſi videlicet multi præſtare id poſſint, hoc eſt ad meliores operationes perſuaſione inducere. nam proprie cogere eſt rationibus, non flagellis, varijſque supplicijs perſuadere, qui enim puniuntur, varijſque tormentis caſtigantur, magis reſiſtunt ac renituntur, quam cedunt. adde quod nemo qui inuitus, & moleſte agit quippiam, id recte agit, vt qui per vim recte agit, ne efficei quidem bonus vnquam poſſit. cui autem & virtutem eſſe ſectandam, ex virtuteque agendum, & fugienda vitia oratione fuerit perſuaſum, is & ſponte agit honeſta, & cum agit, bonus eſt. Sed ſit tamen, vt aduerſantes appetitionibus prauis, prohibentesque ad ea quę ſibi iucunda ſunt, ferri, plerique odio proſequantur, quia qui male educati ſunt, & ex praua educatione mala eſſe bona opinantur, inuidia & odio, non beneuolentia & amore prohiberi ſe exiſtimant, nemo enim qui amat, eum quem amat, à bonis fruendis prohibet atque arcet. quo circa impedientes ac retrahentes ab incitatione qua ad prauas voluptates feruntur, perinde atque inuidos odere. at lex moleſta ipſis atque odioſa minime eſt contrariam ob cauſam, quippe cum legem iubere eis ita agere, neque ex inuidia, neque ex odio ſuſpicari vllo modo queant. nam quo pacto id poteſt, cum quingentis annis ante ſi ita contingat, quam ipſi illi naſcerentur, inſtituta ſit? Ita enim naturali quadam ratione ſecum vtuntur, ac dicunt. legiſlator aut inuidia & odio nos proſequens hęc ſanxit, aut vtilitati noſtræ & commodo conſulens, inuidia ſanè nos & odio non eſt proſequutus, qui enim id poteſt, cum nondum nati eſſemus, neque ipſe futuros nos eſſe cognorit? reſtat igitur, vt tum eorum qui tunc erant, tum cæterorum omnium qui erant ſucceſſuri, vtilitatem procurans, leges has condiderit. Atque hac de cauſa lex moleſta atque odioſa minime eſt.

In ſola vero Lacedęmoniorum ciuitate cum paucis educationis & ſtudiorum habuiſſe curam legiſlator videtur: in plerisque alijs neglecta hęc fuerunt: viuitque vnusquisque ſicut vult, Cyclopum more, filijs dans iura ſuis & vxori.

Si, inquit, in ciuitatibus poſitæ eſſent leges, quæ ſtatuerent quo modo habenda cura eſſet, vt pueri ex educatione bona, honeſtique euaderent, atque hæ leges recte eſſent inſtitutæ, & non vel omnino, vel quadam ex parte peccarent, nihil amplius à me nunc eſſet inquirendum; ſed illis ſtandum, & acquieſcendum. Quoniam vero in ſola Lacedæmoniorum republica, alijsque nonnullis paucis ciuitatibus, hæ autem quænam ſint, in tertio & quarto rerum publicarum libro explicabit, legiſlator tradit, quæ pueris cura adhibenda ſit, hoc eſt qua pueri educatione inſtituantur, in reliquis vero neglecta hæc tota pars eſt, quemadmodum in hac magni Conſtantini vrbe, viuitque vnuſquiſque vt vult, ſuosque pro libidine liberos educat, nullam legum rationem ſequutus, non ſecus atque apud Homerum Cyclopes, quibus erat pro lege voluntas, iura dans ideſt regens & gubernans familiam ſuam.

De cyclopibus enim Homerus in Vlyſſea ita inquit:
Hi neque concilijs vllis, neque iure reguntur
Antra per & ſyluas, ſed vitam in montibus altis
Agreſtem ducunt, & natis quiſque, ſuæque
Dat iura vxori, nec commoda mutua curat.

Quoniam igitur res ita ſeſe habet: differendum de his à nobis eſt, ac de rebus publicis ſcribendum. Nam Lacedęmoniorum & Cretenſium & aliorum ciuitates, vt in rebus publicis oſtendet, omnes peccant, legesque quæ apud has inſtitutæ ſunt, non parua indigere emendatione videntur.

Præſtantiſſimum quidem eſt, vt curam publicam & rectam habeamus, atque id facere poſſimus: ſi tamen publice id negligatur, conuenire vnicuique videtur, vt liberis ſuis & amicis ad virtutem conducat, vel conducere ſaltem proponat.

Optimum, inquit, eſt, vt leges recte inſtituantur, quæ publice curam filiorum habeant. ſi tamen publica hæc cura neglecta fuerit, vel quia leges huiuſmodi poſitæ non ſint, vel quia licet ſint poſitæ, incuria principum ciuitatis contemnantur, debet vnuſquiſque diligentiam & ſtudium adhibere, vt liberi ſui & amici probi efficiantur. id enim ſignificat ad virtutem conducere, conducit enim ad virtutem atque adiuuat, qui honeſta & bona ante oculos ponit, docetque hoc ob hanc atque hanc cauſam damnoſum eſſe & lædere, illud vtile ob hoc ſimili modo, atq; hoc, etiam ſi nõ videatur. ille item conducit atque adiuuat, qui non habenti ea commodat, quibus ad virtutem & moralem rationalem comparãdam quiſpiam indiget. Oportet igitur cooperari atque adiuuare, ſin minus id præſtari poteſt, proponere ſaltem ac velle opem ferre atque adiuuare debemus, ſi aliquando nobis facultas concedetur.

Maxime autem id poſſe facere videretur ex ijs quæ dicta ſunt, is qui ad leges ferendas idoneus euaſerit, per leges enim videlicet curæ publicæ, atque honeſtæ per honeſtas fieri conſueuerunt.

Idoneum ad ferendas leges eum vocat, qui mentem ex rationibus & experientia ita inſtructam habet, vt honeſta, & iuſta, & vtilia tam vniuerſæ ciuitati, quam ſingulis prouidere optime poſſit. Inquit autem, ex ijs quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, ſi quis intelligat videlicet ea quæ iam diximus, eum poſſe liberis ſuis conſulere, qui idoneus ad legum lationem ſit. Vel ex ijs quæ dicta ſunt, eum qui ad ferendas leges eſt idoneus, cognoſcere poſſe, quales leges de publica puerorum educatione, quales ad totam vitam accommodatæ inſtituendæ ſint, quæ item ad priuatam cuiuſque, quæ ad publicam omnium ciuium tam virorum, quam fœminarum ſpectent. Alias enim eſſe leges quæ à populo adminiſtratæ ciuitati, alias quæ optimatum rei publicæ, alias quæ cenſipotentiæ, alias quæ regno conueniant, quæque ſingulæ ex his ſint in libris rerum publicarum declarabit. Nam illud quoq; obſcurum non eſt, ex bonis legibus bonos, ex prauis prauos effici qui ad earum præcepta vitam inſtituunt ſuam. quæ autem leges bonæ, quæ prauæ ſint, poſſe diſcernere eius hominis eſt qui ad leges ferendas idoneus ſit. ſicut medici, vt morboſa à ſalubribus ſciat dignoſcere.

Scriptæ ne ſint an non ſcriptæ, intereſſe nihil videtur: neque vnus ne an multi per eas inſtituantur. quemadmodum neque in muſica, & exercitatoria, cæteriſque alijs ſtudijs.

Vt boni vel praui ciues euadant, multum conferunt leges; ſcriptæ vero illæ ſint nec ne, nihil refert. actionum enim vis in probitate vel vitio conſiſtit, non in eo quod ſcripta ſint, vel non ſcripta, ea quæ agi aut non agi debent. non ſcriptæ autem leges communes hominum conſuetudines ac mores appellantur. cum igitur multum ad ciues bonos reddendos legum rectitudo & probitas valeat, id ſpectare oportet, vt hæ rectæ, peccatiſque omnibus vacantes inſtituantur. Vtrum autem lex quę vnum efficit bonum, multos etiam huiuſmodi poſſit efficere, aut quę multis eſt vtilis, vni quoque idem præſtare valeat, illud vero nihil refert conſiderare. ſi enim recta ſit, nulloque errore inuoluta, idem quod cæteræ artes & ſcientiæ, efficiet. nam ſicut in illis fit, vt artifex qui vnum poteſt docere & vel muſicum, vel medicum reddere, multos etiam ſimili modo huiuſmodi reddet, & qui multos poteſt, vnum quoque illis artibus inſtruere ſine controuerſia poterit, ſic lex quæ vnum ad probitatem inducit, eadẽ

multos, & quæ multos, eadem vnum quoque valebit inducere. A

Sicut enim in ciuitatibus legum inſtituta & mores: ſic in domibus paternæ orationes, & mores valent. quin ob cognationem & beneficia etiam magis. quippe cum affecti erga parentes iandudum, atque obtemperantes natura ſint.

Quærendum videtur, quo modo cum paulo ſuperius nihil poſſe paternas iuſſiones dixerit, nunc eandem vim quam leges habere eas aſſerat. dicendumque eſt ſuperius de pleriſque & praue vitam traducentibus intellexiſſe, nunc de ijs qui bene inſtituti ſunt, vel ſuperius non dixiſſe nihil prorſus poſſe paternam iuſſionem, B ſed vim non habere, quæ videlicet neceſſitatem, & violentiam inſerat. nemo enim eſt ob natura inſitum amorem qui in filium ſuum violentia vtatur, caſtigareque eum ac punire, ſicut lex, patiatur, ſed multo leuiores omnes filijs ſuis pœnas irrogant. neque contrà quiſpiam patrem perinde ac legem formidat, & timet. Quare paterna præceptio licet aliquid poſſit, non eam tamen vim habet, quam lex. Aduertendum autem eſt Ariſtotelem his verbis nos monere, vt non omnia quæ ad filiorum educationem ſpectant, publicæ liberorum curæ committamus, ſed nos quoq; ipſi ei rei incũbamus, vt noſtra diſciplina filij noſtri apti atque idonei ad ſuſcipiendas publicas inſtitutiones efficiantur. Sicut igitur in ciuitatibus valent leges & conſuetudines, ita in domo paterni ſermones & mores ad honeſtatis acquiſitionem C conducunt. erubeſcit enim filius ſi patri præſertim probo, & boneſta agenti non obtemperet, atque id ob cognationem & beneficia. quippe cum beneficium omnes vereantur. nemo ſiquidem eſt, qui beneficio affectus benemeritum de ſe ſuſpicaretur aut inuidia aut odio inductum auocare & retrahere ab ijs quæ ſibi bona & iucunda eſſe viderẽtur. ſed obedimus omnes & icognatis & bene meritis, vtpote qui nos amore proſequantur. at maxime omnium cognatus nobis eſt pater, quin etiam beneficus maxime. quod enim omnium bonorum maximum eſt ideſt vt ſimus, à parentibus habemus,

Adde quod priuatæ educationes à publicis differunt: non ſecus atque in medicina. cum enim vniuerſaliter febricitanti inedia, & quies conferat: alicui tamen forſe D non ita conducit. & pugillandi artifex non omnibus forſaſſe eandem pugnam imponit.

His etiam monere parentes videtur, ne publica legum diligentia contenti ſint: ſed ipſi quoque priuatam filiorum ſuorum curam habeant. Eſtque horum verborum ſenſus huiuſmodi: debent parentes legis defectum ſupplere, eoquòd lex vniuerſalia complectitur: actiones vero in particularibus verſantur, quæ multam præſtantiam in ſe habent. ſicut enim in medicina non ſemper vniuerſalia ſequi conſueuerunt, ſed aliquando id negligitur, & alia ratio vniuerſalis loquitur, alia medicus quodam caſu facit, ſic neque legis mandatum ſemper omnino fieri debet. cum enim lex quædam iubeat, vt ſi peregrinus cum vrbem obſident hoſtes, E murum aſcenderit, morte mulctetur: peregrinum qui aſcenderit & fortiter ſe gerendo vrbem defenderit, interficiet nemò. cum item lex præcipiat puniendum eſſe eum qui furetur, nemo pœna afficiendum eſſe eum cenſebit, niſi inſaniat, qui maxima neceſſitate, extremaque inopia inductus id fecerit: cum neque locare operam ſuam poſſet, neque vllius miſericordia iuuaretur. medicinæ quoque vniuerſalis ratio vnicuique ex putredine humorum febricitanti ieiunium & quietem conferre aſſerit: cum tamen aliquis interdum reperiatur, cui id non conducat. Quid mirum igitur, ſi cum lex dicat probos omnes ita educandos eſſe atque inſtituendos: aliqui inueniantur qui eiuſmodi inſtitutionem non admittant? exercitationesque eas militares verbi cauſa non ferant, quibus vti Lacedæmonios memoriæ proditum eſt: vt nudi ſtrictis gladiis ſeſe mutuo impetant, quare his militarem eiuſmodi diſciplinam adhibere nemo debet, ſed omiſſa communi lege, publicaque diligentia ad eam inſtitutionem deueniendum eſt, quæ cuiusque naturæ conuenit, atque eſt accommodata. ad hanc autem deuenire nemo aptius poteſt, quàm qui naturam cuiuſque cognoſcit. pater vero bonus filiorum ingenia ſatis explorata habet, ſatiſque perſpicit quæ aſſequi poſsint, quibusque diſciplinis & ſtudijs apti, aut inepti natura ſint: & quatenus etiam inepti. vt ſi puer triginta Homericos verſus & non amplius memoriter queat pronunciare: eum ſupra triginta id facere ne cogat: & ſi quinquaginta, non amplius quàm quinquaginta ab eo requirat. Differunt igitur priuatæ inſtitutiones à publicis: opusque eſt, vt non ſolum quod vniuerſale eſt, cognoſcamus, quid omnibus videlicet pueris conducat, quaque omnes pueri diſciplina imbuendi ſint, ſed quid etiam naturæ cuiuſque conueniat, aduertamus: atque ad id eum, qui publica atque vniuerſali legum præceptione inſtitui nequit, priuata inſtitutione deducamus. Id quod quis melius quàm pater efficere poſsit, non video. Quin etiam non omnia ex vniuerſali præcepto inſtitui debere, pugillandi artifices declarant, qui non omnibus pugilibus eandem pugnam imponunt, & mandant, ſed huic maiorem & grauiorem nec non diuturniorem, illi minorem & breuiorem, pro cuiuſque ingenio, atque habilitate, committit.

Videnturque magis exacte abſolui ſingula ſi priuata cura adhibeatur. magis enim quod accommodatum ſibi eſt, vnuſquiſque conſequitur.

Singula, inquit, ideſt ſinguli, & vnuſquiſque. vnuſquiſque enim, verbi cauſa, pugil abſolutior reddetur, atque exactior, ſi priuatam curam conſequatur, id eſt ſi conuenientes ſibi pugnas, propriæque naturæ accommodatas exerceat: Nam & exercendi magiſter ſaniorem conſeruabit quempiam, qui pro ratione virium corpus cuiuſque exercet, quàm qui multo vel ampliores vel minores, quàm par ſit, exercitationes faciendas præcipit. Grammaticum item exactiorem reddet, qui quæ poteſt quiſque, ediſcenda, memoriterque pronuncianda præſcribit, quàm qui longe plura aut pauciora quàm conueniat. Meliorem quoque & probiorem efficiet hominem, qui cuique accommodatas operationes ex virtute exercendas committit. At qui in vniuerſum omnibus vel eaſdem pugnas imponit, vel eaſdem exercitationes mandat, vel eadem ediſcenda proponit, is nullo pacto omnes aut pugiles, aut ſanos, aut grammaticos efficere abſolutos poterit. Neque illud hic inquit Ariſtoteles, tam ingenioſos quàm tardos, ſi perinde, vt cuiuſque naturæ conuenit, vtrique didicerint, æque exactos grammaticos, ſi de grammaticis intelligamus, æqualiſque in tempore vtroſque euaſuros. perſpicuum enim eſt, ingeniosiores quo citius, eo etiam exactius finem ſuum eſſe conſequuturos. ſed quod inquit, huiuſmodi eſt: eum qui natura eſt ineptus, ſi pro ingenii ratione conuenienter erudiatur, ad abſolutionem & perfectionem tantam eſſe peruenturum, quantam capere natura ipſius poteſt, ſi vero curam ſibi congruam non nanciſcatur, conſequuturum perfectionem eum non eſſe. Cuiuſque igitur natura cognoſcenda, eique accommodata diligentia adhibenda eſt.

Sed curam optimã adhiberet quidem † ſingulis rebus & medicus & exercitationis magiſter, & vnuſquiſque alius qui vniuerſale cognoſceret, quid omnibus aut talibus conducat: communium enim rerum ſcientia & dicuntur,

&

& ſunt: nihil tamen fortaſſe vetat, quo minus vnius alicuius rei licet ſcientia praditus non ſit, curam habere quiſpiam poſſit: qui modo quæ in vnaquaque accidant, experientia diligenter obſeruarit. quemadmodum etiam medici nonnulli optimi eſſe ſibiipſis videntur, qui alteri ferre opem nullam queunt. nec minus forſitan ei qui artifex & contemplatiuus effici vult, ad vniuerſale videtur eſſe procedendum, atque id quo modo fieri poſſit, cognoſcendum. de hoc enim ſcientias eſſe dictum iam eſt.

Duplex lectio hoc loco habetur, τοῦ καθ᾽ ἕκαστα videlicet ideſt ſingulis rebus, & τοῦ καθόλου, ideſt vniuerſalibus. Si priorem ſequamur, talis ſenſus euadet: cum dixerit magis abſolui ſingula ſi priuata cura adhibeatur, ſubiungit maxime curam habere ſingularum rerum eum poſſe qui vniuerſale cognorit, quippe cum ex vniuerſali quod particulare eſt cognoſci maxime poſsit. qui enim ſcit quid omni calidæ & ſiccæ naturæ conducat, idem quid particulari conſerat, facile cognoſcet. quique quodnam omni puerili ætati accommodatum ſtudium ſit, perſpexerit quid ſingulis pueris conueniat, non ignorabit. Nam ſcientias communes res docere atque vniuerſales, omnibus perſpicuum eſt qui eas pertractant. medicina enim docet non quid Socrati, ſed quid omni tali temperaturæ, qualem habet Socrates, ſalubre ſit, non quid Parmenidi, ſed quid omni ſeni conducat. qui igitur vniuerſale cognoſcit, particularis curam habere optime poteſt. Nihil tamen prohibet quin aliquis qui vniuerſale ignoret, vnius alicuius naturam experientia ita exploratam habeat, vt quæ ei proſint, quæ item noceant, optime calleat. quemadmodum nonnulli ſunt, qui cum quæ ſalubria ſibi ſint, experimento didicerint, magis quam medici ſibi prodeſſe videantur. Quocirca pater quoque cum experimento perſpexerit quæ exercitationes filio ſuo conducant, maiorem quam exercendi magiſter curam habere eius poterit. is tamen eo differt ab illo qui vniuerſale ſcit, quòd qui vniuerſale cognoſcit, multos ſanare, atque exercere recte poteſt, hic illi ſoli prodeſt, cui & nonnulla vtilia, & nonnulla noxia eſſe experientia percepit. Sic in puerorum quoque educatione fit, qui vniuerſale cognoſcit ideſt legem multos inſtituere, qui vnum tantum callet, vni tantum adhibere ſtudium poteſt, quippe cum expertus iam ſit, quæ amet ille, & quæ oderit, quibus obtemperet, & quibus renitatur, quibus demum verbis aut rebus ad honeſta ſententia ſi καθ᾽ ἕκαστα legamus. ſi autem καθόλου ideſt vniuerſalibus, exponendum erit hoc modo, qui vniuerſale cognouerit de pueris, & viris, omnibusque reliquis ciuibus, optime is omnibus in vniuerſum proſpicere, omniumque generaliter curam habere poterit. quare oportet eum qui contemplator & artifex fieri vult, ad uniuerſale ideſt ad rationes quæ vniuerſalia docent, accedere cuiuſmodi ea eſt, quæ omni febricitanti tale quid conducere ſtatuit. ad has igitur vniuerſales rationes, & ad leges accedendum ei eſt, qui curam habere totius ciuitatis vult, atque ita cognoſcendum quodlibet ut fieri poteſt, ut uidelicet non ſemper ſicut illæ præcipiunt, propterea quòd ſubiectæ res non ſemper eodem modo permanent, ſed plerunque agendum eſſe cenſeamus.

Ac fortaſſe ei qui vult ſiue multos, ſiue paucos diligentia ac ſtudio meliores reddere, vt ad legiſlationem idoneus euadat, enitendum eſt: ſi legibus boni effici poſſumus. quamcunque enim & prius latam recte diſponere cuiuslibet non eſt: ſed ſi modo cuiuſpiam, eſt ſcientis. ſicut in equeſtri arte, & reliquis, quarum cura aliqua & prudentia eſt.

Sicut grammaticus, & pugil, & medicus tam multos quam paucos poteſt grammaticos, & pugiles & ſanos efficere, ſic ciues bonos & multos & paucos poteſt reddere qui uniuerſale, hoc eſt leges recte inſtitutas cognouerit

A quare qui bonos ciues uult efficere, is eniti debet, ut ad leges ferendas idoneus ſit. Eſt autem ad leges ferendas idoneus, ideſt νομοθετικὸς quaſi dicas legiſlatorius, qui leges rectas, nulliſque erroribus carentes inſtituere poteſt nam eum qui huiuſmodi fuerit, leges iam poſitas quæ bonæ & malæ ſint, facile poſſe diſcernere, perſpicuum eſt. non enim eſt cuiuſlibet diſponere, ideſt dijudicare recte ne an male lex hæc, aut illa conſtituta ſit, ſed ſcientis. Scientem uocat ciuilem ſapientem, qui humana ſapientia prędiius eſt. is autem eſt, quemadmodum in rebus publicis dicet, ille qui quot genera rerum publicarum ſint, optime perſpicit, quidque in ipſis rectum quid peccans reperiatur, quę ipſarum optima ſit, quę item res ſalutem ſingulis, quę perniciem afferant, tum
B qualis in qualem corrupta abire conſueuerit, verum videlicet populi gubernatio, ſi corrumpatur, in optimatum adminiſtrationem pertranſeat, an in eam quæ cenſu regitur. qui hæc ſanè cognoſcit, ciuilis ſapiens eſt, atque idem ad legum lationem idoneus, quippe cum ciuilis facultatis lagiſlatrix pars ſit. Sicut igitur qui equeſtri arte eſt præditus, cura & ſtudio equos bonos efficere poteſt: ita bonos ciues reddere valet qui ad leges ferendas idoneus eſt.

Poſt hęc igitur conſiderandum, vnde aut quo modo ad leges ferendas fieri idoneus quiſpiam poſſit? an ſicut in cæteris fit, ex ciuilibus?

Aſſerendo, non inquirendo inquit, poſt hæc igitur,
C græce enim [illegible] cum acuto accẽtu legitur, quod aſſertioni eſt accommodatum, ſicut cum circunflectitur [illegible] interrogationem, & inquiſitionem ſignificat. Inquit autem, quoniam legum ferendarum periti hominis eſt bonos & honeſtos ciues reddere, videndum eſt quibus magiſtris vſi euadere ad legum lationem idonei poſsimus aut quo modo, ideſt quibus ſtudijs, & exercitationibus aſſequi eam facultatem valeamus. & ſtatim ſubiungit, ſicut in cæteris artibus fit, ita in legislatrice hac euenire ſolere. quemadmodum enim grammatici & medici & muſici à ſcientibus edocti efficimur, ſic legum lationi apti ex ciuilibus, ideſt à rerum ciuilium peritis inſtructi euadimus.

An non ſimile quid in ciuili & reliquis ſcientijs & facul-
D *tatibus apparet? quippe cum in cæteris vdem facultates tradant qui ex eis operantur: vt medici, & pictores. ciuiles autem res rhetores docere profitentur: eum tamen nemo ex ipſis eas agat, ſed illi tantum qui rempublicam gerũt qui quidem facultate quadam potius & experientia, quam intellectione id agunt.*

Facultates, ideſt δυνάμεις artes eas vocabant veteres, quæ contraria confirmare & labefactare aggrederentur, atque vtranque partem pertractarent, cuiuſmodi rhetorica, & dialectica eſt. ſcientias vero eas, quibus vna certa res ſubiecta eſſet, qualis eſt arithmetica, geometria, naturalis diſciplina. Hoc autem non ex ſententia ſua hic inquit Ariſtoteles, cum in rerum publicarum libris leges condere ciuilis hominis eſſe affirmet, ſed rhetoras
E & declamatores qui ſophiſtæ appellabantur, irridens ac carpens, qui cum prorſus quid eſſet ars ciuilis, ignorarent, ſe ciuiles nuncupabant, ciuileſque res ſe docturos eſſe impudenter profitebantur. Intelligenda igitur hæc ſunt, quæ ab Ariſtotele hic dicuntur, perinde ac ſi ita dicat, ſi veritatem ipſam, rerumque ipſarum naturam ſequi velimus, nullius alterius quàm ciuilis hominis legum lationem eſſe cenſebimus, ſi vero ad rhetoras & ſophiſtas ſpectemus, qui cum non ſint ciuilium rerum periti, ſed ciuium aſſentatores, & applauſores, ſe ciuiles eſſe profitentur, & prædicant, reddere ad leges ferendas idoneum quempiam non eſſe ciuilis hominis exiſtimabimus. quod tamen falſum eſt. qui enim non ſunt ciuiles, ij neque le

gum lationi ſunt accommodati, qui vero legum lationi
apti ipſi non ſunt, neq; efficere huiuſmodi alios poſſunt.
rhetores igitur cum non ſint ciuiles, nullos ad ferendas
leges idoneos reddere vnquam poterunt. Id quod ex ſci
entiis & facultatibus comprobat. qui enim ſcit, ſimul
& docet eam artem quam nouit, & ex ea operatur. nam
pictor non ſolum pingere alios docet, ſed etiam ipſe pin
git, & orator non ſolum componendarum orationum
aliis artem tradit, ſed ipſe quoque componit: medicus
item & alios medicos efficit, & ipſe curando & ſanando
medici officio fungitur. & demum omnes qui arte ali-
qua præditi ſunt, ſimul & eam docent, & ex ea operan
tur. res autem ciuiles profitentur quidem rhetores & de
clamatores, ſed nullo modo tamen agunt, ignorant igi
tur. ſi enim ſcirent eas, proculdubio etiam agerent.
agunt autem eas illi qui nunc ad rempublicam admini
ſtrandam acceſſerunt, cuiuſmodi erant Demoſthenes, &
Aeſchines. ſed ne iſti quidem ſcientes quæ eſſet ciuilis ars,
ſed facultate quadam & experientia.i.vſu atque exercita-
tione abſque ratione potius quam intellectione & arte ali
qua ciuili id agebant.

*Nam neque ſcribere neque dicere de huiuſmodi rebus con
ſpiciuntur: cum tamen fortaſſe id præclarius fuerit, quàm iu-
diciales & deliberatiuas orationes conficere.*

Cum dixerit eos qui nunc gerunt rempublicam, ciui-
les res agere, non eo quod ciuilem ſcientiam habeant, ſed
ex peritia quadam atque vſu: huiuſce rei confirmatio-
nem ſubiungit, cum eos neque dicere neque ſcribere quic
quam de huiuſmodi ideſt ciuilibus rebus, inquit. nam ſi
ciuilia ea ſunt, quæ vere ſunt honeſta, & vere iuſta, &
vtilia: hæc autem ex virtute aguntur, qui vero nunc rem-
publicam adminiſtrant, cum eorum quæ vere honeſta,
& iuſta, & vtilia ſunt, naturam ignorent, vt Plato in Gor-
gia oſtendit, quo modo de ipſis his vel loqui, vel ſcribe
re quicquam poſſunt? & tamen, inquit, præclarius fuiſ-
ſet ipſa hæc cognoſcere quam orationes vel iudiciales, vel
deliberatiuas ideſt conſulatorias ſcribere.

*Neq; ciuiles vel filios ſuos, vel aliquos alios reddere ami
cos videntur: id quod fuerat ſanè conſentaneum, ſi modo po-
tuiſſent. neq; enim ciuitatibus melius quicquam reliquiſſent
neque vel ſibi vel cariſſimis quibuſque adeſſe quicquam quā
huiuſmodi facultatem maluiſſent.*

Ignorantiam rerum ciuilium in iis qui rempublicam
adminiſtrant, ex eo etiam declarat, quòd nullum vel
filium ſuum, vel amicum hanc artem huiuſmodi ho-
mines docuerint, id quod eos ſcientiam hanc ignora-
re euidentiſſimum ſignum eſt, quippe cum nullum ma-
ius bonum ciuitatibus quam vel filium, vel amicum ci-
uilium rerum peritum relinquere valerent. Si enim ſci-
rent, filios & amicos docerent, non docent autem, er-
go ignorant.

*Non parum tamen conferre experientia uidetur: nō enim
ex ciuili conſuetudine magis ciuiles redderentur. vnde etiā
ſit, vt qui de ciuili facultate cognoſcere appetunt, iis opus
inſuper experientia ſit.*

Vt recte omnes publicæ res ab iis qui præſunt admini-
ſtrētur, præcipue quidem in eo cauſa eſt, quòd ciuili ſci-
entia præditi ſunt, experientia tamen multum etiam con-
fert. quemadmodum quoque in medicina, & cæteris
artibus videre licet, quarum finis ſola cognitio non eſt,
ſed opus, quod ratione & actione perficitur. ſi enim ex-
perientia ad ciuiles actiones non conduceret, magis ciui-
les homines ciuili conſuetudine minime efficerentur, at
qui ex ratione & experientia in ciuilibus rebus verſantur,
magis ſunt ciuiles, quam qui ſolam rationem ſequuntur,
quique longiore tempore in ciuilibus ſine etiam ratione
ſunt immorati, maioremque ex diuturniore vſu peritiam

A contraxerunt, ciuiliores ſunt, quam qui ratione quidem
inſtructi, ſed breuiori tempore res ipſas gerendas exper-
ti ſunt, ei igitur qui euadere ciuilis cupit, experientia eſ-
ſe opus conſtat. Quare ſophiſtarum genus cum ne-
que experientia rerum ciuilium præditum ſit, neque
quæ ſit ciuilis ſcientia, cognoſcat, ciuile nullo mo-
do eſt.

*At rhetores ij qui hac profitentur, valde procul abeſſe
ab ea docenda videntur. neque enim omnino qualis nam ea
ſit, & circa quę verſetur, ſciunt. non enim eandem cum
rhetorica, aut peiorem eam eſſe ſtatuerent: neque legum
inſtitutionem facilem eſſe exiſtimarent, cum approbatas
leges collegerit quiſpiam, poſſe inde optimas eligi aſſeren-
B tes: quaſi electio ea perſpicacitate non indigeat, & iudicare
recte maximum non ſit.*

Rempublicam quidem gerentes quę ab experientia in-
uenerunt, ea docere mediocriter poſſunt. at rhetores &
declamatores procul admodum à docendo abſunt: vt
Prodicus, Hippias, Gorgias, & cæteri omnes adoleſcen-
tiæ corruptores, qui ſanè, quid ſit ciuilis facultas, igno-
rant. quod ex eo patet, quòd ciuilem facultatem & rhe-
toricam eſſe idem aſſerunt, aut arithmeticam & mathe-
maticam. neque enim, ſi ſcirent quid eſſet ciuilis, eam
eandem eſſe cum rhetorica dicerent: neque legum latio-
nem facilem eſſe falſo aſſererent. quid enim inquiunt dif
ficultatis habet legum conſtitutio? cum approbatas leges
colligere, atque ex eis optimas ſecernere facile cuicunque
C ſit. Sed erras ô ſophiſta. quæ enim optima ſit lex, quæ ſe-
cundo loco bona, quæ tertio, poſſe dignoſcere atque elige
re multam perſpicacitatem & prudentiam, & vere ciuilem
ſcientiam requirit.

*Non ſecus atque in muſica euenit. periti nanque in ſin-
gulis opera recte iudicant, & quibus, aut quo modo perfi-
ciantur, qua debent: qualia item qualibus conſonent, co-
gnoſcere conſueuerunt. imperitis vero ſatis eſt, ſi bene
ne an male factum opus ſit, eos non lateat: ſicut in
pictura.*

Quemadmodum in muſica non eſt cuiuſque conſonas
modulationes & bonas à malis diſcernere. & in vniuer-
ſum in omnibus qui periti ſunt, peritos autem impro-
D prie hic in vnaquaque re ſcientes & artifices vocat, recte
opera iudicant, & quibus & quomodo perficiatur quodli
bet, cognoſcunt, qui enim eſt medicus, quid ſit ſanitas,
& quibus medicamentis, qualique victu quoque modo
adhibito comparetur, non ignorat. pari ratione qui pi-
ctor eſt, quæ optima imago ſit, quæ recte & quæ praue
efficta, & qua parte vel laudē vel vituperium mereatur,
optime callet, imperitis vero & artis expertibus, cum fa-
cere ipſi opus nullo modo queant, ſatis ſuperque eſt, ſi
recte ne an male opus aliquod factum ſit, dignoſcere va-
leant. Sic qui ciuiles non ſunt, cum minime ſint ad leges
E ſtatuendas idonei, poterunt tamen fortaſſe iudicare quæ
bene & quæ male ſeſe habeant, non quæ optima inter bo-
nas cenſeatur.

*Leges enim ciuilibus operibus ſimiles ſunt. Quo modo
igitur ex his ad legum lationem idoneus euadere, aut opti-
mas quasque iudicare quiſpiam poſſet?*

Lex nihil aliud eſt quam ipſe ille qui legem ſanxit, ſicut
contrà legiſlator, in eo, quòd eſt legiſlator, nihil aliud
quam lex ipſa eſt, iccircò legiſlatorem hic legem appel-
lauit, cum inquit. Quo modo igitur ex his ad legum la-
tionem idoneus euadere quiſpiam poſſet, ſimili modo ip-
ſi illi qui operantur, eſſe opera ſua dicuntur. imago enim
pictor ipſe eſt, non quatenus videlicet eſt homo, ſed qua-
tenus pictor. item opera ipſa ciuilia non aliud ſunt quam
ciuilis ipſe, in eo quòd ciuilium rerum peritia callet.
Quoniam igitur leges operibus ciuilibus ſimiles ſunt, ope
ra ve-

ra vero ipſa ciuilia & ſcientia ciuili & experientia recte efficiuntur, & vere ciuilis ille eſt, qui vtriſque tam ſcientia quam experientia eſt præditus, merito legum lationi idoneus erit, non qui optimas quasque leges conquiſierit & collegerit, etiam ſi id abſque multa cognitione & ſcientia fieri poſſet, ſed qui & experientia, & arte ciuilem facultatem ſibi compararit.

Nam neque ex ſcriptis ad medendum idonei fieri videntur, cum tamen in his non ſolum curationes, ſed quo modo etiam & ſanari queant homines, & curatio adhibenda ſit, vniuſcuiuſque habitu diſtinctu, tradere conentur. quæ ſanè ſicut expertis conducunt, ita inſcientibus inutilia ſunt.

Sicut in medicina, inquit, non qui multos libros conquiſiuit & legit, medicinale opus poteſt exercere, quamuis in eis exquiſite de vnoquoque morbo rationes tradantur in hunc modum, hic ægrotat, ſed omnis qui ægrotat, vel ſimilari, vel inſtrumentario morbo laborat. hic autem ob hanc & hanc cauſam inſtrumentario non laborat, ergo ſimilari. at ſimilaris morbus eſt verbi gratia triplex, hic vero neque hoc, neque illo afficitur ob has & has cauſas, reſtat igitur, vt hoc afficiatur. hic autem morbus & ſanguinis miſſione, & exudatione, & medicamentis facta purgatione curari poteſt: Hæc igitur vbi ex libris medicorum legerit quiſpiam, & modos curationis diligenter explicatos animaduerterit, niſi experientiam adiunxerit, quid ſibi in ea re faciendum ſit, poſtea ignorat, ancepsque eſt quam curationem ægrotanti adhibere debeat, vena ne ſecanda, an ſudor excitandus, an purgatione aliqua ſoluenda aluus ſit. at qui rationem & cognitionem experimento comprobauit, is ſtatim ad agendum instructus eſt, quidque tunc faciendum ſibi ſit, quid non faciendum, in promptu habet. Quocirca hæc morborum & curationum diſtinctio & explicatio expertis & ſcientibus ſanè vtilis eſt. ijs vero qui tantummodo libros legerunt inutilis euadit.

Fortaſſe igitur legum quoque & rerum publicarum collectiones ijs qui contemplari poßunt, & iudicare quidnam recte, aut contrà ſeſe habeat, aut qualia qualibus conueniant, vtiles eßent. at qui ſine habitu talia pertractant, ijs iudicare quidem recte non licet, niſi fortuito. perſpicaciores tamen ad ea forſitan efficerentur.

Quemadmodum in medicina, ita & in legibus & rebus publicis res ſeſe habet. collectio enim harum & pertractatio peritioribus & ijs qui vſum iudicandi recte ne an male ſcriptæ ſint, ex ipſa experientia acquiſiuerunt, vtilis eſt, inutilis vero illis, qui rerum ciuilium experientia prorſus carent. neque hi iudicare recte de huiuſmodi rebus poſſunt, niſi forte quadam, non ſecus videlicet quam theſaurorum inuentio contingit.

Cum itaque antiquiores negocium de legum latione inperueſtigatum prætermiſerint, melius fortaße eſt, vt nos ipſi id conſideremus: atque omnino de republica: vt pro viribus philoſophia quæ ad humanas res ſpectat, perficiatur.

Quoniam, inquit, qui ante nos fuere de legibus & rebus publicis, optimis videlicet, dicere prætermiſerunt, oportet vt nos ipſi de his conſideremus. Neque hic dicit Ariſtoteles neminem eſſe qui ante ſe vel leges inſtituerit, vel de rebus publicis conſcripſerit. multi enim fuerunt, quos in libris rerum publicarum refert, quin & Plato ipſe de huiuſmodi rebus multa tradidit. ſed quod inquit, huiuſmodi eſt, quoniam nemo ex ijs qui ante nos fuerunt, exacte hæc explicauit, ſed omnes veræ & optimæ reipublicæ naturam ignorarunt, enitendum nobis eſt, vt diligentius & melius rem abſoluamus. Adiunxit autem fortaſſe propterea quod nondum res publicas & leges à Platone & alijs traditas erroribus multis refertas eſſe oſtendit, id quod in libris de republica poſtea facturus eſt. Atque omnino, inquit, danda eſt opere vt quid ſit reſpublica, & vno ne an multis modis appelletur, accuratius explicemus, vt quantum in me eſt, ad vireſque meas ſpectat, humana hæc atque actiua philoſophia & ſapientia quæ imperfecta huc uſque & prioribus philoſophis relicta eſt, perfectionem conſequatur ſuam.

Quod ſi primum ſiquid à veteribus recte dictum eſt, id conabimur recenſere: deinde ex collectis rebus publicis, quænam ſint ea conſiderabimus, quæ ciuitates, & ſingulas reſpublicas & corrumpunt, & conſeruant, quaſque ob cauſas aliæ bene, aliæ econtrario adminiſtrentur.

Vide quo modo tractationi huic de virtutibus, conſideratio de rebus publicis annexa ſit. quæ enim illa tradat & doceat, hic præmonſtrat, ac præfigurat, & finem præſentis operis principium illius facit. Qua in re etiam viri huius philoſophica probitas & modeſtia animaduertenda eſt. non enim dixit, primum ſiquid, praue & male dictum fuerit, caſtigabimus, ſed ſiquid recte, id commemorabimus, atque admittemus, oſtendens ſe non ex inuidia aut nimio ſui ſtudio, ſed veritatis ſeruandæ atque inueniendæ cauſa quæ non recte dicta fuerint, redarguturum. Oportet, inquit, ea qua ab antiquioribus dicta ſunt de rebus publicis colligere, atque ita animaduertere quænam ſint, quæ vnamquamque ex ipſis vel labefactant, vel ſeruant. oſtendet enim ſimul ac ad Platonis reſpublicas conſiderandas venerit, nonnulla, quæ ille quaſi conſeruatricia ciuitatum tradidit, eiuſmodi eſſe vt perniciem totius ciuitatibus, quam ſalutem afferant. Cum, inquit, quænam recte aut male adminiſtrentur reſpublicæ, conſiderandum.

His enim conſideratis quænam optima reſpublica ſit, & quo modo vnaquæque inſtituta, quibuſque legibus & moribus vtens: magis perſpicere poterimus. Sumpto igitur hinc initio dicamus.

Quænam ex ea, quam dixit, conſideratione vtilitas eueniat, declarat. Inde enim quænam optima reſpublica ſit, cognoſcemus, & quo modo vnaquæque inſtituta, id eſt quo modo popularis reſpublica inſtituta, quibuſque legibus & moribus, id eſt conſuetudinibus vtens, optima ſit. Sicut enim in rerum publicarum libris docebit, multa popularium rerum publicarum genera ſunt, ex quibus deteriora alia, alia meliora habentur. Qualibus igitur legibus vtens optima ſit, atque indiſſolubilis, perſpiciemus: quo modo item regnum adminiſtratum in perpetuum ſit duraturum, necnon vel optimatum, vel cenſorum gubernatio rectiſſime conſtituta eſſe cenſeatur, ex hac conſideratione nobis innoteſcet. Atque hæ quidem etiam in decimum hunc librum commentatiunculæ pro viribus meis ita ad finem perductæ iam ſunt. Siquis autem meliora his & præſtantiora afferre poteſt, is, ò Domine, & omnium noſtrum opifex, qui ob inexplicabilem tuam erga humanum genus benignitatem, pro nobis cruci affigi voluiſti, mihi & amicus optimus, & magiſter venerabiliſſimus habeatur, ita vt illius ſcripta in perpetuum ſtudioſis & pijs ingenijs, mea hæc Vulcano committenda eſſe non negem.

Finis Decimi Libri.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes ſunt Quaterniones præter V, duernionem.

Tabula per ſe patet.



BIBL... ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,

Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M. D. LXXXIX.